BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
13 L
24

Digitized by Google

A1096

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



IOANNIS DANIELIS MYLII,
Vetterani Hassi, M. C.

ANTIDOTARIVM MEDICO-CHYMICVM REFORMATVM:

CONTINENS QVATVOR LIBROS distinctos.

QVORVM

I. Generaliora in pharmaciam requisita explicat.
II. Tractat de quibusdam exoticis in nostris Basilicis omissis.
III. Tradit præcepta Galenic. & Chymicorum de præparatione medicamentorum.
IV. Resoluit formas & diuidit medicamenta tam Galen. quam Chymicorum.

FRANCOFVRTI
Sumptibus LVCÆ IENNIS.
M. DC. XX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

12 16 2 24

Digitized by Google

Dedicatio Carminica.

AMPLISSIMIS, NOBILISSIMIS, CLARISSIMIS, CONSVLTISSIMIS ET PRVDENTISSIMIS, Inclytæ Imperialis Mœno-Francofurtenſis Reipublicæ Conſulibus, Doctoribus ac Senatoribus, Patriæ Tutoribus & Conſeruatoribus,

Dominis, Mœcenatibus, Fautoribus & Affinibus, omni animi obſeruantia humiliter in æternum mihi colendis.

Miles vt emeritus, multum terraq; mariq;,
Inter iactatus Mauortia prælia, pacem
Expetit, & requiem, virtutis præmia digna,
Poſt exantlatos duros variosq; labores:
Vtque miſer pelagi ventis agitatus & vndis,
Nauita depoſitis poſt mille pericula remis,
Inporta feſſus conatur ſiſtere nauem:
Sic qui doctrinam ſpacioſo tempore & artes
Effræni infudit Medicinam ornando, cohorti,
Quiq; tulit pondus graue, Siſyphiumq; laborem,

Viribus amiſſis, demum ingrediente ſenecta,
Mollia tranquilla deſiderat ocia vitæ.
O mihi ſi tantum blando fortuna ſecunda
Aſpiret vultu, poſt tædia longa laborum!
At vos, doctrinâ rerum qui excellitis vſu,
Præſtantes pietate viri, ſapientia & arte,
Conſilioque graues, claris virtutibus aucti,
Deſpicere extremum precor hunc nolite laborem,
Veſter erit labor hic, veſtraque, vt ſpero, cohorti
Vtilis, in primis quibus eſt diuina medela
Cura, gemmato quouis precioſior auro.
Nam qui longæuam validoq; in corpore ſano
Mente cupit ſana conſtantem ducere vitam,
Huc iter intendat, celeres huc dirigat ipſe
Greſſus, hucque pedes rebus ſimul acriter addat.
Quid iuuat immenſos Cræſi glomeraſſe theſauros,
Et tamen ad tumidos ſic ingemuiſſe pedesque?
Quid genere & vana prodeſt turgeſcere fama,
Delituiſſe thoro obſcuro (res vana ſit) ægrum?
Mens ſana in ſano quærenda eſt corpore primum,
Cætera cuncta bonis ſuccedent robora votis.
Hoc docet illuſtri præſens ratione Libellus,

Priſtina.

Digitized by Google

Priſtina ſorte dabant ſimilem cui tempora nulla.
Non opus eſt hedera generoſo ſtipite vino,
Nec Liber ipſus eget virtutum lampada luci:
Phœbus Acerſecomes, Podalirius atque Machaon,
Hippocrates, Cheiron, Paracelſus, Duxq; Galenus,
Hic habitant flores Medici, lux Chymica, Odores,
Vraniesq; thymi, Natura hic fulguris halant.
Plura Liber monſtrans morborum examina mille,
Quæ cum morte gerunt vicina prælia Auerni,
Omnis nam generis Medicinas continet hicce
Dona ſalutis habet, ſat honoris & aris habebit,
Quicquid & hic vſus Medicinæ poſcit & eſus:
Quin & Alexicaci, quin monſtrat Apollinis artem,
Ipſius hoc ſtudiũ, decus hoc, labor hocce meretur.
Phillyridis breuis eſt Liber, Antidotonq; profatur,
Dum morbi hic cauſas ſcrutãdo inquirit, & apte
Certa manu docta commiſcet pharmaca, tandem

Hoc duce lethiferum morborum proruit agmen,
Auxilium optatum, ductore hoc, percipit æger.
O felix igitur, semel, & bis, terque beatus,
Qui primum potuit rerum cognoscere causas,
Cui fuit inque domos superas benè scandere cura!
Aonidum verè hic decus immortale sororum,
Lumina pomposo qui haud tollit turgida fastu,
Namq; à terrigenis aliena superbia res est,
Approbat humanos homines vt massa lutosa.
Ceu vincit reliquos Aurora prauius ignes
Phosphorus, ætherio cum iam iubar ore refulget:
Sic inter doctos Medicus splendescit honores,
Clarior atq; viros claros re, & nomine vincit.
Nunc redeo, vnde abij: Vos magnos oro Patronos,
Quos Deus ad tantos clemens euexit honores,
Vt Nutritores sitis sacra lumina rerum,
Excipite has æquis animis, vultuque sereno.
Scit Deus ipse, nihil quod nunc ardentius opto,
Quam requiem, æternam pacem, finemque malorum,
Et quæ promeruit mihi sanguine præmia Christus
Nostra Deus merces, cœloq; reposta corona,
Quam

Digitized by Google

INDEX CAPITVM, QVÆ IN ANTIDOTARIO hoc Medico-Chymico continentur.

LIBER PRIMVS HABET CAPITA sequentia.

Cap. I. De Pharmacia & Pharmacopœo. pag. 1.
II. De Instrumentis ad officinam necessariis. 15
III. De Mineralibus & Metallis in officina necessariis. 23
IV. De Medicamenti Definitione, Diuisione ac Facultate. 35
V. De Facultatibus Medicamentorum, quæ ab effectis & signaturis desumuntur. 46
VI. De amuletis siue pentaculis & morborum signaturis. 60.
VII. De Venenis, eorum signaturis, & venenosorũ morborum per propria Antidota curatione. 79
VIII. De Electione & Collectione Medicamentorum. 84

LIBRI SECVNDI

Cap. I. De Exoticis calidis, vt Zingibere, Galanga, Zedoaria & Cinnamomo. pag. 97
II. De Caryophyllo, nuce Moschata, Cardamomo, Santalo & Pipere. 109

Digitized by Google

III. De Chyna, Saſſafras, Sarſaparilla, Behen ſecachul, Cubebis, & Carpobalſamo. 121
IV. De Aſpalatho, Agallocho, Coſto, Siliquaſtro, granis Paradiſi, & Kermes. 129
V. De Ambaro, Succino, Gummi Arabico, & Ammoniaco. 137
VI. De Lacca, Sanguine Draconis, Aſa fœtida, Sagapeno, Galbano, Opoponace ac Sarcocolla. 155
VII. De Gummi, Hedera, Reſina, Pice, Bitumine, Benzoino ac Thure. 168
VIII. De Terebinthina, Euphorbio ac Styrace. 179
IX. De Maſtiche, Camphora, Myrrha, Bdellio, Opio ac Laudano. 203

LIBRI TERTII

Cap. I. De Corruptione. pag. 217
II. De Limatione & raſura. 220
III. De Pulueriſatione ſeu Tritura: item Cõtuſione, Friabilitate & Læuigatione. 221
IV. De Inciſione, Fractione, & Granulatione. 234
V. De Laminatione, Toſtione & Cinefactione. 237
VI. De Extinctione, Coctione, Elixatione, & Aſſatione. 243.
VII. De Lotione, Infuſione, & Humectatione. 259
VIII. De Maceratione, Diſſolutione, Liquatione, Fuſione & Deliquio. 266
IX. De Mollitione, Induratione & Exſiccatione. 291
X. De Expreſſione, Cribratione, Filtratione, Calfactione, Refrigeratione, & Inſolatione. 297
XI. De Deſpumatione, Euaporatione, Exhalatione, Coagulatione, Clarificatione, & Aromatiſatione. 306

XII. De

Digitized by Google

XII. De Coloratione, Conditura, Confectione, Nutritione, Conſeruatione & Miſtione. 316
XIII. De Putrefactione, Fermentatione & Cohobatione. 320.
XIV. De Calcinatione & Præcipitatione. 328
XV. De Fumigatione, Stratificatione, & Emplaſticatione. 342
XVI. De Amalgamatione, & Separatione. 346
XVII. De Deſtillatione & Rectificatione. 354
XVIII. De Sublimatione, Extractione & Expreſſione. 369
XIX. De Digeſtione. 377
XX. De Coagulatione. 384
XXI. De Cæmentatione & fulminatione. 389
XXII. De Generatione. 396
XXIII. De Inceratione & Circulatione. 402
XXIV. De Fixatione. 407

LIBRI QVARTI

Cap. I. De præludiis quibuſdam Medico-Chymico neceſſariis. pag. 409
II. De Aquis & Spiritibus deſtillatis. 419
III. De Tincturis, Extractis ſiue Eſſentiis. 579
IV. De Syrupis. 663
V. De Antidotis liquidis roborantibus, & ad multos morbos curandos, nec non ad peſtē conducentibus. 714
VI. De Theriacis & Alexiteriis. 731
VII. De Electuariis & Miſturis. 754
VIII. De Decoctis. 810
IX. De Vinis. 832
X. De Oxymelitum & Hydromelitum medicatorum varia compoſitione. 848

Digitized by Google

XI. De Electuariis purgantibus. 861
XII. De Pilulis. 868
XIII. De Pulueribus purgantibus, confortantibus, &c. 922
XIV. De Eclegmatis & Loch. 944
XV. De Trochiſcis. 953
XVI. De Conſeruis. 962
XVII. De Conditis. 966
XIIX. De Confectionibus. 972
XIX. De Iulebiis, emulſionibus, & ſuccis medicatis. 981
XX. De Antidotis Opiaticis. 986
XXI. De Salibus, Magiſteriis, Crocis, Floribus & Præcipitatis. 998
XXII. De Oleis & Balſamis. 1010
XXIII. De Vomitoriis. 1020
XXIV. De Collutionibus oris, & Gargariſmis. 1024
XXV. De Apophlegmatiſmis. 1025
XXVI. De Dentifriciis. 1027
XXVII. De Glandibus & Clyſteribus. 1028
XXVIII. De Errhinis & Ptarmicis. 1034
XXIX. De iniectione in vterum & peſſis. 1038
XXX. De iis, quæ peni & veſicæ immittuntur. 1040
XXXI. De iis, quæ auribus immittuntur. 1041
XXXII. De Collyriis. 1042

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTARII MEDICO-CHYMICI

LIBER I.

DE NECESSARIIS IN PHARMACOPŒIAM Medico-chymicam requisitis.

CAPVT I.

De Pharmacia & Pharmacopœo.

QVÆ Natura, Summi Dei Ministra, rerum omnium genetrix ac procreatrix gibbo Terræ ex gratia & sinu Altissimi vel exposuit, vel adhuc dum visceribus inclusit, eorum major pars homogeneaque portio homini Microcosmo inseruit, non tam alendo quam medicando; Nec semper, aut quavis hora, loco aut tempore, dum rei necessitas exigit, illius penetralia subire, aut eis maria confestim perquirere licet: sed justis ad artem rationibus ac sapientia, Medicinæ Proceres ac Parentes Antiqui statuerunt, vt in Pharmacopolijs ad futuros vsus selecta Essentificata, Homogenea, arte sapientiæ perfecta ac concinnata Medicamenta,

tanquam in penu & scrinio pro Microcosmi vsu necessario asseruarentur, perinde ac olim in Æsculapij templo eorundem Formulæ à peritioribus magis probatæ, & expertæ describebantur. Plin. cap. 1. lib. 28. Hip. Epistol. ad Abderit. Herophil. &c.

Tunc vero Dei donum summum sit Medicina, & Deorum manus Medicamenta, officina Pharmaceutica, si non diuitiis, saltem dignitate gynæceo quouis est præstantior, in qua, quicquid totus complectitur orbis, quod sanitati tuendæ, aut resarciendæ conferre potest, tanquam in sacra pixide coarctatur. Nihil enim Medicum è pelagi sinu, aut abyssi profundo eruitur, nec ab aere quicquam ad ima nutat delabiturque, quo non luxuriet Pharmacopolium Medicochymicum. Ex eo siquidem tot Medicamenta depromuntur, quibus humani corporis hostes, Morbi, causæ & symptomata dimicantur, expugnanturque, seu à Dietæ vitio exoriantur, siue Astraliter, seu extrinsecus aduenient &c.

Verum quid obstat cur magno Euchomio pharmacia Medicochymica non sit celebranda? An non Medicinæ Instrumenta atque Medicamenta suggerit ac ministrat? Vide de hoc Basilicam nostram Medicam lib. 3. cap. 1. Dicimus hanc à primordio mundi non solum extitisse, sed & ab Altissimo ortam, teste sacra pagina: Eccles. 38. Animantia namque, stirpes, vniuersamque materiem Medicam Deus creauit, (Genes. lib. 1.) qua prioris sæculi magnates suæ sanitati feliciter prospiciendo multos ad annos ætatem duxerunt. Rex Ezechias lib. 4. Reg. c. 20. ægrotauit vsq; ad Mortem, & Esaiæ præscripto Malagmate ex ficubus super affecta parte admoto conualuit. Mithridates ab omni peste & veneno sese vindicauit, (Gal. lib. 2. de Antid.) Antidoto quæ abi-

ab ipſo nomen habet, cui cum ceſſiſſet toxicū ſumptum, ferro in viſcera adacto ſibi mortem conſciuit. Imperatores olim Regium putarunt parare Medicamenta, vel parata ſecū ferre, & his offerre quorum gratiam aucupabantur. Eam ob rem vnguenta & aromata miſit Cambyſes Ægyptiorum Regi, quib. ſuam optime tueretur ſanitatem. Præſtat enim Regem, vel ducem militum in caſtris eſſe ſine clypeo & caſſide, quā ſine Medicamentis. Hinc ſapiēter multi pluris faciunt aliquod ſalutare Medicamentum, quam Theſaurum. Dariū aiunt tanti feciſſe quoddam Balſamum, vt non modo inter pretioſiſſimam ſuppellectilem reponeret, ſed cunctis opib. præponeret. Idem ſcribitur de Tyberio Imperatore, qui Trochiſcos ad Herpetas apud ſe perpetuo ſeruabat. Nunc Reges ad caſtra non modo pixidem, aut paruulam lagenam oleo, Eſſentia aut Balſamo plenam, ſed officinam Medico-chymicam circumferri iubent, præſidiorum omni genere refertam, quib. & ſe & totum exercitum ab ingentibus malis & morte ſæpe liberant.

Medici olim Dii vocabantur tutelares, & apud Galenum Deorum filii: Herophilus Medicamenta Deorum manus vocabat, quod præſenti quaſi numine & ſanandi celeritate ægros ab interitu vindicarent.

Sic Antidotus quædam ἰάσιος appellatur, quod parem Deo vim obtinet.

Sic eſt Antidotus ἐχέσιος ab Antiquis dicta, eo, quod ipſi digna gratia referri non poſſit.

Antidotus θεοδώρητος ab ipſis dicta, quaſi Diuinum munus conferens Internis, & Emplaſtrum Diuinum Externis.

Antidotus ἀθανασία ſic appellata ob immenſam eius efficaciam, quod videatur propemodum ſuo vſu homines reddere immortales.

Antidotus πάνχρηστος, hoc est, ad multos affectus accommodata.

Antidotus ἐυφόρητος à concordi & conuenienti efficacia ad affectus, quibus est destinata, curandos.

Antidotus ἐκλογή, quasi selecta.

Antidotus σωτήριος, id est, salutaris.

Antidotus πανάκεια, sic nuncupata ab omni medelæ efficacia.

Antidotus ἀφθόρου φορᾶ, ita dicta ob eius præstantiam, quod scilicet sit sumptuosa, nec mediocrem pecuniæ collectionem exigat.

Antidotus sanitas, & Antidotus Mysterium, ita nominatæ ab admirabili vtriusq; effectu in sanitate perdita restituenda, & integra cõseruanda. Infinita penè ac mirandę virtutis è suo penu Medicamina promit ars Pharmaceutica, quibus nulla domus aut Ciuitas, sine magna ciuium iactura & Reipub. detrimento carere potest. Hac siquidem arte noluit Deus carere Tabernaculũ testimonij, quod vnxit Moyses vnguento sancto, Exod. cap. 30. Ex myrrha, cinnamomo calamo, casia & oleo, opere vnguentarij composito. Et Ioseph magni duxit Pharmaciã, qui mortuo patre Iacob, Genes. cap. 50. præcepit seruis suis & pharmacopœis, vt corpus eius aromatis cõdirent. Non igitur vulgari digna est commendatione pharmacia, quæ sano corpori conseruationem, ægrotanti salutem, mortuo honorem præstat.

Pharmacopœus nominatur, qui scit & docet legitima methodo pharmaca ex arte præparare, facere, componere & disponere; Hinc Pharmacopola dicitur, qui rudes tãtum & magna ex parte simplices medicamentorum materias, & præsertim Exoticas vendit. Apothecarius dicitur ab Apotheca, id est à loco, in quo Medicaméta reconduntur & ve-

neunt,

neunt, olim ſeplaſiarius, à Seplaſia foro Capuæ, in quo Vnguenta optima conficiebantur.

Cum verò idem ſubiectum Pharmaciæ & Medicinæ, nempe corpus humanum, quatenus ſanitatis eſt vel morbi ſuſceptiuum, multa habent inter ſe communia Medicus & Pharmacopœus, vt prudentiam, probitatem, diligentiam, & medicamentorum cognitionem. Sed cum Pharmacia inſeruiat, miniſtret, atq; Medicinæ ſit ſubiecta, habeatq; tantum pro obiecto Medicamentum, & pro ſcopo & fine formam debitam Medicamenti, dum vlterius progredi Pharmacopœus audet, pro Pharmacopœo veneficus & circulator habendus eſt. Verum vitæ probitas non tam in Philoſopho, quam in Pharmacopœo, qui vel tuendæ, vel reſarciendæ ſanitatis, Medicamenta parat & porrigit, expetitur, in eius enim manibus morbus & ſanitas, vita & mors. Atque illi cum mala mens eſt, vel neſcia recti, libera patet nocendi & necandi poteſtas: Sicq; præſtat Pharmacopœum eſſe virum bonum quam Socratem.

Medicus deſcribendus eſt ab ingenio, doctrina, moribus &c. eiuſque officium non ſolum à bonis animi, verum etiam corporis & fortunæ petendum eſt. Quo ad bona animi inprimis Dei & veritatis erit amans, Pius, Logicus, Philoſophus naturalis & moralis, ſimulac totius Medicinæ peritus, ac chymiæ artifex: Cuiuſmodi erit qui reminiſcentia fuerit facili, recto iudicio, tenaci memoria, ſolers & promptus in remediis inueniendis, qui ſimplicium mineralium ac metallorum effectus ſumma cura tenuerit: Dexter in operibus, comis & affabilis erga ægrotantes, nullo modo nauſeabundus in quamitate medicamẽti, miſericors erga pauperes: manſuetus ac facilis erga ſuæ facultatis homines: Audax & animo intrepidus in rebus tutis ac neceſſariis:

Prudens ac circumſpectus in præſagiendo: Bona auguria denuntiare debet, ac ſi quid mali minatur infirmitas, amicis vel aſtantibus tantum ſignificare fas eſt. Cæterum Medicus multa experientia exercitatus in iis præſertim, quæ certa ratione excogitata ſunt, & frequenti vſu confirmata eſſe debet. Nam peregrina remedia ſemper quęrere, & pretioſa duntaxat, imprudentis eſt oſtentationis: In curandis ægrotis non multos ſuſcipiat: Variis enim morbis & mens opprimitur, & corpus fatigatione languet. Inſanabiles & deſperatos morbos, niſi habeat catholica, & vniuerſalia, non curet, ne hominem occidiſſe exiſtimetur. Ad ægros veniens manum non protinus apprehendet, ſed primum hilari vultu reſideat, ſermone leui ſollicitudinem ſubmoueat, nam & Medici conſpectus, ac alia multa, facile pulſuum rationem turbat. Bis die patientes conueniat: Tutè, celeriter, & iucundè curet, citra tamen nimiam feſtinationem & voluptatem. Victus norma & remediis, quoad eius fieri poterit, pro virili parte, non ad vllam ægrotantium offenſionem, iniuriamue, ſed ad eorum duntaxat commodum atq; ſalutem vtatur: Quæ noxia ſunt & lædunt, remoueat. Nemini rogatus potionem mortiferam, vel mulieri medicamentum abortum faciens neq; exhibeat, neq; etiam manifeſtet. Famoſi namque veneni vires, aut abortiendi modum, vel quæ conceptum inhibeant, indicare ſcelus eſt. Officinas bis vel ſemel ſaltem in anno, vnà cum iis à magiſtratu ordinatis, viſitet, inutilia ſegregando, cæterosq; errores fideliter magiſtratui indicando. Cum Pharmacopœis pactum, aut contractum vllum in vendendis remediis ne ineat, conſulenteſque cum ſuis receptis, quo velint ire, parandis, permittat. Porro quo ad Medici corpus attinet, ſit temperatus & caſtus: non ebrioſus, non crapulæ deditus,

non

non luxurioſus & libidinoſus: Quoad fortunam, ſit liberalis, pecuniæ non nimis cupidus & auarus. Carnificis namque eſt, vel inter ipſos cruciatus ingens pretium exponere. Dabit igitur operam Medicus, qui vir bonus eſſe volet, vt & moribus & medicamentorum vſu, quoad eius fieri poterit, Medicinæ dignitatem tueatur: De his pluries vide præfationem noſtram Baſilicæ Medicæ, &c.

Præterea ſunt requiſita Pharmacopœi, vt Latinæ linguæ ſit peritus, quo non modo Medicorum Recepta, deſcriptiones, item Dioſcoridem, Galenum, Meſuam reliquoſque herbarios rectè legere, verum etiam Chymicorum libros, de præparatione Eſſentiarum, Bezoarticorum, Magiſteriorum, Tincturarum, Diaphoreticorum ac Diureticorum, &c. exactè intelligere poſſit. Neq; etiam Arithmeticæ imperitus eſſe debet, vt pondera ſimplicium & proportiones inter ſe rectè computare queat, vt quando Antidoti alicuius tertia, quarta vel octaua pars tantum requiritur, quantum cuiuſque ſit accipiendum. Simplicium cognitionem ritè teneat, quarum deſcriptiones ex præſtantiſſimis authoribus petat. Herbas, Flores, Fructus, Semina, Radices, & reliqua ſimplicia debito influentiæ tempore colligat ſelectiſſima, probeque ſine ardore ſolis exiccet, ordine diſponat, mineralia gemmas, ac Metalla ſciat ab impuritatibus ſequeſtrare & purgare, & quo genere vaſorum & inſtrumentorum vnaquæque Medicina ſit præparanda, tractanda, conſeruanda, diſtillanda, extrahenda, ſublimanda, putrefacienda, concoquenda, &c.

Recepta ac proceſſus abſque Medici nomine ſubſcripto aut iuſſu non recipiat: iis nec addat, neque demat, ſed purè ac præcisè, ſicut ipſe Doctor ordinauit, componat, nec medicamenti alicuius valentis quantitatem augeat. Nec temere

temere etiam conficiat recepta non intellecta, nec suppositicia seu quid pro quo accipiat, sed Medicum consulat.

Alium modum, quàm Doctor dedit sumendi Medicinas hominibus non persuadeat, vt multi falsi ac glorioſi Pharmacopœi faciunt, dicentes, sumat duplum ipsius medicamenti, aut triplum, quia nimis debile est, aut sumat medietatem, quia fortissimum est. De practica nullo modo se intromittat, sed consulentes ad Medicos approbatos dirigat, vel conducat. Taxationem communem vel à summo sibi Magistratu ordinatam, fideliter obseruet.

Officina in loco salubri sit sita, quam nec venti perflent, nec sol permeet, nec fumus, nec teter odor vllus molestet: variis præterea reponendis conseruandisque accommodam: Nonnulla siquidem locis subterraneis; pleraq; editioribus præparanda & conseruanda sunt. Laboratorium etiam idoneum sit in promptu, quod contineat vasa vitrea & terrea: Instrumenta, Furni, &c. quo singula, quæ ad Medicinam spectant, destillari, exprimi, resolui, essensificari, cohobari, abstrahi & corrigi possint. Hortum insuper habeat, vt semper in promptu sint recentes plantæ, quarum succo subinde indigemus: vt herbæ rariores in eo alantur: Et locum aliquem soli aut aeri expositum, in quo & siccare quæ siccanda sunt, aut puluerisare ea, quæ indigent, possit, &c. In his omnibus ex Medicorum prescripto viuere necessarium est. Pharmacopœus erit vigilans & circumspectus in Medicamentis compositis dispensandis: nec secundum propriam Phantasiam, aut ex dispensatoriis non authenticis conficiat, sed ex approbatis: Dispensata Medico perito offerat, vt simplicia videat, si quid de Mineralibus, siue Animalibus continent examinet, & si quæ nihil prosunt, vel inualidæ, abijciat.

Pharma-

Digitized by Google

Pharmacopœus non ſit aleę, aut ſimilibus ludis deditus, ne cõpotationibus gaudeat, aut alioqui vinoſus, vel ebrioſus, neque fœdis amoribus implicatus teneatur. Alea enim negligentiam parit, ebrietas errores, obliuionem & ſtuporem inducit: Turpis etiam amor veneficia illi extorquere poſſet. Quare omninò, ſi fieri poteſt, maritus ſit, cui cum vxore rectè conueniat. Munditiei ſit ſtudioſiſſimus & bona conſcientia præditus, vt nihil in ſua profeſſione temerè aut negligenter agat, quo Deus aut homines offendantur: ſit pius, humanus, placidus, affabilis, benignus, alacris, inprimis autem mitis erga pauperes, & commodus erga imperitos: non etiam in eorum ineptias, ſed in neceſſitatem ægroti reſpiciat, ac Deum omnium inſpectorem ac Iudicem præ oculis habeat, qui rectè agenti longe maiora & beatiora præmia largietur quam ab vllo mortalium perſolui poſſint. Adulterata Medicamenta non vendat: Medicinas inueteratas oſtendat ac manifeſtet, nec quicquam ex his Phyſicum celet: vel ſingulis menſibus, aut ſæpius etiam omnia perluſtret, & diligenter conſideret, vt corrupta, putrida, mucoſa, exoleta, & quouis modo inutilia, vel inefficacia reddita, reiiciat bona fide, nec in iis quærat lucrum, quibus ægroto crearetur vitæ periculum, ſed ſit animo liberali & magno, cogiterq; paruum illud damnum, fide ſua iam perſpecta, maioris ſibi lucri cauſam fore. Venenoſa vt Arſenicum, Mercurius ſublimatus, item Narcotica indoctis Empiricis, aut Tonſoribus, Hiſtrionibus, Monachis, Sacerdotibus, Monialibus, Iudæis, ſeplaſiariis, circulatoribus, nullo modo vẽdat, ſiue ſimplicia ſiue compoſita fuerint, niſi Medici approbati iuſſu: Nec vllo modo vetulis, aut obſtetricibus Medicinas abortũ, aut menſtrua prouocantes, niſi propter neceſſitatem à Doctore aliquo fuerint ordinatæ: nihil

vel amore, vel odio, vel metu, vel pretio, vel ignorantia peccet. Medicamentorum compoſitorum nimiam quantitatem non conficiat ad euitandum expenſas, & cum hoc ne longo temporis curſu, vetuſtate virtutes amittant. Diuitias ſaltem mediocres adeſſe oportet, inprimis autem animum liberalem ab auaritia ſordibuſque alienum. Diuitiæ enim hoc præſtare poterunt, vt commodè habet, & Medicinas quæ emendæ ſunt, ſuo tempore quam optimas coemat. Animus autem liberalis, minimeq; auarus cauebit, ne compendii aut lucri ſit cauſa, deteriores vili pretio libentius, quam præſtantiſſimas paulò largiore, comparet.

Miniſtros habeat doctos ſuæ artis, itẽ in Chymia verſatos qui vſum non vulgarem componendorum medicamentorum habeant, nõ errones, hiſtriones, bibulos, ſodaliciis aut aliis rebus inhoneſtis deditos. Omninò indigni ſunt Pharmacopœi nomine & dignitate ſcurræ, mimi, garruli, impoſtores, agyrtæ, tenebriones, & circulatores, qui nugis, fraude, iactationibus, promiſſis vanis, adulatione & mendacio plebeculam decipientes, ipſius crumenam exhauriunt: nihil enim Reipub. magis infenſum id genus hominibus cane quouis peioribus & angue. Sunt etiam qui verborum lenocinio (vt Gallia) ditiores mulierculas decipiunt, quas argento non tantum emungunt, ſed fucos & purgantia gratiſſima, vt temerè loquuntur, exhibẽdo morbidas in poſterum relinquunt. Sunt & horum nonnulli, qui viros etiam prudentiores, vt ſenatores quoſdam ſuis technis circumueniant: Medicos enim ſimulant, pulſum contrectant, vrinam inſpiciunt, ac de morborum cauſis, ſymptomatis, prognoſi & curatione differentes, ridicula multa fingunt & dicunt: ſicque impiè ſuam falcem immittunt in Medicorum meſſem, & iniquiſſimè pharmaciam exerçent

exercent maximo mortalium damno. Nec ſciolis quibuſdam fidendum, qui medicamenta quæuis, modo benigna, quouis tempore ſine conſilio, poſſe tutò exhiberi pronuntiant. Lactuca enim non oportunè, & nimia quantitate ſumpta interficere poteſt, vt cicuta; Et vino licet familiariſſimo, plures ſæpe pereunt, quam gladio; licet enim ſit valdè cardiacum & veluti ſenum lac, ac principiorum vitæ reſtauratiuum, datum tamen non apto tempore, valde nocet. Pharmacopœi eſt medicamẽta ſolummodò tractare, atq; ad vſum ſalutarem medici probati iuſſu adhibere. Quod vt fœliciter cõſequatur, primo debet ſeligere, ſecundo ex arte & methodo homogenea præparare, alkoholiſare, abluere, purum ab impuro ſequeſtrare, &c. Tertio componere, eſſenſificare, cõmiſcere, & abſoluere, &c. Sed antequam ſeligatur medicamentum, quodnam & quid illud ſit artis ingenio dignoſcendum eſt. Sæpiſſimè ex negligentia Pharmacopœorum fit, vt ægri in maximum diſcrimen vitæ incurrere ſoleant, quare magiſtratus, qui poteſtatem gerit, vel qui prouincias ac ciuitates regit, non ſolum magnam ſalutis ſubditorum rationem habebit, verum etiam prauos errores corrigere, atque in eos, qui perperam medicinam factitant, animaduertere debet. Quare medicos peritos & approbatos pharmacopœosque exercitatos, atq; diligentes ſummo ſtudio habere, ac iuramẽtum ab eis accipere procuret, quo ſuum quiſq; officium proprium melius ac fidelius exequi valeat peragatq;. Nulli praxim exercere permittat, niſi medicus fuerit peritus, graduatus & approbatus: cæteris vero vt circulatoribus, hiſtrionibus, erronibus, exorciſtis, tonſoribus, aniculis, & his ſimilibus empiricis imperitis tanquam carnificibus, & nulla ratione morbos curantibus, omnibus modis prohibere nitatur & in-

terdicat: officinas non plures permittat, quam pro praxis magnitudine neceſſariæ videbuntur, atque vt ante dictum eſt, eæ quotannis bis, vel ſaltem ſemel à Medicis, & ad id ordinatis viſitatoribus perluſtrentur, præcipiat, malaque & corrupta, vtpote ad humani generis perniciem ſeruientia ſemoueantur publiceque effundantur, vel igne conſumantur. Medicos in chymia ſimul eruditos & Pharmacopœos Chymicos approbatos, libertate donare non grauetur, ne communi ciuium onere grauati ſuo fungi officio minus poſſint: Communem medicamentorum taxationem ne Pharmacopœi tranſcendant, animum adhibeant: neque Aromatariis, aliisque omnibus Pharmacopœis exceptis, Medicinas componere, neque etiam vendere permittat: Et vt omnia ſummatim comprehendam in omnes eos, quos à recta via aberrare deprehenderit, prudens Magiſtratus animaduertat. Et ne curationes interrumpantur, vt aliquando vel ab ægris aut aſtantibus fieri ſolet, paucis admonendum eſt, quo & ſuo munere perfungi cogantur. Quod ad Ægrotos attinet, debent ii parere Medicis non ſecus ac ſerui Dominis ſuis, & in nullo proprio indulgere voluptati: patienter ferre omnia, quæ fiunt à Medico, nec timere, nec de ſalute deſperare, verum omnibus mandatis Medici obtemperare. Aſtantes ſeu Aſſidentes idoneos eſſe decet, cuiuſmodi ſunt periti, exercitati diu, prudentes & patientes, vt ſciant occaſionem, & patienter ægro inſeruiant, ſciantque recitare ea Medico, quæ circa ægrum conrigerint. Sint præterea diligentes & fideles, vt ea, quæ de cibi & potus vel medicamentorum qualitate & quantitate Medicus mandauerit, poſſint fideliter adminiſtrare, atque in nullo delinquere.

IVSIV-

Digitized by Google

IVSIVRANDVM MEDICORVM SEcundum Hippocratem.

APollinem medicum, & Æsculapium, Hygeamque ac Panaceam iuro, deosque omnes itemque deas testes facio, me hoc iusjurandum, & hanc contestationem conscriptam pro viribus & iudicio meo integre seruaturum esse.

Præceptorem sane qui me hanc edocuit artem, parentum loco habiturum, vitam communicaturum eaque quibus opus habuerit impertiturũ, eos item qui ex eo nati sunt pro fratribus masculis iudicaturum artemq; hanc si discere voluerint, absque mercede & pacto edoctum: præceptionum, ac auditionum reliquæque totius disciplinæ participes facturum, tum meos tum præceptoris mei filios, imo & discipulos qui mihi scripto cauerint, & medico iureiurando addicti fuerint, alij vero præter hos nulli.

Cæterum quod ad ægros attinet sanandos, diætam ipsis constituam pro facultate & iudicio meo commodam, omneque detrimentum & iniuriam ab eis prohibebo.

Neque vero vllius preces apud me adeo validæ fuerint, vt cuipiam venenum sim propinaturus, neque etiam ad hãc rem consilium dabo.

Similiter neque mulieri talum vuluæ subditicium, ad corrumpendum conceptum vel fætum dabo.

Porro præterea & sancte vitam & artem meam conseruabo.

Nec vero calculo laborantes secabo, sed veris chirurgiæ operariis eius rei faciendæ locum dabo.

Digitized by Google

In quaſcunq; autē domos ingrediar, ob vtilitatem ægrotantium intrabo, ab omnique iniuria voluntaria inferenda, & corruptione cum alia, tum præſertim operum venereorum abſtinebo, ſiue muliebria, ſiue virilia, liberorumue hominum aut ſeruorum corpora mihi contigerint curanda.

Quæcumque vero inter curandum videro aut audiero, imo etiam ad medicandum non adhibitus, in communi hominum vita cognouero, ea ſi quidem offerre non contulerit, tacebo: & tanquam arcana apud me continebo: Hoc igitur iuſiurandum mihi integre ſeruanti, & non confundenti, cōtingat & vita & arte feliciter frui, & apud omnes homines in perpetuum gloriam meam celebrari.

Tranſgredienti autē & peieranti, his contraria eueniant.

IVSIVRANDVM PHARMACOpœorum.

RErum creatorem, vnum in Trinitate Deum, quem pia mente colo, palam teſtor, hæc omnia me præſtiturum.

In Chriſtiana fide victurum & moriturum.

Parentibus debitum honorem perſoluturum.

Medicis & præceptoribus quibus operam dedi, obſequium omne redditurum.

Nullum ex antiquiorib. ordinis noſtri, vt nec alium quidem, conuitiis laceſſiturum.

Artis dignitatem pro virili exornaturum.

Eius arcana non eliminaturum.

Nihil inconſulto, aut ſpe tantum lucri facturum.

In acutis ſine Medicorum conſenſu purgantia non daturum.

Nullius

Digitized by Google

Nullius illicite verenda, niſi cauſa medicandi, contrectaturum.

Secreta nullius detecturum.

Venena nulli vnquam exhibiturum.

Nec danda, etiam hoſti, ſuaſurum.

Conceptui perdendo medicamentum nequaquam propinaturum.

Nec fœtui excludendo, niſi Medicis imperantibus, praeturum.

Medicorum præſcriptiones non immutaturum.

Succedanea ſine conſilio non adhibiturum.

Empiricorum exitioſam praxim improbaturum.

Opem licite concedendam nemini negaturum.

Exoleta, improbataq; Medicamenta in pharmacopoliis non ſeruaturum. (Hæc vouenti & facienti Diuinum faueat auxilium.)

CAPVT II.

De inſtrumentis ad officinam neceſſariis.

IVdicamus ſuppellectilem officinæ, vtilem ac neceſſariam: Vtilis aut raro poteſt inſeruire, vel in apparatum maiorem, ornatumue experi, eius generis eſt argenteum vel deauratum. Neceſſaria ſuppellex inſeruit medicamẽtis vel reponendis, vel parandis: Vaſa repoſitoria multa ſunt, terrea, vitrea, argentea, ſtannea, plumbea, cuprea, ænea, marmorea, & aurea: Vt pro ſyrupis, Opiatis, Electuariis, oleis, Eſſentiis, Antidotis, Anodynis, pulueribus, ſpiritibus, aquis, ceratis vnguẽtiſue &c. deſtinata. Inſtrumẽta ac vaſa præparatoria ſunt varia, vt pilæ, mortaria, piſtilla, ſpathulæ,

cacabi,

cacabi, Lebetes, pélues, patinæ, patellæ, Frixoria, sartagines, limæ, mallea, scalpra, Cribra, colatoria, torcularia, manicæ, trutinæ, Forfices, cultri, marmoreæ tabellæ, Alembici, cucurbitæ, retortæ, receptacula, infundibula, separatoria, canales refrigeratorii, vesicæ & id genus alia multa, quibus aut raro, aut frequenter vel semel etiam tantum in anno Pharmacopœum vti contingit. Cultrorum in pharmacopœia est quædam varietas: Alii aliis maiores sunt, alii oblongi, alii breuiores, alii aliter formati. In frequentiore vsu sunt oblongi & mucronati, his raduntur ac purgantur Radices, simulac finduntur rami minutiores lignorum, item scinduntur herbarum cauliculi. Breuiores quidam sunt non acuminati, sed obtusi, & dorso sub parte acici opposita valde crassi, his saccharum in frusta secatur. Alii breues sunt, sed latissimi, figura lunari, ac his similes quibus coria sutores diuidunt, his semina quædam oleagina, & cortices cõditæ quæ pistillo in puluerem attenuari non queunt, minutissime secantur. Est & alius culter omnibus longior, cuius mucro ita reflectitur vt hamulum efficiat, qui alio hamo in tabula defixo inuncatus, mira vi ligna aut radices diuidit, dum altera manu illius manubrium premitur. Nullum æque desideratur instrumentum in officina necessarium, nec in vsu etiam adeo frequens est, atq; mortarium, vix enim quicquam apparatur, aut apparatum in vsum venit absque illius ope, multa enim in mortario tritura diuidenda sunt, item ducenda, læuiganda & cum aliis admiscẽdis subigenda. Cum autem Materia vniusmodi non sit sed varia ac multiplex, idcirco pilæ seu mortaria ex varia materia fieri consueuerunt, vt ex Marmore, Achate, Alabastro, aut alio lapide, ex stanno, plumbo, ferro, ære siue cupro, item ex vitro, Ebore, Argento & Auro. Inter hæc multa

sunt

ſunt multiplicis magnitudinis, vt alia potioni, alia clyſteribꝰ diſſoluendis aut Electuariis magna quantitate parandis: Alia etiam ſunt minora pro moſcho, ambra, ribetho, Bezoarticis, Magiſteriis, Diaphoreticis & aromatis læuigandis &c. Totidem etiam piſtilla, quot mortaria & ex conſimili Materia ſolent haberi. Mortaria etiam ſua habent opercula ſiue tegmenta ne puluis tenuior euolet ac pereat, vel moleſte nares tundentis feriat: Quæ teruntur minutiſſime & in Alkohol rediguntur, indigent marmorea tabula, aut porphyrio lapide à nobis ſic dicto.

His inſequuntur ſpatulæ & cochlearia, quæ veluti ſecundæ ſunt manus Pharmacopœorum, quando enim Pharmaca in mortario teruntur, vel patinis incoquuntur, hiſce inſtrumentis verſantur, vt medicamentorum fiat adæqualis commixtio, puluerisatio atque concoctio, deinde cum iiſdem etiam apte in vaſa ſua recondunt, ac viciſſim vſus tempore eximunt: Dicuntur ſpatulæ quod altera parte latiſſimæ ſint, inſtar oſſium ſcapularum, à Barbaris dicuntur ſpatulæ; Omnium figura ferme eadem eſt, triquetra nempe & oblonga, ſed materia diuerſa; Quædam fiunt ex argento, vt paruæ, his vtuntur ex parte chirurgi, aliæ ex ligno, vt palmæ ramo, cuiuſmodi ea eſt rudicula, qua Emplaſtrum palmeum verſatur, inter coquendum; aliæ ex ferro, vt reliquæ fere omnes, vel magnæ vel minores, quibus pharmacopœi medicamenta molliuſcula & Electuaria mollia & ſimiles cõfectiones attingunt. Cochlearia quæ ad officinam excuduntur plurimum ſunt ex ferro & Orichalco: Lignea tamen & argentea meliora ſunt in noſtra Pharmacopœia; paruula adhuc fiunt ex Ebore & Cornu, vt quæ minutis ſpeciebus, & quibuſuis pulueribus inſeruiunt aſſumendis, & ad trutinam committendis; requiruntur etiam interdum forami-

nulenta pro deſpumãdo ſacharo, melle, ſyrupis & aliis: Hic officinæ miniſtri ſedulo cauere debent, ne ferrea ſiue ærea æruginem contrahant, & ſordida diutius aſſeruẽtur, ſed ſtatim vbi inquinata fuere diligenter abſtergantur. Ahenum proprie eſt vas, ex ære ductum, profundũ, operculatum, atq; altera parte tantum anſam habens, qua manibus teneri ſolet, & pro arbitrio claudi vel aperiri.

Patina eſt vas aliud æneum, multo latius & amplius, in quo Medicamenta ſimplicia coquuntur, compoſita parantur, & fructus coquũtur. Huic confixæ ſunt velut aures duæ, ſeu anſæ, vtrinque vna, vt igni adhiberi, & ab eo remoueri facilius poſſit. Super ferreo inſtrumento tripode, ad ignem apponitur ſuppoſitis prunis ardentibus, vt incaleſcat, & cõtentus liquor ferueat. Patinæ vas aliud eſt affine, æneum & paruum, attamen patulum, quod patella dicitur, cui velut caudex longus, ſeu manubrium ferreum configitur, vt commodius imponatur igni, & alterutra manu, absq; noxa, ſeu vſtione teneatur. Inſeruiunt autem patinæ, quãdo paruum aliquod medicamentum, ex vna vel duabus doſibus, deſideratur, vt pro paruo aliquo Electuario tabulato coquendo, vel zulapio roſaceo &c.

Sartago aliud patellæ genus eſt, valde patulũ, ferreum, ac in longum appẽdice protenſa caudatum, quo ſemina, vt coriandrũ cum aceto, vel milium cũ vino aut alio liquore caſtigãtur &c. Cacabus, Græcis lebes, Barbaris caldariũ, eſt vas æneum, quod crematuræ vnco præhenſum ſupra focũ pendet, vt quicquid in eius cõcauo retinetur ebulliat & coquat.

Requiruntur etiam in officina Torcularia parua ſeu præla, eaq; conſtant ex duabus breuibus trabiculis, magnitudine & forma ſimilibus, quarum ſingulæ duo habent foramina ita affabre excauata, vt intro ſint velut inſculpti circuli in ſe-

Digitized by Google

ipſos non recurrentes inſtar ſpirarum,quib. introducuntur duæ cochleæ,quæ dum extrorſum vertuntur trabeculas abducunt,aperiuntq;,cum introrſum,adducũt & claudũt,atq; materiã interpoſitam premunt,& ſuccum exprimunt,vel aqueũ,vel oleoſum, propterea duo ſemper in officinis haberi debent,pro aqueis & fructib. ac virentibus , alterũ pro oleis & pinguibus:hic etiam in expreſſione notandum, quædam indigere coctione vel tritura antequam exprimantur: Deinde etiam pro validiori compreſſione quædam inuoluuntur panno,vel cãnabino,aut ſeraceo,vt praxis docet. Cribra ſunt inſtrumenta,quib.purior ac tenuior tritorum Medicamentorum portio à craſſiore ſeparatur, aliis dicuntur incernicula: ſunt vero ea varia, & præter ruſticorum,alia è crinib. equorum in telę modum cõtexta , farinæ à furfuribus ſecernendæ gratia,excogitata, ob id à piſtoribus Farinaria dicta, his vtuntur aromatarii , ad pulueres cernendos, & medullam prunorum vel caſſiæ fiſtularis ab acinis repurgandam, atque ab ipſis ſubcernicula ſetacea vocantur , & aliquando excuſſoria incernicula, quod inter manus agitata, pollinẽ, ſeu puluerem tenuem excutiant. Fiunt etiam interdum ex ligno, vt cortice tileaceo , in fibras tenues & longas diſcerpto,& cancellatim cõnexo,ad puluerum craſſiuſcule tritorum cribrationem. Eſt eius generis aliquod induſtrio contextum artificio,hoc Tamiſium vocant: Fiunt vel ex tela equina,ſæpe ex ſyndone,ſeu linteo tenui , vel panno ſericeo, & inferne,ac ſuperne operculo exemptili , ex pelle arietina clauſo,vt puluis ſuperiore capſula exceptus arceatur , nec inter excutiendũ euolet,ſed per intermediã telã traiiciatur, & ſine vlla iactura deſcendat in inferiorẽ: Alia aliis ſunt minora,pretioſis puluerib.cernẽdis magis idonea , hæ manib. ſine violentia molliſſime verſantur. Alia non niſi percuſſu

Digitized by Google

in Abacum pharmacarium ſuccuſſantur. In vſu quoq; frequenti eſt aliud, forma pixidis ligneæ grandiuſculæ in cuius medio tela quædam intenditur, per quam excepti puluerespuluerespuluerespu

trea vel argentea ab intus deaurata essent, non solum ornatiora, verũ & virtutis conseruandæ gratiora dicerẽtur. Alia etiam habent parua stannea, operculata, in quibus variæ pilularum massæ corio singulæ singulo inuolutæ reponuntur: sunt etiam lignea vasa ad medicamentorum repositiones, vt sportæ, arculæ, pixides. Sportæ ex ramulis vimineis, vel juncis contextæ, fructibus multis reponendis dicantur; fereque in taberna reconduntur posteriore, aut altero officinæ angulo: Cum tamen paruæ sunt ad huius contignationem sæpius suspenduntur. Arculæ quadrilateræ, sunt ex quinque tenuibus & breuibus asserculis præter operculum affabrè iunctis constructæ, his reponuntur cortices, ligna, fungi, flores, tabellæ, ossa, cornua, vngues & siccatæ partes animalium. Pixides rotundæ sunt atque profundæ, atque vel torno, vt olim, vel lato ac tenui asserculo in circulum adducto, vt nunc formam teretem assequutæ, in quibus succi sicci, lacrymæ, gummi, mineralia, radicesq; exsiccatæ includuntur, &c. Alia præterea etiam vasa requirunt officinæ, qualia sunt primo Lagenæ, quæ aut vitreæ aut fictiles, in his reponuntur liquores aut aquæ destillatæ, siue syrupi, &c. Deinde sunt Lecythi, hi sunt vel figulini, aut stannei, operculo obducti, vt ad nutum claudi valeant & aperiri, in ipsis olea per infusionem commodissimè reponuntur & seruantur. Requiruntur etiam ollæ, quarum maior portio ex stanno, nonnullæ ex terra figulina, paucæ verò ex plumbo: Hæ inseruiunt variis vnguentis securè conseruandis. Capruncula fictilia sunt omnia, intus candore, læuoreque nitentia, altera tantùm parte ausam, quum manu teneri queant, altera tubum habentia, quo liquorem admissum effundant. Os verò admodum supermulto facilius transmeant. Et multa vix nisi calidissima percolantur, alia

facilè etiam frigida, quædam tepida tantum: Et nonnulla colatura tantum egent vnica, quædam duabus, alia pluribus, vt perfectè clarescant. Prima quidem in colo raro; secunda, in denso, tertia in magis compacto, vt sordes omnis transitu prohibeatur. Quæ consistentiam habent valde liquidam, etiam si bis, aut ter colanda sint, eodem panno traduci queunt, &c. Colatoria inter numerantur lanea quædam cola oblonga, ac figura pyramidis vel potius cuculli formata, quæ caligas, vel manicas Hippocratis appellant, quibus vinum Hippocraticum vulgò dictum, ter quaterque colatur, donec clarum euaserit: Inseruiunt adhuc Melicrato, gelatinis & decoctis pluribus percolandis, vt res quædam extranea, si quæ forsan admixta sit, per istam traiectionem separetur, ac liquor tantum syncerus remaneat.

Præter hæc Chymica etiam instrumenta in officina requiruntur, vt cucurbitæ, retortæ, phiolæ, alembici rostrati vel cæci, vesicæ, matratia, vasa item digestoria & putrefactoria, item pro tincturis, essentiis, filtrationibus, coagulationibus, abstractionibus, destillationibus, per balneum per arenam, per cineres, per descensum, per ascensum, per latus, & id genus aliis, &c. de his vide lib. 2. Basilicæ nostræ philosophicæ. Item & Fornaces in officinis necessariæ, aliæ pro decoctionibus quæ excipiunt cacabos, patinas, ahena & alia vasa in quibus simplicia vel coquuntur vel componuntur: Aliæ destillationibus quæ cucurbitas, retortas, vesicas, ollas & alia vasa excipiunt, his accommodata destillationibus, quæ vel per ascensum vel per descensum suscipiuntur: Quæ destillationibus inseruiunt, seu materiam ex qua fiunt, seu formam spectemus, multifariam extruuntur. Aliæ ex ferro, aliæ ex cu-

pro

pro, aliæ ex terra figulina, aliæ ex argilla vulgari, lateribus & reliquis quæ ſtructuram connectunt & firmant: Elegans fornacum conſtructio depicta eſt in lib. dicto 2. Baſilicæ noſtræ philoſophicæ, in quem librum pharmacopœum recommendamus.

CAPVT III.

De mineralibus & metallis in officina neceſſariis.

LOnge non ſolum errant qui à medicamentorum cenſu mineralia & metalla prorſus excõmunicant & ablegãt, verum etiam qui ſola ad morborum omnium expugnantiam vſurpant & adhibent: Morbis enim vt omnibus vix conferre, ſic multis aliquando prodeſſe certum eſt. Nam ex mineralibus & metallis omne medicamentorum genus habemus, veluti teſtantur aliquot libri noſtræ Baſilicæ Chymicæ: Ex iis facimus confortantia, diaphoretica, cathartica, alterantia, diuretica, narcotica, anodyna, magiſteria, melanagoga, cholagoga, phlegmagoga, panchymagoga, elixiria, &c. in 5. part. præfationis Baſilicæ multa egregia ab antiquis tradita medicamenta poſuimus quæ capiunt aurum: lib. 2. & 3. Baſilic. Chymicæ tradidimus antiquorũ vſum argenti, Mercurii, Veneris, Iouis ac Martis, lib. 4. eiuſdem Baſil. tradidimus virtutes lapidum ac gemmarum. lib. 5. tractauimus vſum egregium mineralium, &c.

Sed qua fronte hodie damnantur eiuſmodi remedia ex metallis ſiue mineralibus parata, præſertim ſi ea ſolertis medici induſtria, ſecundum artis & naturæ leges, non per ignarum quemdam empiricum aut ſophiſtam præparentur? cum

cum eorundem vſus apud antiquos, & quidem citra vllam præparationẽ paſſim occurrat? Sicut videre eſt ex veterum ſcriptis, quæ nos allegauimus in aliquot libris noſtræ Baſilicæ Chymicæ ſimulac in S. parte præfat. noſtræ in Baſilicam Chymicam.

Nicolaus Myrepſus inter Græcos celeberrimus auctor, præclaram narrauit operam in locupletanda pharmacia, & collectis ſelectioribus anteceſſorum ſuorum remediis, lib. de Antidotis conſcripſit, in quo plus quam centum reperies Antidotos, vel ſelectiſſimas etiam, in quarum compoſitione metallica ſiue mineralia, hodie à multis damnata, cruda inſuper & ſine præparatione ingrediuntur. In Antidoti Tripheræ è ferro, (Myrepſ. de Antid. cap. 221.) Compoſitione, additur libra vna ſtomatidis ferri, vt vocat, quod ingrediens reliquorum omnium doſin ſuperat. Creditur illa conducere ad frigidos affectus, & ſtomachi cruditates. Paratur hodie ex chalybe, ſine aceto & igne, puluis, ex quo cum ſpeciebus quibuſdam corroborantibus tabellæ conficiuntur, quæ in Cachexiis mirandos edunt effectus. Horum, inquam, remediorum ingredientia præcipua ſunt ex mineralium familia deſumpta: præparatio vero eorundem planè chymica eſt. Cum igitur tanta ex mineralibus efflorescat vtilitas, quis, quæſo, illa temere flocci faciet aut vituperabit? Sulphur, quia facile inflammatur, à multis calidiſſimum & prorſus igneum iudicatur, & idcirco è remediorum ordine excluditur: ſed quomodo id ſequatur, non ſatis perſpicio. Camphora enim quæ vel in aqua ardet, communi omnium conſenſu frigida potius quam calida cenſetur. Accedit, quod & eadem ſapore ſatis acri ſtipetur, ſulphur autem omnis acrimoniæ expers ſit. Cur vero hodie abrogatur & damnatur id, quod veteres olim vno ore com-

proba-

Digitized by Google

probarunt? In eodem enim Myrepſo viginti plus minus ſeſe offerunt antidota, quorum alia ſpecifica putantur remedia contra febres & inflammationes internas, in quibus tamen ſulphur viuum & plane crudum, tanquã præcipuum inter alia ingrediens non prætermittitur. Vide lib. 5. Baſil. Chymicæ de mineralibus cap. 3. de ſulphure. Nimis vero longum foret, ſingula minutim hic recenſere, præcipua igitur tantum pro aſſertionis noſtræ confirmatione, in medium hic adferam.

In Antidoto Pauli, quam Myrepſus ad Aphoniam, ſpirandi difficultatem, aſthma, dyſenteriam, & cholicos dolores conferre ſcribit, ſulphur non omittitur. Sic in antidoto, panacea appellata, cui adſcribit vim, febres, aliaq; infinita mala ſanandi, ſulphur ingredientis locum habet. Idem ſulphur ingreditur compoſitionem Perſicæ antidoti, quæ inſigne creditur remedium eſſe contra omnis generis morbos, contra cephalalgiam, icterum, & febres intermittentes omnes. Imo in eadem compoſitione tanti ab illo æſtimata, addũtur etiam Arſenici crudi drach. quinq;. Sic in Antidoto cap. 303. Muſæ Appollonio adſcripta, idem Arſenicum ingreditur, quam tamen Antidotum omnibus hepatis affectibus vtiliſſimam eſſe affirmat: ſed abſit vt eius vſum comprobare poſſim. In aliis antidotis, eidẽ Appollonio, c. 301. 302. 303. adſcriptis, quantum vltima aphraſtos nominatur (tanquam res pretioſiſſima, nec temerè cuiuis communicanda, ſed per aurem tantum clam inſuſurranda ſit) ſulphur quoque additur. Sed optarem inter alia huius antidoti ingredientia maiuſculis conſignari literis, ſtercus bouillum. Ecquid enim lautius aut iucundius excogitari poſſit pro delicatulis? in quorum ſcilicet gratiam ſolum id forſan additum eſt. Denique ſulphur in tanto olim vſu pretioque

fuit, vt Myrepſus plures antidotos à ſulphure tanquam illarum præcipuo ingrediente appellarit, vt eſt antidotus de ſulphure vel lexopyretos, & aliæ, vti videre eſt cap. 339. 358. & 359. Quæ iuxta eundem authorem, omnes conferunt ad tuſſim inueteratam, febrem tertianam & quartanam, cõtra ipſum quoq; morbũ caducũ. Cum igitur ſulphur crudum, & multis adhuc impuritatibus inquinatum, veteribus olim adeo vſitatũ fuerit, qui fit, quod hodie eius vſus damnetur in iis, qui ſingulari artis induſtria, eius cruditatem & impuritatem tollunt, ex eoq; ſumma & optima præparant remedia? Flores enim albi nec non lac ſiue butyrum dulce, arte præparatum, multò ſunt præſtãtiora remedia cõtra tuſſim, aſthma, phtiſin & ceteros thoracis affectus, quam ſulphur, crudum exhibitum. Sic balſamum rubicundiſſimum, inſtar rubini, philoſophice extractum, & ad guttas aliquot cum juſculo aut alio conuenienti liquore exhibitum, iiſdem affectibus, & imprimis pulmonũ vlceribus prodeſt, cuius viribus longè impar eſt ſulphur vulgare. Aciditas præterea ſulphuris extracta, & ab oleaginoſa illa & aduſtibili qualitate ſeparata, febrilem calorem penitus extinguit, tantum abeſt, vt eundem foueat, augeat, &c.

Ex vitriolo quoq; optima præparari poſſunt etiam interna medicamina, quia verò id veteribus non ſatis cognitum fuit, ex remediorum cẽſu immerito hodie expungitur. Galenus lib. 9. ſimpl. vbi de vitriolo tractat, non ſatis demirari poteſt, quod ſub tam inſigni eius adſtrictione, tãta caliditas deliteſcat: ob quam cauſam carnibus tantũ humidioribus, à corruptione vindicandis, vtiliſſimum eſſe ſtatuit. Paulus & Oribaſius eiuſdẽ ſunt opinionis cum Galeno. Sed huius admirationis nodũ ſoluit interna vitrioli Anatomia. Quod enim interius in eius occulto continetur, id exhibetur per

artem

artem ſpagyricam: cuius beneficio ex eodem extrahuntur tria: phlegma ſubdulce, ſpiritus acidus, & oleum acerrimum. Præter hæc etiam, per artificioſam hanc diſſectionē, ſeparari ex eo poſſunt ſal, citra moleſtiam vomitum ciens, perq; ſudores & vrinas purgans, & ſulphur dulce ſeu Narcoticum, quod verum Anodynum eſt ad quoſuis dolores mitigandos, citra ſtuporem, qui alias vulgaria illa opiata & narcotica plerumque comitari ſolet. vide præpar. varias ex vitriolo lib. 5. Baſil. Chymicæ cap. 2.

Hanc internam rerum anatomiam ſi calluiſſet Galenus, duas præterea qualitates planè cōtrarias, ſub eadem vitrioli aciditate, deprehendiſſet, (q; periti norunt artifices) quarū vna corpora ſolida & dura, veluti lapides, & alia huius generis diſſoluit: altera contra, ſpiritus volatiles, vt aquam vitæ ſiue ſpiritum vini, & ſpiritales ſubſtantias, quæ nullo frigore externo vel violentiſſimo cōſtringi aut condenſari poſſunt, coagulat. Vnde liquido conſtat, eadem vi, ab eo in corpore humano diſſolui arenulas & calculum, & contra ſpiritales fumoſoſq; vapores coagulari: à quibus alias varia producūtur ſymptomatum genera, niſi coagulationis fræno, tanquam ſummo illorum remedio, compeſcantur. Quod ſi vir ille ſummus reuiuiſceret hodie, quanta haud dubie admiratione, quantoque deſiderio & amore complecteretur tam ſublimem ac raram philoſophiam, quæ non conſiſtit in friuolis diſputatiunculis, nec in dubia opinionū fallacium fluctuatione: ſed certiſſimo potius & tutiſſimo experientiæ fundamento inconcuſſa nititur, & iis tandem acquieſcit, quæ oculi vident, & manus tenent. Dioſcorides vitriolo crudo non tantum ad externos, ſed internos etiam affectus vtitur: cuius drachmam vnam cum melle exhibet contra aſcarides & vermes, & ad ciendum vomitum iis, qui

ex nimio fungorum esu torquentur. N. Myrepsus, libro citato, inter varii generis antidotos, quarum compositionem ingrediuntur chalcitis, Misy & Alumen, quæ naturam vitrioli obtinent, vnam cap. 157. Chrysippo attributam: alteram eclogam, hoc est, selectissimam dictam, describit: Hanc inprimis prodesse docet cruętæ spuitioni, & hæmorrhagiæ. Chalcitis item cõpositioni Theriacæ additur. Quæ omnia eum in finem à nobis dicuntur, vt constet, veluti & à nobis in Basilica Chymica nostra satis probatum, veteres quoque mineralia eiusmodi, vel cruda, vel impura, imo plumbum ipsum, solummodo vstum, (vt in Mithridatii cõpositione à Myrepso c. 412. descripta, videre est) vsurpasse, tantũ abest, vt illa contempserint aut odio adducti, ex remediorum aluo deleuerint: sicut nonnullos hodie factitare videmus, sed vt libere dicamus, eorũ vsum in medicina probare non possumus, priusquã secundum artem optimè præparata fuerint. Oleum vitrioli, cuius tãta est acrimonia, vt coriũ & pannum corrodat, Matthiolus tãquam summũ remedium ad calculi cõminutionem & vrinæ suppressionem, ad asthma item & spirandi difficultatẽ, cũ cõuenienti liquore exhibet: & quorundam admixtione, vim ipsius acerrimã corrigit, sed vulgares sunt eiusmodi correctiones: verus philosophus, pernitiosam illam acrimoniam omninò tollit (vide Basil. nostram Chymicã c. 2. de vitriolo) eamq; cum liquore salis Tartari, quantumuis acriori, subdulcẽ reddit, vt nõ secus ac syrupus limonum, per os exhiberi possit. Pauci his fidem adhibent: sed veritatẽ dictis inesse norunt illi, qui in peruestigãdis naturę secretis, dies noctesq; cõsumunt. Antimonium, tanquã lethale venenũ hodie à multis proclamatur: iuxta Dioscoridem tamẽ & veteres facultatẽ habet adstringendi & refrigerandi: ob quã causam vsus eius est in collyriis oculorũ. Galenus.

nus ipſi vim exſiccandi & adſtringendi attribuit: ita vt neq; à Dioſcoride, neque ab ipſo Galeno, aliisve ex veteribus, inter venena ſimpliciter recenſeatur. Sed demus, id eſſe venenum, num propterea ipſius vſus in Medicina prorſus interdicendus? Lapis enim lazuli, & lapis Armenius, licet ambo inter venena annumerentur, ex remediorum tamen purgãtium numero, nullo modo excluduntur. Diſplicet multis in Antimonio nimia purgandi vis & violentia, tam per vomitum, quam per ſeceſſum: quam ipſemet non laudo. Verum tamen eius vis tam vehemens & pernitioſa non eſt ac tithymali, thapſiæ, hellebori albi, & aliorum violentiſſimorum remediorum, quæ conuulſiones excitant, & ad venenorum claſſem, ſub quibus Antimonium non continetur, iam relata ſunt. Scias in vitrificatione non conſiſtere eius veram præparationem, ſed hanc omnes veri Philoſophi improbant. Attamen infinita remediorum genera ex Antimonio præparantur, teſte Baſilica noſtra chymica lib. 5. c. 1. Hodie quidem multi celebriores Medici in Germania exiſtunt, qui vitrificato Antimonio, ad vomitum ciendum, felici cum ſucceſſu vtuntur. Verum ab illis interdum ita præparatur, vt vomitum citra vllam moleſtiam; interdum ſolam ſaluationem prouocet. Neque contemnenda eſt illa purgandi ratio, olim Hippocratis tempore admodum frequens & vſitata. Ex eo porro varia purgantia præparantur, quæ morbum eiusq; cauſam, citra vehementem corporis perturbationem, radicitus tollunt. Varia quoque hydrotica, Diuretica, imo roborantia & Bezoartica, magnæ virtutis remedia, ex eo cõficiuntur. Nec mirum id videri debet, tot tamque contrarias facultates vnico ſubiecto ineſſe. Notum enim eſt omnibus, in Guaiaco tres diuerſas ineſſe proprietates: Diureticam nempe in ſpiritu acido: ſudoriferam

in oleo: cuius guttæ aliquot cum vino aut iuſculo infuſæ exhibentur: & vim purgantem in ſale: cuius vnus vel duo ſcrupuli, cum aqua propria, ſeu liquore acido, pro doſi ſufficiũt. Quod ſi antiqui & Anteceſſores noſtri non ſatis comprehenderint, tot diuerſas naturarum proprietates in vnico cõtineri ſubiecto: num propterea rei veritas tollitur? Veteres ne per ſomnium quidem cogitarunt, ipſum Antimonium, cum tam nigri coloris, tamq; terrenæ & craſſæ ſit ſubſtãtiæ, in vitrum candidum & pellucidum, inſtar cryſtalli, & rubrũ inſtar Rubini, ſola calcinatione & fuſione tranſmutari poſſe: neq;, opinor, ſuſpicati ſunt vnquam, in eo tam inſignem latere purgandi vim: ſicuti certo conſtat, illud in exigua doſi, 4. tantum aut 5. granorum, in vino vel aqua maceratum, & ſumptum, tanta vehemẽtia corpus turbare, vt tam ſuperne quam inferne, valentiſſime purget: ponderis & virtutis quantitate non imminuta. Quoties enim idem denuo infunditur, toties nouam purgandi vim liquori impartitur, citra virium ponderisq; imminutionem. Hinc liquet eiuſmodi operationes plane contrarias eſſe adſtrictioni, quam ipſi attribuerunt veteres: quia ab externa Anatomia eius ſuperficietenus depinxerunt qualitates. Sed valeat vitrum iſtud, quamuis Empirici in Medicorum ſæpe numero opprobriũ, grauiſſimos & deſperatos plane morbos eodem ſanent. Medicinæ enim virtus, vti diximus, non conſiſtit in vitrificatione, ſed in vera eius præparatione, quam docet Baſilius Valẽtinus, Monachus ordinis S. Benedicti, ſummus philoſophus & Medicus: qui in libris ſuis, longe ante natum Paracelſum, Germanico Idiomate conſcriptis, quinquaginta remediorum genera ex Antimonio edocet. Vnde conſtat quantam induſtriam olim hic vir, nec non alii politiori ingenio præditi adhibuerint, in optimorum remediorum perueſtigatione.

Digitized by Google

tione: quæ conſecuti, magni fecerunt, & pretioſi loco theſauri habuerunt.

Sed quærimus, cur nunc Antimonium, tanquam lethale venenum reijciatur, cum certum ſit, eius vſum in præcipuis veterum Antidotis non fuiſſe improbatum? vide Antidotum è Zingibere, à Myrepſo deſcriptam, quæ, iuxta eundem authorem, confert plurimum Apoplexiæ, maniæ & quartanæ febri: In hac lapidis Lazuli & lapidis Armenij drach. tres, & tantundem lapidis Antimonii, omnia tamen cruda, & imputitatum adhuc plena, ingrediuntur. Sed audimus nonnullos hic inferre, pro Antimonio Artimonium eſſe legendum: Artimonium autem idem ſignificare ac pyrethrum. Sed quam præpoſtera & ſiniſtra hæc ſit interpretatio, Leonhardus Fuchſius vir doctiſſimus & celeberrimus, conſpicue demonſtrat in verſione Myrepſi vltima: qui præterquam quod Antimonium, ex ſententia Serapionis, Lapidem appellet, nominatim inſuper ſtimium id eſſe, in cõmentariis addit. Pyrethrum autẽ quantum differat à lapide, & ab ipſo ſtimio, nemo non nouit. Taceant ergo in poſterum illi, qui vocabulum hoc in alium torquere ſenſum conantur, quam Fuchſius, ſummus ille vir, id acceperit: cum quo hic errare malumus, quam cum nõnullis inferioris notæ bene ſentire. His nõ obſcure ſuffragari videtur Mathiolus, magnum illud Medicorum Lumen, qui de Antimonii vitro, eiuſque virtutibus, comment. in Dioſcorid. cap. 9. in hæc ſcribit verba: Quo fit vt non poſſim non mirari nonnullorum Medicorum ingenium, qui ſtibium venenum eſſe mortiferum contendunt. Siquidem ſe Medicos eſſe profitentur, miror quidem eos hactenus non obſeruaſſe, rara admodũ, vel fortaſſe nulla reperiri medicamẽta, aluum eliciue exoluẽtia, tã priſcis, q̃ recentioribus Medicis vſurpata, q̃ venenoſam vim nõ ſortiantur, Elleborum. n. vtrũq;, Tithy-

malorum omne genus, Pityuſa, Elaterium, Colocynthis, Turpetum, Thapſia, Bryonia, Scammoniũ, Thymelæ, Chamelæa, Cyclaminus, & inter foſſilia Armenius atque cæruleus lapis, quin etiam æris ſquama, qua paſſim vſi ſunt antiqui ad cutem ſubeuntes aquas, venenoſitatis haud ſunt expertia. Atqui quid dicent de ſandaraca atrociſſimo veneno? An non tandem propinat cum melle, aut in catapotiis Dioſcorides aſthmaticis, & aliis in diſcrimine laborantibus? Nõne & Auicenna Arſenicum quoque propinat? Hoc mihi dixiſſe ſat eſt, vt illorum negligentiam, ne dicam inſcitiam palam faciam, qui ſuis opinionibus (profecto ridendis) inhærentes, non vident, dum ſtibium vituperant, interim tamen à præſcriptis Medicamẽtis non abſtinent, imo iis quotidie vtuntur, quorum nõnulla longe magis ſumentibus nocent, quã ſtibium: cuius vſus (vbi recte in morbis cõueniat) ſæpe miraculi ſpeciem affert, & præſertim vbi propinetur ex catapotiis ex Gal. hiera paratis. Quam rem optime ij dicunt ac intelligunt, qui in deploratis fere morbis diuturnis, ipſisque pituitoſis & Melancholicis curandis ſtibium Dei manum appellant. Vel ſola tanti viri autoritas ſufficere deberet, ad redarguendam illorum opinionem, qui Antimonii vitrum adeo deleterium eſſe opinantur. Addit inſuper autor duas hiſtoriolas, ad maiorem veritatis confirmationẽ: quarum altera eſt de Georgio Hantſchio, percelebri Medico, qui peſte cõflictatus vitri illius vſu cõualuit. Altera eſt de Andrea Gallo Tridentino inſigni quoque Medico, qui, cum in grauiſſimum incidiſſet morbum, & morti proximus, nihil prorſum opis à vulgaribus ſentiret pharmacis, ex deſperatione quaſi ad Antimonium confugit, & autoritate Georgii Hantſchii, qui nõ Empiricus, ſed celebris erat Medicus, & propria experientia edoctus, Antimonii vſum iam antea

antea ſatis comprobarat, fretus, ſumtis tribus eius vitri granis, ſtatim per vomitum, vltra 4. vncias puræ putæ choleræ euomuit: ex quo vno actutum leuatus, paulo poſt integræ ſanitati reſtitutus fuit. Nouimus inſignes aliquot Medicos, Hippocraticæ Medicinæ addictos, & neutiquam Paracelſiſtas, vt vocant, qui Antimonio vtebantur: non tamẽ in ſubſtantia ſua craſſa, ſed per infuſionem, aut ſingulari quodam artificio præparato. Inter hos occurrit Theodorus Zwingerus, felicis memoriæ, ſingulare ſeculi noſtri lumen, quem præceptoris ac parentis inſtar ſemper coluimus: Nec non ſummus ille vir Felix Platerus, in inclyta & antiqua illa Rauracorũ Academia, primarii Medicinæ Profeſſoris ſiue Archiatri officium, maxima cum laude & dignitate hactenus geſſit: Hic inter alia ſua arcana media Antimonio non poſtremum locum tribuit: quod ad peculiarem quendam modum, non cuiuis cognitum, ab ipſo præparatum, & tempore opportuno exhibitum, nullam omnino noxam aut perniciem corpori infert, nec malam in partibus diatheſin, vt falſo quidam cauillantur, poſt ſe relinquit. Hunc, de Antimonii vſu vel abuſu loquentem, cæteri audiant: qui ab experientia propria, non ex auditu, qui ex ſcientia, non opinione, de huius generis præſtantiſſimis remediis ſincerum poteſt proferre iudicium, non corruptum, vt quidam harum rerum Apirici & inexperti facere ſolent. Fatemur quidem eius in corpore humano turbando magnam eſſe actionem & violentiam, interim tamen huius generis remedia non plane reiicienda, imo vulgaribus pleriſque (analogia vtrobique ſeruata) anteponenda eſſe exiſtimamus. Sin vero neceſſitate vrgente, ad huiuſmodi remediorum vſum confugiendum ſit: præparatione pernitioſa illorum qualitas vtiq; tollenda prius eſt.

Digitized by Google

Sic Helleborus rite præparatus(quem & Hippocrates & poſt illum Meſuæus non ſolum vſurpabant, ſed ſummis etiã laudibus euehebant)in affectibus deploratis,in quib. eccoprotica nimis languida comperiuntur,ſummum & ſalutare eſt remedium. Venenata enim & maligna eius qualitas præparatione prorſus ſecernitur, quemadmodum id in Baſilica noſtra chymica, vna cum aliorum plurium remediorũ præparationibus, copioſius docuimus. At vero,ſi tanta mali ſit pernities ac contumacia,vt neque Helleboriſmo,neq; ſimilibus remediis, è vegetabiliũ familia petitis expugnari poſſit:cur ægri in tantis morborum anguſtiis cõſtituti, ad thermas,ſeu balneas metallicas & naturales ablegantur? Nonne quia illarum admirandi & potentiſſimi effectus, in perſanandis morbis,ſeſe indies manifeſte produnt? Sed videmus, virtutem eiuſmodi aquarum mineralium, non continuo vigere,ſed certis tantum ſtatisq; temporibus cum magno emolumento efflorescere. Ne igitur interea temporis æger ex morbi vehementia forte pereat, nonne ipſi magis conſultum foret, remediis quibuſdam metallicis ſiue mineralibus,à docto Medico præparatis, vt vi ſua ſpecifica præſenti morbo profligando conuenientibus vti? In cachexia enim ad Hydropiſin inclinante,thermæ Forgenſes, quæ ferri naturam participant, pro remedio ſpecifico præſcribi ſolent; ſi v. æger vel temporis iniuria, vel morbi magnitudine impeditus, illas adire nequeat:cur quæſo non liceat huic exhibere vinum chalybeatum: tãta artis induſtria præparatum, vt potentiſſimam præſentis mali exſcindendi & prorſus tollendi vim obtineat? ſicuti in huiuſmodi affectibus,hoc contingere, felici cum ſucceſſu, quotidie experimur. Ex quibus omnibus meridiana luce patet clarius, Metallica eiuſmodi remedia non eſſe repudianda, ſi præſertim à Medico docto

docto & perito rite præparata & administrata fuerint. Sed plena nunc omnia agyrtarum & circulatorum, qui Medicinam professi, non nisi impostu ram faciunt. Excusatione igitur aliqua digni mihi videntur, qui tam acerrime Antimonii vitrum, voce & scripto oppugnant. Hoc enim vnico fucato remedio impostores illi, incognitis prorsus ægrorum temperamentis, morborum causis, aliisve circumstantiis, promiscue & perperam vtuntur: Imo neque vim & efficaciam proprii remedii agnoscũt audaculi isti, qui sola copiosorum excrementorum vomitione & deiectione, morbi curationi satisfactum putant: in quo tamen turpiter fallunt & falluntur. Nihilominus & hi odio sunt persequendi, qui sine ratione & experientia: sine legitima vocatione & doctrina, ex Hippocratis & Galeni fontibus, hausta, Medicinam exercendam temerario susc ipiunt ausu &c. hæc paucis dicta sufficiant de Metallorum ac mineralium vsu, multa sane adhuc proferri possent, sed ea suo loco applicabimus.

CAPVT IV.

De Medicamenti Definitione, Diuisione, ac Facultate.

MEdicamentum est omne id quod naturam siue corpus nostrum immutare & quocunque licet modo vincere potest, siue id intro sit sumptum, vel foris admotũ: vt piper, Pyrethrum, Nymphea, Cichorium, Euphorbium &c. Medicamento velut è Diametro est oppositum Alimentum, quod intro sumptum corpus nostrum nutrit, & auget: vt Panis, vinũ, caro animalium volatilium & quadrupedũ, non v. rapaciũ. Quæ enim viuunt ex rapto, prauisunt succi, prauumq; sanguinem generãt, & tan-

Digitized by Google

quam immunda reijcienda. Propterea diuina ſanctione prohibitum eſt filiis Iſrael, ne comederent aquilam, vulturem, gryphem, coruum, accipitrem & ſimilia: Et prudenter nunc iuxta diuinum hoc decretum abſtinemus à carne vulpium, luporũ, Leonũ, & ſimilium rapacium.

Inter vtrumq; medium eſt alimentum medicamẽtoſum, quod ſc. vtriuſq; eſt particeps; partim enim nutrit, partim alterat & immutat, vt lactuca, raphanus, cucurbita, alliũ, & infinita alia. De medicamento hoc opere propoſitum eſt, agere ſiue proprie ſiue Improprie ſumpto, non autem de alimento. Placuit tamen hæc ita diſtinguere, iuxta illud accuratum in Topicis Ariſtotelicis decretum, contẽplatio differentiarũ vtilis eſt, & ad inductiuas rationes, & ad ſyllogiſmos, & ad definitionum aſſignationem, & ad claritatem ſecũdum eam rem faciendam.

Medicamentum omne aut ſimplex eſt, aut compoſitum: ſimplex dicitur q; tale eſt vti natura produxit, vt caſſia, rhabarbarum, polypodium, colocynthis, & infinita alia, quæ naturalem tantum compoſitionem, ex quatuor videlicet Elementis ſunt cõſecuta. Compoſitum eſt omne id, quod ex multis virtute diuerſis arte & induſtria ſimul vnitis conſtat.

Medicamentorum ſimplicium differentiæ ſumũtur, vel ab eorum materia, vel à facultatib. Ex materia cum triplex ſit Dioſcoridi & Galeno, Tres ſtatuuntur Medicamentorũ generales differentiæ. Aut enim ex plantis ſumuntur, aut ex mineralibus, aut ex animalibus.

In primo genere continentur omnium ſtirpium genera, earum partes, & quæ ab ipſis proueniunt; Radices, ligna, cortices, rami, folia, flores, fructus, ſemina, gummi, reſinæ, ſucci, fungi, liquores, viſci, aquæ, muſcus, lanugo, nucamenta &c.

In ſecundo continentur ſeptem metalla, mineralia, lapides ſiue gemmæ, omnia genera ſalium, item & ſucci ex terra.

In tertio genere continentur Animalia, vel integra, vel eorum partes. Integra ſunt, vt gallus gallinaceus annoſus in iuſculo ad cien-

dam

dam aluum & corporis nutricatum, hirundo in paſtu ad oculorum aciem, Galerita aſſa ad colicum dolorem, cancri fluuiatiles tabidis, ſcorpiones triti ad ipſorum puncturas ac morſus, cantharides ad ruptoria. Animalium partes ſunt, cerebellum paſſeris ad ſtimulum veneris, cerebellum leporis ad odontalgiam infantulorum, pulmo vulpis ad phtiſin, hepar lupi ad vitia iecoris, hepar aſini ad epilepſiam, inteſtina lupi, ad colicum dolorem, ſcincorum renes ad mentulæ tentiginem, ſanguis hirci ad frangendum calculum, fel perdicis & milui ad viſus claritatem, oſſa cranii ad morbum caducum, os de corde cerui ad animi deliquium, dentes apri ad pleuritim naſcentem, pudendum cerui ad natam & progreſſam, dentes elephanti ad cordis robur, cornu cerui, cornu vnicornu ad infringenda venena, vnguis alces ad morbum ſacrum ſiue comitialem. Præterea ſunt & partes animalium, medullæ, ſeuum, pinguedo, lac, caſeus, butyrum, ſerum, coagulum, oua, teſtæ, pili, excrementa, &c.

Hæc, inquam, omnia naturalia ſimplicia in officiis appellantur, quæ nullam adhuc præparationem ſunt experta. Sunt namque & alia etiamnum in pharmacopœorum officinis dicta ſimplicia, non tamen à natura, ſed arte parata, vt aquæ ſtillatitiæ ſimplices, olea, ſimplicia, ſyrupi ſimplices, & his ſimilia, quæ collatione cum magis compoſitis eiuſdem formæ medicamenti talia dicuntur, viceque verſa compoſita dici merentur. Horum omnium exacta cognitio medico non tantum vtilis eſt, ſed etiam neceſſaria, vel ipſo Galeno medicorum coryphęo multis in locis illud atteſtante, com. 3. in aph. 1. ſect. 5. & 6. Epid. Idem Galenus hanc methodum medicamenta præparandi atque componendi fuſe ac docte tradidit in ſuo opere de compoſitione medicamentorum ſecundum genera.

Porro medicamentorum omnium tam ſimplicium, tum compoſitorum materia vel ex mineralium, vel ex vegetabilium, vel deniq; ex animalium familia depromitur, vt iam dictum eſt. Quorum omnium perfecta cognitio conſiſtit in delectu, præparatione, mixtione, compoſitione, quantitate, proportione atq; forma, & præterea in omnium tam ſimplicium, quam compoſitorum adminiſtratione atq; vſu

legitimo. Electio fit ex arte, indicatione ſumpta à ſubſtantia medicamenti, vel, vt nuperi quidam profundius philoſophantes voluerunt, à totius ſubſtantiæ proprietate, à qualitatibus omnis generis, earumq; gradibus primis, ſecũdis, tertiis, quartis, horumque latitudinibus, à quantitate, numero, figura, ſitu, loco, & poſtremò à tempore tum durationis, tum collectionis, quæ omnia breuitatis cauſa fuſius hic non exponuntur, ſed de his veteres ſunt conſulendi: Præparationem verò, mixtionem, compoſitionem, quantitatem ſeu Doſin, proportionem atque formam in ſequentibus Deo dante docebimus. Quando ſimplicia medicamenta, duas habent facultates, & aliquando tres ſimul: tum prima dicitur ſimplex & elementaris, quæ ex elementorum quatuor permixtione conſurgit. Altera materialis, ac ſecunda, quæ ex commoderatione, & conſiſtentia materiæ, cui diuerſa proportione quatuor qualitates inhęrent, emergit. Præter has nonnunquam tertia conſpicitur, nempe purgatoria, quam Fernelius occultam nominat. Syluius cum aliis non vulgarioris doctrinæ quatuor ſimplicium medicamentorum facultates in vniuerſum conſtituit ſed tertiam parum notam, & quartam adhuc incognitam eſſe aſſerit, verum vtraque pro vnica paſſim vſurpatur.

Facultas prima medicamentorum communis eſt, & tanquam baſis reliquarũ, ex ipſis elementis prodiens. Eaq; conſiſtit maximè in calefaciendo, refrigerando, humectando, ſiccando: In quibus ſingulis obſcurè conſpicitur, vt cum primo gradu agit, vel manifeſtè, vt ſecundo, vel vehementer, vt tertio, vel ſummè vt quarto: Atque in horum ſingulorum, aut principio, aut medio, aut fine: Ita vt medicamentorum calidorum, & frigidorum, & humidorum, & ſiccorum ordines duodecim conſtituantur.

Hoc etiam in his locum habet, quæ coniugatas ſortiuntur qualitates quæ ſcilicet vires habent calefaciendi & humectandi, vel calefa-

ciendi

endi & ſiccandi, vel refrigerandi & humectandi, vel refrigerandi & ſiccandi: Has ſiquidem non exerunt tantum obſcurè, manifeſte, vehementer aut ſummè, ſed in ſinguli gradus principio tantum, aut medio, aut fine.

Qualitates ſecundæ primas, ſeu elementares ac ſimplices comitantur, earumque adiutu vt ſint, & vires ſuas patefaciant, opus habent: Nam aperiendi facultas, rarefaciendi, attrahendi, tenuandi calefactionem ſequitur: Craſſandi, denſandi, claudendi, repellendi, refrigerationem: Molliendi, humectationem: Indurandi, ſiccationem. Vires & qualitates ſecundæ in auſteris, acerbis, actibus, amaris, aperientibus, tenuantibus, reſoluentibus, contrahentibus, emollientibus, ſtupefacientibus & dolorem lenientibus ſunt manifeſtiſſimæ, atque euidenti ratione quod poſſunt præſtant, perinde ac primæ ſeu elementares.

Tertia facultas magnam habet latitudinem, complectiturque ſub ſe purgantia, morbos occulta & magnetica vi curantia, partem quandam reſpicientia, amuleta, pentacula, venena, &c. Verum medicamentorũ purgantiũ facultatis diſquiſitio multorum exercuit ingenium: In illa enim dignoſcenda tot capita, tot ferè ſenſus, quare in alium locum, hanc de ea diſſertationem, reponemus.

Præter purgantia innumera & mira etiam ſunt medicamenta ſimplicia, quæ per os ſumpta, aut exterius tantum adhibita, cæci vi, ac ſpecifica proprietate morbos futuros arcent, & factos perfectè ſanant, aut mirabiles alios effectus proferunt: Et illa occulta facultas, non in plantis modo, verum in animalibus & mineralibus cernitur. Monumenta literarum fidem faciunt, Chriſtianiſſimum ac potentiſſimum Galliarum Regem ſolius manus attactu ſtrumas ad perfectam reduxiſſe ſanitatem.

Quartæ occultæ qualitates apparent, in tribus naturalibus muniis, quarum vna in corporibus demortuis, altera in ſuffocatis & tertia in ſuſpenſis cernitur.

Gallorum vetulorum jus ventrem mouet, caro ſiſtit: Idem

Idem asserit Galenus de ostreis & cochleis marinis: lib. de Ther. cap. 6. Hinc videmus quasdam res contrarias habere facultates, ita lactis pars serosa ac butyrosa subducit ventrem, caseosa cohibet & siccat.

Miraculo etiam tribuit Galenus, quod trifolii decoctum morsibus phalangii aut viperæ pro fotu adhibitum, statim dolores sedet & virus adimat: Parti verò sanæ idem admodum dolores similes his quos inuehit, excitat.

Idem cernitur in plantis: nam flores chamæmeli olfactu prosunt capitis dolori, folia summè nocent, si Galeno (cap. 1. lib. 2. comp. Med.) fides non denegatur.

Lapathi folia aluum subducunt, semen assumptum retinent.

Brassicæ decoctum aluum soluit, ipsa brassica commesta, vel comprimit vel pigriorem reddit.

Præterea occultam facultatem habet viperæ exuuium, pulueratum & impositum Alopeciis mirum in modum pilos regenerat: Idem pollicentur murium capita partibus glabris ex melle illita.

Caro leporis vsta, trita & pota calculos atterit & expellit.

Hepar lupi hepaticos proprietate specifica iuuare scripsit Gal. lib. 8. c. comp. local.

Galerita seu Alauda cristata assata, vel elixa sæpe comesta colicis affectibus obnoxios, vel detentos efficacissimè juuat: Gal. lib. de Theriac.

Vngula capræ aut eius vesica vel etiam ouilla, cremata, & ex posca sumpta, medetur qui noctu stragulas permingunt.

Aspidis senecta pulverata ex melle illita visum facit acutissimum.

Renes scincorum triti & cum vino poti, aut cum homo-

genea

genea conſerua ſubacti & ſumpti veretri tentiginem excitant & ad Veneris ludibria potenter mouent.

Priapus cerui ſiccatus, in puluerem contritus, & cum aqua cardui aut tuſſilaginis ſumptus, pleuriticos valdè juuat: Idem efficit dens apri in ſcobem tenuem redactus & hauſtus, maximè in huius morbi principio.

Cornu monocerotis mirabiliter cor tuetur à venenis & peſtilentibus morbis omnibus ſuccurrit: Effectus verò ſimiles experiuntur qui cornu cerui ſiue Rhinocerotis ſumunt.

Bouis aſtragalus cum oxymelite potus lienem minuit.

Hanc proprietatem occultam in multis ſtirpibus admiratione dignam obſeruamus, ſalſaparilla, quajacum, ſaſafras, item radix chyna, an non ſpeciali & occulta proprietate luem veneream perfectè curant?

Satyrium & eruca penem erigunt, venerem accendunt, & frequentiores congreſſus efficiunt: Vitex & nymphea contra, libidinis ardores corrigunt, mitigant, ſemen extinguunt & teſtium accretionem impediunt.

Viſcus quernus tritus & potus epilepſiã feliciter curat.

Vua paſſa familiaritate quadam ſubſtantiæ hepati benefacit.

Braſſica & hedera ebrietati reluctantur.

Ptarmica & elleborus ſternutationem mouent.

Vt conyſa pulices, ſic ſtaphyſagria pediculos enecat.

Opium phreneticos & delirantes juuat, placidum etiam ſomnum conciliat.

Fraxinus ſerpentes fugat, & eorum medetur venenis.

Dictamus facultate ſua abdita ſpicula euellit.

Lithoſpermon, ſaxifraga, & ſanguis hirci calculos pellunt.

Sabina menſes & fœtum ſeu mortuum ſeu viuum educit.

Veronica vlcera maligna corrigit, & ad ſanitatem accelerat.

Symphitum maius ſicuti & therebintina, balſamum eſt optimum, quod facilimè & citiſſimè omnia vulnera ſanat.

At quid dicendumerit de mineralibus vt antimonio, vitriolo, ſulphure, Mercurio, ſale, arſenico, item gemmis, &c. annon horum facultates, virtutesque occultæ ac ferè diuinæ, vti teſtantur libri noſtri Baſilicæ Chymicæ, de his ſpeciatim ac fuſius in ſequentibus Deo dante tractabimus, & diſputabimus.

Sunt etiam quædam ſimplicia medicamenta, quæ certis partibus tanta amicitia coniunguntur, vt eas vel ſumpta, vel admota, vel ſæpe ſolo odore iuuent, reficiant, & à morbis multis liberent, non tamen vt omnes earum affectus tollant, aut aliis quoque partibus non conferant, ſed ſpeciali dote, quædam hanc potius quam illam partem reſpiciant & tueantur, alia aliam.

Sic cephalica dicuntur, quæ tota ſua ſubſtantia capiti ſunt amica & conferentia, idque probat longa comprobata authoritas & vſus doctorum virorum, vt inter aromata moſchus, ambra, zibethũ, caryophilli, macis, calamus aromaticus, camphora, ſchœnanthum, inter alia ſimplicia vulgatiora, roſmarinus, ſaluia, maiorana, betonica, ſtœchas, meliſſa, viſcus quercinus, myrthus, flores arantiorum lilior. cõuall. tiliæ arboris, anthos caryophillatæ, betonicæ, radix hellebori, ſem. pœoniæ, papaueris, caſtoreum, formicæ, argentum, nitrum, cryſtallus, ſmaragdus, lapis Armenius & cyaneus, vitriolum, cranium hominis, &c. Ophthalmica ſunt, euphraſia, chelidonium, fœniculum, hormium, ruta, vitriolũ, ſulphur, tutia, Saturnus, cadmia, ſpodium, litharg. lapis

lapis calaminaris, odontica, quæ dentes roborant & nitidiores reddunt, ſunt laurus, ſaluia, lentiſcus, mirtus, camphora, cariophylli, &c. Auribus conueniunt calamintha, abſynthium, fol. capparis, allium, amygdal. amara, vrina antiqua, mel, ariſtolochia, &c.

Naribus appropriantur, veronica, fœnumgræcum, ſatureia, pulegium, burſa paſtoris, polionon, proſerpinaca, corallia, lapis hematites, judaicus, vitriolum, arſenicum, cera, ferrum, antimonium, Mercurius, &c.

Faciem reſpiciunt, hebenum, fraxinum, quaiacum, juniperus, braſſatella, ſerpentaria, perſicaria, lithargyrium, ſal, lac fœminæ, acetum, &c.

Linguam ac fauces curare poſſunt, pulegium, origanum, mentaſtrum, prunella, pyretrum, vrtica, iris, roſa, viola, morus, ſaluia, thus, myrrha, maſtix, nitrum, cancri, &c.

Pulmonibus conueniunt paſſæ, piſtacia, dactyli, jujubæ, pulmonaria, abſynthium, iris, praſſium, hyſſopus, vitriolum therebintina, mel, ſulphur, ſacharum, rad. Aronis, acori, pimpinellæ, ſuccinum, ambra, antimonium, oculi cancri, &c.

Thoraeem in genere reſtituunt meliſſa, betonica, ciclamen, ſemen carduibened. ſulphur, nitrum, therebintina, c. cerui, &c.

Cardiaca ſunt, borrago, chelidonia, meliſſa, bugloſſum, ſcabioſa, carduus benedictus, vlmaria, viola, roſa, oxytriphillum, crocus, cinnamomum, macis, perlæ, coralli, ſmaragdus, terra ſigillata, aurum, lapis bezoar, ſuccinum, vitriolum, tartarus, ſulphur, &c.

Stomachica ſunt abſynthium, mentha, anethum, calamus aromatic. rad. Aronis, betonica, zingiber, cubebę, galanga, macis, cydonia, piper, aniſum, maſtix, nux moſchata,

antimonium, vitriolum Romanum, vitriolum Veneris, ſaphirus, perlæ, ſal, gemmæ, ſal marinum, ſal fuſum, vinum, ſynapi, &c.

Hepatica ſunt, agrimonium, cichoria, fumaria, rhabarbarum, eupatorium, cichorea, mentha ſylueſtris, amaranthus, vitriolum, antimonium, lapis aſius, ferrũ, Mercurius, ſtannum, vitriolum, myrrha, curcuma, lapis cabrates, ſantalum, &c.

Fellis accidentia curant mentha rubea, flores herbæ trinitatis, chelidonia, rhabarbarum, veronica, ſatureia, ſpica, cichorea, endiuia, arantia, ſantala, pellicula flaua de pedibus & ventriculis gallinarum, centaurea minor, ſal vrinæ, tartarus, antimonium, cœlum verò fellis eſt Mars.

Splenetica ſunt tamariſcus, ſcolopendria, capparis, epithymus, ceruicaria, china, ceterach, tartarus, ferrum & vitriolum. Meſenterio appropriantur tartarus, antimonium & Mercurius.

Inteſtina reſpiciunt, therebintina, hirundinaria, centaurea, pirola ſyluatica, vinum, pinguedo taxi, chamomilla, juniperus, imperatoria, angelica, pimpinella, burſa paſtoris, plantago, biſtorta, acorus luteus, flores Perſici amaranthi, folia betulæ, ſtœchas, abſynthium. Lapilli qui in capitibus piſcium reperiũtur, corallia, terra ſigillata, Lemnia, lignum fraxinum, thus, ſuccinum, maſtix, aſa dulcis, camphora, cera, bolus Armenus, hæmatites, ferrum, maſtix, ſantala, fel tauri, vermes terreſtres, ſtannum, Venus, vitriolum, amygdala amara, &c.

Ani curam gerunt therebintina, chamomillæ, oua, vitriolum, ſulphur, fœnumgræcum, veronica, condrys, cuſcuta, lunaria, meliſſa, bolus Armenus, maſtix, balauſtia, copulæ glandium, ſaluia, corallia & ferrum.

Renibus:

Digitized by Google

Renibus proſpiciũt, ſaxifragia, Betonica, verbena, ſaluia, ſcordiũ, Baccæ laureæ, Betonica, pulegium, Arthemiſia, cinis fabarum, petroſelinũ, pentaphyllum, ſal Tartari, vitriolum, Vinũ, Lapis Iudaicus, Lyncis, Nephriticus, Microcoſmicus, cicer ſatiuum nigrum ac rubrum, Rad. Ononidis, Eringii, graminis, Aſparagi, Reſina arietis, Rad. vrticę, pimpinellæ minoris, ſanguis hirci, puluis leporis combuſti, lapis, ex veſica apri, oſſiculum è leporis articulo poſteriore, oſſa Meſpilorum, lithoſpermon, gummi prunorum, coralli, lapilli aſtacorum, teſtæ ouorum, lapilli ex capitibus piſcium &c.

Veſicæ opitulantur cryſtallus, Tartarus, cancri fluuiatiles, ſanguis leporis cum pelle eius combuſtus, ſaxifragia, fœniculum, petroſelinum, piper, Apium, milium ſolis, Aſparagus, hedera terreſtris, ſal prunellæ, ſal Tartari, ſal Antimonii, corallia, perlæ, cantharides, Helenium, Mercurius, vitriolum, ſal marinum, commune & ſal gemmæ.

Scroto cõueniunt, Herniaria, Enula Campana, Ruta, ſalia, oppoponacum, Vitriolum, vinum, Therebintina &c.

Vterum reſpectant, Hirundinaria, plantago, Centaurea, pyrola ſyluatica, hippogloſſa, mumia, Mercurius, Reſina ſolis, corallia, vitriolũ Veneris, ſulphur, chamomilla, Amarãthus, oua, ſplen bouis caſtrati, ferrum, vitriolum, corallia, terra ſigillata, Hematites. Galenici in ſiſtendis mẽſtruis præſcribunt vegetabilia hæc, vt, limonium, ſolanum, ſymphitum, ſemper viuum, Burſam paſtoris, Myrtum, Nymphæam, Fragariam, Hyoſciamum, Lyſimachiam, Flores Nympheæ, fructus berberis, vuam paſſam cum nucleis, ſemina Amomi, Aſparagi, Aniſi, Dauci, Apij, Fœniculi, petroſelini, ſeſeleos, ciceris Liguſtici &c. Ad menſes prouocandos Hypericon, flores cẽtaurii, chamomillæ, iunci odorati,

Leucorii, Meliſſæ, pœoniæ, viticis, ſaluiæ, Roriſmarini, nuclei perſicorum, Baccæ hederæ, capparis, piper, ſemina pœoniæ, Antheram, cuminum, Rad. Valerianæ, Aſari, acori, Ariſtolochiæ longæ. Menſtrua mouet Gagates, Gonorrhæam vero curant perlæ, & Radix Bryoniæ.

Sunt etiam præſentanea Medicamenta in affectibus Matricis vitriolum Veneris, Item crocus cum ſale armoniaco, Item cornu cerui & Vinum: ſpecificum ſuffocationis curat ſuffitus de ficu cutis. Ad procidentiam matricis applicatur & inſeritur pila cum cera, obducta & confecta, ad claudendam vuluam, clauſtris pudendorum applicatur facculus ex Meliſſa, cumino, mentha criſpa, Arthemiſia rubea, Abſynthio, ex roſis rubeis, omnibus in aceto coctis: Interna cura fit per Myrrham, Therebintinam, Nicotianam vel Tabacum.

Articulos ac neruos proprietate roborant ac curant Iuniperus, ſaluia, Roſmarinus, primula veris, camæpithys, Vitriolum, mumia, ſal vitrioli, Mercurius ſolaris, vnicornu minerale ſiue Antimonium.

Quæ reliquas partes ſpeciatim ac morbos reſpiciunt, nolumus huc referre, cum his lector facile contentus eſſe poterit, nunc nos conuertemus ad Medicamentorum facultates, quæ ab effectis & ſignaturis denominantur.

CAPVT V.

De Facultatibus Medicamentorum quæ ab effectis & ſignaturis denominantur.

HActenus Medicamenta, quæ ſpecifica virtute quaſdam partes reſpiciũt ac roborãt vt cephalica caput, ophthalmica oculos, odontica

tica dentes &c. Nunc de iis quæ ab Effectis ſuam habent Nomenclaturam breui dicemus, vt in promptu ſint Medicinam facturo, ad propoſitos & conſequendos effectus, Medicamentorum qualitate requiſita dignotio & appellatio. Verba enim cum ſint notæ rerum, ſi ipſis conuenientiſſime, vt decet, aptentur, aptius docent, & artificem melius regunt & dirigunt. Medicamenta autem pene omnia Idioma Græcorum, à quibus primo impoſitum fuit, retinent: Nonnulla ex Arabum balbutie profecta vix ad antiquam Euphoniam redierunt, & annorum lapſu quandam gratiam compararunt: Ab effectu igitur Medicamenta ſic à claſſicis authoribus appellantur.

Catharticum Medicamen dicitur, quod modo quouis à corpore noxios humores ſeu per vomitum, ſeu per ſeceſſum educat.

Cholagogon Medici vocant, quod Bilioſum humorem ducit.

Phlegmagogon quod apprehẽdit pituitoſum humorem è corpore educendum.

Melanagogon ſic Melancholicum humorem expurgat.

Hydragogum dicitur, quod aquas ſeu ſeroſos humores purgat.

Panchymagogon eſt, quod omnes educit humores.

Polychreſtum ſic nominatur, quod multos exhibet vſus.

Eccoproticon inter benigna Medicamenta numeratur, atque id dicitur, quod tantum feces deturbat.

Hypercathartica, hoc eſt, ſuperpurgantia ſunt, quæ primum humorem ſibi familiarẽ purgant, dein alios ad ſequẽdum paratiores, poſtremo ſanguinem, adeo vt Dyſenteriam ſuſcitent.

Emetica vocantur, quæ vomitum excitant, & foras humores per os excludunt, & dicuntur vomitoria.

Alliotis

Alliotica, hoc eſt, alterantia, quę intemperiem quandam emendant, vt calida frigidam, frigida calidam, humida ſiccam.

Euchyma & Cacochyma ad alimenta ſpectant: Illa quæ ſanguinem optimum, hæc quæ paruum gignunt, dicuntur.

Epiceraſtica, quæ ſuccum optimum ſufficiunt paulatim in locum praui paulatim vacuati, vnde Epicraſis.

Hypnoticum, quod ſomnum potius, quam ſoporem conciliat.

Narcoticum, quod non modo ſoporem, ſed ſtuporem & ſæpe necroſim, ſiue mortificationem adducit: quale eſt opium, hyoſciamus, mandragora &c. Vreticum, quod vias diducendo, laxando & pellendo vrinas & arenas mouet & ſæpe expellit, dicitur etiam diureticum.

Anodynum dicitur, quod moderato calore dolorem aliquem delinit & ſedat. Vocatur quoq; Paregoricum, & aliquando Lyſiponium, hoc eſt, laborem ſoluens, ſeu dolorem ſedans.

Lithontriptica ſeu Saxifraga, quæ lapides ſeu calculos frangunt, ſeu atterunt & foras eijciunt.

Chalaſticum Medicamentum generali ſignificato vocatur, quod partem quamdam cui adhibetur lenit, & temperato calore ſolatur: ſtrictius vero ſumptum, quod relaxat & tenſioni medetur, ſine qualitatis exceſſu vt adeps, butyrum &c.

Anaſtomoticon dicitur, quod venarum orificia diducit ac reſerat, & ſanguinem ad exitum ſuo calore, & acrimonia excitat: cuiuſmodi eſt allium, porrum, ſabina, ciclamen & alia plurima.

Repercuſſiuum Medicamentum Græci ἀποπυετικὸν nominant

minant, quod qualitate refrigerante & aſtringente humores in membra irruentes repellit, vt plantago, piloſella, ſorbæ. Quædam tamen ſola qualitate refrigerante repellunt, vt aqua & alia ſimplicia repercuſſiua. Galenus cap. 90. lib. de art. & lib. 14. method. Omnia autem repellentia Medicamenta tantum admouenda ſunt in principio fluxionis, ex Gal. & Oribaſio. Helcticũ, ſeu rupipaſticum vocatur, quod humores ex alto euocat, contrariumq; eſt repellẽtibus; Calidum.n. eſt, & partium tenuiũ, Repercuſſiua frigida & craſſarum. Et quodcumq; calidum trahit; frigidum quoduis repellit. Quod gradu ſecundo calidum eſt, manifeſte trahit: quod tertio, partim trahit, partim digerit, vocaturq; μιξοτρεπτικὸν. Attrahentium autem Medicamentorum tres ſunt differentiæ. Quædam enim qualitate Elementari trahunt, vt quæ calida ſunt ſecundo receſſu; Alia caſu vt putrefactione, eoque modo fermentum eſt validiſſimum tractorium. Alia quadam ſimilitudine, vt venena venenum; alia occulta proprietate, vt Dictamnus ſpicula, Magnes ferrum.

Diaphoreticum eſt, quod ſeu intro ſumptũ, ſeu foris adhibitum, attenuando & detergẽdo non ſolum meatus aperit, ſed obuios humores incidit, digerit, ac ſudore vel habitu reſoluit. Eorum duo traduntur diſcrimina, quædam debiliora ſunt, ἀραιωτικὰ dicta, hoc eſt relaxantia, quæ calida quidẽ ſunt ac tenuium partium, ſed non deſiccant, & magis humores ad reſolutionem apparant, quam reſoluant. Materia reſoluentium multa eſt: nam quæ à medio ſecundi gradus ad finem tertii calefaciunt, & ſunt tenuium partium, reſoluunt.

Στυπτικὸν ſeu στυφελικὸν, hoc eſt, ſtipans ſeu obſtruens, anadiomætico contrarium eſt: Vaſorum enim oſcula claudit, &

vacuationes ſiſtit: Eorum ſiquidem ſubſtãtia craſſa eſt, proinde facile occludens.

Πυκνωτικὸν ſeu condenſans, vim quidem habet occludendi, ſed imbecilliorem, atque cutis tantum meatus ſtipat; ſtegnoticum orificia venarum.

Ἔμβλαστικὸν ſeu glutinoſum vocatur, quod parti cuipiam illitum tenaciter adhæreſcit, & cutis meatus obſtruit, multoque imfarctu implet, vt Reſinæ & Gummi. Multa eadem ſunt Emphractica, quæ ſcilicet poros ſuo lentore obſtruunt & viſciditate opplent. Incraſſans Græcis παχυντικὸν dictum ſuccos conſiſtentia tenues & liquidiores, multo craſſiores reddit: Illius vis ſita eſt in materia craſſa & terreſtri, acrimoniæ omnis experte.

Huic contrarium eſt λεπτυντικὸν, quod nempe craſſos & compactos humores attenuat, varieq; diſſoluit. Valde tenui ſubſtantia conſtat, ſeu frigidum ſit, vt acetum; ſeu calidum, vt aqua vini, quam vulgus aquam vitæ nominant.

Ἐμφρακτικὸν, id eſt infarctu liberans, quod humore viſcido & lento vias expedit. Eius autem facultas varia eſt, pro varia humoris obſtructionem committentis ratione. Nam, quæ à glutinoſo ſucco naſcitur, Ecphractico attenuante & incidente opus habet; Quæ ſimul duritiem coarctat, emolliente qualitate ſimul eget.

Μαλακτικὸν ſeu emolliens appellatur, quod durum corpus, vt Scirrhum emollit, & in ſtatum naturalem reducit, eſtque gradu ſaltem ſecundo calidum, & in humiditate & ſiccitate temperatum. Quod in calore temperatius eſt, potius ſuppuratoriũ exiſtit. At, quod duritiei ex ſiccitate natæ adhibetur, eſſe debet humidius, & in calore moderatius, vt oleum, & medullæ multæ.

Διαπυητικὸν ſeu ſuppuratorium vocatur, quod noſtræ naturæ ſimi-

Digitized by Googl

ræ ſimilimum eſt, atque calore & humiditate quaſi ſymmetrum; vnde manus admota cuipiam parti, in qua materiam in pus vertere cupimus, ſi in ea diutius detineatur, facilem ſuppuratum efficiet & mouebit. Remollientia vero calidiora ſunt, non ita tamen, vt ea qualitate humiditatem exuperantem diſcutiant. Itaq; ſuppurantia potius quantitate, remollientia qualitate id ipſum quod pollicentur, præſtare dicuntur.

Πεπτικὸν ſimillimum eſt, ſed peculiariter id dicitur, quod humorem concoquit, Diapyeticum quod in pus mutat.

Ῥυπτικὸν ſeu detergens ac mundificatiuum humores quoſuis craſſos & tenues, & ſordes omnes expurgat, vnde purgatiuum quoq; dicitur: Sapore id fere amarum eſt, aut ſalſuginoſo & aliquantum exiccante.

Ἔναιμον dicitur quod cruentis vulneribus adhibetur; vocatur ἰσχαιμον, hoc eſt, ſanguinem ſiſtens.

Σαρκωτικὸν, quaſi Incarnatiuum, ſeu Medicamentum, quod vim regenerandæ carnis habet, dicitur. Eſtque ſiccum primo gradu & modice ac ſine morſu detergens.

Κολλητικὸν, hoc eſt, glutinatorium Medicamentum appellatur, quod agglutinat & coniungit ſolutas partes, vt in naturalem vnitatem redeant. Dum cruentis vulneribus adhibetur Ἔναιμον & προσμαλτικὸν, à quibuſdam ſymphiticum & aggregatiuum dicitur.

Κάλλυντικὸν, quod fractis oſſibus ſolidandis & poro ſarcoide citius meliusq; ferruminandis conuenit.

Επουλωτικὸν vel ſynuloticum, quod vlceri cicatricem inducit, hocque præſtat efficaciſſima ſiccitate & aſtrictione moderata; ſiccitat enim tertio receſſu, Colleticum ſecundo, Sarcoticum primo tantum.

Καθαιρετικὸν Medicamentum eſt, quod ſuperfluam carnẽ,

cui adhibetur abſumit, & ad natiuam ſuperficiem reducit; Vnde à quibuſdam σαρκωφαγὸν nominatur: Calidum eſt in 3. gradu.

Εσχαρωτικὸν, quaſi cruſtificum quod vehementiſſimo ac igneo calore partem adurendo ei cruſtam relinquit, cuiuſmodi eſt ſublimatum & pyrotica.

Σηπτικὸν, id eſt putrefaciens, malignæ qualitatis eſt particeps, & partem quam attingit fœtorem & prauam qualitatem inducendo deſtruit ac putrefacit, vt ſandarach, aconitum & alia. Quædam ἐκτιλλωτικὰ dicuntur quæ callum abſumunt, quæ vere Cathæretica ſunt, aut hæc facile in illorum locum ſubſtituuntur, &c. Nunc de ſignaturis plantarum, humana membra ſimilitudine repræſentantium.

Medicamenta ſimplicia quæ habent capitis ſignaturam hæc ſunt, vt Papauer, quod corona ſua repræſentat caput & cerebrum, & ideo in multis affectibus capitis vtiliter adhibetur.

Iuglandes habent integram capitis ſignaturã: Cortex exterior ſeu herbaceum inuolucrum, pericranii, qua de cauſa ſal corticum ad vulnera pericranii ſingulare eſt: Cortex interior durior, ſeu ligneum putamẽ, cranii: Pellicula circumdans nucleum meningum & membranarum cerebri. Nucleus ipſius cerebri figuram habet: ideo etiam ad cerebrum cõducit, & venena hebetat. Nam nucleus tritus ſi cũ quinta eſſentia vini humectatus vertici capitis imponatur, confortat cerebrum & caput potenter.

Folliculus floris pœoniæ concluſus adhuc, habet ſignaturam & analogiam quandam capitis cum futuris, item venulis cerebrum confortantibus: Flores mox excludendi aperiunt externam pelliculam cranium repræſentantem, & hac

& hac via ſicuti etiã ſemen poſtea exiliendo fulminis inſtar epilepſiam ſeu ſyderatum morbum expellunt.

Agaricum excreſcentia eſt laricis arboris veluti fungus, & caput purgat.

Sic ſcylla ad epilepſiam mirum in modum cõmendatur.

Capillorum ſignaturam habent: Lanugo malorum cydoniorum refertaliquo modo capillos: ideò decoctum eius in reſtituendis capillis à lue venerea defluxis efficaciſſimum eſt.

Muſcus oblongus arboribus adhæreſcẽs pilorum inſtar: eius decoctum ſimiliter commendatur in defluuio ſiue caſu capillorum.

Herba quædam in paluſtribus creſcit, pilos oblongos forma penitus referens, aquis innatat, & floſculo albo conſpicitur: cuius decoctum etiam conducit, ab extra adhibitum, ad caſum capillorum.

Adiantum, trichomanes & polytrichon Apuleii, ſunt etiam capillares plantæ, quæ rigidiuſculis cincinnis, exilibusq; fibrillis capillorum faciem exprimunt, & crines denſos, criſpos & pulchriores reddunt.

Thapſia folio fœniculaceo ſeu capillaceo: Auicenna dicit illam parem non habere in operiendo capillis capite in Alopecia.

Aurium ſignaturam tenent, folia Aſari, ideo ex floribus conſerua paratur, quæ comeſta & auditum & memoriam plurimum confortat.

Deinde notandum cochleas auriculis prælongis ſignatas coqui in aqua & ſale & deſpumari, poſt exiccationem macerantur in oleo ſuccini, & deinde deſtillatio inſtituitur, promanans inde oleum mirificum eſt ad recuperandum auditum.

Digitized by Google

Oculorum ſignaturæ ſunt: Grana nigra herbæ Paris ſeu Aconiti ſalutiferi, habent pupillæ ſignaturam: Oleum inde Chymica arte prolectum vel expreſſum ad oculorum affectus efficaciſſimum eſt medicamentum, à nonnullis anima oculorum vocatum.

Flos euphraſiæ habet anatomiam omnium vitiorum oculi: ideo oculis mirè conducit.

Anthemis, caltha, hieracium (qua herba accipiter oculis hebetudinem diſcutit) argemone, anemone, ſcabioſa, flos aſteris attici: Hæc omnia propter ſignaturam oculis conducunt.

Flos potentillæ pupillam in oculo repræſentat: Aqua eius deſtillata eſt ſingularis.

Lapis Beloculus, quia in albo orbiculo, circinata nigra pupilla conſpicitur, vnde nomen adeptus, manibus geſtatus claritatem viſus conciliat: idem faciet cryſtallus.

Naſi formam refert folium mentaſtri aquatici: herba illa eſt quæ folia anguſta hirſuta habet, flore è puniceo albicante: extractum eius ſpecificum in amiſſione odoratus.

Sedum minus muris adhærens habet gingiuarum ſignaturam: Ideo ſuccus eius expreſſus in ſcorbuto ſeu ſtomacace plurimum commendatur.

In Hyoſciamo receptaculum ſeu ſiliquæ ſeminis habent dentis maxillaris figuram: Ideo oleum eius ſeu liquor per ſe expreſſus, vel decoctum radicis cum herba Perſicaria in aceto, elotione calida, dentium dolores efficaciſſimè ſiſtit.

Acini mali punici dentes repræſentant, ad gingiuarum vitia & dentium firmitatem valet decoctum.

Pinei

Pinei nuclei incisorios optimè dentes mentiuntur: Ideo pini folia cum aceto decocta, dolores dentium mulcent.

Dentaria herba, cuius Radix miro naturæ artificio compactili squammarum serie conspicitur.

Gutturis signaturam habent pyrola, ideo vtimur in gargarismis, deinde vvularia & ceruicaria.

Iecoris signata sunt: hepatica, lichen, fungus betulinus & quercinus, habent etiam peculiarem jecinoris sanguinis officinæ signaturam: quo nomine puluis vtriusque ad miraculum vsque sanguinem è naribus ac vulneribus erumpentem insperſione sistit.

Iecoraria parietibus fontium adhærens, quæ contra hepatis affectus & scirrhos peculiariter valet.

Pira habent quodammodo signaturam jecoris, ideò ad jecur etiam conducunt.

Citrium sui fructus effigie cor repræsentat.

Anthoræ radices duæ quasi corcula ostendunt.

Alleluia in cauliculorum summo profert folia cordis figuram.

Melissophyllon cordis speciei fert folium.

Cardiaca seu molucca folia melissæ profert.

Nardus, myrobalanum, mala cydonia; omnium eximiæ sunt dotes ad cor.

Pulmonis signatura est ipsa pulmonaria tam saxis quam arboribus adhærens: Item pulmonariæ quædam species pulmonis maculas subalbicantes referunt: ideo omnium decoctum in variis pulmonum affectibus conducit.

Specula pennarum pauonis, habent mammillarum & vberum formam: ideo hausta sanant vbera mulierum malè affecta.

Herba-

Herbaceum viride inuolucrum iuglandis, ſi ſuccus eius exprimitur viridis, aſſimilatur ſucco fellis colore & ſapore, & conducit ad fellis expurgationem.

Lienis ſignata ſunt, ſcolopendrium verum, aſplenum, ceterach, lingua ceruina & vulgaris phyllitis.

Lupinus ſua effigie lienem demonſtrat: ideo eius decoctum prodeſt lienoſis.

Ventriculum ſignant folia cyclaminis ſaltem: radicem enim membra paralytica reddere tradunt. Deinde Zingiber, & Galanga, eſt externus ventriculus, per quam internus ſeruatur.

Vmbilici ſignatura eſt, vmbilicus Veneris ſeu cotyledon concauum adfert folium rotundum, læue, fœmineum, vmbilicum imitatum, craſſum, carnoſum & ſucculentum. Ad amatoria valere affirmat Dioſcorides, quia Medici vmbilicum luxuriæ ſedem dicunt.

Inteſtina ſignat calamus aromaticus, & caſſia fiſtula.

Veſicæ ſignaturæ ſunt, alkekengi, haliacacabum, veſicaria veſiculas referens humanis ſimiles, intus acinum incluſum gerit, cuius celeberrimus vſus ad calculos lotiumque ciendum.

Item veſicaria repens, ſtaphylodendros: colutea, & ſolanum.

Pudenda referunt: Aron præter piſtillum execti feri genitalis effigie, integrum generationis inſtrumentum demonſtrat. Sunt qui putent ſatyrion erythroneum ſeu verum Paracelſi ſatyrion eſſe Aron ſeu omnes dracontii ſpecies, quæ habent ſignaturam totius pudendi & poſt maturationem in gramine ſupra terram inſtar ſerpentis incuruatæ iacent.

Fabæ etiam habent integram pudendorum & colis glandis

dis anatomiam: ideò à Pythagora damnatæ: Farina illarum ad inflationem pudendorum commodè à proprietate ſimilitudinis adhiberi ſolet. Cichorii piſtillum erectum, veretrum oſtentat cuius decoctum intra & extra adhibitum ſingulare pro maleficiatis ex incantatione. Hieracii caulis concauus: Decocti eius cum aqua communi quotidianus hauſtus calidus, ſpecificum eſt in inflammatione purulenta penis. In Cicere & maximè in Lupino mentulæ forma apparet. Vt & eandem Pini fructus repræſentant: Ideo nuclei eius & Piſtachiorum eſus, Veneris exercitiis conducunt. Sic glans ſummam colis partem oſtendit, quam præputium tegit.

Teſtium ſeu genitalium ſignata ſunt: è Bulbaceo genere omnes orchidum ſpecies à ſimilitudine teſticulorum Veneris ſunt incentiuæ, ſi cui deſit facultas: alter alterius potu reſoluitur, ſuperior, maior & plenior ad ſtimulandos coitus, mollior ac rugoſior ad inhibendos valet: Natura hominum generationi ſatagens hac teſticulorum imagine ad vires venereas, conceptum & prolem eos valere ſignificauit, ſiquidem etiam ſeminis odorem habent. Ideò ſatyrii eſſentia in reſtituenda amiſſa virilitate viris frigidis efficaciſſima eſt: ſiquidem hominum & animalium luxurioſorum teſtes ita affabrè mentiuntur, vt nemo ſit qui videat, qui ſe eos cognoſcere non fateatur.

Tragorchis hircinus teſticulus hircum olet, & ſpirillis aruncis captillam barbam emontiens ad Venerem inflammat, omnium bulborum valentiſſimus, vt hircus animalium luxurioſiſſimus.

Satyrium erythronium, id eſt rubrum, pſeudohermodactylus Matthioli & Italorum, cortice radicis gracili ruſſo, intus albo: non ſecus atque ſcincus libidinem excitat, et-

iamsi manu teneatur, & magis si bibatur è vino, teste post Dioscoridem Lobelio. Dracunculus maior radice bulbosa donatus rotunda, instar testiculi, in vino sumptus Venerem proritat. Porrum adeò scroto simile vt prouerbium abierit: etiam Venerem excitat.

Flores Cynosorchi homines ad fœcunditatem & lasciuiam inuitant, Venerem conciliantes, irritantes, augentes, & sopitam vellicantes.

Boletus ceruinus pudendorum habet signaturam, ideò non solum ab intra confortando conducit, verum etiam ab extra, inflaturis testiculorum vtiliter imponitur. Phallus ab Adriano Iunio peculiari scripto in hunc eundem vsum commendatus. Vtriusq; sexus genitalium signaturam habent vuarum acini: Ideo veteres non sine causa dixerunt sine Baccho frigere Venerem Zach. 9. v. 17. Aristolochia rotunda fœminei vteri formam imitatur, & optimè puerperis opitulatur. Sic & Pisa. Item interior cortex betulæ viridis habet signaturam Matricis cum venulis sanguineis: Ideo decoctum eius purgat Matricem. Sabina etiam habet signaturam venarum Matricis: Ideo dissoluit Tartarum in venis muliebribus.

Malum granatum seu punicum glabrum est, membrana tegitur, malicorium dicta, sole hiat cortex aperiturque leuissima vel aeris iniuria: Sic etiam infans maturationis tempore exitum è matrice parat. Cyclaminus suo cincinnato Radicis Bulbo, muliebrem vterum affabre demonstrat effigiatum: Theophrastus eius bulbum ad amatoria valere dixit.

Leontopetalon cuius Radix fœminæ, pubem lanuginoso mollique flocco pubescentem suo interitu & similitudine perbelle demonstrat: Dioscorides tradit appen-

sam

ſam ad amorem valere. Macis matricis ſignaturam etiam refert: Includit enim nucem myriſticam (fœtus in vtero ſignaturam) macis, vt matrix embryonem.

Portulaca ſuam ſignaturam habet ad Renes.

Nymphæa habet ſignaturam ſecundinæ: & ideo eam etiam expellit.

Spinam Dorſi repræſentat equiſetum, item filix fœmina, ideò eius decoctum (in iſchiade & doloribus ſpinæ) & fomentatio è vino & aqua per multos dies præſtantiſſimum eſt ex arte ſignata remedium: Spinæ dorſi enim effigiem non obſcurè repræſentat.

Gratia Dei ſeu geranium habet ſignaturam oſſis Tibiæ: ideò puluis eius ſingularis in oſſibus fractis. Sic Oſſiſana ſeu Lapis ſabuloſus propè Spiram & Darmſtadium repertus, miraculoſus in conglutinandis oſſibus ruptis, idque propter ſignaturam eius Magicam.

Plantago habet ſignaturam integram neruorum, imò & manuum & pedum Chiromanticam figuram, ſiquidem manus herbarum ſunt folia. Sauina venarum habet ſignaturam.

Pororum cutis ſignaturam habent folia perforata Hypericonis: Tollunt enim eorum obſtructionem & pellunt ſudorem. Manum demonſtrant, Palma Chriſti: Item folia ficus: Ideò articulorum doloribus conferunt, &c. hæc de ſignaturis.

CAPVT VI.

De amuletis ſiue pentaculis & morborum ſignaturâ.

INter medicamenta occulta & magnetica vi ægritudines ſoluentia referuntur pentacula, ſiue amuleta, hoc eſt, quæ alligata & ſuſpenſa remedia vocantur. Ea duum putantur eſſe genera: Alia ſolis characteribus & verbis conſtant: alia collo, aut alteri membro appenduntur.

Fernelius ſummus ille Medicus & Philoſophus, noſtra ætate inter clariſſimos maximus magnam vim verbis & omnibus amuletis tribuit: & certe ſi Hebræos virtutis & omnium diſciplinarum optimos authores ſequi velimus, maiorem in verbis, quam rebus vim inueniemus. Quicquid enim, aiunt, eſt in mente, in voce, in verbo, in oratione, totum hoc in ſcriptura eſt, cuius literæ myſteriorum cœleſtium pleniſſimæ ſunt, ac in ſiderum poſitionem exaratæ: Vnde rerum altiſſimus creator ſeipſum nomine duarum literarum A & Ω vocare voluit.

Præterea ſecretiores Hebræorum Mechubales ex literarum figura, & ſimplicitate, compoſitione, tortuoſitate, defectu, abundantia, coronatione, apertura, ordine, tranſmutatione, colligantia, & reuolutione literarum, punctorum & apicum omnia explicare promittunt. Verba igitur & characteres vim habere dicuntur ad multorum morborum profligationem, hancque curandi viam Trallianus non omiſit circa finem lib. 11. Ad podagram, inquit, curandam, effodito ante ſolis occaſum, cum Luna eſt in Aquario, aut piſcibus altercum herbam, dicaſque: Adiuro te herba ſacra per ſancta nomina Iaoth, Sabaoth, Adonai, Eloi, Deus qui terram formauit, & fixit mare fluuiis abundans fluentibus, & qui exſiccauit vxorem Loth in ſtatuam ſalinariam. Adiuro, inquam te, vt ſiſtas fluxionem pedum.

Ad dentium dolorem ridiculum hoc à nonnullis appenditur, Galber, Galbat, Galde, Galda.

Ad fluxum ſanguinis ſiſtendum quidam hæc verba obmurmurant, Charat, Cara, Satite, Confirma, Conſona, Imaholite.

Ad Canis rabidi morſum, pani comedendo hæc verba à quibuſdam inſcribuntur, Irioni, Rhiciori, Eslera, Rhuder, fere, vel pomi fruſtulo, Hax, Pax, Max, Deus, adimax, deinde voratur.

Vulgare

Vulgare eſt illud Quint. Sereni Samonici aduerſus Hemitritæum Abracadabra, quod ita depingitur, vt in conum ad extremam vſque literam deſinat, ſicque collo appenditur.

Lamella aurea, in qua voces hæ ſculptæ ſunt ἰρὺν, ὑρὸν, collo ſubneza lippientem ſanat, ex Marcello.

Profluentem ſanguinem vt ſiſtas, digito annulari partem tanges, & vicies ſepties dices, & quoties volueris repetes, donec fluorem peruincas, ſocnon, ſocnon, mire prodeſt.

Ad paronichiam digito parietem continges, inquit Marcellus, & rurſum digitum ducens, dices ter Pu, pu, pu, Nunquam ego te videam per parietem reperi.

Inepte ſic mederi ſuadet lippitudini Marcellus cap. 8. lib. de Med. De manu ſiniſtra, inquit, muſcam capies, & dum capies, dicere debebis nomen eius, cui remedium facturus es, te ad curandos oculos eius muſcam prendere: tum viuam eam ligabis in linteo, & ſuſpendes collo dolentis, nec retro reſpicies. Quamplurima farinæ ſimilis exempla leguntur apud Mercurium, Marcellum, Trallianum, Albertum, Villanouanum, & inter recentiores apud Fernelium, qui omnes graniſſimi viri verbis tantam ineſſe vim, pronuntiant. Apulejus vir perdoctus aſſerit magico ſuſurramine omnes amnes agiles reuerti, mare pigrum colligari, ventos inanimes expirari, ſolem inhiberi, ſtellas auelli, diem tolli, noctem teneri, de quibus ſic ait Poeta:

Carmine vel cœlo poſſunt deducere Lunam,
Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis.
Frigidus in pratis cantando rumpitur Anguis,
Atque ſatas alio vidi traducere meſſes.

Et Ouid.

Cum volui, ripis ipſis mirantibus, amnes
In fontes rediere ſuos, concuſſaque ſiſtet

Item Lucanus,

Ceſſauere vices rerum, dilataque longa
Hæſit nocte dies, legi non paruit æther,
Torpuit & præceps audito carmine mundus.

Vis autem verborum maxime patet in morborum profligatione. Illa enim prolata & inſcripta ac geſta multos affectus mira celeritate ſoluunt.

Quod Medici cuiuſdam talia demirantis non parum exercuit ingenium, vt refert Pomponatius; quum enim duorum puerorum curam ſuſcepiſſet, quorum alter morbo velut Eryſipelate laborabat, alter vero in ignem inciderat, quidam ſuperuenit, qui hos pueros ſolis verbis & carminibus liberauit: Additque alium fuiſſe, cui ferrum infixum erat, quod nulla arte Medicorum poterat euelli, ab eodem tamen eadem curandi methodo euulſum.

Quidam aſſerere non erubuit ſe à febre liberatum ex Amuleto, cui hæc erant inſcripta, ſancti Petre & Paule ſtultum hunc perſanate. Alius hoc Amuleto conualuit, Rapiat eum Dæmon, & ſimiles eius. Hæc ex parte ægre feruntur, de aliis ex fundamento naturæ probabilioribus nunc noſter ſermo inſtituetur. Quæ amuleta ſimplicibus medicamentis ſuſpenſis & alligatis conſtant non omnino à Medicis improbari, vetera enim vi occulta & magnetica effectus ſæpe ſalutares proferunt.

Radix pœoniæ collo appenſa Epilepſiam ſanat, ſecũdum Experientiam: idem præſtat viſcus quercinus, vti etiam vngula Aloes annulo tantum incluſa.

Stercus Lupi ad Ilia geſtum, inſtar amuleti, inquit Aetius cap. 31. tet. 3. ſer. 4. colicos dolores ſedat: ſimilis effectus tribuitur ipſius inteſtinis ſiccatis, & ventri adhibitis.

Radix Cynogloſſi circa collum alligata linguæ nigredinem, quam vulgus imperite cancrum nominat, delet: Res enim paruæ molis ſolo tactu nonnunquam maximas inducunt alterationes, ait Galen. lib. 6. cap. 5 de loc. aff.

Dictamnus adhibita incredibili celeritate ſpicula trahit.

Hydrargyrus ſeu Mercurius viuus geſtatus à morbis peſtilentibus tuetur: ſingulari etiam artificio geſtatur alligatus cum cingulo corpori, & omnis lues venerea quæ intra geſtantem ſunt, apparent curabiles in illo loco, vbi cingulum eſt cingulum.

Ætites Lapis inter mammas, aut ventriculo alligatus fœtum retinet, fœmori adnexus, præcipitat: quod & de radice Hyoſciami traditur.

Selen-

Selenites annulo incluſus nudæ carnis contactu ſanguinem è parte quauis manantem ſiſtit.

Viridis laſpis quadam proprietate auxiliatur ſtomacho & ori ventris appenſus, ait Aetius cap. 35. tet. 1. ſerm. 2.

Heraclius Lapis, magnes vulgo dictus, præter miram vim quam habet ad trahendum ferrum, manu tantum detentus Chiragricorum & podagricorum dolores leuat.

Qui geſtabit pedes & chelidas anteriores canori, aprorum incurſum vitabit. Democritus in Geopon.

Sed quid præterea dicemus de characterib. aſſignatis metallis, item virtutibus Aſtralibus metallorum per varias inter ſe mixturas combinatis & vnitis? Hic audiendus eſt Theophraſtus Paracelſus in Archidoxis lib. 1. tom. 1. fol. 111. vbi ſic inquit.

Dubium mihi non eſt, quin ſi ſcripta hæc noſtra in lucem proferentur, quàplurimi oppido admiraturi ſint inſignes has & abſconditas virtutes, in metallis, artificio manuali præparatis, latentes. Pars namque alia illas pro ſuperſtitioſis, magicis & ſupernaturalib. habitura eſt: Pars alia inter abominanda & idololatrica media, illas recenſebit, quaſi coniurationibus Diabolicis ad illarum rerum confectionem opus eſſet. Sic enim illi inſtabunt: Qui quæſo fieri poſſet, vt metalla cum ſuis aſſignatis characteribus, literis & nominibus eiuſmodi virtutes operarentur, niſi magica & Diabolica opera interueniente præparārētur & conficerentur? Sed his reſponſo tali occurro. Credis ergo vt audio, quod ſi Diaboli ope talia conficiantur, ſuas virtutes & operationes habeant? Quin igitur hoc credis, quod Creator quoque naturæ, DEVS in cœlis habitans, adeo potens ſit, vt virtutes & operationes illiuſmodi metallis, radicibus, herbis, lapidibus & ſimilibus aliis ſimiliter indere ac conferre poſſit? Quaſi vero Diabolus fortior, ingenioſior, omnipotentior & valentior ſit vnico, æterno, omnipotente ac miſericorde Deo, qui dicta hæc metalla, lapides, herbas, radices, & ſimilia omnia, quæ ſupra & intra terram, in aëre & aquis viuunt, vigentque, in ſalutem & commoditatem

tem Hominis creauit,& gradibus ſuis exegit? præterea certum omnino, ac per ipſam experientiam euidens eſt, mutationē temporis ſingulares vires & operationes habere, maxime ſi metalla quędam peculiarib. temporib. mutuo confundantur,& elaborentur. Nam hoc multis modis per experientiam conſtat, & in propatulo eſt. Porro etiam nemo demonſtrare poteſt, metalla ipſa mortua, & vitæ expertia eſſe. Illorum namque olea,ſalia,ſulphura, quintæque eſſentiæ, quæ Reſeruatiua ſumma ſunt, ad vitam humanam fouendam & ſuſtentandam vim maximam habent, & in hoc cæteris omnibus ſimplicibus præpollent, ſicuti in noſtris Remediis euidens eſt. Quid ſi illa vitæ quidem expertia eſſent, quo quæſo pacto in ægris, & jam prope emortuis hominum membris ac corporibus recentem, viuidamq; vim reſuſcitare, & quaſi poſtliminio reſtituere poſſent? Notum enim eſt hoc de reſolutis & contractis, de calculoſis, de gallicis, de Hydropicis, de Epilepticis, de Maniacis & Podagribus, & cæteris omnibus quos breuitatis cauſa hoc loco omitto. Audacter ergo aſſero, metalla ac lapides æque ac Radices, herbas, & fructus cæteros vita ſua pollere, diſcrimine tamen interueniente illo, prout metalla ſecundum tempus præparantur & elaborantur.

Tempus enim notoriam efficaciam ac vim habet: quod multis quidem doceri argumentis poſſet, niſi illa, ceu publice iam nota, omitti hic ſatius eſſet. Quæ enim cōmunia, & publice nota ſunt hoc loco tradere minimē decreuimus: ſed tantum illa, quæ difficilia & ſenſibus incomprehenſibilia & propemodum aduerſa occurrunt.

Porro ſuas vires & efficacias habent etiam ſigna & Characteres,& literæ. Iam ſi metalli natura ac proprietas, cœli item ac planetarum influentia & operatio,characterum denique, ſignorumque & literarum ſignificatio & conditio, vna cum obſeruatione temporum, dierum ac horarum cōſentiunt ac concordant, quid obſtaret obſecro, cur confectum

&um huiuſmodi ſignum aut ſigillum ſuam vim & operationem non haberet? Cur hoc ſuo tempore non prodeſſet capiti, aut ſuo tempore illud non commodaret viſui? aut iſtud ſuò tempore non vſui eſſet renibus & calculo? Et iis quidem cumprimis, qui intro in corpus aſſumere remedia alia faſtidiunt? Nihil tamen horum fieri aut ſperari debet ſine addita ope aut auxilio ipſius Medicinæ parētis IESV CHRISTI, veri & vnici Medici.

Inſurgunt hic illi, & obijciunt, verba ſiue characteres vim nullam habere, & Nullam (ceu vocant) æque efficacem eſſe, ac eſt crux, cum mera ſigna ſeu figuræ ſint. Obtendunt præterea ἀθοχύνδροξ in Græca lingua plus non ſonare quam in Latina, ſerpentes occidere. Sic apud Germanos Heiß / idem eſſe quod apud Latinos Ardens. Sed reſponde tu mihi, vndenam ſit hoc, quod ſerpens in Heluetia, Algouia, aut Sueuia Idioma Græcum, Oſy, Oſya, Oſy, &c. intelligat, cum tamen nec apud Heluetios, nec Algouios, nec Sueuos hoc ſeculo adeo vulgaris lingua Græca ſit, vt venenoſi vermes eam addiſcere queant? Dic, inquam, mihi, qui, aut vbi, quibusve ex cauſis, ſerpentes verba hæc intelligunt, aut quibus in Academijs ea didicerunt, vt ad primum mico illorum auditum cauda retorta aures ſibi obſtruant, ne iterato verba illa audire cogantur? Quamprimum enim illa audiunt, præter ſuam naturam & ingenium è veſtigio immoti iacent, & morſu venenato nullum hominem inſectantur læduntque, cum tamen alias ad quemlibet ingreſſum hominis auditum derepente aufugiant, & ad cauernas ſuas diuertant. Si reſponderis mihi, id quidem facere naturam; Bene eſt. Hoc vnum abs te exſpecto. Si ergo natura id facit in ſerpentibus, cur ſimilia non faciat etiam in aliis? Si reſpondes aliud, in cauſa eſſe terrorem, quo ſerpentes perculſi, hominis aſpectum vereantur, obmuteſcant, & quieti iaceant: Iam mihi reſpondebis etiam, cur, ſi magno cum tumultu, vel clamitans, vel tormentum elidens, vel aliter alte crepidans, homo incedat, non ſimili quoque modo ſerpens immotus iaceat? Vnde euincitur characteres, verba, & ſigilla reconditam latentemque in ſeſe vim habere, quæ naturæ ipſi minime aduerſetur, nec cum

Digitized by Google

ſuperſtitione coniuncta ſit. Quod ſi tu vrgeas, non ipſa per ſe verba, ſed concurrentem hominis clamorem, talia præſtare, iam aperte tibi contradico. Nam etſi verba hæc tantum in membranam ſeu pergamenum aut chartam idoneo tempore deſcribas, & illam ſerpenti imponas, tamen non minus immobilis ille iacebit, ac ſi alta voce verba eadem ingeminares. Præterea mirum admodum, & incredibile tibi videri non debet, à Medicina iuuari poſſe hominem, etſi intro illam in corpus non aſſumat, ſed ſigilli modo & more de collo tantum ſuſpenſam geſtet. Vides enim ſimilem operationem fieri in veſica à Cantharidibus. Nam vrina ſanguinolenta fit, ſi cantharides ſaltem manu contineas, cum tamen veſica, quæ conceptaculum vrinæ eſt, interius in imo corpore conſiſtat, manus vero, extra corpus poſita, à veſica quam longiſſime abſit.

Quod ſi mortuis etiam rebus vis aliqua inſit, Alcedinis adducto exemplo probo. Illius enim mortui cutem ſi diſtringas, & ſuſpendas: videbis, ipſam etiam reſiccatam quotannis plumas veteres excutere, & eiuſdem coloris alias recentes producere: Nec vno tantum id anno, verum continuis aliquot fieri obſeruabis. Hic ſi tu porro quæras, apud quemnam ſcriptorem auctoremue iſta legerim, & talia reuera fieri cõpererim; Sophiſtæ tibi, & Diuinorum operum contemtori iſta reſpondeo. Dic, amabo, mihi, quiſnam vrſo inſpirarit, vt, quoties eximmoderata ſanguinis copia hebetari ſibi viſum intelligit, ad apum alueos feſtinet, & ab apibus venas turgidas ſibi pungi tundique expetat, donec humorum & ſanguinis copia extracta, viſum acutiorem recipiat? Quis ceruo, Diptamum ſibi Medicinam eſſe, prodidit? Quis angui ſerpentariam, quis cani gramen, theriacam ſibi ac purgationem eſſe, oſtendit? Quis Ardeam docuit, vt aqua marina roſtro hauſta, & in anum profuſa, veluti clyſtere anum ſibi proluat? Et animalium quidem iſtorum, quæ ſingula ſingulas ſuorum morborum curas norunt & moliuntur, nullus plane numerus eſt. Quæ vbinam illas hauſiſſe artes dices? Si dixeris,

xeris, iſtos inſtinctus eſſe naturæ: Laudo proboque. Interim ſi in animalibus iſta natura præſtat, quanto magis in homine, qui ſecundum imaginem rerum vniuerſarum creatoris factus, cerebrum etiam inſuper rationale ad hæc omnia conſideranda & effingenda accepit? Ceterum, res quidem extra corpus poſitas, pro ſanandis morbis nihil facere, id vero falſum & temerarium eſt.

Sol enim ſplendorem & lucem nobis afferens, res occultas quoque ita penetrat, vt vel intimas quasque ſedes, & cauernas calore ſuo late feriat. Nemo enim inficiari poteſt, verno tempore penitiſſimas etiam terræ partes vndiquaq; incaleſcere: cum tamen ſupernas & extimas tantum ſol colluſtret. Vnde creſcentia omnia vim ſuam, ſuccumque ac veluti vitam nouam ſuſcipiunt. An non igitur naturæ quoque ver, & influentia cæleſtium Aſtrorum ac planetarum, vna cum remediis aliis, quæ ex metallis, herbis, lapidibus & ſimilibus aliis depromimus, intro in corpus fulgere queat, ad abdita ſcilicet membra, neruos, venas, & ipſos morbos, qui in carne & ſanguine hominis vndecumq; progreſſu temporis ex cauſis variis colliguntur & fiunt? Vt enim morbi & accidentia ſunt varia: ita variæ quoque ſunt curationes & auxilia, quæ ipſis opponuntur ſecundum qualitates, & peculiaria tempora, & dies.

Quæ morbis ſunt contraria, veluti metalla, alia ſunt alio tempore, quoad præparationem vſumque. Quod ſi lepram auro expugno, quid obſtaret quo minus & oleo, ex auro præparato, ac lepræ illito, malum id emendari poſſet? Aut ſi oleum Mercurij lui Gallicæ illinerem, putaſne illam eo remedio ſanatum iri? Haud dubie, iſto tamen diſcrimine, vt debitum tempus diligenter obſeruetur & æſtimetur. Sine hac enim cautela, inunctio omnis irrita foret. Et licet totus quidem in oleo Mercurii lauiſſem, alia tamen remedia, quæ viribus Mercurij in nonnullis caſibus aduerſarentur, adhibenda eſſent. Quod ſi non fieret: nõ ſaltem obſeruatio temporis, ſed omnis etiam inunctionis labor & opera irrita eſſet, & æger plus ſubinde infirmaretur.

Absolute enim verum est, quod ab astris superioribus, & horum viribus maxima morborum pars hominibus infligatur, & in corpora illorum penetret. Hi tamen nec adeo violenter, nec tam sensibiliter irruunt, vt confestim sentiantur, veluti à percussione aut horrore Epilepsia concitatur: sed colliguntur illi sensim, circa manifestum sensum, donec collecta labes inualescat, sicut oleum, quod guttatim stillat, & tandem iusta mole collectum sentitur. Sic enim & homo tandem malum suum persentiscit, nempe vel paralysin membrorum, vel inappetentiam cibi, vel auersionem potus, vel quemcunque alium affectum, pro cuiuslibet morbi natura & conditione, prout longo temporis protractu astra operata fuerint adiuta aliis accidentibus, per attractum aerem præparatis. Hactenus Paracelsus Theophrastus ex quo videmus & characteres cum pentaculis in Medicina habere suos necessarios vsus absque superstitione; vide insuper etiam Crollii nostri Basilicam fol. 237. In specie quidem multa huc proferre possem in exemplum, sed nostri in hoc libro non est instituti, ideoque pergimus ad Anatomiam plantarum, ex quibus morbos possumus signare.

Hactenus de characteribus & pentaculis diximus, quibus morbi in microcosmo felicissime possunt curari, nunc videnda sunt Medicamenta quæ ab extra signant, quod ab intra curant.

Apoplexiam designant: Flos lilii conuall. habens signaturã guttæ, quia flos quasi gutta pendet: & ideo in hoc morbo magnus eius est vsus. Deinde est carpionis lapis semilunari forma supra oculos existens, commendatur in illa Apoplexia quæ cum commotione & contractione musculorum supra oculos inuadit.

Epilepsiam designant: Viscus quercinus cum suo glutine, maturat morbum. Sic Grana pœoniæ circularia ac

nigr

nigricantia, præſertim quæ à prima emergunt fœtura (quia matura è capitibus ſponte exiliunt) expellunt.

In epilepſia crux ſeu oſſiculum iſtud eſt præſtantiſſimum medicamentum, quod alii volunt in craniis epilepticorum, alii verò in ſtrangulatorum, vbi iunctura committuntur: quia quilibet ferè ſtrangulandus epilepſia in agone corripitur, dum ſpiritus vitæ intercluſus exitum quærens, ſuffocatur: Tunc commiſſuras capitis hac vehementia ſeparari neceſſe eſt: In principio paroxyſmi ſub exaltatione Lunæ datur. Item paſſer in caduco peſtis à Paracelſo commendatur.

Phantaſiam præ ſe ferunt: Fibræ ſuper folia Hypericonis habent ſignaturam: quod perforata certo tempore & debito modo collecta omnia phantaſmata, & ſpiritus phantaſticos ſine ſuperſtitione ab homine & extra hominem pellit, qui ſpiritus etiam vermium ſpiritum in aliam phantaſiam adigit, vt illorum ſpiritus animalis ab hoc ſpiritu fugiat. Nomen Græcum denotat, quod ὑπὲρ εἰκόνας ſuper imagines & ſpectra dominium habeat, fuga Dæmonum vocatur: Ideo fumigatio ſeminis eius, vt dicit expertiſſimus Philoſophus Lullius, fugat omnem Dæmonem à proprietate corporis, vel à domo: Portus Neapolitanus affirmat obſeſſos nec odorari nec ſupra ſe ferre valere: Vt enim ſol cœleſtis ſua luce fugat omnes malignos ſpiritus in tenebris gaudentes: ſic Hypericon (inter herbas ſolares numeratur præcipua) à Paracelſo ſolis terreſtris nomine inſignitum, eiuſdem efficaciæ deprehenditur.

Sic Ruta, propter crucis ſignum ſemini impreſſum, item crux baccis Iuniperinis innata, præſertim magnis granis, nucis auellanæ quantitatem æquantibus, qualia inter peregrinandum in copia prouenire vidit Crollius noſter in agro

Neapolitano ad littus maris Tyrrheni: Ideo experientia demonſtrat, quod proſint maximopere à ſpiritibus malignis obſeſſis. Deinde & Antirrhinum contra phantaſmata & incantationes: Semen enim quaſi ſceleton repræſentat, defunctique hominis caluariam oſtendit.

Hæmorrhagiam ſignant: ſantalum rubrum, cuius decoctum in vino rubro ſtyptico mire compeſcit Hœmorrhagiam. Idē & radix tormentillæ. Sic hæmatites, corneolus lapis maximè, ſarda, corallium, quæ omnia ſanguinem ſiſtunt, ex anatomia, manibus ſi includantur.

Sextum geranii genus dictum ſanguinarium radice rubra, tantoperè in ſiſtendo ſanguinis profluuio prædicatum. Imò & chalcanthum combuſtum, ſanguinei coloris euadit, erumpentem ſanguinem è cerebri vena, & è pectore mirabiliter cohibet.

Deinde & Anagallis Mas, ſanguineo flore, manibus detenta, vbi incaluit, impedire ferunt ſanguinis effluxum ex inciſa vena.

Ad Hydropem: Radix pœonię habet ſignaturam pedum Hydropicorum: Ideo extractum aquas ducit: Item radix Mœchoacæ: Item dentaria ſeu Ane Blattum cordi habet etiam ſignaturam inflationis Hydropicæ.

Deinde medulla ligni ſambuci, preſſura etiam relinquit cauum veſtigium, quale videmus in pedibus Hydropicorum: Ideo ſuccus arboris conducit, ſicuti etiam fungorum ſambucinorum deſtillata aqua.

Et mala Perſica habent etiam ſignaturam: Ideo flores Perſici & folia cum nucleo ſiccata & pulueriſata omnia debita quantitate leuiter purgant in tumoribus & Hydrope.

Icteritiæ ſignaturam tenent: Chelidonia, crocus, quæ duo à ſimilitudine flaui coloris juuant. Item radix curcumæ, cen-

mæ, centaurea, ſcarabæi flaui, pediculi: cutis interior flaua oxyacanthæ: Item medianus flauus cortex ſambuci. Item lapis in felle bouis repertus flauus.

Sic Anchuſæ aruenſis radix colore rubro & ſapore amaro: Horum decocta juuant. Tenca viua ſupra vmbilicum ponitur, donec moriatur, præſertim in ictero peſtis. Anthos roſarum peculiariter confert. Doſis drachma ſemis.

Lepræ ſignaturæ: Fraga habent ſignaturam: ideo illorum deſtillata aqua palliat rubicũdam leproſorum faciem, ſi bibatur & liniantur maculæ: quo nomine etiã Raymundus Lullius. Fragorum in ſpiritu vini maceratorum vſum in pallianda lepra plurimum commendat in libro de Quinta Eſſentia. Ita & viperæ: quoniam illarum caro præparata leproſis cum commodo offertur.

Prunellæ: Sal Armoniacum: Ideo liquor eius deſtillatus cum ſucco Aizoi eſt Euporiſton medicamentum: Extrahit enim Tartaricum ſublimatum Realgar, gutturi ſeu collo adhærens, & linguam nigredine afficiens. Item Flores Brunellæ ſua forma guttur repræſentantes, commendantur etiam vt plurimum hoc morbo.

Punctura: Laterum Carduus benedictus ſuis punctionibus curam pleureſis indicat, vt & Carduus Mariæ: vtriuſq; ſtillatitius liquor vel decoctum plurimum confert. Item Hippogloſſum alterum folium gerit maximè acutum, non ſine maximo aſpicientiũ miraculo, & naturę raritate: ad laterum puncturas valere neotericorũ conſtat experimento.

Puncturis in corpore maxilla ſeu crux Lucii Piſcis contrita & potui data ſubuenit. Item Conſolida Regalis, cuius tres vel nouem flores comedantur.

Lumbricorum ſignaturam habent vitiæ, ideò decoctum illarum conducit in expellendis lumbricis. Item in cauitate

rate Roſæ caninæ interiore tineæ quædam candidæ interdum occluduntur, quibus pulueriſatis ad expellendos vermes inteſtinorum, multi feliciter vtuntur.

Menſtruum rubeum ſignant: Artemiſia rubra: ideo efficaciſſimis virtutibus prædita herba, in ſiſtendis & corrigendis menſibus ſuperfluis. Membrorum tabidorum ſignata: Salix non fert ſemen, ſed virgula abſciſſa etiam ferè emarcida ſola infixione in terram creſcit: ideò balneum è decocto ſalicis præſtantiſſimum ad membra tabida.

Calculi: Omnia quæ calculum pellunt ſunt Magicè ſignata à ſimilitudine, & morbum ſignificant ſuis imaginibus. Cryſtallus, ſilex, lapis citrinus, judaicus, lyncis: Lyncis vrina coit in lapidem: ideo eius vrina ad veſicæ ſtillicidia peroptima eſt. Item calculus microcoſmi: Radices ſaxifragiæ: Lithoſpermon ſeu milium ſolis calculos candore & rotunditate Margaritarum ferens, duritia lapidea cum aliis ſeminibus ſaxeis ad comminuendos calculos valet.

Sic fructus & ſiliquæ Ononidis, item lachryma lobbea ad deturbandos calculos nunquam ſatis laudata. Sic fructus Alkekengi, nuclei ceraſorum, perſicorum, meſpilorum. Item fructus Roſeti rubei: Item plurimi alii in ſenticetis rubro colore in autumno ad maturitatem proenientes: ſic cæpæ etiam habent ſignaturam calculi.

Cancrum ſignant: Dactyletus, ideò ſecundum Paracelſum hauſtus cancrum curat: alii putant eſſe Hermodactylum exoticum officinarum cum radice rotunda ſeſe in centrum contrahente, non aliter vt cancer facere conſueuit. Item Lunaria quæ ſignaturam habet cancri, cum qua Carrichter affirmat ſe omnes mammillarum cancros curaſſe. Sic & Ros ſolis ſiue Roſella.

Colicæ ſignatura: Conuoluulus in ſegetibus proueniens inteſtina

inteſtina repræſentat: ideo decoctum eius in Colica ſingulare: ſic Anguilla in Colica peſtis.

Cicatricum ſignata: Olea, vlmus, reſiniferæ omnes, quæ caudicis ſciſſuras ſuſtinent, ad cicatrices & vulnera certiſſimo experimento vtiliſſimæ.

Dyſenteriæ: Acori aquatici lutei radix in Maio effoſſa, & collecta, ſingulare amuletum cõtra Dyſenteriam appenſum ad ventriculi regionem: habet enim colorem & ſignaturam excrementorum. Ita baccæ ſambuci conferunt.

Eryſipelatis: ſemen oxylapathi, quod ſemper carneum colorem, non plane rubrum habet: decoctum eius hauſtum efficaciſſimum eſt: ſic cholcothar vitrioli fortiſſimè calcinatum: Ideo exterius in aqua plantaginis ſolutum vtiliter imponitur.

Et acorus paluſtris: quo nomine de collo geſtatur.

Excreſcentiæ: Agaricum & reliquæ arborum excreſcentiæ, quæ ſupra Ramos & frondes contra naturæ ordinem excreſcunt, humanorum artuum excreſcentibus partibus medentur.

Exanthemata ſignant: ſemen raparum, ac lentes ideò decoctum illorum expellit.

Ficus Ani: Scrophularia maior & minor, habent integram ſignaturam: ideò decoctum in exterendis ficubus mariſcisve non ſolum vtiliter bibitur, verum etiam pro amulero de collo ad orificium ſtomachi virtuoſe appenditur.

Fiſtulæ: Iunci Aquatici habent ſignaturam; ideò ſal artificiosè extractum, intra & extra corpus cum iuuamento offertur: Sic rapunculus herba Carrichteri flore cœruleo eandem habet ſignaturam & efficaciam.

Fœtus in vtero: Ætites lapis veluti prægnans, cum quatitur alio in vtero ſonante, grauidis continet partus, cum

vterus parum tenax ſiniſtro brachio mulierum alligatur, donec partus hora inſtet, tunc ſiniſtræ coxæ imponitur, vt feliciter ſine labore & periculo enitatur, poſt fœtum excluſum tollitur confeſtim, ne vterus ſubſequatur.

Fœtus vtero adnati: Conferunt à ſimilitudine grana florum Tiliæ, ſupra pedunculum dimidia ex parte folio adnatorum. Dantur infantibus adnatis illorum granorum quinque vel ſex vna vice, vel etiam mulieri grauidæ, cui fœtus adnatus: Colliguntur in feſto decapitationis Iohannis & cortex exterior abiicitur.

Faſcini: Conferunt herbæ quæuis quæ ſciſſuram aut foramen ſaxi, aut lapidis alicuius enaſcuntur.

Herniæ & rupturæ: Radix Aronis, perfoliata, herniaria, Telephii Radix: Folia fraxini, ideo oleum è ligno deſtillatum illitum, efficaciſſimè medetur.

In foliis vlmi folliculi quidam ſeu veſiculæ erumpunt & innaſcuntur menſe Maio humore plenæ admodum vulnerario, ad Enterocela valent. Poma foliis quercinis adnaſcentia in Maio colligantur, & in vitris ſuſpenſa per ſe in ſole in liquorem redigantur: Hic liquor inunctione plurimum confert. A ſignatura Magica obſeruentur animalia quæ ſe extendunt & contrahunt: Ita Elephas proboſcidem extendit & retrahit: Ideo ſpodium calcinatum hic prodeſt.

Similiter teſtudo ſe contrahit, cuius calcinatæ puluis etiam conducit. Item hirudo ſpinoſa ſe contrahit, cuius aqua deſtillata vel cinis combuſtus, miras habet in hoc affectu vires: Sola olei eiuſdem inunctione hernioſi curati ſunt.

Hæmorrhoidum ſignaturæ: Omnes villoſæ plantæ, & mollia herbarum lanuginoſa, quæ lanoſiore flocco, quaſi cane-

ſi caneſcunt, conducunt etiam ex ſympathia hæmorrhoidibus, aſperum tactum horreſcentibus. Sic folia verbaſci, quæ cana denſaque lanugine, bombaceoque tomento veſtiuntur, cuius decoctum conducit.

Oculi populi arboris, oleo oliuarum macerati & inſolati, mirè vtiles: ſemen coloris ſanguinei planè repræſentat nates. Item pes leporis herba, etiam lanuginoſa eſt, & decoctum vtile.

Item ſcrophularia, quæ tuberculis & papilloſis capitulis ſcatet. Sic Aron minus, tonſillas & hæmorrhoides mulcet. Inter verbaſci Nomenclaturas eſt lupina cauda, à pilorum molli lanugine, quam imitatur: eius decoctum etiam prodeſt.

Lentiginum: Betulæ cortex albis interlitus maculis, vt videatur ſturnum imitari, lentigines & faciei maculas abſtergit. Sic flores ſambuci etiam maculati ſunt: Ideo fotus ex decocto florum in aqua commendatur.

Macularum: vt Allium, Arum, Ariſarum, Dracontium, Perſicaria, Hirundinaria minor. Omnes item maculoſæ plantæ maculas corporis noſtri abſtergunt.

Nodorum in carne: Mercurialis cum nodis: ideò decoctum eius cum Mæchoaca, nodos cutis tollit.

Panaricii: Archangelica ſeu vrtica alba habet ſignaturam, contuſa & impoſita confeſtim necat.

Peſtis ſignaturæ ſunt: Bufo, Cochlea, Rana: Ideo vtiliter ab extra imponuntur, ſiquidem venenum attrahunt: Futuræ autem inſtantis peſtis ſigna in linguis ranarum maculatis apparent, ac vbi cateruatim ſeſe mutuo conſcendunt, tot funera ſimul ſepelienda prædicere ſolent.

Anthracis & carbunculi ſignatura eſt in ſapphiro, in

quo eſt peculiaris virtus anthracem ſine corroſiuo tollendi & in Eſcharam promouendi. Similis eſt etiam in lacerta, ideo extrahit Eſcharam.

Gamandræa cum rotundo pomo etiam peſtis ſignaturam habet: Ideo infecti herbam hanc ſed ſub ſuo climate productam magno iuuamine macerant in quotidiano potu: Ita tubercula rotunda quercubus adnaſcentia ſiue recentia ſiue pulueriſata feliciter imponuntur peſti: Sic & puluis nuciſtarum maceratarum applicatus extrahit venenum.

Seminis profluuii ſeu gonorrhœæ: vrtica mortua, galeopſis: ideo Carrichter decoctum eius in vino plurimum commendat.

Scrofulæ: Scrofularia mas & fœmina: Item ſcrofularia minor ſeu chelidonium minus, cuius ſtrumoſa radix è multis granis frumenti videtur coaluiſſe.

Squinanthiæ: Fructus mori habent ſquinanthiæ ſignaturam: ideo ſuccus eius & folia gargariſando conducunt perquam optimè.

Scabiei corporis & pedum: Arbuta ſeu piceę coni ſquammulis loricati: decoctum illorum cum capite mortuo vitrioli præſtantiſſimum medicamentum externum eſt. Deinde ſcabioſa in ſummis caulium capitulis florum calices promit compactili ſquammarum ordine ſtructos: Ideo ſcabiei medetur. Polypodium in dorſo ſcabriciem habet: Ideo à proprietate ſua decoctum eius pellit ſcabiem.

Squammarum cutis: Vitis & reſiniferæ quæ corticem abiiciunt, ad cutem deglubendam & ſquammarum vitia conducunt. Sic ad ſquammas capitis herba filicis vel filiculæ conducit.

Squammoſorum pedum: Scoria ferri habet ſignaturam oſtraco-

oſtracoſorum labiorum vlceris: Vt enim ſcoria hæc inter fundendum à ferro ad ſuperficiem eijcitur: Ita etiam ab interno hominis Archæo ſeu Arte naturæ fit ſeparatio mineralium & excrementorum in corpore microcoſmo: Ideo Crocus Martis & oleum eius in tali caſu plurimum proſunt.

Spaſmi: Limaces vix commoti contrahunt ſe: oſſiculum exiguum in Limacibus albis per medium ſciſſis, in papyro reconditur, & in ſpaſmo efficaciſſime exhibetur. Poples Leporis animalis velociſſimi in curſu, itidem prodeſt.

Strumarum: Gladiolus radice geniculata conſtat, paruorum Bulborum modo ſuper alium inſidente, inferior gracilis, ſuperior vegetior, ſtrumis certo medetur. Scrophularia radicem habet tuberculis aſperam & papilloſis capitulis donatam, ſtrumoſo ſubtus porrecto ceſpite: Vlceribus ſtrumoſis & tuberculis ab humore frigido glaciatis emolliendo opitulatur.

Ficus ſtrumæ modo tument, valent ad eaſdem. Sic ſpongiæ marinæ. Iris radix ſtrumoſa delet ſtrumas. Eſt & ſcrophularia minor dicta herbula foliis hederæ, habet radices quodam callo pendentes paruas, complures, vt grana tritici in acerui modum collectas, quarum tres vel quatuor in longius protenduntur. Hac recentiores in eximendis ſtrumis, ficubus & Mariſcis, magna vi & experimento vtuntur.

Sal Vngaricum ſeu Tranſyluanicum natiuũ multas grumas ſtrumæ inſtar habet, cuius frequentem vſum vt & ſalis gemmæ Paracelſus in depellendis ſtrumis ſtudioſe commendat.

Sugillationum: Perſicariæ folium litura maculæ modo conſcriptum, quæ cornicularis Lunæ imaginem refert, ſugillata delet. Chelidonium minus, etiam propter foliorum

Magicam ſignaturam in hoc caſu ſpecificum eſt: nec ſolum ab extra vnguentis admixtis illinitione delet maculas externas, ſed etiam in vino macerata & quotidie ter vel quater hauſta, ab intra ſanguinem concretum è corpore ad miraculum expellit. Tartari ventriculi: Caſſutha ſeu Cuſcuta ſignaturam habet: Eius decoctum maximopere commendatur.

Vrinæ retentæ: Medulla in Calami anſerini concauitate contenta: Siccata & tuſa mire in vino remoratam vrinam pellit. Item anima Halecis (vt vulgus nuncupat) coloris argentei repræſentat etiam cauum penis ductum: pulueriſata & exhibita efficaciſſime vrinam ciere ſolet.

Verrucarum: Culmorum nodi habent verrucarum ſignaturam: ideo etiam Magnetica cura per illos tolluntur.

Vulnerum ſignaturæ: Sapena Riparum ſeu Hydropiper in aquis pigro lapſu repentibus naſcens propter maculas ſanguineas in foliis, medetur vulnerum recentium ſuperuenientibus ſymptomatibus: ſiquidem fluxus ſanguinis in ſanguineo perſicariæ pedunculo, ſoli obiecto apparet. Hæc perſicaria à Paracelſo vocatur Mercurius terreſtris, & dicit in illa eſſe influentiam carnalem ſeu attractiuum influẽtiale non aliter, vt ſol & omnia ſydera ab inferioribus attrahunt & inferiora vicißim à ſuis ſuperioribus: Guttæ in foliis habent ſignaturam.

Hypericonis folia innumeris foraminulis quaſi acu traiectis perforata videntur: Ideo ad omnes externas & internas cutis læſiones proſunt: Et quia flores etiam poſt putrefactionem in formam ſanguinis abeunt, ſignant vſum peculiarem ad vulnera. Sic millefolium, & Betonica lancinatis & inciſis foliis.

Item

Item Gentianella ſeu Cruciata cuius radix in modum crucis transfoſſa eſt. Item Aſcyrum. Et vlmus etiam perforata folia habet: Et ſic omnes plantæ perforatis foliis ad vulnera corporis valent.

CAPVT VI.

De Venenis, eorum ſignaturis, & venenoſorum morborum per propria Antidota Curatione.

VEnena quoque habent ſuas occultas & magneticas facultates, & deſumuntur tam à plantis, item animalibus & mineralibus. De illis loquetur Medicus, vt logicus de ſophiſmate & fallaciis, quas decet aduertere & auertere, Theologus de vitiis, quæ monet fugere: Nec mala ſuadet, vt inde bona contingant; in quo ſane diſcrepat à Medico, qui nefarios quidem veneficos damnat, de venenis tamen loquitur, quatenus in corporibus noſtris vel generantur, vel mala ſorte ingeruntur, vel ad malignorum morborum curationem expetuntur, alioquin eorum tractatio pernitioſa: & reuera eos damnat Gal. cap. 42. lib. 2. de Antid. qui venenorum compoſitionem tradiderunt, vt Horum Mendoſium, Aratum, Heliodorum Athenienſem, & Orpheum. De ſimplicibus autem venenatis libere ſcribit, vt ante hunc Dioſcorides, & poſt vtrumque Nicander, vt dignoſcantur, vitentur, & in quibuſdam morbis fœliciter à docto Medico vſurpentur. Ad carnem enim vlcerum cadaueroſam arſenicum aliquando adhibetur; oleum viperatum ad luis Indicæ ſtigmata, puſtulas & duritates gummoſas: Oleum ſcorpionum ad ipſorum ictus; Pilus canis rabidi ad vulnus ex ipſius demorſu inflictum: Trochiſci de vipera intus & extra ad venenatos quoſdam affectus.

In corpus vero non ſolum ingeruntur, ſed aliquando generantur, ſimilesq; producãt & affectus & effectus his, qui pernitioſo epoto veneno contingunt: teſte Galeno lib. 6. c. 5. loc. affect. Nam peſtis venenum eſt, quæ interdum ſponte ſine cauſa manifeſta (nos dicimus per influentiam) in corpore generatur, atq; in mulieribus hiſtericis retentum ſemẽ venenatæ qualitatis eſt particeps. Et canes per æſtatem feruidiſſimam facile rabie percelluntur. Hæc autem Medicis præſcienda ſunt, vt ſanitatem ab omni labe tueantur & morbos quoſuis profligent.

Inter

Inter plantas venenatas Galenici numerãt papauerum genera, Hyoſciamum, Mandragoram, horumque venenatam perhibent qualitatem, cum tamen eorum vſus ad morborum curationem feliciter ab eis in multis locis celebretur: ſed addunt, quæ hominibus ac belluis aliquando ſunt præſentiſſimam venenum, ſæpe ſunt ſecutum auxilium, ſi rite tractentur & dentur, Ergo ſpagyrica arte opus eſt, quæ ſcit impurum à puro ſequeſtrare.

Aconitum pharmacum quidem toxicum eſt, oculorum tamen Medicamentis leuandi doloris gratia adiicitur: Et cicuta ſacros ignes & vlcera ſerpentia illitu reſtinguit: Nerium quoq; ſerpentium morſus præſidium eſt è vino potum. Sedum majus Eryſipelata & herpetas extinguit. Solanum omne adhibitum dolores quosvis mitigat. Dioſcoridi omnia hæc ſunt venena, vt Ranunculus, Eſula, Hermodactylus, quorum vt quotidianus, ſic ſaluberrimus eſt Vſus. Præterea Napellus, herba Paris, Taxus, ſtibium, & alia multa variaque ſunt & Medicamenta & venena, interficiunt enim & medentur. Sic Fungi dicuntur Medicamenta, aliquando alimenta, aliquãdo venena: Horum enim vſu quinque ingenui Adoleſcentes Lutetiæ literis operam dantes interierunt: Aulici tamen talium eduliorum auidiſſimi ſunt liguritores.

Sed hic mirum occurrit, quod aliquando venena deleteria, conſuetudine fiunt alimenta. Eſt enim nota Hiſtoria, de puella quadam, cuius Auicenna, Ruffus & Gentilis meminerunt, quæ à primis annis ſolo veneno educata, halitum peſtiferum, & proxime aſtantibus deleterium inſpiraret. Alia Agrippinæ vixit, referente Alberto, quæ araneas in delitiis haberet, cum tamen pauco vino epoto in quo ſuffocata ſit aranea multi perire poſſint. Porus quidam Rex Indorum ſerpentibus & venenis quotidie veſcebatur, hocque alimenti genere diutiſſime alitus, adeo venenoſus factus eſt, vt cæteros homines vel tactu, vel halitu, vel ſcreatu perinde ac ſerpentes alii perimeret.

In Helleſponto eſt quoddam genus hominum, qui venenis ſolum aũtur, ophiogenes propterea dicti. Marſi & Pſillii ſimili victu delectabantur, nec ſerpentum morſus & venena reformidabant: cuius rei certum dedit experimentum vnus ex iſta familia Exagon vocatus, qui cõſulum Roman juſſu in dolium ſerpentibus plenum iniectus, intactus euaſit: Plinius cap. 29. lib. 6. Athenagoras Argiuus dicitur à ſcorpionib. nunquam lædi potuiſſe, vt neq; Æthiopes Hydaſpidis fluuij incolæ.

Gale-

Galenus refert lib. 3. simpo. cap. 17. Anum quandam Athenienſem innoxie magnam ſæpe cicutę quantitatem eſitaſſe. Idem narrat ſex. Empiric. de alia vetula. De Liſide ferunt hiſtoriæ, quod opii vnciam dimidiam ſine ſanitatis iactura vorabat. Nemoxij fuit mulier, quæ quotidie ſemidrach. ſumebat. Familia quædam in Creta ſolo aſpectu faſcinabat & pueros in tabem deducebat. Quid plura? Venenis aſſueti ab his tandem ſunt immunes.

Ex animalibus quoque venenatis Medicamenta quotidie parantur: Nam caro ſcincorum pigrioribus maritis ad ciendum libidinis œſtrum ſæpe datur. Viperæ Elephanticis & venenatis affectibus detentis quaſi miraculo proſunt. Item & colubri, quorum, vt decet, apparata caro multa ad venena ſecuriſſimum eſt Alexipharmacum, de quo vide Baſil. noſtræ chym. lib. 7.

Narrant Hiſtoriæ de Drachone Marino: Is enim aculeum oſſeum in dorſo gerit, adeo homini infenſum, vt quæcumque punxerit, niſi mature ſuccurratur, ad interitum præcipitet. Ilius autem caro ſalubriter & ſuauiſſime hominem alit, vulgus Gallorum viuam nominat, ſicque mirum videtur, quod animalia quædam ſimul & alimentum & Medicamentum, & nonnunquam homini venenum ſuggerant. In ipſorum enim parte quadam vita eſt, in alia interitus. Hoc valde adhuc mirari venit, animalia venenata, cum ſuis corporibus noſtro prorſus inimica ſint, ſubitoque nos interimant, morſibus ac puncturis à ſe illatis ſecure mederi, & fere ſola ab eiuſmodi vulneribus & periculis liberare; quia nempe, ſimile ſibi ſimile allicit, & quaſi ſuam ſubſtantiam reuocans, partem læſam à veneno & damno vindicat. Sic à Crocodilo læſos ipſius adeps impoſitus ſanat, & à ſcorpionibus icti, ab iiſdem tritis & admotis conualeſcunt. Sic & admiratione dignum, venena non ſolum venena trahere, ſed plurima etiam ſpicula & aculeos è corporibus noſtris ſine dolore foras educere, quæ ante vix vi, aut arte vlla extrahi potuerant. Multa animalcula homini venefica ſunt, vt cantharides, Bupreſtis, pinorum erucæ, ſalamandra, Lepus marinus, Rubeta, rana paluſtris muta, non tamen ſemper inutilia & ſanitati incommoda: Nam Cantharidibus, Lacertis, ſcorpionibus, formicis & ſimilibus animalibus extra audacter vtimur, interius vero non ita libere: ſed nonnulla etſi malefica, quæque vel morſu vel inſtatu lædunt, ab expertis artificibus veluti noſtris Spagyricis præparata & do-

ctiſſime præſcripta, opportune etiam data, non modo non nocent, ſed mirabiles & ſalutares præſtant effectus. Vinum enim in quo vipera quodam caſu extincta fuit, Elephanticum iamdiu à communi ciuium ſocietate ſeiunctum perfecte ſanauit. Idem polliceri & præſtare poteſt coluber: de quo vide noſtræ Baſil. chym. lib. 7. de animalibus.

Venenorum ſignaturæ etiam ſunt: vt ſyderica, Dracontium maius, in quolibet folio habet ſignaturam ſerpentis: Inde magico indicio confirmamur, quod decoctum contra ictus ſerpentum ſit efficaciſſimum.

Sic Dracunculus minor ludentis naturæ miraculum ad primos ſerpentum vernationes exerit ſe terra, & cum iis in terram cõditur, nec omnino occultato eo apparet ſerpens: officioſo naturæ munere remedium demonſtrantis & formidinis tempus præmonentis.

Biſtorta, ſerpentaria, colubrina, ad viperarum & ſerpentum morſus. Ophiogloſſum, vt & præcedens herba figuram habet ſerpentinæ linguæ cupientis lædere. Item inter allii genera ophioſcorodõ ſignatum eſt. Omnes autem plantæ, quæ ſerpentis exuuium maculoſum exprimunt, & verſicolores viperarum maculas oſtendunt, imo ſerpentum effigiem ex omni ſua parte cõſpicuam reddunt, contra eorum morſus valent.

Sic venenoſi morbi plerumque propriis ſanantur Antidotis: Aconitum medetur morſui viperarum & ſcorpionum.

Araneus mus qui morſum intulit diſſectus ſi apponatur, ictus ſui maleficia luit.

Apum aculeos fixos mel ſanat.

Bufonio lapide in capite bufonis reperto eius morbi curantur.

Bufonius puluis morſui venenato impoſitus venenum attrahit.

A Bufo-

A Bufone permicti, Bufone ſicco cum iuuamento ſe demulcent. Canis rabidi morſui eiuſdem canis primo pili imponuntur ab extra vulneri, ſiquidem venenum attrahunt, ſimiliter exuſti propinantur, deinde iecur rabioſi toſtum, demorſum ſi comedit liberat & tuetur, ne tẽtetur aquæ metu, quo nomine etiam eiuſdem canis dentem exemptum, & pelliculæ inditum pro amuleto, brachio annectunt.

Crocodili adeps vt ante dictum ſuos morſus ſanat.

Murium morſus, murium combuſtus puluis ſanat.

A Muribus permicti, eorundem cinerem inſperguntur antequam carnem exedat.

Os cordis cerui venenatæ caudæ ceruinæ depaſtatæ ſuccurrit. Serpentũ axungia etiam cõmendatur aduerſus ſuos morſus. Contra ictus ſerpentum, capita ſerpentum trita, vel exta illorum, præcipue fel impoſitum.

Scorpius ipſe, qui ictum vibrauit, tritus, & percuſſo loco impoſitus, ſuæ plagæ remedium eſt, ob cæcam quandam naturarũ diſcordiam, vnde profectũ malum, inde emanat remedium. Sic etiam oleum ſcorpionis aduerſus ſuos ictus.

Sic aliquando geminata, commixtaq; contrariæ facultatis venena, remedio ſunt non exitio: Fuerunt qui Bubonẽ peſtiferum exciſum & exiccatum puluerizarunt, & infectis exhibuerunt, non abſimili modo, vt ſcorpionis oleum contra venenum ſcorpionis adminiſtratur, atq; ſic venenum ſibi congenéris veneni exterminium molitur.

Quemadmodũ ab ouo frigore congelato per impoſitionem in aquam frigidiſſimam ad tempus, frigus inſtar glacici extrahitur, & in integrũ reſtituitur, ita ẽt membra frigore vitiata ſanãtur, per impoſitionẽ aquæ frigidæ niualis: Ita frigus extrahit frigus. Simili modo, mẽbra ſupra modũ incaleſcẽtia reſtaurãtur, per appoſitionẽ ſpiritus vini rectificatiſ-

simi, (qui merus est ignis vel sulphuris quinta Essentia) sic calor vi magnetica extrahit calorem.

Notandum: Ex chiromanticis lineis Remedia homini conuenientia sciri possunt: Ita qui Lineam Architectam in manu habet, ille obnoxius est colicæ, & ex illa moritur: Ideo Linea Architecta in Herbarum foliis, Medicina in colica est. Sic Linea Anchora est Linea Apoplexiæ: Ideo linea Anchora in Acoro est Medicina Apoplectica &c.

CAPVT VII.

De Electione & collectione Medicamentorum.

PHarmacopœus, artis suæ qui vult esse peritissimus, tria bene nosse debet, primo simplicia nempe Medicamenta rite seligere, secundo eadem præparare, Tertio componere. Electio prænuntiat cognitionem, vir enim à malo bonum secernet, illudque seliget, nisi vtrumque nouerit. Præparatio quoque supponit industrium artificem, qui in arte diu exercitatus, multis modis, aqua, igne, manu simplicia maligna castigat, bona meliora reddit, impura depurat, imbecilla valentiora & efficaciora efficit. Compositio autem sine electione & præparatione nulla: simplicium namq; cumulus confusio, non compositio est. Delectus Medicamentorum, primum pharmacopœorum officium, definitur quod sit boni à malo discretio ac distinctio, noxii ab innoxio, malefici à benigno. Benignum Medicamentum purgãs, quod clementer purgat, dicitur, simulac placide aluum subducit, talis est mãna, cassia, Thamarindi, Rhabarb. &c. Malignum & insalubre, quod violenter trahendo purgat, nostraq; corpora cõturbat. Medicamentum malignum dicitur duplex: Vnum quod toto genere tale, alterum vero quod specie aliqua tãtum tale est.

Desu-

Desumitur autem electio purgantis medicamenti, ex ipsius Essentiæ seu natura & facultatibus. Bonam vel malam medicamenti purgantis Essentiam, ostendunt illius substantia, qualitates primæ, seu temperamentum, qualitates secundæ, temperamentum sequentes, & dispositio extrinsecus acquisita.

Substantiæ nomine intelligitur materiæ commoderatio & consistentia, quæ ab elementis certa inter se proportione mistis, nascitur, vnde alia grauia, vel leuia, alia densa, vel rara, alia crassa vel tenuia, alia lenta vel friabilia dicuntur. Ex quibus differentiis dispositio quædam nascitur & virtus ipsi medicamento, per quam in eodem genere bonum à malo distingui potest.

Secundo sumitur delectus à primis qualitatibus, hoc est à temperamento, cuius octo constituuntur differentiæ, calidum, frigidum, humidum & siccum, quæ simplices qualitates vocantur, & totidem compositæ, calidum humidum, calidum siccum, frigidum humidum, frigidum siccum, quibus adiungitur medium temperamentum seu temperatum, in quo consistit hominis natura à qua cum variè recedant aliæ temperaturæ, quædam vno, quædam duobus, quædam tribus & quædam quatuor gradibus, ob eam causam gradus varii excessus distinguuntur.

Medicamentorum electio tertiò sumitur à secundis qualitatibus, quæ quatuor potissimũ generibus distinguuntur: Etenim aliæ tactiles sunt, aliæ odoratiles, aliæ gustatiles, aliæ visibiles: Audibiles omittuntur, quoniam ab his certus non potest desumi medicamentorum delectus: Tactiles dicuntur, quæ tactus iudicio discernuntur, quarum aliæ sunt elementorum propriæ, quibus scilicet qualitates primæ, calidum, frigidum, humidum, siccum, tactu dijudicantur. Aliæ temperamentum sequuntur, & dicuntur secundæ, quarum ratione medicamentum graue dicitur, ac leue, durum vel molle, lentum vel friabile, asperum aut leue, &c.

Quartò seliguntur medicamenta ab odore, qui vaporosa quædam est substantia, quæ à re odorabili expirans, & ad nares delata sensum mouet odoratus. Eius autem tot sunt species, quot saporum:

Odores enim saporibus proportione respondent, ab hisque denominationem plerumque mutuantur. Non ita tamen sunt distinctæ species odorum atque saporum, quia sensus odoratus in hominibus est admodum obtusus, hinc fit, vt mille sint odorum species, qui propriis nominibus careant: Generaliter tamen omnia odorabilia in beneolentia & graueolentia distinguuntur.

Quintò à sapore de medicamentorum delectu sumitur indicium, certius quidem quam ab odore, quia saporum quam odorum magis sint species discretæ. Est enim sapor qualitas gustu perceptibilis, cuius nouem constituuntur differentiæ, quarum tres à vincenti caliditate, à substantia vel crassa vel tenui, ortum habent, acer nempe, amarus, salsus, tres ab exuperante frigiditate, acidus seu acetosus, austerus, acerbus, & tres à moderato calore, dulcis, pinguis, insipidus, horum postremus ad frigiditatem, dulcis & pinguis ad calorem magis inclinant.

Medicamenta sextò seliguntur à dispositione extrinsecus acquisita, quæ oritur à tempore aut loco. Mesue addit magnitudinem, paruitatem & numerum, his enim medicamenti qualitas validior aut imbecillior redditur, de temperiei delectu medicamentorum à colore & sono certa satis & vniuersalis regula statui non potest, per quam maligna à benignis discerni queant. Cum enim potissimum à substantia, temperamento & facultatibus benignitas vel malitia medicamenti pendeat, in singulis coloribus frigida, humida, calida ac sicca reperiuntur, nec colores ipsi medicamentorum temperamenta insinuant: potest enim facilimè calor medicamenti extrinsecus immutari. A sono etiam vt à colore incertissima est benignitatis vel malignitatis medicamentorum indicatio: Vniuersalis n. non est illa dignotio, sed particularis tantũ, & ex accidenti in quibusdam, vt in cassia, carthamo, & paucis quibusdam. Hęc in genere dicta sunto de electione medicamẽtorum, quomodo autẽ in specie & particulariter id fiat, hoc perquirere potest lector apud varios de his dictantibus medicos, nunc de tempore colligẽdi medicamenta.

De tempore colligendi medicamenta, inquiunt Galenici, tria scitu dignissima sint: primum quando sunt colligenda. Se-

da. Secundum, ad quod vſque tempus vis eorum integra perduret. Tertium, quo tempore melior ac vtilior exiſtat.

Quædam enim recentia meliora ſunt, quam vetera: Alia contra, vetera, quam recentia: Alia medio tempore. Primum quod attinet, medicamenta poſſunt colligi, quando eorum vis melior ac vtilior eſt. Verum enimuero non æquè ac vno & eodem tempore omnium ſtirpium partes efficaces ſunt & ſalutares. Nam alio tempore radices, alio tirſi ſeu caules, alio folia, alio flores & fructus, ſemina, ſucci, lachrymæ colligi debent: ſicque radices ſingulis anni conſtitutionibus poſſunt colligi & non autumno tantum vt placuit Dioſcoridi, Auicennæ & aliis multis: Neque etiam vere ſolo, vt voluit Saladinus: ſed nonnullæ quouis tempore effodi queunt & colligi, quæ ſcilicet ſemper vegetæ ſunt & ſucculentæ, licet caulis aruerit, cuiuſmodi ſunt radices buglo ſſi, acetoſæ, Glycirrh. Apii, ruſci, Cyperi, cyclam: liliorum, altheæ & aliorum quamplurium. Nonnullæ cum primum ſuis foliis exuuntur, quo videlicet tempore vis plantæ confugit ad radicem, tuncq; magis percoctus eſt humor, quam alio tempore vt Enula Campana, Angelica, pœonia, brionia, buglo ſſum. Quædam vero euellendæ ac colligendæ antequã in ſtolones, folia, flores & ſemen tota plantæ vis abeat, vt polypodium, iris, ſigillum Beatæ Mariæ, gentiana, ſatyrium: quædam tamen vere & autumno collectæ optimæ ſunt, vt radix altheæ, liliorum, acori, eringiorum, oxalidis, raphani & multorum, quæ copioſum naturalem ſuccum continent. Stipites autẽ & caules colligendi ſunt cum perfecti fuerint: folia & flores antequam ſponte decidant, ſemina cum ſiccari cœperint & antequã excidant, tunc n. magna ex parte perfecta ſunt: fructus vbi maturuerint: ſucci herbarum & foliorum germinantibus adhuc cauliculis. Lachrimæ verò eliciendæ & exprimendæ inciſo caule per adoleſcentiam, vt vere nouo, aut æſtatis initio, dum in ſtipitem ſuccus aſcendit. Omnia verò, ſi fieri poſſit, cœli conſtitutione ſerena colligenda ſunt, conſilio Dioſcoridis.

Quamdiu autem vis medicamenti non modò purgantis, ſed etiam alterantis & roborantis perduret, non definitè ſtatui poteſt ac iudicari. Cum enim ſua ſit cuiuſq; ætas, & ſuum ac ſingulis veruſtum ac recens, nõ idem eſt omnium durationis tempus. Nam Rhabarbarum trium annorum adhuc recens eſt ac maſculum,

hoc eſt

hoc est potens ac validum. Alia citius exolescunt, vt ex radicibus quæ tenues sunt substantiæ raræ, veluti radix Asari, satyrionis, phu, quæ efficaces & valentes anno tantum durant. Nonnullæ quinque vel sex; vt Aristolochia, Cyperus, Ruscus: Aliæ decem vt centaurium minus. Et vt placet Theophrasto, aliæ triginta annos durant vt veratrum, aliæ quadraginta, vt Chamæleo niger, & quædam centum, vt elaterium, & si vera narrat idem author, elaterium repertum est ducentorum annorum, quod optimum erat ac pretiosum.

Tertium superest inuestigandum, quo scilicet tempore vis medicamentorum purgantium sit melior, cum alia recentia sint meliora, quam vetera, alia contrà, alia ætate media. Atque vt hæc dignotio certa sit, & electio optima fiat, desumi debet ex quibusdam saporum differentiis & ex substantiæ varietate, quibus iudicandum, recentia quædam vetustis esse meliora, vt styptica, vt amara: Quæ cum propter insitam siccitatem mala sint, vetustate fiunt deteriora, quia siccitas in his tempore augetur. Recentia vero humiditatem obtinent, quæ in ipsis excessum tum caloris tum siccitatis temperat. Quæ etiam virtute imbecilla sunt, vt flores violarum, borraginis, hyacinthorum, buglossi, rotismarini, vel quorum in superficie virtus est posita, ob idque facilè resolubilis, propter substantiæ raritatem, ea recentia vetustis sunt meliora, vt flores pene omnes, quorum præsertim odor citò perit. Contra verò vetusta quædam recentibus meliora sunt, primum quidem acria, quæ tenuium sunt partium, quia igneus calor in superficie positus, à quo mordent & vrunt, vetustate expirat. Quæ verò acrimonia intus remanet, tempore mitescit ac frangitur, vt de Euphorbio narrat Galenus. De allio & cepa non est eadem ratio, quoniam acrimonia à calore est cum humiditate multa coniuncto, qua assumpta, redduntur acriora: proinde recentia sunt meliora. Secundo quæ validam habent à temperamento virtutem, & difficilè resolubilem, ob substantiæ densitatem, nec in superficie positam, sed intus reconditam, ea vetera recentibus sunt meliora: Quæ enim in his est excrementitia humiditas, ac superflua, tempore absumitur, manente naturali, ob substantiæ densitatem. Media verò ætate multa meliora sunt. Primo dulcia: Secundo insipida: Tertio salsa. Dulcia quidem, quia recens collecta ob humiditatem multam indigestam flatulenta sunt, vetustate verò amare-

amarescunt. Insipida etiam recentia humore superfluo abundant à quo flatulenta sunt & nauseabunda, antiqua verò exanimata sunt. Salsa denique nec valdè recentia, nec vetusta debent esse: Hæc enim propter auctam siccitatem & absumptam humiditatem proptiam amara fiunt & acria, proinde deteriora, illa vero propter superfluam humiditatem ventriculum turbant ac subuertunt. Antiqua autem & recentia pro cuiusque natura, non ex dierum, mensium, vel annorum pari numero sunt intelligenda: Vnde vetustum ac recens in omnibus æque statui non potest, cum non eodem dierum numero omnia perdurent omnino, sed alia citius, alia tardius senescant.

Nec parui momenti erit medicamentorum purgantium delectum obseruare ex loco, quare paucis absoluemus.

Locus in quo planta & medicamenta à plantis desumpta proueniunt, vel est congestitius, & fimo, cœno, tetrisque halitibus conspurcatus, vel liber ab omnibus olidis inquinamentis, vel calidus aut frigidus, humidus aut siccus. In loco libero, cloacarum sentinam & sordes non admittente, plantę medicamentosæ, atque etiam alimentares proprietatem acquirunt suo generi & propriæ naturæ debitam ac conuenientem, dum naturali sua facultate attractrice humorem ex terra sibi familiarem attrahunt, & in sui nutricatum conuertunt, vt quæ dulci gaudent humore, dulcem, quæ amaro, amarum, quæ salso & nitroso, salsum & nitrosum. In loco verò nõ libero & coacto, vt sunt horti suburbani, qui magis fimum quam terram redolent, alioqui melones, cucumeresque alere minus idonei, non suo generi, vel naturæ debitam, sed rei admixtæ, vt fimi vel alterius rei acquirunt proprietatem. Proinde melones, lactucæ, aliaq; olera, quæ in eiusmodi locis putidis aluntur, insalubriores: Et omnia medicamenta quæ in loco libero nascuntur, meliora, & potius eligenda: Quæ verò immoderatè calida sunt, in loco calidiore nata, deteriora sunt, frigida in frigidiore. Loci enim ad plantas similitudo qualitatem & malitiam intendit & auget, dissimilitudo temperat ac reprimit: Vnde quæ humido abundant excrementitio, vt turpethum, hermodactyli, polypodium in loco humidiore nata & educata, quia propter humiditatem terræ siccitas & acrimonia retunditur, vt ex pyrethro, hydropipere & aliis quam multis est notum. Vicinia autem & societas plantæ vnius ad alteram, qualitatem aliquando meliorem, & sæpe deteriorem efficit: Proinde nec

est ad medicamentorum delectum aspernanda. Lupini enim vitem meliorem reddunt, quod racemos ferat dulciores, si iuxta eam serantur, Raphanus Hermodactylos: Epithymus ex Thymo laudatur: Improbatur qui ex ocymo: Polypodium quernum optimum est: Quod ex muris & parietibus vetustis colligi solet, damnatur. Cassia quoque arbor in agro sola, vel eiusdem arboris vnica siliqua melior. Contrarium verò de colocynthide.

A loco autem subsolari, seu soli, vel astris quibusdam magis propinquo aut remoto, quædam meliora existunt, aut deteriora. Sic sena Orientalis, Iris Illyrica & Florentina, Angelica Hispanica, Thymus Creticus, bitumen Iudaicum, cuminum Æthyopicum, Petroselinum Macedonicum, capillus Veneris Mompellienſis, stœchas Arabica, opium Thebaicum, amomum Scythicum, Mastiche Chia, Pruna Damascena, Manna Calabrienſis, Rhabarbarum, hoc est, radix Barbariæ, Arantia ex agro Narbonenſi aduecta meliora, quam aliundè creduntur, ob terræ proprietatem, & causæ efficiētis nempe cœlestis virtutem. Sed quantum faciat collectio plantarum & medicamētorum secundum astra collectarum, norunt omnes Medici, sano iudicio prædiți, de quibus vide Herbarium Doctoris Bartholomei Carrichteri, item & eius tractatum de quatuor spiritibus mundi: In coronam huius libri, quam hoc capite absoluere volumus, dabimus Galenicis varia adhuc medicamēta à similitudine iuuantia, deprehendimus enim ex hac Anatomia, similia curari similibus.

Arsenicus vlceribus arsenicalibus subuenit: inter omnes fructus aquæ, non est maius venenum, quam in materia Resinorum, & omnis venenositas, Resinorum, confirmante Paracelso, confluxit in Arsenico, tanquam in vnum corpus.

Aconitum ex vino tepido datum percussis à vipera aut

sc orpion

ſcorpione ſalutiferum eſſe expertum eſt à nonnullis medicis peritiſſimis, adeo venena plerumque venenatis ſeu venena.

Boletus ceruinus fungus eſt, quem ad rēs venereas adhibent, è ſemine eius genitali oritur.

Cancer, quia corpus ipſius tumet, ideo carcinomata & perniunculos, cum decocto melle lenit: fluuiatilium Cancrorum cinis vtiliter etiam inſpergitur.

Cancer item viuus, ligatis chelis cancro imponitur, donec moriatur: Ita cancer cancrum interficit, qui ſi ſit exulceratus, poſtea quoduis opodeltoch curatur.

Cardiacam tollit puluis cordis perdicis.

Capilli hominum ſi deſtillentur, egreditur ſuccus, qui capillis prolongandis inunctione prodeſt.

Cerebrum ſuillum, phreneticis prodeſt: Ideo etiam ii, qui memoriam amiſerunt, cum juuamento veſcuntur cerebro porcino, cum myriſtica & cinamomo aromatiſato.

Cor motacillæ cum ſucceſſu appenditur in congelatione, vbi cor riget.

Cor hominis in cardiaca & ſyncope corroborat eſſentia præparata de cordis cerui oſſibus.

Coli cruciatus demulcet particula de vmbilico infantis recenter nati, in argentea capſula, vel annulo incluſa, & ita geſtata vt carnem attingat, certiſſimo experimento acceptum.

Cranium & cerebrum hominis epilepſiæ ſubuenit, ſumatur autem pars anterior, non poſterior, & fœminæ fœmineum, mari maſculum accommodetur.

Cucumeris ſylueſtris fructus maturi, leuiter contrectantem maculant, dum de ſe ſolo tactu ſuccum eiaculantur: ſic huius coagulati ſucci ſeu elaterii vſus, hoc Magico indicio, ſeroſos humores corporis humani vehementer expurgat.

In dyſenteria maximo cum juuamine adhibetur rubra illa medulla, quæ in lapicidinarum juncturis reperitur & eruitur, vulgus jecur lapideum vocat.

Epilepſia, Alcis & Hirundines corripiuntur: ita etiam contra eundem morbum ſpecificè inſtar Amuleti conducunt Alcis poſterioris pedis dextra vngula, quam auriculæ ſiniſtræ ingruente paroxyſmo immittunt, ſeq; hoc pacto à paroxyſmo liberant: Ex hirundinibus aqua AntiEpileptica ſingularis paratur.

Fœtum excludit exuuii ſerpentis cingulum, quo ſi inſtante partu nudum grauidæ corpus cingatur, feliciter enititur. Flauam bilem expurgat Rhabarbarum eiuſdem coloris.

Fungi in agro Neapolitano propè vrbem Sanam, quotannis è lapidibus terra ſaltem obrutis enaſcuntur, qui ſiccati & pulueriſati pondere drachmæ ſemis, in aqua appropriata manè & veſperi exhibiti, ad miraculum omnem calculum comminuunt, & inſtar farinæ expellunt.

Gladiolus tuſus & impoſitus, ſpicula & ſpinas extrahit à ſimilitudine.

Globus ſeu pila à ſcarabæo conglomerata ſuppoſita, extrahit globos plumbeos è corpore.

Hæmorrhoides in locis obſcænis ſe manifeſtant, ſanantur à ſcarabæis in excrementis equorum latitantibus, in cinerem prius redactis & inſperſis.

Hydro-

Digitized by Googl

Hydrophobiam tollit inopinatus, ſubitusque impulſus in aquas: Ita metus metu diſcutitur.

Iecur lupinum confert lecinoris infirmitatibus.

Linguæ Hircinæ ſemen, Echium, viperinis capitulis ſimile: Ideo viperarum, ceterorumque ſerpentum morſibus medetur, & prophylacticum eſt Medicamentum.

Lumbrici maioris & minoris mundi lumbricis hominis medentur: Eiuſmodi autem vermes exſiccati, & in puluerē redacti, propinati ac in lacte caprillo exhibiti lumbricos in ventriculo & inteſtinis morantes interficiunt, & è corpore eijciunt ac expellunt.

Lūbricus viuus per viginti quatuor horas Panaricio circumligatus, donec moriatur, interficit ipſum.

Lupus corporis humani, curatur beneficio vnguētorum & cataplaſmatum è carne & pinguedine lupina præparatorum.

Matricis Gallinæ puluis in collum matricis iniectus, eiuſdem fluorem exiccat, & ſterilitatem fœminis inde cauſatam tollit, & conceptionem iuuat.

Mammarum muliebrium fiſſuris medetur inunctio Glutinis ex vberibus vaccinis præparati.

Naſcuntur in podice veluti fructus mori cruenti, molles, & in ſcroto, qui ex fructuum mori, frondiumque puluere ſanantur.

Oculi bouis humor cryſtallinus deſtillatus, omnibus oculorum vitiis medetur.

Pedum anſerinorum abſtracta cutis pedibus refrigeratis (vt & Panaricio) ſuccurrit, cum Artemiſia fiat decoctum, quod vtiliter imponitur.

Priapus tauri aut cerui, penis ἀτονίαν aufert, & Venerem ſuſcitat: Horum enim animalium natura luxurioſa.

Profluuium menſtrui immodicum, dum purus ſanguis ſimul effluere incipit, ſiſtunt tres vel quatuor guttæ puriſſimi illius ſanguinis vltimo effluentis, fæminæ patienti inſciæ in vini vel cereuiſiæ potu exhibiti.

Pulmo vulpis afflicto pulmoni prodeſt.

Renouat noſtra corpora & iuuentutem reſtituunt, quæcunque animalia habent in ſe virtutem renouatiuam, vt de vipera & ſerpentibus traditur.

Sanguis è naribus & venis profluens, torrendo friabilis factus, narium & venarum Hęmorrhagiam inſufflatus & inſperſus ſiſtit. Datur etiam intra corpus.

Similiter ſanguis è vulneribus effluxus calide vulneri iterum immittitur, vt nimiam Hæmorrhagiam eius ſiſtat.

Sagittas extrahit herba ſagittalis in pratis ad ripas creſcens, & ſagittam repræſentans.

Scorzoneræ radix ad ſerpentis cuiuſdam Scorzone dicti formam effigiata, contra eiuſdem morſum vnicum Antidotum.

Serpens ſi filo lineo ſuſpendatur & ſuffocetur, funiculus ille in angina & Apoſtematib. faucium valet plurimum.

Contra Synouiam offertur ipſi patiẽti aliquid ſupra particulam panis præſentaneo ſucceſſu.

Secundinam ſecundina lota ac in fictili torrefacta, & drachmæ ſemis pondere in iuſculo gallinarum exhibita, mirifice educit.

Stomachi lupi corium geſtatũ ſtomachi iuuat digeſtionem: Ita etiam vulturis & oloris pelles ab alutario præparatæ.

Spiritus Tartari fœtor, fœtorem humorum putridorum in peſte è corpore humano expellit.

Tarta-

Digitized by Google

Tartarus ſeu ſal vrinæ hominis, contra Tartarum & calculum ſingularis eſt.

Tormentillæ radix nodoſa, tuſa & impoſita nodos in cute tollit.

Torſionibus inteſtinorum in colica conducit inteſtini lupi exiccatum cingulum, vt & excrementa eius geſtata.

Tumori ſeu Gummi, quod noſtris membris innaſcitur, diſſoluendo medetur Gummi illud è Ceraſo deſudans, aceto diſſolutum & appoſitum.

Variolis infantum, ſeminis Raparum & Lentium decoctum medetur à ſimilitudine.

Vertigine non corripiuntur Damæ & ſerpentes loca inuia accedentes: ideo illarum pinguedo ſi de illa tantillum temporibus illinatur, contra vertiginem maximopere confert: Vt & Ciconiarum eſſentia Quinta, ſiquidem ciconiæ longo tempore in aere in gyrum circumuolitare conſueuerunt.

Vitalis ſpiritus ſeu vita in muſculis forma refert animam halecis, vt ita loquuntur, ſeu argentum argento viuo ſuperinductum: vbi in ſanguine refrixit, euaneſcit, punctim vero vel cæſim vulnerato, vbi in ſanguine profluente apparet ſine mora patienti in potu exhibetur, non ſine manifeſto iuuamento.

Veſica Bouis omnibus veſicæ morbis medetur.

Veſicam ſuis, quæ terram non attigit, pubi impoſitam, vrinam ciere dicit Plinius.

Veſica ouilla vel caprina cremata, & ex poſca bibita, iis, qui vrinam inuiti reddunt, benefacit.

Veſica Carpionis ſiccata & pulueriſata, ſingulariter prodeſt

prodeſt parturientibus in ipſo enixu adeo læſis, vt aquam continere non poſſint, & vrinam inuitæ reddant.

Cum veſicis nigris in pedibus ſubortis, vuæ verſæ, ſeu aconiti ſalutiferi folia nigra cum baccis ſignaturam habent. Cum hac herba Phædro magnetice, vt & Paracelſus cum perſicaria, admiranda in deploratis vlceribus curandis ſe præſtitiſſe affirmat.

Ventriculus Gallinæ ſiue Ciconiæ, male affecto ventriculo ſubuenit.

Zibetta Colicæ ſtercora expellit, &c. Sequitur liber ſecundus.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTARII MEDICO-CHYMICI

LIBER II.

DE QVIBVSDAM VEGETABILIBVS.

CAPVT I.

De Exoticis calidis, vt Zingibere, Galanga, Zedoaria, & Cinnamomo.

SVPRA in libris noſtris Baſilicæ Chymicæ examinauimus quædam tantum vegetabilia, & mineralia, ſed nullã fecimus mentionem de Exoticis gummi & reſinis &c. Quod ergo proſpere cadat, initium ſumemus à zingibere.

Zingiber vel Gingiber, Græcis ζιγγίβερι Germ. Ingber. radix nemini hodie incognita. Naſcitur in Arabia, & Troglodytica: in India tamen copioſiſſime, montibus vallibuſque ſolo rubro. Radix illius repit geniculatis internodiis, folia arundinacea proferens, quæ bis terue in anno reuireſcunt. Naſcitur in multis Indiæ regionibus ſe-

Digitized by Google

mine, aut radice ſatum. Optimum cenſetur quod ex Malauar defertur, vbi frequentiſſimũ eſt, & cura multa colitur, alioquin minime bonũ. Cum eruitur internodium radicis in ſcrobe defoſſo relinqui ſolet ad plantæ perennitatem; Terra namq; opertum anno ſequenti germinat, & radices alias, ac folia noua profert. Tenella radix in taleolas ſecta, cum aceto, oleo & ſale in acetariis ſuauiter editur: Ad nos tamen non niſi ſicca aduehitur, aut ſaccharo condita: nulla enim arte in noſtro ſolo poteſt cicurari. quid vero ſit diſcriminis inter Zinziber, Zedoariam & zerumbet mox aperietur.

Calidum eſt Gingiber in tertio ordine, humidum vero in primo, quæ cauſa eſt cur cariei, niſi probe ſiccatum fuerit, ſit obnoxium. Arabiæ & Troglodyticæ regionis populi foliis gingiberis contra venena aliaq; noxia in cibo & potu vtũtur. Radix ipſa vim habet aperiendi, & cibaria concoquẽdi. Venerem ſtimulat. Ventos diſcutit. Hebetudini viſus, quæ ab humiditate prouenit, prodeſt: aciemq; oculorum acuit. Vẽtriculi & iecoris humiditati eſt vtile: glutinoſis item lentisq; humoribus, ſi duarũ drachmarũ pondere, cum pari ſacchari quãtitate in aqua calida bibatur, vt Conſtantinus eſt autor.

Potus Hippocraticus, Auguſtani: Recipe Cinnamomi vnc. j. ß. Zingiberis vnc. ß. Caryophyl drach. ß. Cardamomi, macis, Gran. Paradiſi, Galangæ drach. j. ß. Sem. Aniſi drach. ß. vini lib. x. Sacchari albi lib. j. ß. fiat potus ſecundum artem.

ALIVS, Recipe Cinnamomi electi vnc. j. ß. Zingiberis vnc. ß. Caryophyl. drach. ij. Gran. paradiſi, Piperis longi ana drach j. mellis lib. j. ß. Sacchari lib. ij vini rubri menſuras ij. Miſce & fiat Hippocraticum.

Species pro clareto: Recipe Zingiberis vnc. vij. Cinnamomi l. ß. Caryophyl. Piperis longi, nucis moſchatæ ana vnc. ß Cardamomi, Melegetæ ana drach. j. vini menſ ij. Sacchari lib. j. fiat claretum.

Aliæ ſpecies pro clareto: Recipe Zingiberis vnc. ij. Cinnamomi vnc. j. ß. Caryophyl. nucis moſchatæ ana vnc. j. Gran paradiſi dr. ß. Galãgæ ſcrup. ij. Sacchari lib j ß. vini opt. l. ij. ß Miſce & fiat Claretum.

Dia-

Diazingiber Nicolai: Recipe Zingiberis, Galangæ, Caryophyl. Cinnamomi, nucis moſchatæ, Granorum paradiſi, Piperis longi, macis, Cardamomi, ſpicæ Indicæ, Rhabarbari, Roſarum rubrarum ana G. xv. Pinearum mundatarum vnc. ß. Piſtaciorum drach. ij. ſem. Aniſi, fæniculi ſem. Glycyrrhizæ raſæ, croci ana drach. ß. Sacchari albi quantum ſufficit. Fiat electuarium. Conſeruatur per annum. Stomachum confortat, digeſtiuam virtutem adiuuat, vitio pectoris ex frigiditate valet, renes confortat, libidinem potenter incitat.

Confectum Zingiberis eodem modo fit, vt Cinnamomi.

Morſellata alba: Recipe Sacchari clarificati, & coctionis nõ perfectæ lib. j. agitetur optime cum baculo, & poſt longam eius ductionem addantur Zingiberis minutim inciſi drach. ij. Deinde Saccharum perfecte coquatur, & in morſellis incidatur

Galanga: Duorum eſt generum, maior ac minor, & vtraq; in eodem ſolo prouenit: verum minor quæ odoratior eſt, lætius & vberius in Sinarũ regione fruticat, maior in Iauar & Malabar. Eſtq; duorum cubitorũ alta, & ſæpe amplior, præſertim in pingui ſolo ſata. Folia ei longa ſunt duorum fere cubitorum, ſuperne multũ, inferne minus virentia. Caulis ex eorumdem inuolucris veſtitur, vt in Orchidum generib. videtur: flos candidus & inodorus: ſemen paruũ: radix iuxta caput craſſa, bulboſa & arundinis modo nodoſa. In reliquis partib. zinziberi admodũ ſimilis, ſimiliterq; propagatur, radice nẽpe non ſemine: ſataq; mirum in modum luxuriat, ac ſolobeſcit: iridi tamen videtur ſimilior, nõ modo radice ſed foliis & facie. Minor galãga palmos tantũ duos alta eſt, foliis myrtheis, radice nodoſa & vltro ſæpius naſcẽs Male nõnulli calamũ aromaticũ & acorum cũ galanga confundunt. Chynenſes & Malabarẽſes frequẽter vtuntur galanga in cibis & medicamẽtis. Calefacit & ſiccat ordine tertio: ventriculũ roborat, colicos dolores ſanat, flatus diſcutit & frigidis morbis ſuccurrit. Seligenda vero minor, vt præſtãtior. Cõmanducata fœtentẽ oris halitũ corrigit, Cõcoctionẽ ſtomachi iuuat,

& dolores eiuſdē ex frigida cauſa natos ſedat, ac vniuerſum denique corpus recreat & confortat, ventoſitates diſcutit, renum obſtructioni & frigiditati confert: matricis item inflationibus, ſingultus & ructus ſedat. Eadem præſtat in vino decocta & calida pota. Ventriculum enim iuuāt, & eius flatus diſſipat: Ex ſucco plantaginis datur iis, quibus cor palpitans micat: Bonum ſanguinem quocunque modo ſumpta ſanat, naribus indita cerebrum corroborat, ore detentum naturam alacrem reddit.

Diagalanga Meſuæi: Recipe galangæ, ligni aloes ana drach. vj. caryoph. macis, liguſtici ana drach. ij zingib. Macropip. leucopi. calami aromat. cinnam: ana drach j ß. calamint: ſiccæ, menthæ ſiccæ, cardamomi maioris, ſpicæ Indicæ, ſem. Apii, Fœniculi, Aniſi, carui ana drach. j. Sachari albi vnc. x. mellis deſpumati q. ſ. F. Electuarium. Valet aduerſus craſſiores flatus, acidos ructus, prauamque concoctionem: Item actiones ventriculi & iecoris à frigiditate impeditas robuſtiores reddit, eaſdemque emendat.

Vinum Hippocraticum: Recipe Galangæ drach. iij cinnam. electi vnc. j. zingib. drach. j. Caryophyl. ſcrup. ij. N. Moſcha. ſcrup. j. Sachari lib. j. vini menſuram j F. vinum Hippocraticum, vt artis eſt.

VEL: Recipe Galangæ drach. ij. Zingib. vnc. ß. cinnam. vnc. j. Granorum paradiſi drach. ij Caryophyl. drach. j. Sachari albi vnc. viij. Vini optimi q. ſ. miſce, cola, & cum lacte amygdal. dulcium clarifica ſ. a. vel R. Galangæ vnc. j. Zingib. vnc. ij. Cinnam. vnc. iv. Caryoph. vnc. ij.

Singula trita ac cribrata M. Deinde croci orientalis vnciam bene tritam ſeorſim ſeruabis. Claretum facturus, mellis lib. ij. ad ignem, in fictili nouo ferue facies: & cum bullire cœperit, aufer ab igne, & parua mora interpoſita deſpumato. Deinde menſuras ij. vini opt. accipies, & admiſcebis ei de ſpeciebus vnc. ij. Croci drach. j. aut amplius. Deinde per ſacculum colabis, cui pars ſuperior linea ſit, inferior lanea per vnam tertiam totius ſacci, aut paulo plus. Cum vinum ſatis colatum fuerit, fæces infundere poteris in hydromeli aut apomeli, vt vulgo paratur, vt q reliquum virium eſt, in id deponat. Hoc vino ſi mulier vti debeat, aut

delica-

Digitized by Google

delicatus aliquis, pro melle ſacharum pones: Alias galanga etiam ſeu ſpecies eius in colica maximum ſunt medicamentum &c.

Zedoaria vulgo & officinis, alias zador, zeduar, geiduar & zaduræ dicitur Arabibus. Meſue hanc radicē rotundam eſſe ſcribit, quæque zinziberis faciem refert: odoratior tamē eſt, vtcumq; amara, nec adeò, vt zinziber aeris & calida.

Deuehitur è Sinarum regione & ab extremis Indiæ finibus. Affinis eſt Zerumbetho, ſed vulgatior & notior: verum vtraq; planta Europęis integra ferè inuiſa. Cypero zedoariam ſimilem eſſe ſcripſit Auicennas, alii coſto, de quo alibi. Omnia vero aromatica, & viribus, quàm vultu ſimiliora. Calefacit, ſiccatq; zedoaria ordine ſecundo, flatus diſcutit, animaliū venenatorum morſibus medetur, colicis doloribus opitulatur, alui tineas enecat, & antidotis optimè miſcetur.

Vinum Zedoarticum: Recipe Zedoariæ, Cinnam: ana vnc. ß. Galangæ drach. ij. M. F. puluis in ſacculo ligandus, atque in doliolo muſti cocti pleno ſuſpendendus.

Species pro vino zedoartico: Recipe zedoariæ drach. vj. Cinnam. vnc. iij. Caryophyll. N. Moſcha. Gran. Paradiſi, Cardam. ana vnc. ß. Cubebarum, piperis longi ana drach. ij. contunde craſſiuſcule, miſce pro ſacculo.

VEL: Recipe Zedoariæ drach. j. Cinnam. vnc. ij. Zingib. vnc. ß. Caryophyl. Piperis longi, Cardamomi, Cubebarum, Galangæ gran. Paradyſi ana drach. ß. Trita M. Craſs. pro ſacculo, Oleum ad capitis dolorem à cauſa frigida. Recipe Zedoariæ, Ladani ana vnc. j ß. Caryophyll. Galangæ tantundem, Maſticis, Cinnamomi, N. Moſch. ana drach. j. Reſinæ Terebint. lib j. ſucci Ebuli, ſucci cucum. ſylueſt. ana vnc. j. Terenda terantur, & vitreis organis deſtillentur ſecundū artem.

Zerumbet, ſiue zurumbet, zedoaria & zinziber plantæ ſunt peregrinæ & cognatæ, ſed vix cognitæ omnibus omnes. Nam ex Arabibus Serapio, ex authoritate ſua aſſerit zerumbet radices eſſe rotundas, ariſtolochiæ ſimiles, colo-

re & ſapore zinziberis. Et alibi ſcribit arborem eſſe magnam in montibus Indiarum Orientalium. Auicenna lib. 2. ait Zerumbet eſſe lignum cypero ſimile. Nonnulli putant eſſe Arnabo, cuius meminit Paulus Ægin. falluntur tamen, nam Arnabo multorum opinione, arbor procera eſt, ſuauiſſimè fragrans, vel vt aliis placet, planta quædam nunc illo nomine incognita. Zerumbet vero graminacea ſtirps eſt, quæ partim ſeritur in prouincia Malauar, partim ſponte prouenit in locis quibuſdam ſyluoſis huiuſce regionis, ibique zinziber ſylueſtre vocatur. Eius ſiquidem vultus vt & radices cum zinzibere magnam habent affinitatem: In Zurumbet tamen omnia maiora, nam folia longiora ſunt & latiora, & radices craſſiores, quæ erutæ concidũtur & ſiccantur, deinde in Perſiam & Arabiam deuehuntur, vnde poſt in Europam. Zerumbet inopia, zedoaria rotunda poni recte poteſt, nam planta vt nominis, ſic virtutis & forſan generis eiuſdem non male putatur, non ſecus quam cyperus longus & rotundus. Commendatur plurimum Zerumbet aduerſus venena, & ad cor exhilarandum, atque ad partes interiores roborandas & conſeruandas.

Cinnamomum Græci & Latini appellant, officinæ Canellam. German. Canell. Arbuſcula eſt ſui generis, cuius cortex eiuſdem nominis ad nos adfertur. Arbuſcula hæc deſcribitur breuis, repreſſa & humilis, ſurculoſa, duum cubitum altitudine, nec amplius, aſpectu arida, folio origani, quum viret parum odorata, ſterileſcens imbre. Cortex detractus reponitur, vt areſcat, antè enim gignitur, torridus, nigricans, varius, leuibus internodiis, qui nulla ei vis nec gratia. Probatur cortex qui in planis ruptus puluiſculum odoratum exhalet. Ac certiſſima eſt probatio & æſtimatio, ne ſit ſcaber, atque inuicem tritus con-

Digitized by Google

contumaciter frietur & inhorreſcat, guſtu mordax, & cum ſalſedine feruens. Reprobatur mollis vel albus. Sunt autem multæ eius ſpecies, vt Dioſcorides quoque teſtatur: Præfertur Moſyleticum, quod caſiæ, cui Moſyliti nomen eſt, ſimilitudine accedit, quod nos hodie habemus. Reliqua quinq; genera, vide apud Dioſcoridem. Eſt enim mōtanum, aſperius craſſiuſque, colore ſubrufo. Tertium nigricans, odore vehementer jucundo, qui caſiam æmuletur: ſurculoſum, paucioribus geniculis interſtinctum. Quartum fungoſum, candicans, aſpectu tuberoſo vilique, protinus fragile, radice grandi, caſiam redolente. Quintum cortice rufum, caſiæ colore æmulum, ſolidum firmumque, tactu neruoſum, odore caſiæ rubræ, ſtirpibus craſſis. Sextum in Syria naſcitur, quod caryopon vocant, multum à veri Cinnamomi ſurculo differens, gratia tamen vicinum. Septem à locorum differentia numerat ſpecies Aetius.

Cinnamomum omne, ait Dioſcorides, excalfacit, emollit, concoquit, eſtque diureticon. Optimum verò Cinnamomum calidum eſt & ſiccum in gradu tertio, tenuiumq; partium.

Cinnamomum, quocunque modo ſumptum fuerit, capiti confert, deſtillationes eius exiccando. Ventriculum calfacit & confortat, phlegmaticos humores diſcutit.

Hydropicis & jecoris obſtructioni eſt ſalutare. Vrinam & menſes, potum vel ex myrrha impoſitum, pellit. Contra venena & morſus venenatorum ſumptum confert. Magni eſt ad omnia vſus. Aſſeruatur autem commodè hunc in modum, vt docet Dioſcorides: Tritum vino miſcetur, & in paſtillos digeritur, vmbraque ſiccatum reconditur.

Ad

Ad vnguenta pretiosa expetitur oleum & eodem conficitur. Caliginem oculorum, & crassitiem discutit. Lentigines & cutis vitia in facie extergit. Ad collyria vtiliter additur. Cum aceto quoque cutem purgat.

Ex eodem conficitur confectio, Dia Cinnamomum appellata, cujus compositionem docet Mesue. Confert ea ad abundantes ventriculi humores, & in eo putrefactionem. Phlegma digerit, & digestionem adiuuat.

Oleum Cinamomi.

Oleum Cinamomi legitimè præparatum, inter efficacissima confortantia spagyrica referri potest.

Et licet eius præparandi modus cuiuis in Chymicis exercitato sit obuius: hic tamen obiter admoneo, aromata destillanda in puluerem non esse redigenda, vt quidam præpostere facere solent, sed tantum in frusta confringenda, modicumque contundenda, alioquin dimidio minus tibi olei suppeditabunt, vt periculo facto aliquoties sum expertus.

Hac via maior olei copia haberi potest, quam vulgaribus destillationibus. Confractum selectissimum Cinamomum in retortam vitream immittas, & in balneo vaporoso destilles, tunc erit aqua & oleum simul: illam aquam recenti ligno affunde & perge in destillatione, quam si continuaueris aliquoties dicto modo, habebis magnam copiam aquæ & olei, fæces in fundo omninò aridas subnigras & insipidas.

Vires & vsus.

1. Omnia principalia membra corporis confortat, inprimis ventriculum frigidum, cor & cerebrum, anhelitusque fœtorem abigit, eiusque suauitatem inducit.

2. In vniuersum Balsamo naturali (sicuti etiam oleum Caryophyllorum) respondet, intus putrefactionem arcet:

cet: Extrinſecus omnia recentia vulnera ſeu vlcera conſolidat.

3. Tollit tuſſim frigidam, & capitis dolorem.

4. Cor exhilarat & omnia membra confortat ſi illo inungantur.

5. Prouocat menſes.

6. Partum promouet.

7. In deliquiis animi ſingulare eſt medicamentum: ſicuti etiam croci eſſentia, per aquam vitis extracta, ſumma eſt medicina vbi aliquis quaſi ad deſperationem è nimia triſtitia venit.

Doſis.

2. vel 3. guttæ è vino, aqua meliſſæ, vel alia ſpecifica.

Hac via verè ex omnibus aromatibus olea elicere poteris longè efficaciora & ſubtiliori quam vulgari via præparata: è caryophyllis ſcilicet, nuce muſcata, macere, &c.

Hæc olea ſi in vſum medicum adhibere volueris, fiat hoc aluo aperta, & grauidis vltra guttam non offerenda: vſus olei cinamomi conuenientior hyeme quam æſtate.

Fuerunt qui mediantibus hiſce oleis aromaticis calci auri peculiariter præparato extraxerunt eſſentiam coloratam magno ægrotantium iuuamine in vſum medicum adhibitam.

Claretum: Recipe Cinamomi vnc. ij. Zingiberis, Galangæ ana vnc. j. Caryophyll. drach. ij. Granorum Paradiſi, Piperis longi ana drach. j. Mellis lib. j. ß. Sachari lib. ij. vini albi menſuras IV. Alii cum ſolo melle parant, & aliquid ſpicæ & N. Moſchatæ addunt, & cum albumine oui clarificant.

Species pro clareto: Recipe Cinnam. Electi vnc. ij. Zingiberis drach. ij. Caryophyll. Galangæ ana drach. j. gran. Paradiſi drach. ß. Sachari lib. j. ß. vini Menſ. ij. ß. fiat claretum.

Claretum ſiue nectar optimum: Recipe Cinnam. lib. j. Galangæ, Zingib. Cardamomi, gran. paradiſi, Caryophyll. cubebarũ, macis ana vnc. ij. piperis longi, nigri ana vnc. ß. ſpicæ nardi, N. moſchatæ ana vnc. iij. ſquinanthi, croci drach. j. Terantur omnia minutiſſimè & M Nectar ſic facies. Pone vinum totum in vaſis. Deinde ſpecies pone in aliquo panno lineo ſatis amplo: & in barili quo nectar facere volueris, pannum intromitte cum ſpeciebus, ita quod latera panni ſupereminеant aliquantulum ſupra os barilis. Poſtea in aliquo vaſe pone lib. iv. mellis & fortiter cum vino miſce, ita vt totum ſatis clarum ſit. Tum vinum ſupra ſpecies colando infunde & poſtremo vinum cum melle. Demum clauſa barili ſpecies in eo relinque cum panno per biduum. Tandem aufer fortiter comprimendo: & habebis nectar optimum. Si vero pro principe aut diuite aliquo parare volueris, adde ſupra dictis, ligni aloes optimi, folii ana vnc. ß. moſchi drach. ß. & loco mellis pone ſacharum minutiſſimè tritum in mortario, deinde ſolutum in vino.

Syrupus de cinnamomo: Recipe minæ coroneorum vel ſyr. cort. mali citri lib. ß. Quintæ eſſentiæ cinnam. vnc. ß. vel olei cinnam. drach. ij. tincturæ auri drach. ij. M. optimè vel: Recipe ſyr. cort. mali citri vnc. iv. Q. eſſentiæ cinnamomi circulatæ vnc. ß. tincturæ auri vitæ drach. ij. M. pro ſenibus.

Aqua ad prçcauendam peſtem ac venena: Recipe Cinnamom. lib. j. Flauedinem citreorum, ſummitates meliſſæ, ſemen Angeli: Extilla ex 4. lib. maluatici, & rhodoſtagmatis tantundem.

Aqua ad conuulſiones: Recipe aquæ cinnam. aquæ flor. tiliæ ana vnc. j. olei juniperi per ebullitionem aquæ extracti gutt. iv. olei ſuccini ſcrup. ß. ſpiritus vitrioli gutt. ij. miſce & potui exhibe.

Aqua tartarea Paracelſi: Recipe cinnam. electi contuſi lib. j. aquæ roſar. lib. iv. Liquoris tartari correcti vnc j. M. & macerentur in B. M. per horas 24 & deſtillentur: propria ei facultas ineſt abſtergendi, ventriculum roborandi & jecur, atque eorum compunctiones ſedandi.

Diacinnamomum: Recipe cinnam. drach. xv. caſſiæ ligneæ, cymini, rad. enulæ ana vnc. ß. galangæ drach. vij. caryophyll. piperis longi, cardamomi maioris, minoris, macis, zingib. N. Moſcha. ligni aloes

aloes an. drach. iij. croci drach. j. sachari vnc. v. moschi scrup. ij. excepta mellis despumati lib. ij. drach. IIX. coque, F. electuarium. Dosis drach. j. ad drach. ij.

Confectum cinnamomi: Recipe cinnamomum à superiori cortice excorticatum, quantum volueris. Per parua fila inciditur, & in vase æneo pensili super carbones ponitur, superinfundendo sacharum cum cochleari ferreo, paruo foramine forato. Et in principio, videlicet per tres vices, sacharum sit leuis concoctionis, postmodum vsque in finem fortis, vas hinc inde beneagitando, hoc tantisper continuetur, quousque satis crassi reddantur. Quidam post primam sachari proiectionem, aspergunt zinziber puluerizatum, vt fiant fortiores, acrioresque.

Syrupus cinnamomi ex propria aqua: Recipe cinnamomi crasso modo contusi vnc. iij. vel IV. injciatur in alembicum superaffundendo aquæ fontanæ q. s. maceretur in loco frigido per biduum vel triduum, dein destilletur. Huius aquæ destillatæ accipe lib. j. sach. li. ß. & coque in consistentiam syrupi, qui totum cinnamomi odorem ac saporem refert.

Ad hunc modum fieri possunt syrupi ex qualibet aromatum specie, ex omnibus seminibus herbis & floribus calefaciendi proprietatibus præditi. *Correctio syrup.*

Syrupus simplex cinnamomi cum vino: Recipe cinnamomi crasso modo contusi vnc. IV. Maceretur in vini Maluatici lib. ij. per triduum, idque in vase vitreo ad lentum ignis calorem: coletur, colaturæ adde sachari lib. j. ß. lentè omnia coquantur, & fiat syrupus s. a. si vinum Maluaticum fortè desideretur, eius loco vinum album optimum substituendum erit. Hic syrupus ob saporis suauitatem ac vtilitatem præstat cunctis aquis cinnamomi, quæ cordi sunt appropriatæ, multisque aliis affectibus congruæ.

Sic syrupus N. Moschatæ confert ventriculo: syrupus piperis quartanis prodest febribus. Syrupus caryophyllorum conducit ad lipothymiam, cordis deliquia, affectus lethargicos, tormina ventris & colicam passionem.

Syrupus simplex, alio modo paratus cum aqua vitæ: Recipe Cinnamomi (aut alterius aromatis) vnc. ij. vel iij. Crasso

modo contuſum indatur in matracium, capax aut in vitrum aliquod ſimile acaptum, ſuperaffundendo ſpiritum vini fortiſſimum, vt materia tres vel 1 v. digitos ſuperemineat: Vaſe optime clauſo macerentur omnia per triduum, aut quatriduum, in loco frigido, ne ſpiritus vini exhalet, & interea temporis aqua dotes ac virtutes cinnamomi extrahet, iisq; tingetur & imprægnabitur: Tunc id, quod tinctum eſt & clarefactum, effunde: & vnciis octo liquoris adde tres vel 1v. vncias ſachari candidi puluerisati, dein ſubiecto igne ſacharū in liquore illo diſſoluatur: & accenſa chatta ignis transferatur & admoueatur ſpiritui vini ſiue aquæ vitæ, quæ ſi fuerit bona, & ab omni phlegmate ſeparata, ſicut optima eius conditio poſtulat in momento flammam concipiet: omnia interim continuò agitentur longiori ſpatula, donec aqua vitæ exuſtione illa tota conſumpta fuerit, & ſyrupus in fundo remaneat, cuius vtique guſtus gratiſſimus eſt: viresque ac proprietates eius adeò ſunt efficaces & præſtantes, vt vel optimas cinnamomi aquas multis poſt ſe ſtadiis relinquat. Si eius vires fortiores reddere velis, aqua vitæ paulo ante, quam tota exuratur, ſuffocanda erit patina argentea: vel euaporatio fieri poterit orbe aut quadra argentea, & intercluſo aere, aqua vitæ in momento ſuffocabitur: & ita multo fortior erit ſyrupus, ſaporemque cinnamomi redolebit. Sufficit pro Doſi ſemicochleare in omni cordis deliquio, ſipothymia, imbecillitatibus, eruditatibus & flatibus ventriculi, quos huiuſmodi remedium illicò reſtituit. Hoc medicamentum ſingulare quoque eſt ad accelerandum partum in grauidis mulieribus: ſi ex ſimplici hoc ſyrupo compoſitum, & ad certum morbum, vt ad epilepſiam expugnandam, aptum reddere velis, cum dicto cinnamomo ſimul maceranda, adde ſemen pœoniæ, flores tiliæ arboris exſiccatos, & ſimilia, procedendo in cæteris, vt ſupra. Dentur de hoc ſyrupo cochlearia duo infanti vel adultiori in inſultu epileptico, & mira præſtabunturs. Ad Apoplexiam & Paralyſin macerentur cum cinnamomo caryophylli, flores roriſmarini, ſaluiæ, & calendulæ exſiccati, & procedatur, vt ſupra. Ita conſequenter varii ſyrupi ad varii generis affectus componi poterunt.

CAPVT

CAPVT II.

De Caryophyl. nuce Moſchata, Cardamomo, ſantalo, & pipere.

CAryophyllon, quaſi dicas Folium nucis, aut nucifoliũ: Caryophilli ſunt grana, quæ Germanis vocantur Negelin, hoc eſt, claui à forma, quod nimirum claui figuram fructus referat: Naſcitur in Inſulis Moluccis, lauri forma & magnitudine, foliis perſicæ, vel magis ſalicis, aliquantum anguſtis; ſurculis multis: flore copioſo, primum albo, dein vireſcente, tum ruffeſcẽte; qui vbi ſolis æſtu induruit nigricat, & rudimẽtum quoddam fructus, ſeu imperfectum fructum & exſiccatum refert, tanquam clauum, quatuor velut exertis apicibus in extremo exaſperatum. Fructus hic adhuc virens ſuauitate omnes alios ſuperat: erumpit in extremis ſurculis, claui modo, vnde vulgus clauum gyrofleum vocitat. Rectius enim claui cuiuſdam refert effigiem quam nucis aut nuci-folij, vt recepta videtur notare nomẽclatio. Nam Caryophyllum dicere, nuci-folium dicere eſt. Calefacit & ſiccat vltra ſecundum ordinem. Plurimus eſt eius ad eſculenta condienda, & ad medicamina vſus. Cordi & cerebro benefacit: Iecori & ſtomacho auxiliatur: oris fœtorem emendat, & halitum gratiorem reddit: coctionem iuuat: oculorum aufert caligines, & viſum acuit, Venerem ſtimulat & obſtructiones tollit. Confectum ex caryophyllis maximarum eſt virtutum. Aerem peſtilentem & infectum purgant. Vnde Trochiſcis pro aere purgando confectis admiſcentur. Suffitus eorum naribus exceptus catarrhum diſcutit, & cerebri obſtructiones aperit.

Digitized by Google

Claretum: Recipe caryophyl. vnc.ij. Zingiberis vnc.ij. Cinnam. vnc. iv. Galangæ vnc. ij. ſingula ſubtiliter trita cribrataque M. Deinde croci orientalis vnciam bene tritam ſeorſim ſeruabis. Claretum facturus, mellis lib. ij. ad ignem, in fictili nouo feruefacies: & cum bullire cæperit, aufer ab igne; Deinde menſuras ij. vini optimi accipies, & admiſcebis ei de ſpeciebus vt artis eſt.

Aqua ad morbum gallicum: Recipe Caryophyll. cinnamomi ana vnc. ij. N. Moſch. num. j. Eaque omnia in puluerem redacta, taroque linteo inuoluta bulliant in vini albi optim. vnc. viii. aquæ fontanæ vnc. iv. ad medietatis conſumptionem, clauſis optime rimis, foramine in ſummo operculi recluſo, quo ſpirare poſſit. Vbi refrixit, expreſſo in vinum linteo adde ligni guaiaci inciſi lib. ß. macerenturque horis xxiv. mox deſtillet, igne leui, aqua, qua Tumores à Lue gallica madeſcant purgato prius corpore: Et ſi robore virium valido ægrotus fuerit, ſumat manè ad vnc. ij. ſin infirmus vnc. j. Hoc eodem modo vtere ad Hydropem, & ad venena. Diaphoretica eſt aqua. Ex caryophyllis etiam deſtillatur oleum, veluti oleum gran. Iuniperi, item & l. artis ex floribus eiuſdem acetum præſtantiſſimum. Cum oleo ſic procede, R. Caryophyll. puluerat. lib. j. Aquæ ſimplicis vel quod melius aquæ vitæ lib. vj. digere in fimo equino per 4. dies poſtea deſtilla per alembicum cum refrigerio.

Balſamus: Recipe Caryophyll. N. Moſchatæ ana vnc. j. Ceræ flauæ lib. j. Terebint. Claræ lib. j. ß. deſtillentur per retortam: rediſtilla cum tritis lateribus & habebis oleum Balſamicum.

Aromat. Caryophyllatum: Recipe Caryophyl. drach. vij. macis, Zedoariæ, Galangæ, ſantal. citr. Trochiſc. Diarrhodon, cinnamom. ligni aloes, ſpicæ Indicæ, Piperis longi, cardamomi major. ana drach. j Roſat. drach. iv. Glycirrhi: raſæ, Galli. moſch. veræ ana drach. ij. folij, cubebarum ana ſcrup. ij. gr. v. Ambræ drach. j. moſchi ſcrup. ß. His tenuiſſ. tritis & cum ſyr. è citro, ſachari albi an. q. ſ. permiſtis, fiat electuarium.

Nux Moſchata, nux myriſtica & Myrepſica ab odoris ſuauitate Moſchocaryon, Moſchocarydion, caryon aromaticum & nux vnguentaria dicta à pingui & oleoſo, quo madet,

madet, ſucco, adeo vt in vnguentum exteri poſſit: Germanis Muſcaten. Naſcitur in Indiæ partibus, in Inſula Banda, vbi palla, & magis Buna palla nominatur. Arbos Perſico vulgari ſimilis fertur, flore roſeo & nuce, quæ membranoſo primum veſtitur calyce, foliato, fiſſili, per extrema fimbriato, flaueſcente: mox lignoſo tegitur putamine, fragili, cui compactilis ſubeſt globus, nuclei vice, ab vmbilico læuibus quaſi ſtriis extrorſum virgatus, fungoſo corpore, cæterarum nucum modo minime cauernoſo: ſed coalitu intus ratiore, intercurſantibus venis rubris, candicantibus interuenijs. Recens ſucco madet pingui & oleoſo, ita vt in vnguentum exprimi poſſit, vnde nomen etiam accepit: Odorem ſpirat gratiſſimum. Probatur recens, quæ cariem non ſenſit, ponderoſa, præpinguis, quæ acu tacta oleaginum ſtatim humorẽ remittat, colore in rubrum inclinato. Reprobatur leuis, exucca, nigricans. Porro duobus veſtita corticibus ad nos defertur, quorum is qui nucem propius ambit, vt durus, lignoſus & inutilis abijcitur, alter vero qui hunc circundat, macis eſt ſeu macer, hodieque eo nomine officinis dictus, ſed non eſt hic extremus nucis cortex, vt multi putant. Nam præter hunc adhuc tertius eſt, vt ſe vidiſſe Valerius Cordus teſtatur, qui hunc in modum nucem myriſticam depingit: Eſt nux moſchata iuglandi adhuc in arbore cum omnibus corticibus hærenti, magnitudine & forma omnia ſimilis, corticem habens exteriorem carnoſum craſſumque quale eſt viride & carnoſum illud hoc macer eſt, quod deinde lignoſum corticem, nucleum ipſum, quem nucem moſchatam vocant, in ſe continentem, ambit. Quales fuerunt qui anno à Chriſto nato 1538. Francofordiam ex India ab Hiſpano quodam afferebantur. Fuit hæc

nux

nux eiuſq; cortex Dioſcoridis tempore res adhuc noua, vnde velut corticem alicuius arboris exiſtimatum, macin inter arbores deſcribit corticem. Nux myriſtica, ſimiliter & macis, temperamẽto ſunt calido & ſicco. Nux myriſtica, ſtomacho, iecori frigido, & ſpleni prodeſt: in cibo vel per ſe ſumpta, halitum oris commendat, concoctionem adiuuat, ventoſitates diſcutit, lienem minuit aluique fluxus cõſtipat. Eædem vires maci tribuuntur: eſt tamen in operatione aliquanto ſubtilius. Dyſenteriæ & matricis adfectioni medetur. Sanguinem recentem gignit. Ventoſitates diſcutit. Suffitus aut puluis eius dolorem capitis ſedat, ventoſq; Phlegmaticos humores educit.

Oleum nucis moſchatæ eodem modo fit, vt oleum macis. Ventriculum frigidum calefaciendo roborat, ſuperfluosque eius humores conſumit, & inflationem tumoremque prohibet: flatus diſcutit: colicos dolores ſedat: oris halitum commendat, veſicæ affectibus ſuccurrit, trium aut quatuor guttarum inſtar ex primo cochleari iuſculi, aut vino cretico aſſumptum.

Oleum nucis Moſch. aliter. Recipe Tertiam vel quartam partem aquæ vitæ deſtillatæ, & nuces moſchatas minutim conſcinde: imponantur bociæ omnia, ita vt per tres digitos aquæ vitæ, nucis moſchatæ partes cooperiantur: relinquãtur in infuſione horis vigintiquatuor, & aqua vitæ colorem flauum acquiret, quam in aliud vitrum effunde, vt prius, idque repetito toties, quoad colore non inficiat aquam vitæ. Quo facto aquam vitæ ſic coloratam omnem, in bocia, in balneo Mariæ ſecundum artem deſtilla, vt aſcendat aqua vitæ, & oſeum nucis moſchatæ remaneat, in priore bocia in fundo: & ſic habebis oleum nucis moſchatæ paratum. Eodem penitus modo poteſt ex omnibus aromatibus oleum diſtillari.

Aliter: Recipe nuces moſchatas quot voles, pulueriza, & affunde duas menſuras aquæ ſimplicis: pone in cucurbita vitrea, luto ſapientiæ optime perlutata, vt ſolent ij cucurbitas perlutare, qui aquam fortem parant: poſtea capitello impoſito, eodem luto perluta, ſimiliter & re-

Digitized by Google

& recipientem (tantùm in iunctura) ne ſpiritus euaneſcant. Tum ita ad ignem pone, & primo fac ignem lentum, ſecundo maiorem, tertio fortem, eo modo, quo ſolent aquam fortẽ diſtillare: & habebis oleum optimum, ſupernatans aquæ in recipiente, quod collige, & eſt magnæ virtutis.

Puluis Magiſtralis: Recipe Stæchadis, nucis moſchatæ, Betonicæ, Rad. Betonicæ, Seſeleos, maioranæ, Ligni aloes, Caryophyllorum ana drach. j. Moſchi, Ambræ Gr. ij. fiat puluis.

Puluis ad calfaciendum caput: Recipe nucis Moſchatæ, macis, Galangæ ana drach. ij. Granorum tinctorum, cinnamomi ana dr. j. flor. Stæchadis, Roſarum, Roriſmarini, Chamomillæ ana drach. j. ß. cort. citri ſcrup. j. Schænanthi, ſpicæ Celticæ ana ſcrup. ß. fiat puluis tenuiſſimus: quo vtendum in declinatione lethargi, aut in ſomno profundo, maximeſi addatur caſtoreum, vel coſtus.

Morſelli ad impinguanda corpora emaciata: Recipe Pulpæ caponum elixorum, pupæ Perdicis ana vnc. ß. Nucleorum pini, piſtaceorum in vino maluatico maceratorum ana vn. ß. Amygdal. dulcium vnc. j. Cinnamomi, Caryophyllorum, nucis Moſchatæ ana vnc. j. ß. Sacchari fini. q. ſ. fiant ſ. a. morſelli.

Nuces moſchatæ Indicæ recentes conditę ad nos Luſitanorum nauigationibus ex India conuehuntur, noſtris iuglandibus ampliotibus perſimiles, cortice viridi, carnoſo, & alio lignoſo, inter quos eſt macis, & ſub lignoſo ipſa nux moſchata. Valet ad cordis & ventriculi robur, & intemperiem frigidam.

Cardamomum, Græcis, Latinis & officinis communi nomine appellatur. Germanis Cardamömlin &c. Peregrina planta eſt, naſcitur in India, eiuſque duo traduntur genera, maius vnũ, quod Arabes Cacolaa quebir, & Cacula quebir, minus alterum, quod hayl ſeu Kakolahil appellant. Vtrumque ex planta cubitali & ſiliquoſa naſcens, non ex arbore procera, vt quidam autumarunt. Leguminoſa verò eſt illa, & vbi adoleuit, ſiliquas multas profert, & ſingulæ ſiliquæ multa grana, cacolaa barbaris nominata, quibuſdam

grana paradisi, alia tamen huius nominis dignitate insignita circunferuntur, malagetæ à prouincia Melegueta, vnde aduehuntur, dicta. Cardamomum, nunc notissimum est & vulgare, licet peregrinum, atque medicis vsibus vtrumque optatissimum: Sed minus, vt odoratius est, sic præstantius, & magis expetitum; maius, minus. Vtrumque cardamomum calefacit, partes quæ principatum tenent recreat, calorem natiuum roborat, flatus discutit, & coctionem iuuat.

De Santalis: arboris cuiusdam peregrinæ & proceræ iuglandis ritu lignum ad nos defertur, quod in Insula Tymor, vbi frequens est, chandama, in Arabia Santal; in Europa, Santalum vocatur: cuius tria dignoscuntur genera, album, pallidum, vtrumq; in Insula dicta vberrime luxurians & rubrum, q; alibi, nēpe in Insula Tanasarim prouenit, vt ex Garcia ab horto narratur, qui tantam affinitatē esse scribit inter arbores santalorū, vt vix pallida à candida queat discerni, nisi forte ab ipsis incolis, qui eas arbores cædunt; cæsas mercatorib. vendunt. Facies. n. vtriusq; similis, folia eadē, admodū virentia, lentisci æmula, flores ex ceruleo nigricātes, fructus ceraſorum magnitudine, primum virides, tum nigri, fere insipidi & facile decidentes. Pallida seu citrina santalorum arbor, in locis apricis lætior prouenit, odoratior & præstātior, eiusq; lignum albo, album rubro longe præstat. Rubrum vero inodorum est, bersilio valde simile, sed non dulce est, nec inficit vt brasilium, nec ita durum ac ponderosum. Vires autem eximias veteres santalis dedere: Cor. n. & partes vitales exhilarant & roborant, ait Auicenna: Calidis morbis, vt febribus aduersantur, obstructiones liberāt, & hepar valde recreant. Album frigidum est & siccum in secūdo gradu. Rubeum ac citrinum frigida sunt in gradu tertio, sicca vero in secundo. Santalum citrinum fluxus sistit, & ventriculum cōfortat:

fortat: Tritum ex ſtillatitio roſarum liquore cordis calorem impoſita mitigat: Camphora admixta temporibus illitum, dolorem capitis ex calore natum compeſcit. Sitim cum ſaccharo compeſcit, ſanguinem bonum generat, cor cõfortat. Santalum rubeum cum ſolani ſucco mixtum, podagram adiuuat. Cum Lactucæ ſylueſtris liquore ſtillatitio applicatum iecoris æſtum reprimit.

Diatrion ſantalon: ℞ Santali albi, rubri, citrini, Roſarũ, Sacchari candi ana drach. iij. Rabarbari, Spodij ſucci, Glycyrrhizæ, ſem. Portulacæ ana ſcrup. vj. ß. Amyli, gummi arabici, Tragacãthæ, melonis, cucumeris, citrulli, cucurbitæ, ſcariolæ ana drach. j. ß. Caphuræ ſcrup. j. Sacchari quantum ſufficit. Fiat electuarium. Aduerſus hepatis & ventriculi calorem vtilis eſt; præterea mirum in modum tabidis & regio morbo correptis prodeſt.

Puluis capitalis temperatus: Recipe Santali albi, Roſarum, Labruſcæ, Betonicæ, ſtæchadis, Rad. Pæoniæ, ſaluiæ, maioranæ, caryophyllorum, ſandaracæ ana drach. j. Terantur tenuiſſime.

Tragema hepar refrigerãs, corroborans q́ue: Recipe ſpec. Diarrhod. Abb. triaſantali ana drach. j. ß. ſem. Endiuiæ: cichorij ana drach. j. melonum, citrulli, cucurbitæ ana drach j. ß. Roſarum rubratũ drach. ß. Santalorum omnium ana ſcrup. j. Sacchari albiſſimi vnc. v. miſce, & fiat tragema.

Puluis pro epithemate cordis refrigerans: Recipe Sãtali albi, rubri, citrini ana vnc. ß. Been albi, rubri, ſerici grano tinctorio infecti, oſſis de corde cerui ana vnc. j. Sericum minutim incidatur, reliqua per ſe terantur: miſce, conſerua in pyxide vitrea.

Puluis pro epithemate hepatis refrigerans: Recipe Santali albi, rubri, citrini ana vnc. ß. Roſarum, coralli, ſpodii ana drach. j. caphuræ ſcrup. j. Terantur vt ſupra.

Electuarium cor calidum alterans & refrigerans: Recipe Diarrhodonis Abbatis fine moſco drach. iij. ſpec. trium ſandalorum vnc. j. ß. conſer. roſatæ, ſyrupi violati ana vnc. j. ß. fiat electuarium.

Conditum ad calorem iecoris: Recipe ſpec. Triaſantali drac. ij. ſpecierum Diamarg. frig. Diarrhod. Abb. ana. ſcrup. ij. Conſeruæ

Cichorij, violarum ana drach. j. ß. Sacchari albiſſimi ex qua intybi, vel cichorij diſſoluti quantum ſatis eſt, nempe ad vnc. iij. ß. finguntur hinc teſſellæ, quæ drachmas duas aut tres penderint.

Tabulæ Triaſantali: Recipe Spec. Triaſantali vnc. ß. vel drach. vj. Sacchari albi, in qua cichorii diſſoluti lib. ß. fiant tabulæ ſecundum artem: pollent aduerſus iecoris & ventriculi calorem mirum in modum: tabidis & regio morbo correptis proſunt.

Tabulæ & Hepatis refrigerationem: Recipe conſeruæ flor. Cichorij, Nenupharis ana drach. j Spec. Triaſantali, Diatrag. frig. ana vnc. ij. Sacchari albi, in qua endiuiæ diſſoluti vnc. iv. fiant Tabulæ ſecundum artem.

Trochiſci ſantalorum: Recipe Santalorum citrinorum drach. ij. Gummi arabici, ſem. Citrulli ana drach. j. Lactucæ, Portulacæ, Tragacanthi, ſucci Glycyrrhizæ ana drach. ß. fac trochiſcos: vtere, vt prius.

Cholagogum Quercetani: Recipe ſuccorum perfecte depuratorum, centauri minoris, roſarum rubrarum, pallidarum ana lib. j. Succi Rad. Oxylapathi identidem depurati lib. ß. In quibus macera ad ignem Baln. Mar. per triduum. Rhabarbari elect. vnc. ij. Folicul. ſenæ vnc. iiij. Cinnamomi, Santali rubri, Aniſi ana vnc. ß. Hæc omnia in vas vitreum indita macerentur & digerantur per tres dies: dein fiat expreſſio & colatura, cui adde Pupæ prunorum dulc. lib. ß. Sacchari lib. j. Syrupi ex nouem infuſionibus viol. & muccag. ſem. pſyll. ana vnc. iiij. coquantur lento igne ad mellitam conſiſtentiam, cui adde Scammonij præparati, vnc. j. Pulueris Rhabarbari & fol. ſenæ ana vnc. j. ß. ſpec. Diatriaſantali & trochiſc. de Berber. ana drach. iij. ſem. Scariolæ, Portulacæ, Lactucæ ana drachm. ij. Fiat electuarium.

Puluis cholagogus: R. Rhabarb. Electi vnc. iij. flor. violarum drach. ij. Roſ. pallid. Hyperici ana drach. j. ſpec. Diatriaſantali, maſtiches, cinnamom. ana ſcrup. ß. Scammonii præpar. ſcrup. j. ſachari violati vnc. ß. M. Fiat puluis: Doſis drachm. j. ſumatur ex iuſculo.

Puluis

Puluis purgans hydropicorum aquas: Recipe Aſari, Mechoacæ, ana drach. Eſulæ præpar. ſoldanellæ ana drach. j. Spe. Diacarthami drach. j. ß. ſcamon. præpar. fœculæ bryoniæ & ireos ana ſcrup. iv. Trochiſ. de Rhabarb. de Eupatorio ana ſcrup. ij. ſpecierum triumſantal. Cinnam. macis ana ſcrup. j. Croci Martis drach. ß. Sachari roſati ad pondus omnium. Miſce F. puluis doſis drach. j. cum juſculo aut vino juniperino.

Extractum cholagogum ſolutiuum: Recipe, Rhabar. vnc. j. Folior. ſenæ vnc. iv. ſcammon. præpar. vnc. j. Spicæ Nardi, ſantali Citr. Cinnam. an. vnc. ß. Trochiſ. Berberis vnc. ij. His affunde ſucci Roſa: pallidarū opt. depurati q. ſ. digere, cola, & exprime omnia calidè per torcular, fac extractum in conſiſtentia ſapæ: cui addes æquali pondere extract: ſiue Eſs. Aloes ſeorſim paratam, M. & decoque omnia ad ignem lentum, vſque ad eam conſiſtentiam, vt pilulam inde magnam, vel duos minores inde formare poſſis. Purgat ſufficienter omnes humores ſeroſos, calidos & bilioſos. Doſis ſcrup. j. ß. Si voles addes huic extracto (loco aloes) extracti caſſiæ tamarind. & pruno. dulcium ana æquale pondus extracti ponderi reſpondens, coquantur omnia in formam opiatæ. Doſis drach. ij, ad iij, in forma boli vel ſyr. violaceo.

Piper, Græcis πίπερι. Planta variè ab autoribus fructus nomini non eſt notus, eſtque in triplici differentia. Aliud enim eſt album, aliud nigrum, aliud longum, fructus hæc diuerſitas collectionis ratione. Fructus enim initio, veluti ſiliqua, betularum groſſulis non diſſimilis dependet, quem longum piper vocant. Habet hæc ſiliqua intus parua grana ceu milii, quę in perfectū tandem piper euadunt, quę aucta & immatura adhuc collecta piper albū appellantur. Sole tandem aſſata & ſiccata piper apellantur nigrum. De ipſa planta inter ſcriptores nō conſtat, quaſi varię diuerſis regionibus piperiferæ arbores naſcantur. In India plurimæ proueniunt, lociſque calidis, crepidinibus potiſſimum, lociſq; hominibus inacceſſis, vbi ſimiæ cauernas montium & cuniculos incolunt. Plinius junipero ſimilem piperiferam

deſcribit arborem, Philoſtratus vitici cõparat cum fructu, tum reliquo arboris habitu. De fructu vero Dioſcorides, Theophraſtus & Plinius conſentiunt, vt initio deſcriptus eſt. De collectione piperis hæc traduntur: Accedẽtes ad radicem montis Indi, factis ſub arboribus areis, decerpentes baccas arboribus interdiu adrepunt, & lectum inibi piper congerunt in aceruos, quaſi rem neglectui datam, æſtimatamque minimi eo proiiciant: circumſtantes vero ſimiæ, atque in auiis abditæ vindemiam hanc eminus intuentur: quum adueſperaſcit, Indorum opus imitatæ, bacciferos arborum termites magno mentiendi ſtudio in areas aceruatim conferunt: ac vbi illuxit dies, piperis magnos cumulos aſportant, quos nullo labore, ſed noctu partos conquiſiuerunt. Tradunt qui nouum orbem deſcripſerunt, fruticem piper producere, albæ viti in ſepibus proreptãti ſimilimum vicinas arbores ſcandentem, qui racemoſum fructũ oſtendat, primum viridem, nec aliter quam in Liguſtro coaceruatum. Hunc antequam legitima maturitate nigreſcat, lectum, ſub ſole palmeis tegetibus expandunt: ſic baccas ſolis æſtu corrugari: vel paſſos nigreſcere. In eodem frutice longum aut album piper offendi negant, ſed alias eſſe arbores, quæ ſapore piperis nonnihil ferant oblongum, compactilibus callis racematim cohærentibus, veluti Ponticæ nucis Iulum, quod inibi longũ piper incolæ nominant. Radix eius coſto ſimilis, guſtu magis acris quam piper. Inanes piperis fructus & caſſi Braſma, Dioſcoride teſte, appellãtur. Excalfactoria omnibus eſt facultas. Longum tamẽ eſt humidius, qua de cauſa cito perforatur, & tardè, ſed diu linguam mordet, vt Arus. Nigrum quoq; albo eſt acrius, & ſuauius, adque condimẽta vtilius. Exiccant item & digerunt. Eligitur grauiſſimum, plenum, nigrum, ſine multis rugis, recẽs, minime furfu-

furfuroſum. Radix in viribus eſt fructu fortior. Cum vino ante febris acceſſionem potum piper vehementer febrium conculſiones prohibet. Prodeſt quoq; morſis à ſerpentibus, frigidis, item iecinoroſis, pituitoſis, & crebrò tuſſientibus. Quinq; aut ſex eius grana ad horam vnam duaſve ante cibum commãducata, aut integra ſtomacho ingeſta, eundem paulatim calfaciunt, concoctionemq; iuuant, ventoſitates quoq; ex malis natas humoribus diſcutiunt. Cum recentibus lauri baccis potum tormina diſcutit. Vtile eſt præſertim ſenibus & frigidis hominibus. Cum vua paſſa manducatum pituitã è capite, vt autor eſt Dioſcorides, elicit. Decoctum piperis calidum ore detentum, idem efficit. Cum melle tuſum anginæ inungitur. Cum nitro illitum vtiligines exterit, & ſcabiem malam ſanat. Cum pice ſtrumas diſcutit. Ad condituras item, electuaria triturasq; additur.

Diatrion pipereon Galeni: Recipe piperis nigri, albi, longi ana drach. L. aniſi, thymi, zingib. ana vnc. j mellis q. ſ. fiat electuarium. Recipit etiã vniuſcuiuſq; generis piperũ vnc. iij. ventriculi refrigerationib. acido ructui, quartanis, reſolutis, hepaticis, & inflationibus auxiliatur.

ALIVD: ℞. Trium piperum ana drach. v. zingib. thymi, aniſi, ana drach. ij Spicæ Indicæ, ammi, amomi, cinnam. ana drac. j. caſſiæ lignea, ſem. apii, ſeſeleos, aſari, rad. Enulæ ana drac. ß. mellis q. ſ. fiat electuariũ. Hoc magis fluxionibus, quæ à capite ad thoracẽ deſcendunt, conuenit.

Athanaſia Mithridatis: ℞. piperis albi gr. XL. coſti, mei, acori, agarici, ſcordii, dauci, petroſelini ana drach. IV. croci, myrrhæ an. drach. viij. cinnam. caſſiæ, ſchænanthi ana drach. xij. mellis q. ſ. compone vt a. eſt. Facit ad venena, & omnium venenatorum morſus, quibuſque cibus in ventriculo aceſcit, ſanguinemque reiiciunt: antiquas tuſſes, hepatis, lienis, veſicæ, & vteri morbos ſanat.

Electuarium ad libidinem augmentandam: ℞ piperis, pyrethri, ſem. ſeſeleos, erucæ, aniſi, lini, ſeſami purgati, farinæ Cicerum an. drach. ij. Tere, & confice cum oleo ſeſamino recenti: Adde penidiorum ad pondus omnium. Mellis q. ſ. fiat electuarium.

Pilulæ

Pilulæ Anodynæ: ℞ piperis Indici in aceto macerati per noctem & pulueriſati drach. j. Croci ſcrup. ij. Myrrhæ ſcrup. j. opii Thebaici diligentiſſime tuſi cum piſtillo ferreo calido, diſſolutique in vino generoſo drach. ij. Moſchi gr. iij. miſce, & fiant pilulæ, ad quantitatem piſæ. Dantur iij. vel v. ad ſummum ante ſomnum cum vino. Colicos dolores mitigant: ſomnumque inducunt.

Pilulæ bechicæ cum Therebint. ℞. piperis, caſſiæ, cinnamomiana drach. ij. Galbani, Therebint. ana drach. j. mellis deſpumati q.ſ. fiant pilulæ.

Species fortes finæ: ℞. piperis nigri vnc. ij. Zingiberis vnc. j. Croci Orientalis drach. j. Caryophyll. Galangæ ana drach. ij. Pulueriſentur omnia tenuiter.

Oleum piperis eodem modo fit, quo oleum macis ac Caryophyll. omnibus facultatibus, quibus & ipſum piper præditum eſt: niſi quod ignea illa vis, quam linguæ imprimit piper, in oleo eiuſmodi nõ ſentitur. Eſt enim oleum piperis nihil aliud, quam elementum æreum, ſeparatum à reliquis elementis quemadmodum etiam in oleo vitrioli & ſulphuris deſtillato, inquit Euonymus. In colicis & pattibus, multa tenaci pituita & lenta repletis, dantur duæ vel tres eius guttæ cum juſculo, ad incidendam eam & diſſipandam. Exhibui (inquit idem ille) in tertiana febre, poſt purgationem & venæ ſectionem, dando huius olei guttas tres, cum ſcrup. j. Myrrhæ duabus horis ante paroxyſmum, frigus & tremorem, ipſamque etiam febrem prohibuit inuadere, ſi non prima vice, at ſaltem ſecunda. lib. j. piperis dat drach. j. olei.

Oleum de piperibus Meſuei: ℞. piperis longi, nigri, albi ana vnc. iij. Myrobal. Chebul. Belleric. Emblicorum, Indorum ana drach. v. Rad. Apii, Fœniculi an. drach. iij. ß. Sagapeni, opoponacis, Hyoſciami albi ana drach. ij. ß. Turbit drach. ij. Zingiberis drach. iij. ſurculorum Hyſſopi, rutæ viridis ana M. j coquantur ſ.a. in aquæ quantitate ſufficienti ad tertias. Colaturæ adde olei de cherua lib. ij. & iterum coque ad conſumptionem. Iuuat neruoſum morbos frigidos, vt paralyſin, ſpaſmum, ſpaſmum cynicum, tremorem, epilepſiam, affectus vteri, coli, renum, veſicæ, &c.

CAPVT

CAPVT III.

De Chyna, saſſafras, ſarſaparilla, behen ſecachul, cubebis, & carpobalſamo.

CHyna Indicæ luis eſt antidotus, radix nempe quædam inſignis quæ vt & tota planta à Chyna nomen apud nos habet: In ſolo vero patrio patrium nomen retinẽs lampatan vocatur. Naſcitur in Chinarũ vaſtiſſima regione Indiæ Orientalis Scythiæ cõtermina, nec in montibus & fundo ſicciore, vt arbitrati ſunt quidam, ſed locis vdis, paluſtribus & aquoſis, arundinum more, vt juxta maris litus, & cuiuſdam Lybiæ fluuii oras. Radix ei craſſa eſt & nodoſa, vt arundinibus dura & tuberoſa, vt rubo, rubea & tortuoſa, vt biſtortæ. E radice tenues cauliculi erumpunt & imbecilli, foliis admodũ raris cincti, qui licet humiles, vt rectius ſtent, fulcro indigent, quo nitantur. Vulgaris nunc eſt iſta radix, quam antiquior ætas aut non vidit, aut oſcitanter prætermiſit. Nunc vero lippis & tonſoribus notiſſima, neque datur tyrunculus vllus qui de Chyna radice non garriat, qua tanquam medicamento polychreſto vtuntur Indi ad omnium morborum, atq; eorum maximè, qui alia remedia illis conſueta temnunt, curationem. Valet autem plurimum Chyna ad luis venereæ curationem. Vertigini quoq; prodeſt, ſtomachi dolorem ſanat, hydropi cõuenit ex Cardano, colicis doloribus & affectionib. vteri prodeſt, obſtructiones tollit, meatus aperit, vrinam mouet, ſudores elicit, conuulſioni & paralyſi cõfert, & articulorum dolores leuat. Carolus enim Imperator huius nominis quintus, ab aliis medicamentis nullum, à Chyna maximum leuamẽ, aduerſus arthritidem, quæ ſæpe eum malè exercebat, percepit. Sunt qui tabidis prodeſſe cõtendunt, calidiorem tamen puto, quam vt atro-

phiam tollere, intemperiē ſicciorem emendare, & habitū optimū reſarcire poſſit. Garcias n. ob eius vſum in tantos ardores hepatis incidit, vt totū penè corpus inflāmatione obſeſsū fuerit; & re vera nunc rarior ſolito eius incipit eſſe vſus.

Decoctū Rad. Chynæ: ℞. Radicū cinæ opt. vnc. j aquæ fontanæ li. xij Radices incidātur minutatim, & in prædicta aqua tepida per horas 12. infundantur in vaſe terreo vitreato: deinde igne lento coquantur vſque ad conſumptionem tertiæ partis: poſtea cola, & ſerua pro ſyrupo. Aliqui vſq; ad lib. 8. aliqui ad medietatis conſumptionem coquunt.

Decoctum Radicis Chynæ: ℞. Alia ratione curatur morbus Gallicus, quæ non eſt præcedēti admodum diſſimilis. Fit a. decoctio radicis Chinarum, quæ apios dicitur. Itaq; poſt vniuerſales purgationes, præſcribimus victum tenuem, non tamen vſq; adeò ſiccum atq; cum decocto guaiaci. Siquidē decoctum radicis Chinarum vehemētius ſiccat, quam guaiaci, quod ex ſiti facilè deprehenditur. Sic autem parabitur: Radicum Chinarum, in tenues orbiculos ſectarum vnc. j. vel vnc. j. ß. Aquæ puriſſimæ lib. x. Coquantur in vaſe terreo vitreato ad medias. Vas vero tam exacte cooperiatur, vt nihil exhalet. Deinde coletur decoctum, ac ſuper cineres cōtinuo calidum ſeruetur. Huius decocti dentur vnc. viij. vel ix. pro viribus ægrotantis, ac ſudet tres horas: ſudor diligenter abſtergatur: prandeat hora nona, vel decima & rurſum hora tertia à meridie eandem decocti doſin ſumat: lectum ingrediatur, & ſudet: cænabit autem hora ſexta: ac frugalior erit cœna quam prandium.

Decoctum radicis Chinæ, pro potu ordinario: Recipe fæces ſuperioris decocti, aquæ puriſſimæ lib. xij. coquantur ad tertias. Poteſt tertium & quartum fieri decoctum, ſi addideris radicis Chinę drac. ij. Si tamen vino abſtinere non poſſit, eo ſalem decocto vinū diluatur.

Decoctum Chinæ Quercetani: Recipe: Raſuræ rad. Chinæ vnc. j aquæ fontanæ lib. vj. ſucci limonum vnc. iij macerentur, per 24. horas, deinde coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, ac tandem transcolentur per manicam Hippocratis. Doſis vnc. vj.

Saſſafras Hiſpanis dicitur, Indis paccame, florida quædam arbor prægrandis, caudice procero, cortice cinereo, ac tenui veſtito: ramis in cacumine expanſis: foliis ſiculneis, in tres angulos diremptis: radicibus nunc craſſis, nunc tenuibus,

nuibus, pro arboris ætate, per ſummos terræ ceſpites expãſis, aliquantum aromaticis, & fœniculum ſpirantibus. Arbos hæc læta fruticat in locis maritimis & temperatis. Radix eius omnibus aliis partibus præfertur, præſertimq; eius cortex, qui calidus & ſiccus eſt initio tertii ordinis. Cæteræ eius partes gradu tantum ſecundo qualitatem vtramq; ſortiuntur. Præter qualitates iſtas elemẽtares aliæ quædam peculiares agnoſcuntur ad multa perutiles & experitę. Sed ob raritatẽ circulatores interdum buxi ſcobẽ & fœniculi ſemẽ ſimul terunt, & pro puluere ſaſſafras vẽdunt: Sat n. eſſe putant fallendę plebeculæ, ſi pro vero ſaſſafras, q. fuluo colore & fœniculi odore commẽdatur, puluerem flaueſcentem & fœniculum exhalãtem exhibeant. Decoctũ ſaſſafras, inquit Cluſius, commẽdatur in omni morborum genere, præſertim in obſtructionibus tollendis, partibus internis roborandis, morbis mulierum multis, & venereæ lui curandæ.

Sarſaparilla: ex Inſulis occiduis & maximè ex Peru, & prouincia Honduras, radix quædam prælonga & vniformis defertur, quæ nunc Sarſaparilla, nunc Salſaparilla, & Sarzapariglia vocatur, quam Matthiolus & Dodonæus putant eſſe eandem cum ſmilace noſtrati: diſſident tamen inter ſe multum, nam ſmilacis aſperæ radix nodoſa eſt, & geniculata, graminis ritu, multoq; breuior & mollior. Enodis vero eſt Sarſaparillæ radix, nullis geniculis aſperata, dura, fibroſa, rugoſa, & aliquando viginti pedes longa, atq; viminis inſtar facilè finditur, cæteræ eius partes ſmilaci ſimiles ſunt, & ſimili modo frutices vicinos ſcandunt & amplexantur. Sarſaparilla primis qualitatibus calefacit, ſed moderatè calidis aperit & ſudorem prolicit, tertiis venereum virus extinguit. Eius cremore vtuntur Indi ad venereæ luis, quæ illis vernacula & Endemialis eſt, curationem.

Decoctum Sarſæparillæ: Recipe Rad. Zarzæ Parillæ vnc. iv.

Aquæ fontanæ lib. xij. radices primo vino albo lauentur, deinde mi-nutatim incidantur, & in ſupra dicta aqua, per horas duodecim infundantur in vaſe figulino benè operculo & pannis obſtructo: mox coquantur igne lento vſque ad conſumptionem librarum octo: poſtea coletur, atque in vaſe vitreo optimè cooperto pro ſyrupo ſeruetur. Secundum decoctum pro potu ordinario ſit, vt ligni guaiaci potus.

ALIVD: Recipe zarzæ patillæ vnc. iij. cort. ligni vnc. j. rad. Chinæ drac. ij. hermodactylorum vnc. j. polypodii, rapotici, turbith. cap. ven. liliorum alb. apii, aſparagi, fœniculi, petroſelini, glycyrrhicæ ana drac. ij. fol. ſenæ vnc. ß. decoquantur omnia ſ. a. in lib. xx. aquæ ad lib. v. & hoc pro ſyrupo, capiat bis in die manè & veſperi vnc. vi. calidæ. In reſiduo infundo lib. xx. aquæ, & decoquantur ad lib. xij. Et iſtam aquam bibat loco vini, & de octo in octo dies purget humorem peccantem: & debet ſumi per dies xv. ad minus.

Behen vel ben vox eſt Arabica, arborem quamdam in Æthiopia naſcentem & tamariſci ſimilem deſignans, cuius granum dicitur Abelban, ex quo oleum manat Muſcillinum dictum: Qua voce ipſa etiam planta inſignitur: Nam Ben ſecundum Rhaſim & Arabes Muſcillinum dicitur. Quænam verò ſit illa planta dilucidius non explicat, vt nec etiam Auicenna, qui dum quærit, quid eſt Ben? Reſpondet ipſe, fruſta lignea, aut radices eſſe cõtractas, ex ſiccitate habentes rugas, ſeu lineationes, ac duplici ſub ſpecie contentas, quarum vna alba eſt, altera rubra, vtraque calida & ſicca in gradu ſecundo. Alibi tamen vtrumque Ben ſiccum primo receſſu ſcripſit, & rubeum albo calidius eſſe: Contrarium tamen videmus in iſtis duabus radicibus in officinis Ben nomine celebratis: Nam quæ albicat, calidiſſima eſt, & acriter fauces & linguam ferit: Rubra id ſolummodo præſtat languidè & ignauè. Serapio plantam vtramque non clarius depingit: Ben, ait, ſpecies ſunt duæ, & ambæ magnitudine radicis paſtinacæ paruæ, & quædam tortuoſæ. Deferuntur ab Armenia: odor earum bonus &

ambæ.

ambæ viſcidæ, calidæ humidæ. Cum igitur Arabes antiqui de planta indigena ſolum nominetenus conueniant, quid ſi noſtrates in ea deſcribenda, aut obmuteſcant, aut pauca quædam & probabilia tantum enuntient? Nullis ſane Pharmacopolijs non cognitæ ſunt duæ radices, quæ paſſim Behen nomine albi & rubri celebrantur: Illa tamen dignotio penes tantum ſuperficiem eſt, nec dum veram quis ipſius effigiem dedit. Ex Arabum autem ſententia, Ben corroborat, corpus impinguat, ſemen auget, confert tremori & alia multa commoda præſtat, quæ vix in noſtro vulgari albo agnoſcuntur. Obid Syluius radicem Eryngii ſubſtituit, ego angelicam noſtratem vel Hiſpanicam prætulerim vt magis cardiacam, aut tormentillam. Sunt qui polemoniam opinentur ben album eſſe, & biſtortam, rubrum, ſed leuiori coniectura, quam vt pluribus ſit opus improbare.

Confectio pomi ambræ: Recipe ceræ virgineæ vnc. iv. olei olíuarum, Terebinthinæ ana vnc. ß. Been albi ac rubri ana drach. j. Ladani drach. iij. Olibani, maſticis ana drach. j. ß. Myrrhæ ſtyracis calamitæ ana drach. ij. Roſarum rubr. menthæ ſiccæ, maioranæ, caryophyllorum, Cardamomi, ſantalis albi & rubri, cinnamomi, nucis Moſchatæ ana drach. j. Ligni aloes, caphuræ ana drach. j. Ambræ, moſchi fini ana drach. ß. Pulueriza, & fac pomum, prout decet.

Scecachul varie nominari ab Arabibus comperio, vt Iochachium, Lichimum, habet, alithimum; apud quos illius ſemen, ſeu potius granum culcul dicitur, & folium, inquiunt, eſt ſimile folio Albena, ſeu Iulben. Hæc ſiquidem vocabula apud Serapionem & authorem Pandectarum videntur confundi & pro Scecachul vſurpari, ſecundũ quos caula eſt breuicaulis, venoſæ & nodoſæ radicis, è cuius ſingulis geniculis folia emergũt balſami, Serapio dicit baſai, ſimilia. In illius ſummitate circa veris initium flores erumpunt vio-

lacei, violis tamẽ maiores, nec similes, quorum occasum sequuntur grana nigra ciceris magnitudine, humiditate dulci satura, quæ grana culcul barbara gens nominat. Rhasis tamẽ suo idiomate Kilkil mauult appellare, cuius qualitates recẽset lib. 23. calidumque & humidum secundo receſſu tenet: Serapio in vtraque qualitate tantum primo. Ambo autem plurimum valere ad rem venẽream excitandam scribunt: Auget enim semen, erectionem veretri facit, & ad congressum pigros alacres reddit, nascitur Scecachul, seu Secacul in locis vmbrosis, atq; iuxta radices arborum. Neque a. radices, neq; grana Secacul ad nos deferuntur: Et cum è plãta prorsus exotica & herbariis recentiorib. incognita desumantur, à formulis remediorum debent expungi. Absurdum enim est à Barbaris ea mendicare, quibus facile carere possimus, vel forsan ipsi carent, cum illorum nullus adhuc Secacul accurate descripserit, aut ad nos mitti curarit, vel saltem venale in suis emporiis, perinde ac reliqua simplicia rariora ostenderit. Cum rebus Venereis inseruiat, quoties dicta planta opus erit, vel satyrium præscribendum, aut iam præscriptum augendum, aut pistacia, aut nuclei pinei, aut ornithogloſſum, aut alia illius quę ludibria mouent substituẽda.

Cubebas Auicẽna, carpesium, serapia, myrtũ sylueſtrem nominat. Planta ex qua colliguntur sylueſtris est, ac sponte nascens, imbecilla & fruticibus smilacis, aut piperis modo adhærescens, foliis myrtheis, fructibus racematim congestis, sed singulis granis cohærentibus pediculis longioribus. Fructus hic in Iaoa & aliis regionibus in quibus prouenit, tanti fit, vt ab incolis decoquatur, antequam venalis detur institoribus. Verentur enim ne alieno in solo satus radices agat & luxuriet. Turpiter errant qui cubebas, viticis semen, auruſci fructum esse contendunt, cum inter stirpes has

omnes

omnes nihil ſit cognationis & ſimilitudinis. Actuarius magis tolerandus, qui Auicennam ſequutus, combebas, ſic enim loquitur, carpeſium affirmat eſſe: nam aromatica & calefactoria eſt in ambobus qualitas; verum effigies diuerſa: Nam carpeſia ex Galeno, feſtucæ ſunt tenues, ſurculis cinnamomi, facultate & odore ſimiles vocati Phu, ſed validiore, & nonnihil aromatico, quem guſtus percipit. Quia tamen ſunt tenuiora, viſcerum obſtructiones expeditius tollunt, & vrinam mouent, & calculum pellunt. Non tamen adeo tenuia ſunt, vt cinnamomum. Cubebæ admodum raræ ſunt: ventriculum calefaciunt & roborant, hepar infarctu liberant, flatus diſcutiunt, intemperiem vteri frigidam emendant, & Veneris ſopitam vim excitant.

Sacculus odoratus: Recipe cubebarum drach. ß. Caryophyllorum ſcrup. j. Nigellæ toſtæ vnc. j. ß maceris ſcrup. ij. Contuſa & trita diligenter ſerico induntur ad odorandum.

De carpobalſamo. Balſamum arbuſcula eſt peregrina, olim in Iudæa, Ægypto & in valle Syriæ, ac maxime in Hiericho naſcens, aſpectu nõ valde grata, colore cinericia, ramis tenuibus, foliis ſampſuchi, quæ quotãnis Decembri labuntur, medio vere repullulant: floribus ad paruũ laſminum luteum accedentibus, quos paruum conſequitur ſemen, aromaticũ, flaueſcens, plenũ, guſtu mordax, & acre, atq; modice opobalſamũ redolens, q; carpobalſamũ nominatur. Planta hæc ad radicem vſq; ſarmentoſa, cuius ſurculi tenues admodũ ſunt, fului, odorati, frequentib. nodis aſperati, balſamelæum nonnihil ſpirante. Vbi adoleuerũt ſarmenta præſcinduntur, emunturq; ab inſtitoribus, qui in aduenas regiones deferũt, quæſtus magni gratia: vbiq; n. expetũtur, & magno ſemper væneunt, ob inſignes quib. pollent facultates: Xylobalſamum Medici nominant. Nonnunquã fruticis huius abſcindũtur ſurculi, quib. appendũtur lagenulę cera oblitæ,

in quas

in quas guttatim oleosus eximiæ fragrantiæ liquor stillat. Sæpius tamẽ ineunte autumno cultellis vitreis, aut osseis, vt eburneis truncus, aut rami crassiores vulnerantur: nam ægerrime ferrum ferũt, quorum scarificatu succus crassior oleo perquam similis, & suauiter spirans emanat, qui Balsamelæon & opobalsamum nominatur. Inter olea quæuis & balsama omnia laudatissimum hoc est, præstantissimum & toto orbe maxime celebratum, vt quod vires habeat abigendis morbis nulli medicamento secundas, siue interius assumatur, vt aliquando, siue exterius adhibeatur, vt sæpe fit, vel aliis commisceatur medicamentis. Laudatur Syriacum tenue & perspicuum, quale in vasis aqua pleni fundum delabi ac subsidere solet, quod omnibus balsamis legitimis commune est, atque ei maxime, quod ex horto celebri Turcarum imperatoris habetur, in quo magna sedulitate paruula dicta arbos colitur & custoditur, ex qua nempe tres partes excerpuntur, ad multorum morborum expugnationem vtiles, lignum, liquor, semen. Xylobalsamum, opobalsamum, & carpobalsamum propriis & vsitatis vocibus medici designant: quæ quod rarissima sint, & in paucis regionibus læte prouenientia, à regibus tantum, vel solis magnatibus possidentur. Nam vulgare carpobalsamum, legitimum non est, tanquam viribus ignauum: fere inodorum, vietum, rancidum, exoletum, nec suauiter spirans. Idem dicendum de ligno quod Xylobalsamum nominant, nam surculi sunt lenuiſci, plerumque carioſi, aut ita vetusti, vt & insipidi sint, inodori & inefficaces. His tribus medici succedanea analoga, prout materiæ medicę concedit vbertas, adinuenerunt, vt carpobalsamo cubebas, Xylobalsamo lentiscum recentem, opobalsamo oleum caryophyllorum & nucis moschatæ, vt etiam lacrymam limpidissimam terebinthi

instar

inſtar olei tenuem. Nam terebinthina ipſa balſamum eſt, & omnium balſamorum artificialium veluti mater, cuius omnes partes optime reſpondent vero & naturali balſamo. Alia nunc aut Balſama incipiunt circunferri, vnum Peruuianum, quod ex nouo orbe aduehitur ex fructu quodam mediocris magnitudinis in Peru naſcente elicitum, cuius meminit Cluſius. Alterum à regione quadam Indica balſamum dē Tolu vocatur. Stillat hoc ex arbore ſauciata pumillis pinis ſimili. Vtrumque vires habet eximias, & in ſyriaci locum poterit optime ſubſtitui.

Pilulæ alephanginæ: Recipe Carpobalſami, cinnamomi, cubebarum, ligni aloes, calami aromatici, macis, nucis moſchatæ, cardamomi, caryophyllorum, Rad. Aſari, maſticis, ſchenanthi, nardi Indicæ ana vnc. j. Abſinthii, roſar. rubr. ana drach. v. Terantur craſſius, & in lib. xii. aquæ communis diem macerata, coquātur ad dimidii cōſumptionem, deinde fricentur, & colentur: & in colaturæ lib. ij. iniice. Aloes ſæpius lotæ ſecundum artem, & in puluerem redactæ lib. j. Inſolabis donec ſiccentur ſæpius agitando: & addes myrrhæ, maſticis ana drach. v. croci drach. iij. Tere curioſe: prædicti decocti reliquum ipſis affunde, agita in ſole, donec ſiccentur, & in iſtam craſſitiem reducantur, vt fieri poſſint pilulæ ſecundum artem. Seruentur ad annum dimidium, vel integrum. Doſis à drach. j. vſq; ad drach. ij. confici debent hæ pilulæ menſe Iunio, vel Iulio. Ventriculum, cerebrum, & ſenſoria humoribus craſſis, putribus, pituitoſis purgant, & inde natum dolorem diſſipant, ventriculum roborant, & concoctionem eius iuuant.

CAPVT IV.

De Aſpalatho, Agallocho, coſto, Siliquaſtro, granis paradyſi & Kermes.

ASpalathus vel Aſphalthus, alias Eryſiſceptrum Dioſcoridi, Officinis lignum Rhodium, Germa. Rhodis-

hoſtę. Frutex eſt ex deſcriptione Dioſcoridis, ſurculoſus, multis ſpinis horrēs, in Iſtro, Niſyra, Syria & Rhodo naſcēs, quo vnguentarij ad ſpiſſanda olea vtuntur. Eligitur grauis, detracto cortice rubens, aut in purpurā inclinans, tactu prę-duro, odore ſuaui, guſtu amaro. Atq; videtur hic, cum Ruellio, eſſe id quod Officinæ lignū Rhodium vocant, q; āli volunt eſſe Agallochum, ſeu lignum Aloes. Deſcriptionē fruticis ligni Rhodij à negotiatorib. Rhodiis acceptam tradit Ruelius: Fruticē eſſe humilem crebris ſpinis aculeatum flore roſæ: Quæ ad deſcriptionem Dioſcoridis ſane accedunt. Alterum quoq; genus facit Dioſcorides, candidum, lignoſum, ſine odore, quod deterius habetur. Aliud vero longe & diuerſum eſt Aſphalton, q; libro quoq; primo c. 83. Dioſcorides deſcribit, quod Bitumen dicitur, Germ. Erdbech, quod ſubſtantia & virib. pici reſpondeat, & in terra naſcatur, quod propter nominis ſimilitudinē indicare libuit. Calfactoriam vim cum adſtrictione Dioſcorides attribuit. Diſſimilib. autē cōflantur partibus: acribus, quib. excalfacit: & auſteris, quibus refrigerat: ideoq; reſiccat. Vide Ruell. Decoctum ei⁹ aluum ſiſtit. Sanguinis reiectiones cohibet. Vrinæ difficultatē & inflationes diſcutit. Decoctus cum vino, tetra oris hulcera collutione adiuuat. Ad genitalium nomas & ſordida hulcera infunditur. In peſſo ſubditus, partum extrahit.

Agallochum officinis, hodie Xyloaloe ſecundum Græc. itē Lignum Aloes & Lignum Paradiſi: Auicennæ Agalugen dictum. Arbor eſt oleæ inſtar, interdum maior, non cute, vt ſcribit Dioſcorides, ſed cortice craſſo veſtita. Lignum eiuſdem odoratum eſt, nigricans, cinereis venis diſcurrentib. & velut punctis maculatum, ponderoſum, craſſum, cōpactum, ſucculētum, igni adhibitum, & accenſum (ægre autē flagrat) liquoris plurimum exudans. Eius autē odor non per vniuer-

ſam

ſam ligni materiã diffuſus percipitur, ſed in medi tullio fragrantior eſt & vegetior: atq; in ſicciore quã in vireſcẽte, aut recens ſecto. Rariſſima eſt arbor, in India ſolũ naſcens, & maxime in his regionib. & promontorijs, in quib. Tigres & ferociſſimæ belluę victitant & cõmorantur: Vnde nõ niſi ſummo cum periculo arbor grandiuſcula cædi poteſt, aut iunior euelli, & ſine vitæ diſcrimine tranſportari. Hinc antiquioris ætatis ſimpliciſſima gens inepte credidit, eam in ſolo terreſtri paradyſo naſci. Huius plures ſunt ſpecies, ſumma tamen quatuor numerantur genera: Videlicet, Indicum, ꝙ notius, Sapphicum, Speon & Hygrõ, cuius quatuor aliæ ſpecies recenſentur. Ex harum quoq; ordine faciunt aliqui, quod officinæ lignum Rhodium vocant: ſed negat Ruel. aſſerẽs illud eſſe Aſphalatũ ſeu Aſpalathum, de quo mox dicetur. Officinæ ſæpe pro Agallocho Aſphalathum ſubſtituunt, ſed deprehenditur facile error: Nam Agallochum maculis interſtinctum ac punctis quibuſdam eſt variatum: Aſphalathus vero ſubrubeſcit, ſubque cortice atra quadam purpura rutilat, vnico colore. Præterea Aſpalathus ſpinis veſtitur, Agallochum vero eſt glabrum. Vtrumque iucundum ſpirat odorem, ſed Agallochum fragrantiorem. Omnia Agallochi genera, vt Aetius autor eſt, calfaciendi vim habent, ventrem ſiſtunt, ſed maxime Aygron, proximo loco Indicum, reliqua longe minus. Radix Agallochi, Dioſcoridis teſtimonio, drachmæ vnius pondere epota, humida ſtomachi vitia corrigit. Ventriculum corroborat, eiusque æſtum mitigat. Intranea roborat. Iecoris vitijs prodeſt: inteſtinorum exulcerationib. & torminibus ex aqua medetur. Commanducatum aut ſuffitum commendat oris halitum. Suffimentis thuris vice additur. Corpori aſperſum ſudores arcet.

Aqua ad melancholiam: Recipe Roſarum drach. xv. Glycyrrhicæ mundæ drach. vij. Agallochi, Santalorum ana drach. iij. Cinnamomi drach. v. Macis, caryophyllorum ana drach. ij. ß. Gummi arabici, Tragacanthæ ana drach. j. ſcrup. ij. nucis moſchatæ, cardamomi, Galãgæ ana drach j. Spicæ ſcrup ij. Ambræ ſcrup. ij. moſchi ſcrup. j. Aquæ roſarum ſtillatitiæ, vini optimi an. q. ſ. eſt. Macerentur omnia, deinde lento igne excipiatur vitreis vaſis aqua. Quæ ſtomacho ieiuno, ob frigiditatem, ac humiditatẽ languenti egregie tat, cordiq́ue mitifice opitulatur. Qui tamen calidiori ſunt temperamento, cordis præſertim, aut aliquarum meſenterio, cæteris vel locis partium inflammatione laborant, ea temere non vtantur.

Balſamum leonelli: Recipe Ligni aloes vnc. j. Opoponacis, Reſinæ pineæ, Bdellij, Galbani, myrrhæ, maſticis, ſarcocollæ ana vnc. ß. Olei benedicti vnc. j. ß. Ladani vnc. j. Carpobalſami, Xylobalſami, opobalſami ana vnc. ß. Olibani, Daphnelæi, ſanguinis drach. Coſtorei, ſpicæ nardi, Galangæ, cubebarum, maceris, cinnamomi, cardamomi, melicetorum, corticum citri ana vnc. ß. Olei terebinthinæ ad pondus omnium olei veteris lib j. ß. Piſtentur omnium ſubtiliter: deinde ſuperinfunde tantum vini aduſti, vt alia obruat, aut obtegat: poſtea ponatur in balneo Mariæ per triduum ad digerendum: poſt reliqua adde, puluerizanda pulueriz entur: & addito oleo terebinthinæ, & oleo communi, iterum digerantur in balneo, vel ſimo equino per dies quatuordecim: demum deſtillentur in cineribus igne lento, ſecundum artem. Preciosiſſimum eſt ad paralyſim, & alia permulta.

Coſtus planta peregrina eſt, à veteribus quidem celebrata, ſed ſuis lineamentis non ſatis accurate ſignata, ac deſcripta: vnde vera illius dignotio perfecte nondum recentioribus patuit. Omnes quidem vno ore radicem eſſe pronuntiant, ſed ea quanam ſtirpe, & an ex vnica tantum, vel diuerſis, nullus adhuc indubitanter aſſeruit. Quod ſi antiquis fides non denegetur (vt certe in his potiſſimum, quæ probe norunt, celebrarunt, & longo comprobarunt vſu, non niſi denegabitur iniuſte) tria coſti genera agnoſcemus, Arabicum, Indicum & Syriacum. Arabicus candidus eſt, leuis, & odoris

odoris ſuauitate cæteris præſtans, recens, abundè plenus, denſus, non carioſus. Indicus leuis quidem, ſed niger & amaricans. Syriacus flaueſcens, tuberoſus, guſtu acer, odoratus, ac ſuauiter fragrans. Arabes verò tantum eius duo genera conſtituunt, amarum & dulce: Credit tamen Cluſius genus coſti duntaxat vnicum eſſe, nec niſi collatione quadam cum amariore, vel acriore coſto dulcem nominari: quam ſaporis diuerſitatem in plantis omnibus agnoſcimus quotidiè, quæ recentes dulciores ſunt ac ſuauiores, vetuſtiores, teredinibus eroſæ & corruptæ, acriores, amariores & inſuauiores. Coſtus autem vſibus medicis nunc receptus & vulgaris, radix ferè eſt zinziberis effigie, intus albida, læuis, parum grauis, exterius è pallido flaueſcens, ſubamara, ſuauiſſimè fragrans, ac ſæpe tam odorata, maximè cum adhuc recens eſt, vt importunè caput feriat. Naſcitur in multis Indiæ tractibus, vt in Guzurate, & circa Amadabar vrbem iſtius regionis percelebrem. Græci & Latini Arabum nomenclaturam retinuerunt, omneſq; vno ore Coſt, aut Goſtum efferunt. In Pharmacopoliis nonnulli pro coſto radicem quandam aromaticam plantæ nunc vulgaris vſurpant, quæ è Seſeleos genere deprompta videtur: Ad Æthiopicum enim Mathiolo dictum proximè accedit, radice, foliis, caule, magnitudine, facie, viribus. A quibuſdam pſeudocoſtus, ab aliis Coſtus Belgarum, ab aliis Coſtus officinarum ſolet appellari. Qui hunc pro vero ſubſtituere verebitur, angelicam illi ſumere licebit. Coſtus cum ſubamarus ſit, modicè aſtringit, & quia acer, calefacit inſigniter, ſuaque odoris eximii gratia cor & ſpiritus reficit & exhilarat. Coſtus vrinam & menſes ciet: vuluæ vitiis & fotu & ſuffitu prodeſt. Contra viperarum morſus bibitur. Cum mulſo Venerem excitat. Ex aqua latas ventris tineas pellit. Ante fe-

brium acceſſiones, & in neruorum vitiis inungitur. Cum aqua vel melle, vitia cutis in facie extergit: Miſcetur antidotis & malagmatis.

Oleum coſtinum: ℞. coſti amari vnc. ij. caſſiæ ligneæ veræ vnc. j. ſummitatum ſampſuchi vnc. iij. vini, q. ſ. olei oliuarum, vel ſeſamini lib. iij. Trita macerentur biduo: deinde coquantur in duplici vaſe, ad conſumptionē vini. Calfacit, obſtructa aperit, neruoſum genus roborat, vt neruos, muſculos, tendones, ligamenta, ventriculū præter hæc, hepar & capillos: canitiē ob id morat, & corporis colorem ac odorē cōmendat.

Acharistum: ℞. coſti, galbani, opii, phænici Indi, hyſſopi, ſem. lini ana drac. j. ſpicæ, croci, coralli, xylobalſami, caſſiæ fiſt. xylocaſſiæ, calam. arom. rhapōtici, myrrhæ, ſtyracis calamitæ, opoponacis, bdellii, ammoniaci, olibani, cicidon, ſpicæ celticæ, abrotani, acori, aſari, brathyos, roris ſyriaci, ſcillæ, diaphitidon, pyrethri, amomi, aniſi, pſyllii, ocymi, dauci, leuiſtici, marathri, meconis, melanopiperis, macropiperis, leucopiperis floris ſyriaci ana drac. ij. elenii ſcrup. j. ſ. Hellebori nigri, zinziberis, ana ſcrup. j. mellis q. ſ. ſumatur cum vino calido in ſero. Datur contra catarrhum, & omne vitium pectoris.

Diacoſtum: ℞. Coſti candidi, aromatici, amari, caſſiæ ligneæ verę, cinnamomi ana drac. v. ſem. apii, aniſi, ſchænanthi, rhabarbari an. drac. iij Aſari drac. iv. croci, ariſtolochiæ rotundæ, myrrhæ ana drac. ij. Sacchari vel mellis q. ſ. Fiat electuarium. Seruetur per annum. Valet ad dolorem viſcerum & oppilationem in eis, & ad principium hydropis.

Siliquaſtrum, Germanicum piper appellatur, guſtu & viribus piperi non impar. Eius meminit li. 20. cap. 17. Plinius, ipſa forma & facultas manifeſtè oſtendunt. Auicenna zinziber appellat caninum. Siliquaſtrum autem dictum eſt à magnis oblongisq; ſiliquis. Alias à guſtu piperis piperitis nominatur, diuerſa tamē à Lepidio, quę piperitidis nomine venit. Alias piper Hiſpanicum & Indicum, & piper è Calechut. German. Indianiſcher Pfeffer/ Teutſcher Pfeffer. Duobus diſtinguitur generibus: maiore ſcilicet & minore. Caule naſcitur rubro & longo, geniculis frequentibus, floribus candidis

candidis, ſemine, in ſiliquis oblongis & magnis, albo vel potius flaueſcente, tenui, guſtu piperis acerrimi: Radice vna, ſubalba, capillamẽtis fibrata. In maiore autem ſiliquæ ſunt maiores & ſubnigræ, in minore vero minores & puniceæ q̃ æſtate poſt florẽ ſtatim ꝓdeunt. Naturæ eſt vehemẽter calidæ & ſiccæ, perinde atq; piper, cuius loco pleriq; huiꝰ ſemine vtuntur. Ad eoſdẽ ergo cum pipere effectus ſumi poterit.

Grana paradiſi, Gallis malagreta, & melligreta Hiſpanis. Germ. Paradißkörner. Officinæ pro amomo maiore hæc exhibẽt. Sed diuerſa eſſe ſapor & odor monſtrat. Fructus quidem ipſi & in eo incluſa grana Cardamomũ referunt. Auellanæ enim magnitudine conſpicitur, granis intus angulosis refertus: Verum ſapore piper referunt, quo à cardamomo recedunt. Vulſam granorum paradyſi herbam ſe vidiſſe, teſtatur Ruellius, hac deſcribens forma. Scapo naſcitur ſtriato, foliis longis, in cuius culmine caput emicat, papauerino longius, rugoſum, in formam pyri turbinatum, & ex vmbilico ſummatim foliatum, in quo ſemina Ciceris obnigri ſimilia jacent, intus candidiſſima tenuibus membranulis diſcreta, intercurſante per inanitatem ſepto duriore, quadrifariam digeſto: Atq; hac etiam ratione grana quę ad nos adferuntur, conſpiciuntur. Calfaciunt & exiccant ſicut cardamomum, roborant, diſcutiunt, ventriculum formant Vires cum cardamomo non diſſimiles obtinet. Cum Serapio roſaceo bilem vomentibus ſunt ſaluberrima.

Species pro clareto: ℞. Granorũ paradyſi vnc. ij. Cinnam. electi zingiberis albi ana vnc. j. caryophyll. N. Moſchatę ana drac. iij. macis, cardam. an. drac. ß. Galãgæ, coriandri præparati ana ſcrup. j. fiat puluis.

Aliæ ſpecies pro clareto: ℞. Cinnamomi electi drac. vj. zingiberis drac. iij Granorum Paradyſi, caryophyllorum, N. Moſchatæ ana drac. ij. Calami aromatici macis, cardamomi an. dra. fiat puluis. de quo drac. vj. lib. ß. vini boni lib. ij Per manicam Hippocratis fiat claretum.

Nectar

NECTAR: Recipe cinnamom. drac. IX. zingiberis drac. IV. Nucis Moſchatæ, piperis longi ana drac. iij. galangæ, granorum paradiſi, macis, cubebarum ana drac. ij. caryophyllorum drac. ij. Spicæ Nardi ſcrup. j. crocí ſcrup. ß. ſacchari lib. j. vel mellis pintam. j. quod bullierit in pauca aqua, aliud ad conſumptionem aquæ, benè deſpumati. Miſce in ſeſquilotum vini.

Kermes, ſeu Karmas, vt aliquando loquitur Serapio, nomen ſuffruticis ex ilicum genere, & grani cuiuſdam ei adnaſcentis, quod coccus baphica, ſeu granum infectorium vulgò nominatur. Naſcitur tum in dictis regionibus peregrinis, tum in multis Gallo-prouinciæ Arelatenſis & Italiæ locis calidioribus, atque his maximè quæ ad mediterraneum mare vergunt, reponiturque inter aculeatas ilices. Multiplex enim agnoſcitur ilicum varietas, aliæ ſiquidem glandiferæ ſunt, quæ in proceras arbores adoleſcunt, aliæ coccigeræ perpetuò humiles; quædam bacciferæ inter ambas mediæ, vt aquifolia, in ſeptentrionali ſolo frequens & viuax. Nonnulli tamen ab ilicum excludunt numero, licet duæ priores tantam inter ſe non habeant affinitatem, quanta poſteriori cum illis intercedit ſimilitudo. Eſt ergo planta cui adnaſcitur Kermes, puſilla quædam ilex, plures ſæpe ſurculos, præduros à radice proferens, foliis obtenebratos, perpetuò virentibus, oblongis, in ambitu crenatis, denſis, ſinuoſis anguloſis, ſpinoſis, aculeatis, horridis, quæ ima ſui parte, vere primo granum quoddam, tanquam ouum paruulum cõcipiunt, & ſupernè reflexis ſpinis obuallant, quod poſtea augeſcens, ex albido cinereum, tãdem matureſcens purpureum, ac perelegantem colorem acquirit. Totũ enim granum id ſatur ac prægnans eſt ſanguineo cruore, qui poſt maturitatem perfectam diutius in membranula coactus in vermiculos abit, veſicula tenui vacua penè relicta; qui vbi adoleuerint, nonnunquam fiunt alati, & volati aufugiunt.

Ante

Ante tamen ipſorum procreationem ſtudiosè liquor dictus elici ſolet, ad ſyrupi de kermes apparatum, vel ſericum tingendum antequam accedat ad nobilem huius nominis confectionem. Impeditur dictorum animalculorum generatio, vel interitus citò citatur, ſola aceti aſpergine, qua examinata cadauerula colligũtur, in maſſam miniatam, coguntur, Scoletium dictam, Plinius Cuſculium dicit, ad tincturam purpurei coloris, quem vulgus Scarlatũ nominat. Non eſt Coccus, ſeu granum illud kermes fructus ilicis, ſed potius excrementum & tanquam ſaliua rubens & lucida in parua kiſti concluſa quæ circa foliorum exortum naſcitur, hæc enim illex pumilla non tantum coccigera, ſed glandigera quoq; eſt, in cuius nempe præſertim vetuſtæ ſurculis, glandes quernis longiores & nigriores adnaſcuntur: Verum tunc deſinit coccum eructare, propterea eius præſcinduntur ſurculi, vt ex nouorum regeneratione, noua fiat coccorum productio. Kermes vim habet eximiam, cor & facultates omnes roborandi. Neruis quoque præciſis vtiliter adhibetur, vt & vulneribus, quibus coaleſcendis ſua vi aſtrictoria prodeſt. Alkermes confectionem deſcripſimus ſupra in parte 5. præfat. Baſilicæ Chymicæ, vbi videre eſt.

CAPVT V.

De Ambaro, Succino, Gummi Arabico & Ammoniaco.

AMbarum griſeum bituminis quoddam eſt genus ex maris fontibus & alueis, procellarum vi in littus eructatum, quod aeri expoſitum illico denſatur, vt ſolent pleraque alia in mari orta, quæ ſub aquis adhuc tenella, molliaque ſunt: Aqua verò eruta, exſiccantur & indurantur, vt

electrum, seu succinum. Forsan, vt narratur, in ventre cuiusdam Balenæ quãtitas ambræ multa reperta est, sed quam viua mediis in fluctibus attigerat & ingesserat: Nam absurdum est arbitrari illius excremẽta, ac prauam illuuiem ambram esse, cum ea etiam optima à quouis cete ac physetere deuorata, statim bonitatem ac suauitatem amittat. Quod subolfecit Simeon Sethi, qui ambram bituminis modo è fontibus quibusdam manare asseruit, pessimamq; eam esse, quæ à piscibus deuoratur. Garcias ab horto quamdam odoratæ terræ speciem esse annuere videtur, cum non solũ fragmentum trium ferè millium pondo repertum sit, sed & insulæ ex puro ambaro visæ sint: hocq; probabile est: uit, cum terræ sint infinitæ varietates & in colore & qualitatibus: Atque ea generali acceptione, cum bitumen possit etiam dici terræ species, non illius verisimilitudinem impugno. Et reuera nonnulli terrã pretiosam nec improprie vocant. Sic breuiter ambræ historiam refero: variam enim eorum quide ea scripserunt sententiã discutere, nec suscepi, nec breues. nostræ præferre possunt annotationes. Probatur ambarum quod odoratissimũ est, à sordibus repurgatum, quodq; acu perfossum multum succi pinguis resudat, ac cineri, non nigri est coloris. Improbatur enim nigrum & valdè cãdidum. Excalfacit, resoluit cor, cerebrũ & partes principes recreat, spiritus reficit, lipothymiæ medetur, vires erigit, mentem exhilarat, & palmo conducit. Calidum est & siccum in primo gradu. Digerendi vim possidet. Membris paralyticis medetur. Cor & cerebrum confortat. Pectus purgat. Memoriam custodire aiunt. Contra vertiginem capitis, & vertiginem ex ea proueniẽtem: Recipe Ambari ʒ. j. ligni aloes ℈. ʒ. Ossis de corde cerui dicti ʒ. ij. Dissoluatur cum aqua rosacea, fiantq; pilulæ. Fumus ambræ & cornu cerui, æquali-

quanti-

quantitate prunis impoſitorum, comitiales, ſi ore excipiatur, recreat. Procidentem matricem, per inferna ſuffitus idem admiſſus & aſa fœtida, naribus admota, retrahit. Senibus natura frigidis vſus Ambari eſt ſalutaris. Rationem ex frigore debilitatam confortat. Melancholiam pellit.

Pomum odoriferum: ℞. Ladani, ſtyracis calam. ana vnc. ß. cinnamomi ſcrup. j. macis, caryophyll. ana ſcrup. ß. cõtundantur & cum mucilagine tragacanthi fiat maſſa, adde moſchi zibeti ana gr. iiij. ambrę gr. ij. miſce.

Pomum ambræ: ℞. Sem. Nigel. nigr. caryophyllorum N. Moſchatæ cinnam. opt. roſarum rubearum ana drac. j. Laudani drac. iij. Benzoi drac. ß. Succini albi ſcrup. j. moſchi gr. v. zibeti gr. iij. ambræ gr. ij. camphoræ gran. j. cum aquarum roſarum, maioranæ, meliſſæ diſt. ana q. ſ. miſce. Fiat pomum, adde olei cinnamomi gran. ij.

Trochiſci pro fumo: ℞. pul. ligni aloes drac. j. ß. ſantali citrini drac. j. ſcru. ij. Benzoi vnc. j. ſacchari candidi rubei vnc. v. moſch. gr. v. zibet gran. iiij. ambræ gr. ij. ß. cum infuſione tragacanthi & aquarum roſarum, fiat maſſa.

Sacculus cordialis: ℞. florum meliſſæ m. j. anthos m. ſ. flor. borrag. bugloſſæ, violarum, betonicæ, lauendulæ ana p. iij. ſem. ocymi, caryophyllorum, macis ana drac. j. ambræ gr. ij. quæ omnia includantur ſacculo ex ſerico panno interſuto qui poſtea maluatico vino vel aqua meliſſæ irroretur & applicetur cordi.

Aqua deſtillata ad palpationem cordis: ℞. Spiritum vini à 6. menſuris vini maluatici per M. B. deſtillati, huic nodulum impende ex ſpeciebus recipe ß. ceti, rhabarb. ſel. an. vnc. ſperma ambræ dra. j. moſchi ſcrup. j. in Syndone colligantur & ſuſpendantur in ſpiritu vini hoc.

Diambra Meſuei: ℞. cinnamomi, doronici, ſeu zedoariæ, caryophyllorum, macis, nucis moſchatæ, folii, aut ſuccedanei, galangę an. drac. iij. Spicæ Indicæ, cardamomi maioris, minoris ana drac. i. zingiberis drach. j. ß. ligni aloes, ſantali citrini, piperis longi ana drac. ij. ambrę drac. j. moſchi drac. ß. excipiantur ſyrupi roſati, aquæ roſaceæ, ſacchari albi ana q. ſ. Conſeruatur in vaſe fictili vitrato, ad annos duos. Dantur

drac. iij. vel iv. Cerebrum, cor, ventriculum, ac ventrem reliquum inferiorē calefacit & roborat, exhilarat, coctionem iuuat, affectibus vterinis, & omnib. aliis frigidis prodeſt, ſenibus ob id ac mulierib. ſalubre.

Orbiculi diambræ: Recipe ſpec. diambræ vnc. vj. ſacchari albi in qua fœniculi vel maioranæ diſſoluti lib. j. ſaccharum ad exactum perfectionē coquitur. deinde ab igne remotū, ligneo piſtillo agitatur, & ſpecies inijciuntur, ac probè miſcentur: poſtea per plicam, lebetis in tabulā, farina vel puluere aliquo, vt cinnam. ſtratam, ſpatula aſſidue ſacharū pari & æquali quantitate extrahatur: q; decidens, placentulæ modo in orbē concreſcit. Si quid vero remanet in lebete, dureſcit iterū, ſed pauca aqua affuſa liqueſcit: deinde extrahatur vt prius, rotulæ cōcretæ digitis ſingillatim auferātur, & farina ſupficiei inferiori adhærēte penicillo aut panno abſterſa, in cribrum coniciantur, & vlterius in calido loco exiccentur in ligneis arculis extilia aut ſimili materia inodora condantur. Poſtea in ſicco & calido loco reponantur. Cerebrum, cor, & ſtomachum confortant.

Succinum, Græcis electrum, à Perſis & Mauritanis Charabe, hoc eſt, rapiens paleas, à Germanis **Gleſum**/ id eſt, vitrum, quod vitri modo ſplendeſcat, **Agtſtein**/ &c. Nonnullis ambra citrina. A Romanis vocatur ſuccinū, quod vitri modo ſplendeſcat ex ſucco ac velut bitumine marino cōcreto proueniat, non autem ex ſucco pineæ arboris, aut populi nigræ, vt multi dixerunt. Nam inter vada & in ipſo maris littore reperitur ex ſucco pingui terræ, mariſq; concreto. Illa autem materia cum lenta ſit, viſcida & pinguis, ante deſiccationem, & duritiem multa animalia, vt muſcas, pulices, formicas & ſimilia inſecta inuiſcat & includit, quæ illic cōmoriuntur, exſiccantur, & ſimul cum ſuccino indurantur. Eſt verò ſuccinum vel candidum, vel fuluum. Candidum quod leuius ſit & odoratius, optimū cenſetur. Optimum quoq; & fuluum quod pellucidum & attritu calefactum roriſmarini refert odorem paleaſq; trahit. Succinum pulueratum & liquore idoneo datum, valet ad album vteri fluorem, viſcera roboran-

roboranda ſanguinem fluentem cohibendum. Profluuio feminis drachmę vnius pondere ex ouo ſorbilli datum conuenit, vt & tabidis inteſtinorum difficultatibus, hæmoptoicis & à longo tempore tuſſientibus.

Oleum Succini: Recipe, Succinum modicè conteritur, & ampullæ incuruatæ (Retortam vocant) luto probe obductæ imponitur, ſilicibus paruulis interim cõmixtis: hæc deinde in fornace locatur deorſum vergens, & oleum igne mediocri extructo elicitur, hoc poſtea aceto calido perfunditur, & ex cineribus calidis, vel arena per retotulum rurſus euocatur. Alii panis cibarij cruſtam veſicæ primum indunt: deinde ſuccino iniecto acetum affundũt: poſtea ex igne diſtillant, & à fæcibus ſeiungunt. Alii Succinum in puluerem redactum ex vino ſtillatitio macerant in cineribus calidis, mox extillant: dum rurſus fundunt: idq; tandiu repetũt, donec in fundo oleum appareat. Alii, licet nunc per deſcẽſum, nunc his, nunc aliis inſtrumentis eliciant: tu tamen ſi diligentem ignis curam habueris, iuxta illum quam antea recitauimus modum, oleum odore, ſapore & colore præſtantiſſimum parare potueris, quod ipſum ſuccinum longe viribus ſuperat. Vnciæ ſedecim ſuccini dant vnc. x. olei. Capitis affectibus, neruorum reſolutioni, morbo attonito & comitiali occurrit, guttæ vnius inſtar mane ex qua Betonicæ, Lauendulæ, vel Tiliæ potui ſumptũ: ab omni veneno & aere peſtilenti præſeruat, naribus inunctum, vel medicamentis in id idoneis cõmixtum: ſingulare eſt remedium in renum & veſicę morbis diſcutiendis, calculis educendis, vrinariiſq; meatibus reſerandis, ex vino Maluatico, aqua petroſelini, vel ſimili humore exhibitum: colico morbo medetur: vteri ſtrangulatui prodeſt, naturalib. illitum: fœtum euocat, partumq; facilẽ reddit, ſi gutta eius ex aqua verbenæ parturiẽti

propinetur: omnes corporis facultates imbecilles reficit, reboratq; humores consumit, & cerebrum confirmat, aperitque, vnde oleum hoc, medicinis ad capitis defluxiones feliciter, sicut & aliis corporis partibus inscriptis, miscetur.

Pilulæ ad vrinam: ℞ carabe drach. j. gum. prunorũ, vel ceraſorũ ſcr. j. Aſari, ſeſeli ana ſcr. j. ſem. apii, petroſelini, ſpicæ celticæ ana ſcrup. ß. cũ ſucco apii, vel Braſſicæ marinæ, fiant pilulę, quæ ſumantur ventriculo purgato, & oxymelite ſuperbibito, cum aqua Graminis, aſparagi & apii.

Trochiſci de Charabe: ℞ Charabe drach. ix. cornu cerui vſti, gummi arabici aſſati, coralli rubri vſti, Tragacanthæ, Acacię, Hypociſtidis, Balauſtiorũ maſtiches, baccæ, papaueris, nigri aſſati ana dr. iij. Thuris, croci, opii ana drach. ij. gr. xv. mucilaginis pſyllij q. ſ. Formentur trochiſci. Seruantur in charta ceræ liquatæ intincta. Durant annos duos. Vtiles ſunt ad conſtringendũ ſanguinẽ vndecunq; fluentem, menſtrua, ſputum, fluxum ſanguineum, & hæmorrhoidalem: & cõſolidant vlcera pectoris & pulmonis.

Oleum ſuccini iuxta Oſwaldum noſtrũ Crolliũ Vetteranum: in hoc parando diligentia nõ vulgari opus eſt, requirit enim conuenientẽ & debitum ignem. Albo ſuccino è puriſſimo & mero Bitumine in mari generato, in medicina vtimur, non flauo.

℞ ergo Fragmẽtorum ſuccini albi (exẽpli gratia duas vel ʒ. libras) & craſſo modo tundas, non in puluerem tenuẽ teras: eluantur prius ſi opus ſit aqua communi ſordes, deinde ponatur in cucurbita vel alẽbico non minus alto, & affundatur bona quantitas aquæ Roſaceæ & Betonicæ (quod fit ne oleũ comburatur, & vt harum aquarum vehiculo facilius ſtillare incipiat) imponatur capitellum capax cum roſtro ſatis amplo, & vas recipiens adaptetur, & in arena, clauſis vtrobique pro more vitrorũ iuncturis, ſeruato ignis gradu cõuenienti, & continuo ne refrigeſcat (alioquin inſtar picis nigreſcit & vitrũ frãgit) deſtillatio abſoluatur. Caue ẽt ne ignis nimium inualeſcat, alioquin recipiens periclitatur.

Primo

Primo egreditur aqua & oleum album cum ſpiritibus nubiũ inſtar, deinde nõ amplius ſpiritus egreditur viſibilis, ſed in capitello ſtriæ apparẽt, vt in deſtillatione ſpiritus vini videre eſt: tandem venit oleũ flauum, hic ceſſandum à deſtillatione, vel mutato recipiẽte excipe ſeorſim oleum rubeo nigrum ſubſecuturum: vltimo aſcendit ſal ſublimatione. Caput mortuum in fundo manet, ſtriabile, nigrum & leue.

Antequam oleum ſuccini albi rectificetur, bene abluatur prius in aqua communi, voluẽdo ſæpius, poſtea rectificetur lente in B. M. per aquam Roſarum vel Maioranæ. Poſt rectificationẽ poteſt ẽt vlterius cum noua Roſarũ vel maioranæ aqua aliquoties miſceri, ſemper poſt reſidentiã & ſeparationem olei ab aqua, renouando aquam. Sic fœtor perire ſolet.

A libra vna ſuccini poſt rectificationem vix tres vel quatuor lotones veri olei albi haberi poſſunt.

Sal ſuccini.

Salẽ ſublimatione vi ignis aſcẽſum collige & ſolue in aqua Maioranæ & filtra, aquã in B. paulatim abſtrahe: iterũ ſolue, filtra & coagula: hoc aliquoties reiteretur: tunc habetur Sal Diureticum efficaciſſimum, cuius ſuperius facta eſt mentio.

Vires olei Succini.

Efficaciſſimum opobalſamum Europæum merito vocari poteſt, quia ſua facultate omnia alia remedia ſuperat in Apoplexia & Epilepſia curanda: olim ſacrum appellabatur, propter vires eius nimirum admirandas & arcanas.

1. In Peſte vna gutta mane & veſperi naribus affricatur, ſic nullum venenum cor inficere poteſt: correpto datur à ſcrupulo j. ad duos in aqua cardui benedicti.

2. Vehemẽter prodeſt illis, qui periculoſos capitis morbos timẽt, qualis eſt Apoplexia, Paralyſis, Epilepſia. Nã ſi quis in aquis appropriatis, puta Betonicæ, Filiæ, Lauẽdulæ, ceraſorũ nigro-

nigrorum &c. vnam atque alteram guttulam olei illius ieiuno ſtomacho aſſumat, nil periculi erit ab iſtis morbis: idem præſtant placentulæ ſeu Rotulæ ex Saccharo confectæ, quibus aliquot guttæ olei immixtæ ſunt. Etſi Apoplexia, Epilepſia, Paralyſi quis corripiatur, vix eſt præſtantius remedium, quam olei ex Succino albo deſtillati guttæ aliquot in ſpiritum Epilepticum infuſæ & exhibitæ. Prodeſt etiam ceruicem & nares vngere dicto oleo, & certo pellitur morbus, & recipientes ſe, ſenſum & motum recuperãt correpti, nõ aliter ac ſuffitus eiuſdem Succini albi ſupra carbones naribus Epileptici admotus, paroxyſmum ipſi ſedat.

3. Nerui, venæ aut partes neruoſæ Spaſmo aut ſimilibus contracturis infectatæ, vngantur hoc oleo: ita vtere, vt pauxillum immiſceatur, vnguentis, quibus nerui refocillari ſolent.

4. Vna atq; altera guttula aquæ Petroſelini immixta & aſſumpta calculos & alias ſuperfluitates meatuum vrinalium pellit.

5. Scrupulus ſemis vel integer ſi aquæ verbenæ vel Artemiſiæ, vel Maluiatico infundatur, mulieri parturienti propinetur, partum promouet.

6. Prodeſt frigidis defluxionib. capitis, qui huius vſu conſumuntur, & cerebrum teſticitur.

7. Guttulæ aliquot naribus & cordis foſſulis ſeu pectoris ſi illiniantur, illis mulieribus, quæ ſuffocationes, præcipitationes & ſtrangulationes vteri habent, ſedat matricis motum. Similis efficaciæ ſunt Rotulæ ex oleo Succini cum Saccharo confectæ, ſi vna atq; altera aſſumatur.

8. Confert quoque in deliquio animi, languore & palpitatione cordis.

9. Confortat non ſolum facultatem Virtutis vitalis cordis, verum

Digitized by Google

verum etiam animalis cerebri ac naturalis hepatis, ideoque in concoctione & digestione magnas vtilitates ciere solet.

10. In Febribus tres guttę in aqua cardui benedicti ante paroxysmum expectato sudore assumuntur, sic Febres pelluntur.

11. In Retentione vrinæ tres vel quatuor guttæ, in aqua Fragariæ vel vino sumantur, mirabiliter promouet illam.

12. In exiccatione catharri conducit.

13. Dolores dentium è defluxionibus exortos curat, si cum aqua Plantaginis misceatur & inde gargarismus fiat.

14. In icteritia datum cum aqua endiuiæ, cuscutæ, cichor. chelidon.

15. In Colica scrupulus vnus vel drachma semis exhibetur in cereuisia.

16. In Suffocatione matricis septem vel octo guttæ in aqua Pulegii.

17. In Expulsione fœtus & secundinæ septem vel octo guttæ in aqua Sauinæ, Artemisiæ.

18. In mensium retentione 7. vel 8. guttæ in aqua Melissæ.

19. In contractura quidam contractus in manibus & pedibus fuit restitutus ope illius olei succini.

20. In Vomitu sanguinis tres guttæ in aqua Tussilaginis, Tormentillæ, prunorum syluestrium.

21. Vertiginem & Scotomiam curat.

22. Cerebri stuporem miraculose remouet.

23. Visum cum aqua fœniculi confortat.

24. In punctura lateris efficaciter adhibetur.

Dosis.

A guttis 4. 6. 7. 10. vsque ad scrupulum vnum, ratione mor-

ne morbi & complexionis.

Balſamum Apoplecticum. Recipe olei nuciſtæ expreſſi vncias duas. Ambræ griſcæ drachm. vnam, nigræ drach. j. & ſemis. Moſchi drachm. j. & ſemis: Zibettæ drachm. duas & ſemis. Oleorum ſtillatitiorum Lauendulæ, in quo Lilii conuallii flores maduerint drachm. ſemis. Cinnamomi ſcrupulum ſemis. Maioranæ drachm. ſemis. Caryophyllorum gutt. 6. Succini drachm. j. Rutæ drachmam ſemis. Ex his omnibus ſecundum artem mixtis fiat in iuſta conſiſtentia Balſamum: qui volet aliquid de Balſamo Peruuiano odorifero addere, ei erit integrum.

Vires & Vſus.

1. Apoplecticis, Epilepticis, & vertiginoſis mire confert, ſi extremitates narium, tempora, vertex, interius etiam palatum, exigente neceſſitate inungantur, noctu & die per interualla.

Pro præſeruatione ſingulis ſeptimanis tantillo, alæ narium mixta hac pulpa modice pollice inuncto, vna cum vertice ſemel atque iterum inungantur.

2. Contra malignam & peſtiferam auram.

3. Omnes animales & vitales ſpiritus recreat.

4. Arcanum in colica, ſi vmbilicus eo inungatur.

5. Matricis ægritudinibus mire confert, ſi inungatur ventriculus & vmbilicus, etiam naturalia mulieris ſuffocationem patientis, tunc confeſtim recreatur: ad nares autem illarum eo tempore fætida adhibeantur, qualia ſunt caſtoreum, Aſſa fætida.

Vſus ab extra ſaltem eſt: tantillum extremitatibus narium admouetur pro libitu: per vnum aut alterum diem ſuauis ille odor vix euaneſcit.

Magi-

Digitized by Google

Magiſterium ſuccini: Recipe ſuccini flaui vel albi q. v. contere minutiſſime in marmore cum aqua lilii conuall. ſine poſtea exſiccare, ac ſuperfunde ſpiritus vini rectificati ad eminentiam aliquot digitorum, ſine digerat in leni calore arenæ aut B. & intra dies aliquot apparet ſpiritus vini aurei coloris, quem effundes, rurſusque alium ſuperfundes, hoc toties reiterabis quoties ſpiritum videbis tinctum, poſtea totum menſtruum coniunge & in B. Mariæ abſtrahe, vt remaneat inſtar ſucci alicuius. Et Magiſterium ſeu ſuccini eſſentia eſt præparata, quam exhibebis tali modo prout oleum. Doſis gran. x. ad xv. In colica, vertigine, Apoplexia &c. Alij & ſic deſtillant ſuccinum: Recipiunt ſuccini lib. j. ſilicum contuſorum lib. ij. Deſtillant aperto igne per retortam duplex: oleum vnum album, alterum flauum, ſeparant & album rectificant. Hic vſum olei ſuccini commendare placet, ex probato authore, tali modo.

1. In Apoplexia: Recipe olei ſuccini guttas v. aquæ lauendulæ gut. xx. aquæ Beton. gut. x.

2. In Epilepſia: Recipe olei ſuccini, cinnam. ana gut. iij. olei vitrioli gutt. iij. M.

3. In cancro & fiſtulis: Recipe olei ſuccini gutt. vj. olei Antimon. gutt. x. Turbit ſolis gran. iv. cum oleo oliuarum & cera F. Vnguentum.

4. Ad confort. neruorum in contracturis: Recipe olei ſuccini Iuniperi ex granis ana vnc. ſemis. olei maſticis vnc. j. Miſceantur.

5. In ſpaſmo: Recipe olei ſuccini drach. iij. olei de ceruo, piſcis lupi ana vnc. j. M. pro Vnguento.

6. In Anorexia: Recipe olei ſuccini gutt. iv. Auri potab. gutt. ij. olei vitrioli gutt. vj. Detur cum vino ad duas vices.

7. In calculo & Arena: Recipe olei ſuccini gutt. IV. olei de vitro, tantundem, olei Rad. petroſ. gutt. X. cum aqua petroſ. ad duas vices.

8. Ad purgandam matricem & expellédum fœtum mortuum: Recipe olei ſuccini gutt. IV. olei Macis tantum, olei verbenæ gut. V. cum aqua liliorum.

9. Ad dolores matricis: Recipe olei ſuccini gut. V. olei caſtorei, Anethi ana gutt. iij. cum aqua meliſſæ.

10. Ad Tremorem & palpitationẽ cordis: Recipe olei ſuccini gut. ij. Eſſentiæ auri tantundem, olei perlarum in oleo N. Moſchatæ ſolut. gut. V. cum aqua lil. conuall. Miſceantur.

11 Ad purgationem capitis: Recipe olei ſuccini, gut. iij. olei fœniculi gut. V. olei maior. gut. iij. Cum aqua Endiuiæ M.

12. Ad confortationem ſtomachi: Recipe olei ſuccini gutt. ij. olei de Abſinth. gut. IV. olei de caſſia gutt. iij. in aqua galangæ.

13. In Paralyſi: Recipe olei ſuccini gutt. iij. Rutæ, gut. V. olei Roriſmarini, gut. V. cum Tinctura Amethyſtorum.

14. Ad conciliandum ſomnum: Recipe olei ſuccini gutt. iij. pœoniæ gutt. IV. olei florum Marini gutt. V. vel VIII. cum aqua papaueris.

15. In ſputo ſanguinis: Recipe olei ſuccini, Roſmarini, meliſſæ, ana gutt. iij. cum cochleari de ſucco vel ſyr. cydoniorum.

16. Ad amiſſionem olfactus: Recipe olei ſuccini guttas duas, Helenii, olei cinnamomi ana gut. iij. cum aqua Roſmarini.

17. Ad Ficus: Recipe olei ſuccini drach. ß. Hermodactylor. Althææ ana drach. iij. M. fiat Inunctio.

18. In pulmonis exculeratione: Recipe olei ſuccini, gutt. iij. olei ſulphuris gutt. ij. olei myrrhæ gutt. IV. cum aqua Roriſmarini.

19. In melancholia & Mania: Recipe olei ſuccini, Meliſſæ, Thymi ana gutt. iij. In cochleari pleno Eſſentiæ Zedoariæ.

20. Ad phthiſin membrorum: ℞. olei ſuccini vnc. ß. olei ſulphuris, vnc. j. olei adipis humani drach. ij. F. Vng.

21. Ad

Digitized by Google

21. Ad infectionem aeris: Recipe olei ſuccini gutt. 3. olei camphoræ gut. ij. olei de cupreſſis gut. v. ſanguinis ciconiæ eſſenſificatæ gutt. vj. M. detur manè jejuno ſtomacho.

22. In lienteria, dyſenteria & diarrhæa: Turbith Solis, vel Martis appropriabis cum olei ſuccini gutt. ij. coriandri gutt. iij. olei thuris tantundem, cum aqua chalybeata.

23. In colica ſiue iliaca: Recipe olei ſuccini gutt. iv. olei rhabarb gutt. vj. olei aniſi gut. vj. turpeti mineralis q. perſonæ conuenit. M. cum violarum.

24. In puncturis cordialibus: ℞. olei ſuccini gut. ij. olei croci gut. iij. olei flor. Borrag. M. cum aqua cinnam.

25. In cancro matricis: ℞. olei ſuccini vnc. j. olei Saturni drac. vj. olei antimonii vnc. j. M. cum butyro non ſalſo.

26. Ad ſiſtendum menſtruum: ℞. olei ſuccini gutt. viij. tragacant. gut. vx. myrrhæ albæ gut. viij. cum aqua ſcyllæ.

27. Ad confirmat. dentium: ℞. olei ſuccini, olei vitrioli ana gutt. iv. olei ex nucleis vuarum gutt. vj. M. pro vng.

28. In Gonorrhæa: ℞. olei ſuccini gutt. iij. olei perla. in oleo cinnam. ſolut. gutt. viij. olei viol. flau. gutt. x. cum guttis vj. olei campho. miſce.

29. In deliquio animi: ℞. olei ſuccini, gutt. iij. olei Garyophyl. gut. iv. N. Moſch. gut. vj. cum aqua vitæ.

30. Ad promouendam concoctionem: ℞. olei ſuccini, olei vitrioliana gut. iij. olei zingib. gut. vj. in aqua abſinthii.

31. Tempore peſtis: ℞. olei ſuccini, tormentillæ, ana gut. iij. Helenii gut. 4. cum aqua geranij.

32. Ad inquietudinem matricis: ℞. olei ſuccini, gut. v. olei de caſtoreo gut. iij. olei de matricaria gut. vj. cum aqua Hyſſopi.

Ad purificandum ſanguinem: ℞. olei ſuccini, thereb. ana gutt. iij. olei piperis gut. iv. tinct. corall. gut. x. miſce.

34. Ad tumores frigidos: ℞. olei ſuccini gut. iij. olei tartari gut. v. therebint. gut. iv. cum vino aduſto.

35. In narium obſtructionibus, polypo &c. ℞ olei ſuccini,

gutt. 3. ceræ guttas IV. olei antim. gutt. iij. tinct. perlarum guttas x. miſce.

36. Ad inflammationem & rubedinem oculorum. Recipe olei ſuccini gut. j. olei violacei, gutt. ij. olei fœniculi gutt. vj. M. pro externo curatiuo: poſtmodum ablue cum vrina. Hæc ſunt egregia ſane ſuccini appropriata.

Trochiſci de Charabe: Recipe Charabe drac. IX. cornu cerui vſti, gummi Arabici aſſati, coralli rubri vſti, tragacanthæ, acaciæ, hypociſtidis, balauſtiorum maſtiches, laccæ, papaueris nigri aſſati an. drac. iij. thuris, croci, opii ana drac. ij. gran. XV. mucilaginis pſyllii q. ſ. formentur trochiſci, ſeruantur in charta, ceræ liquatæ intincta. Durant annos duos. Vtiles ſunt ad conſtringendum ſanguinem vndecunque fluentem, menſtrua, ſputum, fluxum ſanguineum, & hæmorrhoidalem: & conſolidant vlcera pectoris & pulmonis.

Gummi Arabicum, hoc nomẽ depromptum eſt ab Arabibus, & abſolutè dum ponitur, idipſum eſt intelligendum, quod officinæ priuilegio quodã Arabicum, Galenus Thebaicum, nonnulli Babylonicum, alii Acanthinum nominant. Ex arbuſcula quadam manat, quã Dioſcorides Acaciam nominat, cuius duas ſpecies conſtituit, prior recta aſſurgens virgulta profert lignoſa, ſpinis exertis, & duris, hinc inde ſtipata: folia longa, quaſi ex multis foliolis cohærentibus compoſita, flores albidos: ſiliquas breues, planas, lupinorum ritu, ſemen glabrum & ſplendens. Male depictam eius iconem tradit Matthiolus. Altera Acacia in Cappadocia & Ponto prouenit, ait Dioſcor. priore minor, tenerior, humilior, folia habens rutæ, & virgulta quibuſdam aculeis ſpinoſa, & hac ſuccus quidam educitur, qui arbuſculæ nomen tetinens, Acacia dicitur, ſed ob eius raritatem ſubſtitui ſolet, ſuccus ſylueſtris pruni, quam Dodon. Germanicam nominat. Ex illa gummi profluit Arabicum, quod laudatur vitri modo pellucidum, ſyncerum, in vermiculorum ſpeciem contractum, dein candidum: ſordidum ac reſino-

ſum

ſum inutile. Calidum eſt & humidum in primo gradu. Tuſſi & hulceribus pulmonis medetur. Potus eius hebetudinem oculorum corrigit. Laxatiuis præterea medicamentis additur. Cum cinnamomo tritum ex vino ſumptum, vomitiones aſſiduas ſedet. Cum roſacea, aut pluuia aqua ſanguinem excreantibus auxiliatur.

Balſamum artificiale Fiorauanti: Recipe terebinthinæ puriſſimæ lib j. olei laurini vnc. iiij. galbani vnc. ij. gummi Arabici drac. iv. olibani myrrhę, gummi hederæ, ligni aloes ana vnc. iij. galangæ, caryophyllorum, conſolidæ min. cinnamomi, N. moſchatæ, zedoariæ, zingiberis, dictamni albi ana vnc. j. moſchi, ambræ ana dra. j. Aquæ ardentis optimæ lib. vj. Terenda terantur, miſceantur, & macerentur per dies nouē: inde calore cinerū eliciatur liquor: primo igni mediocri, deinde aucto, quouſq; omnis liquor emanauerit: oleum ab aqua ſeparetur, & ſeruetur ad vſum. Ad vulnera capitis potiſſimum valet, aliaq; infinita.

Gummi tragacanthum eſt gummi pellucidum, album, ſubdulce, leue ac ſyncerum, quod à radice cuiuſdam plantæ ſpinoſæ vulnerata, nominis eiuſdem manat. Ea radix ſummo ceſpite nititur, & humiles, rigidoſq; ſurculos emittit, in quibus minuta folia, multa & tenuia, quæ ſub ſe ſpinas occulunt, albas, rectas & firmas. Arbuſcula hæc tragacantha græcè, ſpina hirci latinè dicitur. Naſcitur in Creta & multis Aſiæ locis, lachrymamq; non inciſura, ſed ſponte profluere contra Dioſcoridem aſſeruit Theophraſtus, hāc enim cædere, inquit, opus nequaquam eſt. Licet autem omnino peregrina ſit, & à noſtratibus herbariis rarò viſa, cicuratam tamen & ſatis lætè virentem in horto Ioan. Gonerii rei medicamentariæ peritiſſimi vidimus. Illius verò coagulatus ſuccus, ſeu gummi gentilitio nomine, tragacanthum & officinis Dragaganthum dictum, ipſis etiam tyronibus notiſſimum eſt, quod non facilè, vt obiter dicam, læuigatur, niſi pilis & piſtillo calidis.

Frigidam

Frigidam in ſecundo & humidã in primo gradu faciunt. Alba integrum decenniũ incorrupta aſſeruari valet, medicamentisq; refrigerantibus admiſcetur. Cum gummi Arabico pari pondere aduerſus pectoris obſtructiones bibitur. Pilulæ aduerſus tuſſim ea conficiuntur eiuſmodi: Recipe ſuccum glycyrrhizæ, miſce cum tragacantha & per noctis ſpacium imbue, hinc colato, & admixto puluere tragacanthæ fiant catapotia, quæ ſub lingua diſſoluta tuſſim mitigant & ſitim eadem ſedant. Cum aqua roſacea diſſoluta, admixto amylo, labiis propẽdentibus illinitur. Cum roſacea aqua, & camphora faciei cutem emendat.

Diatragacanthum calidum: ℞. Gummi tragacanthæ, hyſſopi an. vnc. iv. Pinearum nucleorum mundatorum, amygdalarum amararum purgatarum ana drac. vj. ſem. lini, fœnogræci, cinnamomi an. vnc. ß. glycyrrhicæ raſæ, ſucci glycyrrhicæ, zingiberis drac. ij. ſacchari q. ſ. fiat electuarium per annum conſeruandum. Valet tuſſientibus ex frigido phlegmate, & non valentibus eiicere, aſtmaticis, empycis, anheloſis, ſuſpirioſis, peripneumonicis, phthiſicis, & ad omnem coarctationem pectoris: ſtomachum confortat, digeſtionem procurat.

Diatragacanthum frigidum: ℞. Tragacanthæ albiſſimæ vnc. ij. gummi Arabici vnc. j. drac. ij. amyli drac. ß. glycirrhycæ, ſem. citrulli, melonis ana drac. ij. vrticæ papaueris albi ana drac. iij. caphuræ ſcrup. ß. penidiorum vnc. iij. ſacchar. albi q. ſ. fiat electuarium, conſeruatur per annum. Medetur omnibus pulmonum & thoracis vitiis aridis, maximè tabidis, macie confectis: inflammatione lateris laborantibus, omnibuſq; tuſſibus calidis & ſiccis, exaſperationi linguæ & faucium: deuoratum ramdiu ęgrotans in ore contineat, quod liquefactum perfectè exugatur.

Diacurcuma magna: ℞. Tragacanthæ drac. i. croci, aſari, ſem. petroſelini, apii, dauci, aniſi ana drac. iv. rhabarbari optimi meu ſpicæ nardi, i.e. Indicæ ana. drac. vi. coſti ſeu zedoariæ, myrrhæ, caſſiæ lignææ, ſchænanthi, carpobalſami ſeu cardamomi, rubiæ tinctorum, ſucci abſinthii, ſucci Eupatorii Meſuæ, olei caryophyllorum ana drac. ij. calami aromatici, cinnamomi ana drac. j. ſcordii, ceterach, id eſt, aſpleni, ſucci glycyr-

Digitized by Google

glycyrrhicæ ana drac. ij. ß. Trita, & melle deſpumato, quantum ſufficit, excepta, fiat electuarium. Ventriculi, iecoris, lienis morbos frigidos, ob idq; diuturnos ſanat: & hinc orta ſymptomata, vt hydropem, cachexiam, colorem corporis fœdum, humorum in ventriculo corruptelam, renum & veſicæ vitia frigida vrinamque euocat.

Clyſter dolores dyſſentericos ſedans: Recipe tragagāthi dra. ij. in roſarum decocti vnc. iv. foluuntur. His cremoris, Oryzæ tantundem per clyſterem infundatur.

Pilulæ ad fluxiones tenues, in articulos, & vlcera pulmonum: Recipe tragacanthi, gummi Arabici ana drac. j. Amyli drac. ß. cort. thuris ſtyracis ana ſcrup. j. myrrhæ, ſucci glycyrrhizæ ana ſcrup. j. opii ſcrup. j. ſapa excipiantur, formenturq; catapotia x. quæ drac. pendeant: Ex his duo vel tria longiſſime à cibo dormituris exhibentur.

Aliæ eiuſdem: Recipe tragacanthi, gummi Arabici ana drac. ij. acaciæ, balauſtii ana drac. j. cinnamomi craſſi drac. ß. balauſtium contundatur: ſiccatum mortario teratur. Cætera poſtridie ex aqua macerentur, deinde omnia ex ſyrupo roſarum ſiccarum redigantur in pilulas fabæ magnitudinis: quæ ſub lingua tenendæ exhibentur.

Pilulæ bechicæ emplaſticæ: Recipe gummi, tragacanthæ ana vnc. ß. ſucci glycyrrhizæ vnc. j. ſapæ q. ſ. fiant pilulæ.

Tabulæ diatragacanthi frigidi: R. Spec. diatragacāthi frigidi, vnc. ß. vel drac. vi. ſacchari albi in qua violarum diſſol. lib. ß. fiant tabulæ ſecundum artem. Omnibus pulmonum & thoracis vitiis aridis, maximè tabidis, macie confectis, medentur: inflammatione lateris laborantibus, omnibuſq; tuſſibus calidis & ſiccis, &c.

Ammoniacum gummi Græcis Ἀμμωνιακὸν & Ἀμμωνιακὸν Θυμίαμα: Latinis Hammoniacum, Hammoniacum thymiama, Ammoniacum & Ammoniacum thymiama: Item gutta Armoniaca, Plinius Ammoniacum thymiatum: vulgares medici vocant Armoniacum: Apud Serapionem Arabicè Raxach: Auicennæ Altarhut: apud Andream Bellunenſem Alaſſach, Aſſegi & Aſſach: Apud gloſſographum Auicennæ Alaſceau: Aliis Arabibus Medicis turſiæ, vaſac, ho-

die Arabibus Vsach: Italis Armoniaco & Ammoniaco, Hispanis Aguaxaque & Armoniaque: Gallis Armonia: Germ. Armoniac. Herbarii vocant Ferulam Ammoniaciferam. Herba ex qua hoc gummi colligitur Græcis dicitur Ἀσάφυλλις, & Ἀσάφυλλος, & Κριόθυος: Latinis Agasyllus, Agasyllis, Criotheum, Heliustrum & Eliustrum: Serapioni de simpl. cap. 258. Arabicè vocatur Asios, Auicenna lib 2. tract. 2. Altorcut & Tursis: apud Authores Arabes Altharthut. Discrimen autem faciunt inter illud gummi: vnum vocant Arabes, Plinius ac Dioscorides Θραυστὸν, & Θραῦσμα. Latinis Thraustrum & Thrausma: Serapioni carnisima hoc in odore æquipollet Thuri: Alterum genus dicunt esse impurum, Græcis vt Dioscoridi Φύραμα Latinis Phyrama: Serapioni Chironia. Probatur quod nullis arenis, terra, aut aliis rebus extraneis sordescit, in thuris masculi similitudinem effigiatur, odore castoreum vtcumque refert, & sapore amaricat. Calidum est in tertio, siccum verò in primo gradu. Tussim ex humiditate natam pellit, dispnæam in ouo sumptum tollit: Pectus purgat. 6. vel 7. pilulæ confectæ ex Armoniaco, contra pectoris laterumq; hulcera ex sorbili ouo sumuntur. Conficitur ex eo vnguentum aduersus carnis excrescentias, verrucas & tubercula efficax. Contra splenis duritiem sinistro lateri illinitur, noctem vnam in aceto maceratum, admixto galbano puluere absinthii, origani, & modica cera. Fumus ex Asa fœtida, Galbano & Ammoniaco per inferna admissus, menses muliebres ciet. Vermes vētris cum succo absinthii ieiuno sumptum stomacho interimit. Idem efficit si dissolutum in aceto extrinsecus ventri illinatur. Dentem Ammoniaco & succo Hyosciami perunctum excidere aiunt.

Oleum Ammoniaci, ℔. Gummi Ammoniaci quantum sufficit.

Dissolue

Dissolue ex vino stillatitio, vel ex aceto: deinde lapillis iniectis per cineres, aut arenam distilla: postea corrige. Valet ad tophos podagricos discutiendos. Sic etiam paratur ex colophonia, vel pice.

Pilulæ de Ammoniaco Quercetani: ℞. Aloes vt supra præparatæ vnc. iiij. Gummi ammoniaci in aceto scyllitico dissoluti & per setaceum traiecti, myrrhæ præparatæ ana vnc. ß. mastiches spec. diatriasantali, ana drac. j. ß. croci scrup. ij. salis fraxini, vel absynthii scrup. iiij. cum syrupo de stæchade. vel de succo rosarum fiat pilularum massa.

CAPVT VI.

De Lacca, sanguine draconis, Asa fœtida, sagapeno, galbano, opoponace ac sarcocolla.

LAcca: Serapio, Paulus, & inter recentiores Matthiolus Laccam, Cancamum Dioscoridis esse firmiter credunt. Brasauolus, Garcias ab horto, & Clusius rem diuersam tenent. Qui veritatis perdiscendæ cupidi varios orbis tractus lustrarunt, Cancamum Dioscoridis non modo à Lacca varium, sed incognitum putant: nam cum ad suffimenta præsertim vsurpetur, aliaque multo fragrantiora & suauiora thymiamata habeamus, negligitur. Adde quod ex arbore peregrina, Arabica nempe profluere perhibeatur, nec à regionibus tam lõginquis mercatores hanc ad nos deuehere lachrymam dignãtur. Vtut sit, gummi quoddam est, sapore virosum, odore probatum, & valde rarum. Lacca autem vtraque qualitate destituitur, frequẽs inuenitur, nec Chermes Arabum existit, neq; ex sorbi, aut mespili, aut myrti ramis colligitur, vt nonnulli putant, neq; myrrhæ similis est, vt scripsit Auicẽnas, cui forsan ignota fuit. Sed si vera loquitur Garcias ab horto, quędã veluti fauago est, & liquor in arboris vastæ ramis concretus & formicarum alatarum suctu & ope coactus. Hæc autem arbor in Arabia nõ nascitur, sed in India, & maximè in prouincia Pegu, vbi Lacça, Trec, vocatur,

catur, vt etiam in Bengala & Malauar, vbi, loc, & lac, vnde Lacca, dicitur. Hanc opinionem & ratione & enarratione multa tueri conatur Garcias, & ex Amato Lusitano efficere cõtendit cancamum, id aroma esse, quod alio nomine Anyme vocat, cuius duo facit discrimina, vnum album, quod Dioscoridis cancamum est, suadente Brissoto Medico Parisiensi, alterũ subnigrum, quod est myrrha, seu potius Mynea, aut Amynea. Sic rei cuiusdam obscuritas cogit ad vocum affinitatem confugere, perquirendæ veritatis gratia. Vt tamẽ liberè dicam, credo Anyme, seu amyneam, vt quidam loquuntur, myrrham & cancamum res planè diuersas esse: Laccam autem officinarum quadã vsurpatione, cancamum veterum incuria vocitari, qui vocularum aliquot è gente Barbara depromptarum ignari, quæ minus fideliter audiere, crediderunt. Sicque longo vsu laccam cancamum nominantes, hanc veluti præscriptionem & loquendi libertatẽ ætati posteriori reliquerunt. Sunt qui illorum sententiam tuentur, dicuntq; , tres laccæ varietates assignari: Prima est Cancamum Dioscoridis, nulli ferè visum. Secunda Lacca vulgaris. Tertia factitia est, qua infectores vtuntur: cuius adhuc plures differentiæ notantur, quas breuitatis gratia omitto. Vulgaris dura, pellucida & rufa est, myrrhæ admodum similis, surculos arboris exoticæ circulatim innoluens, quam suctu à formicis Indis ex arbore elicitam, elaboratam & ramis cohibitam esse, vt asseruit Garcias, vix credibile est, sed potius lachrymarum & reliquorum gummi modo, sponte exudasse & concreuisse. Nam cùm animalia ex Philosopho laborent & pugnent pro victu & cœtu, quæ in hyemem futuram tota æstate panem illis familiarem quæritant, aut panificium quoddam elaborandum suscipiunt, non ramis arborum, aut loco aeris & cœli iniu-

riis

riis obuio exponunt, ſed in latibulis recondunt. Formicas autem Indicas Laccam fruſtra, nec pro cibo congerere & cogere, ſed deſerere, perpauci credunt. Quæ ad nos adfertur, baccillos arboris circumueſtit, eſtque dura & pellucida, & facile aqueis diſſoluitur; hæcque trochiſcos de carabe & Dialaccam ingreditur, non factitia, vt perperam ignari quidam putant. Non tantum ad medicos ſed alios plures mechanicos vſus celebratur, vt ad ceram, quæ litteris obſignandis inſeruit, inficiendam, & ad tincturas, quæ ligneis ſuppellectilibus inficiendis dicantur, parandas atque ad eos colores excipiendos, qui Laccæ commixti elegantius micant. Cauchamum ſeu Laccam obeſa corpora extenuare, ſi ternum obolorum pondere ex aqua aut mulſo aceto per aliquot dies bibatur, ſcribit Dioſcorides. Prodeſt lienoſis, comitialibus, & ſuſpitioſis. Cum aqua mulſa menſes trahit. Oculorum cicatrices emendat. Ex vino hebetudinibus eorundem opitulatur. Gingiuis humore prægnãtibus, & dentium dolori efficaciſſimum præbet remedium. Additur ad ſuffimenta. Veſtes eodem, & ex ſtyrace & myrrha ſuffiuntur.

Dialacca maior: Recipe Laccæ lotæ, Rhabar. ana drach. iij. ſpicæ nardi, id eſt, Indicæ, maſticis, ſem. Apij, ſucci abſin. ſucci Eupat. Meſuæ, id eſt, agerati ſem. omnia, Sabinæ, Amygdal. amar. coſti ſeu Zedoariæ, Myrrhæ, Rad. Rubiæ, fœnic. aniſi. Aſari, Rad. Ariſtolo. rot. Gentia. Croci, cinnam. Hyſſopi, caſſiæ ligneæ veræ, ſchænanthi, Bdellij ana drach. j. ß. piperis Zingib. ana drach. j. Myrrham & bdell. in vino infunde, cætera tenuiſſime tere, & melle deſpumato quantum ſatis eſt, excipe: fiat electuarium. Ventriculum, & hepar roborat, hepatis obſtructiones aperit: eius ſcirrhum diſſoluit & ex his naſcentem cachexiam & hydropem ſanat, vrinas mouet, lapidemque renum & veſicæ frangit.

Dialacca minor: Recipe Laccæ lotæ, croci, coſti, ſchænanthos,

Rubiæ, Ariſtol. longæ, Glycir. piperis ana drach. j. ß. Rhab. drachm. iij. Myrrhæ, Bdellii ana drach. j confice.

Dialacca Iſaac: Recipe Laccæ mundæ drach. xx. coſti dulcis, ſpicæ nardi, Xylobalſami, caſſiæ lig. Aſari, cinnam. flor. ſchœnan. Rhabarb. maſticis ana drach. j. ß. Rubiæ tinct. myrrhæ, Gentianæ, marathri, apii mont. cymini, caryophyll. abſinthii recent. Eupatorij, N. moſch. cardamomi, cubebarum ana Aur. ij. mellis deſpumati lib. iij. per biennium ſeruatur in pyxide ex ligno Tamariſci. Doſis eius drach. ij. vel iij. cum Apozemate radicum. Reſpicit proprie virtutem naturalem, ſecundario humiditates facientes oppilationes hepatis ex frigida cauſa: melius etiam iſto, quam cum alio aliquo curantur ſcirrhi, apoſtemata hepatis ſtomachi & ſplenis: & ſtomacho confert infrigidato, & omni ſuſpectioni hydropiſis ſubuenit.

Tabulæ Dialaccæ: Recipe ſpecierum Dialaccæ dr. vj. ſachari albi, in aqua Eupator. diſſol. lib. ß. F. Tabulæ ſ. a. Lienis & hepatis obſtructiones, inflationes & renum durities ſanant: aquæ intercutem cauſas omnes diſcutiunt, menſes mouent, &c.

Trochiſci de Lacca: Recipe laccæ, ſucci glycirrh: Eupatorii, abſinthii, Berberis, Rhab. Ariſtolo: longæ, coſti, Aſari, amygdal. amar. rubiæ, ſem. aniſi, apii, ſchœnanthi ana drach. j. vini q. ſ. Formentur trochiſci. Siccantur in vmbra, & reponuntur in charta munda, cera liquata intincta. Durant annum vnum. Valent ad obſtructiones hepatis & lienis; Et inde natas febres varias antiquas, & aſcitem per vrinas mouent.

Sanguinis Draconis peruestigatio iamdiu multorum exercuit ingenium. Quidam enim Plinii erroneam opinionẽ ſecuti, draconis animalis ab Elephante colliſi ſanguinẽ eſſe crediderunt. Quem errorem nõ modo ſequitur Solinus, ſed cinnabarin ſanguinem draconis officinarum tenet. Serapio ſcribit eſſe ſuccum plantæ cuiuſdam, illi Sidrichis & Egilos dictæ, quam herbarii noſtrates quartam ſyderitis ſpeciẽ exiſtimant. Ignari quidam pharmacopæi pro ſanguine draconis, rem quamdam è terra ſyriopica, rubia tinctorum & quibuſdam aliis factitiam, in rotulas cõuolutam, ab impoſtoribus

bus eruunt. Brasauolus inepte tria sanguinis draconis facit discrimina, primum ex pseudobolo factitium, secundum lachrymam cuiusdam arboris dicit, tertiũ gummi. Sed vt sanguis draconis adulteratus verus nõ est, sic improprie duplex eius cõstituitur species, vna quæ lachryma, altera quæ gummi sit eiusdem arboris: omne siquidẽ gummi, quod lachrymatim ex arbore stillat, generali significato lachryma dici potest. Aloysius Cadamustus, patritius Venetus, sic melius originem illius expressit. Est, inquit, insula, cui nomẽ portus sanctus, (è Canariis vna est.) Sanguis draconis qui lachryma est arboris: nam statoanni tempore, arbores ferro sauciant, quæ vbi incisæ sunt, anno sequente, gummi per incisiones emittunt, id ahenis coctum, defecatum q; sanguis efficitur, quem draconis nominant. Eius arbor fructum instar cerasi profert, mense Martio, gustu eximium, coloris veneti. Nic. Monardus huic opinioni videtur assentiri, & sanguinẽ Draconis, non alicuius animantis saniem, sed arboris lacrymam esse, sic asserit. Attulit, inquit, ante paucos dies, ex noui orbis continenti episcopus Carthaginẽsis fructum arboris, ex qua manat lachryma illa, quam sanguinem draconis vocant. Est autem hic fructus admirandus, nam sublata, qua integitur pelle, ilico dracunculus apparet tanto artificio à natura fabrefactus, vt à peritissimo aliquo artifice è marmore sculptus videatur, collo oblongo, ore hiante, spina aculeis horrida, cauda oblonga, & pedibus conspicuus. Ab eo fructu nomẽ arbor sumpsit & eius lacryma, quæ vulnere illato effluit. Et laudatissima ex Carthagine peruana defertur. Arbos illa procera est, cortice satis tenui, & facilis vulneratu, cuius nomen cum veteres ignorarent, de sanguinis draconis natura & origine nihil certi tradiderũt. Clusius illam vidit & accurate descripsit. Sanguis igitur Draconis & arboris cuiusdam

dam exoticæ, gummi in ipsius rami concreti, duri, purpurei nomen est. Vim habet collectiuam & agglutinatoriam: ob id vulneribus coalescendis conuenit, & partibus laxioribus & stringendis & roborandis. Ante vsum facile aqueis dissoluitur. Frigidus & siccus est in gradu tertio, sanguinis narium impetum, puluis eius inspersus & affrictus, quod adhæserit, sistit. Cum albumine oui & aqua rosacea temporibus illitus, idem præstat. Sanguinem mingentibus cum gummi Arabico ex aqua rosacea vtiliter bibitur.

Trochisci ad phthisim, & vlcera pulmonis: Recipe Balaustiarum, Ros. siccarum ana vnc. ß. sanguinis drach. medullæ tritici, olibani ana drach. ij. Gummi Arabici, Tragacanthi, Mastices ana drach. iij. Acaciæ, Croci ana drach. ß. Carabæ, Myrrhæ ana drach. j. Anarcinæ drach. v. Terantur & conficiantur cum miua cydoniorum, deinde fiant trochisci aut. t. pendentes, exiccentur in vmbra, & dentur in potu.

Dentifricium ad candorem dentibus conciliandum: Recipe coralli rubri vnc. j. Terræ maioricæ vnc. ß. ossis sepiæ, pumicis ana drach. ij. Caryophyllorum, cinnamomi, mastiches ana scrup. j. vnionum electorum drach. j. sanguinis draconis drach. ij. moschi gran. j. In puluerem redacta, ex Tragacantho aqua Rosacea macerato, in massam redigantur, vnde fingantur dentifricia, seu penicilla.

Asa fœtida: Multi ex veterum quorumdam opinione Asam duplicem constituunt, dulcem seu odoratam, & fœtidam: hanc Altit Arabum esse, illam Belzoinum officinarũ: atque vtrumque è Lasere, seu Laserpitio prouenire contendunt. Verum quid sit Asa dulcis, nondum compertum est: Et forsan tam est ignota recentioribus, quam vix perfecta veteribus fœtida; cuius haud scio si meminerint. Nunc vero tam frequens est in Pharmacopoliis, vt importune tyronum nares feriat. Innascitur ferulaceæ stirpi, vt Beniuinum arbori proceræ, cui Asæ nomen nuspiam inditum inuenimus. Vt igitur singulorum diuersus odor, sapor, & origo, sic diuersa

diuerſa nomenclatio. Eſt autem Aſa fœtida excrementum, ſeu gummi Laſeris ſeu Laſerpitii, quod Silphion Dioſcorides, Auicennas altit, ſiue antit, Indi, Aniuden, Officinæ Aſſam, ſed magis proprie Aſam, quaſi Laſer ex quo depromitur, nominant: nam Laſer lachryma eſt, Laſerpitium planta, ex qua elicitur Laſer, ſeu Aſa, non Aſſa, quæ ſecundum Rhaſim, herba eſt quibuſdam yſopus, aliis thymum dicta. Laſerpitium vero ferulacea eſt ſtirps, caule annuo, quem Maſpetum vocitant; foliis apio ſimilibus, ſed flaueſcentibus, ſemine lato, foliaceo, radice nigra, craſſa, longa ac interdum cubitali. Audacter quidem Garcias Aſam lacrymam eſſe laſerpitii contendit, ſed timide ac ieiune nimis eius deſcriptionẽ exhibet: tantum enim de foliis breuiter loquitur, quæ coryli ſimilia credit. Peculiare huius culta fugere loca: quamobrem ſi colatur, miteſcatq; ſolum, deuiat, atq; omnino degenerat, vt pote natura culturæ aſpernãs, inquit Theophraſtus, ferocitatisque conſtans vernaculum. Singulas autẽ huius plantæ partes ſpeciali nomenclatura deſignari comperio: nam radicem nonnulli Magudarim vocant; caulem, Silphion: folia maſpetum: ſemen, folium: nam folium id, ſemẽ eſt, ait Theophr. Magydarim tamen à laſerpitio differre annuit. Seu autem pars ſit eiuſdem vel planta affinis, Aſa laſerpitij lachryma eſt, ſeu gummi quoddam, quod vel è radice, vel è caule carpitur: illud Radicarium; hoc ſcaparium ex Theophraſto vocatur. In Armenia, Media, Lybia, Syria naſcitur; vnde aliquando ſuccus vocatur Lybicus, interdum Medicus & Syriacus, olim Cyrenaicus, quod ex Cyrenenſium agro copioſus & laudatiſſimus haberetur: ſed is nunc plane defecit Barbarorum nequitia, qui odio quodam in Cyrenenſes ducti, radices laſerpitii pene omnes eruerunt, vt ex Strabone docetur. Poſt Cyreniacum, Syriaco magna

authoritas datur, deinde medico, qui nempe è Media deuehitur. Traduntur autem asæ duæ varietates, vna pura, ac syncera & translucens, altera turbida, & impura, cui nempe farina, aut furfur, & secundum quosdam sagapenum permiscetur, cuius halitum apprime refert, simulque virorem quemdam ac odorem teterrimum. Hinc Germani diaboli stercus nominant. Vtraque odoratissima est, grauis tamen; nec in eorum facile descendo sententiam, qui priorem Asam dulcem, ad fœtidæ discrimen vocant; eius namque halitus nō nisi cum fastidio toleratur. Vnde mirari subit, quod scribit Garcias ab horto, nullum medicamentum simplex per totam Indiam maiore esse in vsu, quam Asam fœtidā, cum in medicamentis, tum in condiendis cibis. Eam autem solent Indi suis iusculis & oleribus commiscere confricato primum ex ea lebete, nec alio condimento vtuntur omnib. in cibis, ipsamq; sumunt, vt appetitus deiecti fastidia tollāt. Verum si hoc fabula non sit, ex duobus alterum cōiecto, aut Asam fœtidam in India nō fætere, aut Indos æneum guttur, vt vulgo fertur, habere. Adeo autem nobis est ingratus illius odor saporque, vt venia quadam dignū censemus Matthæū syluaticum, qui inter venena reposuerit. A Dioscoride tamen commēdatur cibis, aut sali permista. Asæ vires tot tantasq; agnouit Dioscorides, vt eas recensuerit ad fastidium; recentiores efficacissimas quidem credunt, ad paucos tamē affectus, nec frequentissime vsurpant, nisi in veteri ascensum, aut aberratione, & paucis quibusdam morbis muliebribus.

Sagapenum, & Officinis serapinum liquor est concretus: qui in media ex ferulaceæ stirpis radice sauciata manauit. Eius autem plātæ descriptionem subticuit Dioscorides, quod eam fortassis minus nouerit, quam succum. Illam vero nondum

dum videre, nec illius hiſtoriam à probatis authorib. enarratam legere mihi cõtigit. Exotica enim planta cum ſit, vix cicuratur, aut cicurata ſterilis eſt, exucca & marcida. Ideoque tantum ad nos eius ſuccus concretus aduehitur, & copioſiſſimus & optimus. Laudatur translucidus, foris colore fuluo, intus albido, guſtu acri, odore graui, ſubſtantia craſſa. Sagapenum calefacit ordine tertio, ſiccat ſecundo: purgat pituitam craſſam & alios humores lentos, Meſuæi teſtimonio. Ignaua tamen eſt multum illius purgatoria facultas, ſed alias multo potẽtiores vires habet. Potum enim aut ſuppoſitum menſes euocat, fœtum enecat, dolori & præfocationi vteri prodeſt: Reſoluit, attenuat, diſſipat, mouet, ſoluit. Vide ſupra inter herbas calidas ſagapenum, ibi pluribus.

Pilulæ Scribonij: Recipe Sagapeni, Myrrhæ ana drach. ij. Opij, cardamomi, caſtorij ana vnc. ß. Piperis albi ſcrup. j. ß. Sapæ q. ſ. fiat maſſa. Exiccetur, & papyro, ceræ liquatæ intincta, ſeruetur ad annos tres. Doſis, à ſcrup. j. ad drach. j. Phthiſicis, ſanguinem reiectantibus, ſuppuratis educunt pelliculas, & repurgant ſufficiẽter: verum immorari pharmaco oportet.

Pilulæ fœtidæ maiores: Recipe Sagapeni, Ammoniaci, Opopanacis, Bdellij, colocynthidis, Rutæ agreſtis, Aloes, Epithymi ana drac. v. Hermodactylorum, Eſulæ ana drach. ij. ſcammonij præparati drach. iij Turbith. vnc. ß cinnamom. Nardi Indicæ, Croci caſtorei ana drach. j. Zingiberis drach j. ß Euphorbij ſcr. ij. Diſſoluantur lacrymæ in ſucco porri, & fiat maſſa. Siccetur, & ſeruetur in charta, ceræ liquatæ intincta, per annum. Doſis à ſcrup. ij. ad drach. j. vacuam pituitam, craſſam, crudam: ob id conferunt affectibus inde natis, arthritidi, podagræ, gonagræ, dolori ſpinæ, & aliarum iuncturarum, ventriculi, colico, alphis, elephãtiæ, aliisque cutis vitiis.

Pilulæ fætidæ minores: Recipe Sagapeni, Ammoniaci, opopanacis, Bdellij, myrrhæ ana drach. v. Turbith drach. x. colocynthidis dr. vj. fiant vt priores. Idem pollent.

Pilulæ ex Sagapeno: Recipe Sagapeni, Ammoniaci, Bdellij, opo-

panacis, Aloes, coſtorij, rutæ agreſtis ana drach. ij. colocynthidis drach. iij. ſalis gemmæ drach. j. ſucci porri q. ſ. fiat maſſa. Siccetur, ſeruetur que in papyro, ceræ liquatæ intincta, per annos duos. Doſis à ſcrup. ij. ad dr. j. Pituitam lentam purgant: ob id iuuant paralyſim, ſpaſmum, dolorem iunctarum, dorſi, podagramque frigidam.

Aqua ad oculorum nebulas & ſuffuſiones: Recipe ſucci fœniculi, ſucci chelidonij ana vnc. ij. mellis roſacei vnc. x. Rutæ p. j. Euphragiæ m. ij. fellis veruecis vnc. iv. Sarcocollæ dr. ij. ß. Sagapeni vnc. j. Caphuræ ſcru. ij. miſce, ac deſtilla.

Balſamum ad articulorum dolores: Recipe reſinæ terebinthinæ lib. j. opopanacis, Galbani, Sagapeni ana vnc. ß. Granorum iuniperi M. ij. Thymiamatis lib. j. Igne primum leui: mox auctiore: tandem vehementi deſtillentur.

Vnguentum fuſcum: Recipe olei lib. j. ß. ceræ nouæ vnc. iv. picis Græcæ nigræ ana vnc. ij. maſticis, Galbani, Thuris ana vnc. j. Sagapeni vnc. ij. Terebinthinæ vnc. j. fiat vnguentum. Sanandi vim habet, & extrahendi.

Emplaſtrum ceroneum: Recipe picis nauali bene colatæ, ceræ, ana vnc. j. drach. iij. Sagapeni vnc. ij. Hammoniaci, Terebinthinæ, colophoniæ, croci ana vnc. j. drach. iij. Aloes, Thuris, Myrrhæ ana vnc. j. opopanacis, ſtyracis calamitæ, galb. maſticis, Aluminis, fænigræci ana drachm. vj. fæcis ſtyracis liquidæ, Bdellij ana drachm. iij. Lithargyrii drach. j. ß.

Galbanum quoq; ferulæ Syriacæ in Amano monte luxuriantis ſuccus concretus, quem aliqui Metopium nominãt. De ipſius autem plantæ dignotione nihil Dioſcorides ſcripto reliquit, vt qui gummeum illius ſuccum, magis quam plantam agnoſceret. Vt vero ſunt ferulæ, ſic earum liquores & ſucci, nõ modo cõſiſtentia, ſed colore, odore, ſapore, viribus; nam Galbanũ aſpectu Aſari non male refert, odore Opoponacẽ. Laudatur cartilaginoſum, ſyncerũ, ad ſimilitudinẽ Ammoniaci, minimeq; lignoſũ, & in quo nõnihil ſeminis ferulæ ſit immiſtũ, odore graui, neq; valde humidũ, neq; ſquali-

ſqualidũ. A qua, aceto vino facile dilui poteſt, vt omnia gũmi. Vim habet excalfactoriam, extractoriã & diſcuſſoriam. Menſtrua & partus accelerat, & appoſitu & ſuffitu. Aceto dilutũ & pauco nitro mixtum lentigines delet: furunculis quoque diſcutiendis prodeſt, ſtrumis & iuncturarum nodis: aduerſatur venenis & ſerpentes fugat. Vide ſupra inter herbas Galbanifera.

Balſamum: Recipe Galbani lib. j. gummi hederæ vnc. iij. minutim conterantur, & miſceantur terendo ſimul & mittantur in bociam vitreatam cum ſuo alembico, diſtillentur in balneo Mariæ: hoc diſtillatum commiſce cum olei laurini vnc. j. terebinthinæ lib. j. Diſtillentur, & aqua ab oleo ſeparetur. Mirabiliſſimæ virtutis eſt in tremoribus, paralyſi, vſus eſt vt collocetur patiens paralyſim, cõtractionem, ſpaſmum, & tremorem; reſupinus, & infunde de hoc oleo calido temperate in fundo vmbilici ſui & videbis mirabiliſſimam operationem, potius diuinam quam naturalem.

Opoponax ſuccus eſt panacis, nomen enim ipſum indicat, & Dioſcorides prodidit, ſed cum multa ſint panacis genera, ex quonam illorum profluat, non ſatis apertè liquet, ob variam eorum, qui ea de re ſtatuerũt, opinionem. Meſue ex ferulaceo Panace manare ſcribit: Dioſcorides ex Heracleo, nõnulli ex Chironio. Dodoneus ex peregrino quodam, vt pote Syriaco, quod foliis eſt amplis, ex aliis pluribus commiſſis, aliquantum aſperis & hirſutis, longis latiſque. Caulis ei geniculatus, ferulaceus, tres aut quatuor cubitos altus, ſuperna parte plures in ramulos diremptus: floſculi ex amplis vmbellis exeunt lutei, quos ſequitur ſemẽ latum, planum & ſubflauum: Radix albicans & longa, ſucculenta & odorata. Ex vulnerato caule, maximè circa radicem æſtate, gummeus ſuccus, ſponte concreſcens effluit, qui Plinii, multorumque aliorum judicio opoponax eſt, ad vſus plurimos commendatiſſimus, quod indicare videtur plan-

ta, ex qua eruitur nomenclatio, nam Panax seu Panaces dicitur, quod omnem morbum & dolorẽ abigat, vel omnibus remedia promittat: hinc multi Agyrtæ & Pseudomedici, medicamenta quædam, sepe morbis ipsis periculosiora, Panaceas nominãt. Sic sæpe dum viueret aulicos & nimis credulos fefellit medicus quidam, hominum mendaciſſimus, bibaciſſimus, vaniſſimus, salaciſſimus. Opopanax inter gũmi locum habet & aqueis facile diſſoluitur. Excalfacit ordine tertio, siccat secundo: Emollit, digerit, attenuat, flatus diſſipat, lenit, expurgat. Probatur valdè amarus, interne albus, aut subfuluus, pinguis, tener, friabilis, statim liquescens, odore graui. Niger ac mollis improbatur. Vide supra Panax.

Balsamum pro vulneribus neruorum & tussi: Recipe Terebinthinæ lib. ij. olei communis lib. iij. olei laurini vnc. vj. cinnam. vnc. ij. euphorbii, caryophyllorum, baccarum lauri, gummi hederæ, sagapeni, ammoniaci, opopanacis galbani ana vnc. j. thuris, mastiches ana drac. ij. Fiat vt destillatio: neruorum prodest vulneribus, vt tussi pectori illitum.

Vnguentum ex panno lineo: ℞. Opopanacis vnc. j. Rasuræ panni linei tenuis, puri, antiqui vnc. ß. vini, mellis, olei rosati ana vnc. v. litargyrii, aloes, sarcocollæ, myrrhæ ana drac. j. ß. Tere paulatim, affundendo nunc vinum, nunc mel, nunc oleum, mirabile ad vlcera maligna, fistulosa, carne implenda.

Pilulæ ex opopanace: ℞. Opopanacis, hermodactylorum, sagapeni, bdellii, ammoniaci, colocynthidis ana drac. v. croci castorii, myrrhæ, zingiberis, piperis nigri, longi, cassiæ lignææ, myrobalanorum citrinarum, Indarum ellicarum, emblicarum ana drac. j. scammonii præparati drac. ij. turbith. vnc. ß. aloes vnc. j. ß. succi brassicæ q. s. fiat massa: siccetur & seruetur in chᵃrta, ceræ liquatæ intincta, loco sicciore, per annum. Dosis scrup. ij. vsq; ad drac. j.

Sarcocolla cuiusdam arboris peregrinæ & gũmi ab ipsa manantis nomen est. Nascitur in Perside fruticosa & spinosa, ramis nodosis & arbori appressis, ex quibus sauciatis & in-

& interdum ſponte profluit lachryma thuris, pollini ſimilis, colore ſubrufa, amara ſapore. Calefacit ordine ſecundo, ſiccat minus: coquit, tergit, carne implet & glutinat, vnde Sarcocollæ nomen: nam cruentis vulneribus, ac diuturnis vlceribus mirificè medetur. Ea quippe propria dote à ſordibus mundat, carne noua replet & cicatrice obducit. Arabes non tantum ſarcocollam ventrem ſubducere, ſed humores craſſos & glutinoſos è partibus diſſitis, vt articulorum cauitatibus educere ſcripſitarunt. Ratio tamen id videtur denegare, nec effectus comprobare. Efficaciter autem vulnera conglutinat, oculorum fluxiones inhibet, & ex Galeno digerit, ſed minus quam galbanum: lacte aſinino quinque dies macerata in vaſe vitreo, quotidie lacte mutato mirifice prodeſt oculorum albugini, nubeculis & cicatricibus.

Balſamum: ℞. Terebinthinæ claræ lib. ij. olei lini lib. j. Reſinæ pini vnc. vj. thuris, myrrhæ, aloes, maſticis, ſarcocollæ ana vnc. iij. macis, ligni aloes ana vnc. ij. croci vnc. ß. Ponantur hæc omnia in retortam, diſtillentur primo lentiſſimo igne, & exibit aqua clara: paulo poſt vero ſequetur oleum rubicundum: tum augmenta ignem ſemper magis magiſque intendendo ad finem diſtillationis. Quo facto, ſepara oleum ab aqua, & vtrumque ſeorſim ſerua. Aqua ſuccedente tempore rubeſcit, & oleum acquirit rubini colorem. Oleum valet vulneribus, præcipuè verò partium neruoſarum, oſſium, venarum: cito enim & ſine dolore conſolidat.

Pilulæ de Sarcocolla: ℞. Sarcocollæ drac. iij. turbith. vnc. ß. colocynthidis, zingiberis ana drac. j. ß. ſalis gemmei drac. j. aquæ roſarum q. ſ. fiat maſſa quæ vt præcedens ſeruanda. Doſis drac. j.

Pituitam vacuant, ob id pituitoſis affectibus commodant.

* *
*

CAPVT

CAPVT VII.

De Gummi hederæ, reſina, pice, bitumine, benzoino ac thure.

GVmmi hederæ: è maioris hederæ trunco vulnerato & interdum ſpõte lachryma quædam, ſeu gummeus ſuccus exit ex flauo rubeſcens, odore grauis, ſapore multum acer, quem gummi hederæ nominant. Eſt verò hedera, arbor ſcanſoria, quæ muros interdum veſtit, interdum arbores vicinas quas ſuo multiplici complexu & virore interimit. Sunt autem eius prima genera duo, vna maior, quæ in altitudinem ſeſe erigit, altera minor, quę vitunculis tenuioribus & obſequioſis, humi defixa repit, nec florem, aut fructum vllum profert. Maior triplici notatur varietate, quædam enim dicitur alba, quæ fructum gerit album, alia nigra, quæ nigrum, tertia Helix, quæ nullum, & à nullis pro minore hedera ſumitur. Alba nonnunquam corymbos, ſeu fructus, aliquando folia alba exhibet & intermedia folia emittit velut brachia, ſeu capreolos, quibus tam arctè complectitur arbores, vt totum humorem ſugendo enecet, inopia enim ſucci marceſcẽtes facilè emoriuntur, vel tam pertinaciter parietibus hæret, vt vix poſſit ſeiungi. Nam tot initia & radicum rudimenta effert, quot brachia, quibus muris obrepit, & ita viuax permanet, vt pluribus locis interciſa, non tabeſcat. Nigra & magis vulgaris, quam Dionyſiam vocant, ait Dioſcor. vbique per parietes & macerias reptat, & arbores etiam proceras radicoſis velut digitis amplectitur: folia promit anguloſa, in principio verò triangula, dein magis rotunda, dura & perpetuo virore nitentia: flores exiles, baccas primum herbaceas, mox nigras, oblongis pediculis quaſi

quasi racematim adhærētes. Cætera ad genus hederaceum spectantia notiora sunt, quam vt longiore discursu & explicatione indigeant. Hedera omnis calida est, raroq; medicis inseruit vsibus, folia si exceperis, quæ fonticulis, ex pyrotico relictis, Sparadrapi loco nonnunquam adhibentur, vt ichores & seroſos humores ad partē alliciant. Eius gummi lentē interimit, insigniter calefaciendo sensum adustionis imprimit, & pilos destruendo caput nudat, illitu enim est psylothron efficax.

Balsamum: Recipe Galbani vnc. ß. Gummi hederæ vnc. v. terito & alembico distillato & cum lib. j. sebesten commista denuo distillato. Expertum est ad neruorum mollificationem, seu paralysin, & ipsorum contractionem, spasmumve, morbum comitialem, vel epilepsiam, tremorem, omnemque morbum frigidum: memoriam etiā auget, atq; intellectum, si occiput, ceruixq; somni tēpore, eius momento liniatur.

Balsamum pro vulneribus conglutinandis: ℞. Terebinth. lib. j. Galbani vnc. ij. gummi elemi vnc. ij. gummi hederæ vnc. ij. thuris, masticis, myrrhæ ana vnc. ij. aloes, xyloaloes, galangæ, cinnamomi caryophyllorum, nucis moschatæ, cubebarum ana vnc. j. aquæ vitæ vnc. iij. Simul per diem macerent & noctem: postea bis distillentur: & oleū illud stillatitium tanquam balsamum pretiosum seruabis.

Oleum ad paralysin: Recipe galbani, gummi hederæ ana lib. ß. olei laurini vnc. ij. terebinthinæ lib. ij. Destilla: & tertio liquore vtere.

Resina Ῥητίνη Græcis dicta, lacryma, seu liquor est, pinguis ac oleaginosus, sponte sæpius ex arbore, & interdum ea vulnerata defluens. Qui nullo vulnere prosilit αὐτόῤῥυλος, & à quibusdam προῤῥύλος, dicitur. Omnis resina cum partium tenuitate substantiam habet oleosam, ob id in oleosis, vtpote cognatis prompte solubilem, atque in eo à gummi dissidentem, quod cum aquea magis substantia cōstet, aqueis, expeditius & accuratius permiscetur. Sunt autem resinarum, si consistentiam spectemus, duæ generales differen-

tiæ, vna dicitur liquida, Græcis ὑγρά, hoc est, humida, seu fluxilis, vt terebinthina, alia durior & siccior, quam φρυκτὴν, id est, frigidam, seu tostam subinde vocant, cuiusmodi est Colophonia, sic dicta, quod ex Colophone olim adveheba-tur, quæ omnium siccissima, flauissimaque, in puluerem tamen redacta alba est. Hæc præ ceteris nuncupatur φρυκτὴ, & aliquando συγκομιστὴ, quasi confusa, quod ex multis simul congestis in massam induruerit. Contingit enim sæpe vt primiflua resina negligentius collecta arenas, silices, ligno-sas quisquilias aut alias sordes contrahat & retineat, à quibus vt repurgetur, igni liquatur, extranea reiiciuntur, & pu-rior redditur, sicque durior & siccior. Est alia ex se citò cor-rescens absque ignis ope, ξηρὰ, Græcis, sicca Latinis dicta, quæ minus, quod sit pinguedinis particeps, arescit, φύσημα πιτυΐνον, quasi germinatio picea, à Galeno nuncupatur. Quæ venalis prostat in officinis, dura, flauescens & friabilis, confusa quædam est resina, ex abiete nempe Strobilina, & Pitynia constans, fumum quæ reddit, dum accenditur thuris æmulum. Strobilinæ passim meminit Galenus, quam alii ex pinu, alii ex picea, alii ex pineis nucibus, quas Stro-bilos vocant, manare dicunt. Hæc resinarum calidissima est, terebinthina ambabus qualitatibus omnium modera-tissima, omnes siquidem resinæ calefaciunt & exsiccant, sed hæ magis, illæ minus: Omnium siccissima est, quam non-nulli frictam, alii Colophoniam vocant, vt & omnis quæ igne purgatur & in frictã mutatur ex Galen. Abietina vtra-que qualitate media est inter calidissimam & siccissimam, quæ malè à quibusdam dicitur Colophonia, nam liquida diu durat, parum siccat, & nascitur admodum modica, ob id pretiosior. Omnibus resinis præfertur terebinthi-na, deinde lentiscina, quæ etiam gummi-resina est, tum quæ de Abie-

de Abiete colligitur, poſtea quæ de pinu & picea. Vſus reſinarum multus eſt, non tantum in arte Pharmacaria, ſed in rebus aliis plurimis. Emolliunt, calfaciunt, digerunt, & commodiſſimè emplaſtris & vnguentis ad vlcerum & vulnerum curationem dicatis, admiſcentur.

Pix dicitur reſinæ combuſtæ fluxus: ſic tamẽ melius, pinguis eſt & reſinoſus liquor, ex accenſa teda colliquatus & eductus. Eſt verò teda non arboris genus, vt falſo putauit Plinius, ſed morbus arboris, pini videlicet per ſenectutẽ nimia pinguitudine veluti ſtrangulatæ. Vbertas n. reſinoſæ materiæ, qua totũ pinilignum refertur, illi interitus eſt, & ferè tota in tedam abit, quæ artificioſa ſedulitate accenſa picẽ fundit, quam Piſſam Græci nominant. Palimpiſſa quaſi iterata pix, ac ſecundo cocta dicitur quãdo ſc. è liquida coctione & elaboratione craſſeſcit, purgatur, atq; durior & ſiccior euadit, ξηρὰ πίσσα quoque, id eſt, ſicca pix dicitur. Zopiſſa eſt pix à nauibus maritimis deraſa, quæ propter ſalſuginem quamdam ab aqua maris contractam, omni picе ad exſiccandum & diſcutiendum eſt efficacior. A nonnullis Apochyma nominatur. Pix naualis proprie in pharmacopoliis dicitur à nauibus picandis, non iam diu picatis, vt zopiſſa. Et quum abſolutè pix naualis ponitur illa ſumẽda, vt hæc dum zopiſſæ deſignatio notatur. Diſſaphaltum eſt bitumen Pici commixtum, quod ad mortuorum cõdituram olim vſurpabatur. Dioſcoridi tamen nõ videtur mixtura artificioſe parata, ſed naturaliter talis: Naſcitur, inquit, in Apolloniatarũ agro circa Epidaurum, q̃ piſſaphaltũ nuncupatur. Differt a. pix à reſina, quod illa per ignem tranſierit, hæc ſponte effluxerit: vtraq; arborum earumdem ſoboles, verum pix eſt veluti reſina cocta & ignis adiutu educta. In pice autem educenda ſic fere proceditur, vt in carbonis faciendi modo.

In loco lapidibus aut lateribus artificioſe ſtrato, tedæ in haſtulas conciſæ aggeruntur: Superponuntur rami abietum & picearum: Omnia ita conteguntur terra, aut luto, aut alia materia non vſtibili, vt ne rimula quidem circumquaq; pateat, ſed in vertice tantum, aut alia parte magis idonea foramen relinquatur, per quod ignis immitti & flãma primum emitti queat: accenſis tedis, omnia arctiſſime occludẽda, ne flãma erũpat, & picis expectatio pereat. Quod ſi rimula quędam hiarit, & flãmam aut fumũ admiſerit, terra aut luto obſtruenda. Tum aſſulæ tedæ vi ignis æſtuantes copioſum liquorem exprimunt in canales affabrè conſtructos, per quos & ipſe deducitur in ſcrobes ac vaſa idonea, fluenti pici excipiendæ dicata. Nigredinem autẽ acquirit à fumo & calore, vnde pix nigra ſolet eſſe, nam quæ flaua eſt reſina potius dicenda. Quæ primũ extillat, fluxior eſt, humidiorq;, & pix liquida officinis, Cedria Plinio, Piſſelæon Dioſcor. dicitur, q̃ maximè tale euadit, ſeparato, qui ſupernatat pici, ſicuti lacti ſerũ, aquoſo humore. Separatur verò dum pix coquitur, vellerib' mundis ſupra halitũ eius expãſis, & cum eo prę̃maduerint expreſſis. Verius tamẽ Piſſelæon medicamentũ ex oleo & pice cõpoſitum, quam ſimplex dicitur. Quę ſecunda fluit, craſſior, ſicciorq;. Quæ vitima, craſſiſſima & duriſſima, & ad exſiccãdum efficaciſſima. Ad liquidã refertur alia quędam grauis odoris, quam Seplaſiarii nunc oleum cadinum, nunc takinum vocitant, cuius vſus ad pecudum, genus transfertur. Cum pix vniuerſa vel liquida, vel ſiccior, vtraq; ſyncera, lęuis & ſplendens laudatur. Illa emollit, digerit, dolorem lenit, coquit, pus mouet, ſcabros vngues extricat, impetigines emendat, & duritias vuluæ & ſedis diſcutit. Siccior hæc omnia prę̃ſtat, ſed imbecillius, potentius verò ſiccat, & coaleſcendis vulneribus magis cõuenit.

Bitumen,

Digitized by Google

Bitumen, Asphaltos Græcis dictum, est veluti terræ pinguitudo aquis supernatans quæ ad littus disiecta concrescit, densatur, ac dura, tenacissimaque redditur, & facile flammam concipit. Quamdiu bitumen innatat aquis molle est; vbi exemptum est, spissatur, fitque pice etiam sicca durius; sed facile adhibitum igni liquatur. Bituminosi vero sunt lacus multi: sed maxime insignis & bituminosus est, qui in Iudæa cernitur: obid Asphaltites dictus. Vocatur & mare mortuum, tum ob vastitatem, tum quia ipsius aqua fere manet immota, nō procellosa, grauis, salsa, crassa, fætida, in qua nec plantæ, nec animalia nascuntur, nec iniecta nutrit, nec in ipsius sinum admittit. Inter bitumina solida numeratur à quibusdam aliud fossile & terrenum, nonnullis male terra ampelitis, aliis melius, carbo petræ dictum: Cuius generis esse videtur Gagates, seu obsidianus lapis, ex quo globuli precarii & imagunculæ sæpe fiunt, quæ peregrinorum pileis gestantur. Non est vero bitumē omne densum ac durū, sed quoddam datur liquidum perpetuo ac fluidum, Naphta nominatum, quod Bituminis Babylonii est colamen, colore candidum, ignis rapacissimum. Tanta enim est huic cum igne cognatio, vt protinus transiliat in ipsum, vndecunque visum. Inuenitur etiam quoddam nigrum. Vt vero bitumen Iudaicum ac Sodomæum ad nos minime defertur verum & natiuum, sed eius loco pissaphaltum, aut quid factitium ex petroleo, pice & aliis quibusdam, sic neque etiam naphta: cuius loco cognatum quoddam liquamen assumi potest, ex agro Mutinensi deciduum, quod Saxolæum, seu Petroleum, quasi oleum è petra deductum nominãt. Vtriusq; enim eadem consistentia, color, virtus. Est vero pissaphaltos picis & bituminis cōmixtio, vt nomen ipsum indicat, quam nonnulli pro mumia vsurpant. Bitumen omne discutit, emollit,

glutinat,ab inflammatione tuetur,proptosim vteri,&strangulationes,olfactu,suffitu & imposítu emendat:sed raro nisi adulterinum inuenitur. Naphta extenuat, incidit, digerit, penetrat,frigidos &crassos humores ex quauis parte corporis absumit: Neruorum resolutioni,ttemori, & articulorum morbis à causa frigida medetur. Inter bitumina recensetur adhuc quædam velut pinguitudo furfurosa,quæ à nonnullis sperma ceti,ab aliis ambra subalbida, à multis flos maris dicitur:colligitur enim in mari cuius est aliqua pinguis spuma & tanquam flos innatans,&à quibusdam putatur esse ἄλος ἄφρος Dioscoridis.

Beniuinum officinis Belzoinum dictum, nec Laserpitii, seu Cirenaici succi,nec myrrhę species est,vt nonnulli contendunt,nec Angelicæ vulgo dictæ,aut Imperatoriæ succus resinosus,vt innuere videtur Ruellius. Laser enim seu Asa ex Syria, Cyrene, & India in alias regiones: Beniuinum in Indiam ex aliis regionib. vt Samatra & Sian aduehitur,nascitur que non in ferulacea stirpe,sed in arbore præcelsa, cuius caudex crassus & durus est,multis ramis brachiatus, ordine pulcherrimo dispositis, & in latum extensis: folia oblonga, citri æmula,mucronata,& non vsque adeo virētia, sed auersa parte candicātia. Ligni materia dura est,odoratáq;. Sponte sæpe nascitur in multis syluis,tum Malacę tum aliarum regionum,quas ob Tygridum frequentiam sæpe periculosum est adire. In quib.hæc animalia ferociſſima rarius visuntur, vulnerātur arbores, quæ huius odoratissimæ resinæ copiam effundunt,quam Chinēses Cominhan, Arabes Louaniaoy, Guzaratæ & Decan incolæ Vdo vocant. Tria autem notantur Beniuini discrimina,vnum dicitur Amygdaloides,quod maculas candidas amygdalarum delibratarum instar refert, quod maxime ab institoribus expetitur. Alia duo admodū

nigra

nigra sunt, quorũ alterum parum fragrat, & vilioris est pretii; alterum suauissime spirat, & è nouellis arborib. exudat; & Samatræ incolis Benini de Boninas nuncupatur. Omniũ censetur optimum, pellucidum, globulis candidis refertum, thuris æmulum & suauissime spirans. Bemuinum cor, spiritus & facultates omnes roborat & thymiamatis, antidotis & medicamentis, ornatui dicatis vtiliter permiscetur. Oleaginosis autem perinde ac resinæ aliæ facile dissoluitur.

Oleum Belzoinum: Recipe Aquæ vitæ, Belzoini pulueriz. ati a-na partes æquales. Ponantur in retortam laram, & vna cum suo capitello in iunctura clausam, distillentur in cineribus lento igne, quoad extracta fuerit aqua: quæ reseruanda est ad suos vsus. Postea fortificetur ígni paulatim, vbi oleum apparuerit, magis magisque, vsque quo totum oleum extraxeris. Tandem in fine sequetur gummi quoddam, instar mannæ: quod valet ad faciendam aquam odoriferam, vna cum aqua puteali, aut rosarum.

Aliter: Recipe Belzoini lib. j. pulueriza subtiliter: pone in alembicum ad distillandum: tunc affunde pulueri, aquæ rosarum lib. ij. obtura diligenter alembicum, & lento igne subtus accenso primo, quoad aqua cæperit distillare, deinde augmentetur paulatim, vsque dum oleũ conspexeris. Quo apparente mutetur recipiens, & fortiori igne elice oleum, quod in sole rectificandum. Eodem penitus modo distilletur oleum styracis calamitæ & liquidæ.

Aliter: Recipe Beniouini contusi vnc. vj. styracis calamitæ vnc. j. Ladani vnc. ß. nucis myristicæ vnc. ij. moschi gr. iv. Aquæ vitæ vnc. ij. simo macera, ac distilla oleum: omnes vires firmat.

Trochisci de Benzoi: Recipe Benzoi vnc. vj. Ligni aloes vnc. ix. Styracis calamitæ vnc. iij. moschi drachm. ß. Ireos vnc. ij. Saccharicandi. lib. iij. Pulueriz. aris omnibus fiant trochisci cum aqua rosar. Delicati sunt & sumptuosi, ad delicias maxime suo odore accommodati, suffitu & vaporatione grati. Cor & cerebrum roborant.

Trochisci pro fumo comitissæ Arnsburgensis: Rosarũ alb. viridium

viridium contuſarum vnc.iv. Belzoini in aqua Roſacea per diem & noctem macerat. vnc.ij. Ambræ Gr.iij. moſchi gr.ij. Zibetti gr.j. Trita contunde cum Roſis. Omnibus adde Sacchari opt. vnc. ß. Atque hæc ita contrita per biduum in mortario bene obturato ſinas. Poſtea in modũ maſſæ forma, atque inde effinge trochiſcos. Admiſcere autem oportet gummi Tragacanthæ, in aqua Roſar. macerati, ſingulosque trochiſcos ponere in cochlearium gummi draconis, vt tanto firmius coaleſcant.

Trochiſci pro ſumo S.V. Recipe Ligni aloes, ladani ana drach. ij. Belzoini drach. ij. ſtyracis calamitæ drach. ß. Sacchari candi. vnc. iij. moſchi gr.ij. miſce cũ aqua Roſacea, & ex paſta ſubactæ fac trochiſcos: qui tempore vſus magis redolebunt, ſi irrorãdo aſpergas eis pauxillum aquæ roſaceæ. Peſſus ad vteri præcipitationem: Recipe Beniouini, ſtyracis, caryophyllorum ana drach. j: Galliæ moſchatę drach. ß. moſchi gr. vj. fiat puluis exceptus bombace, imponatur in vterum.

Thus arbuſculæ cuiuſdam in Arabia naſcentis lachryma eſt reſinoſa, quæ ab incolis vernacula lingua modo conder, modo Louan appellatur. Eius duo traduntur genera, vnum dicitur olibanum, ſeu thus maſculum, quod ex albo flaueſcit, limpidumque, pellucidum, pingue ac ſiccum eſt, & reſinæ cedriæ puritatem, atq; ſuccini nitorem æmulatur. Forſan Olibanum dicitur præpoſito & adnexo articulo Græco, o, cum ſatis eſſet thus libanum enuntiare, quod è mõte Libano deferatur. Alterum dicitur fœmininum, quod reſinoſum magis eſt, ac molle & cito ardens, quodq; bonitate maſculo cedit. Vtrumque ex planta manat, vix dum cognita, niſi de paucis notis, quia arbor eſt peregrina, Arabiæ indigena, puſilla, foliis lentiſcinis: cuius duæ traduntur differentiæ: vna dicitur montana, quæ tantum in montibus confragoſis & aſperis fruticat, optimumque thus profert. Altera in locis tantum planis viret lætius, ex qua copioſum quidem thus promanat, ſed multo minus bonum. Vtrumq; facile oleaginoſis diluitur. Thuris cortex eſt pinguis, odoratus,

tus, lævis, minime scaber & sine membranis. Vis ei eadē quæ thuri, sed calidior, astringentiorq; & crassiorum est partium quam thus. Mannam thuris vocant, micas ipsius concussu elisas, quod dū conuehitur euenit, vt alibi demonstrauimus. Intus & foris thus vsurpatur, & aduersus morbos multos magnæ est vtilitatis. Vires siquidem habet pene innumeras, quæ recensere longum nimis foret. In primis qualitatibus calefacit ordine secundo, siccat tertio, & puris mouendi facultatem habet, sed non valde efficacem. Manna thuris vim habet magis astringentem à portione thuris, quam habet admixtam, in eoque differt à thure, quod minus astringit & coquit. Thus calidum est in secundo, & siccum in primo ordine: adstringit & tergit modice. Manna thuris eādem cum thure vim habet, sed aliquando imbecilliorem. Cortex thuris vehementius quam thus ipsum adstringit & siccat. Thus ad vulnera glutinanda, & putredines arcendas prodest. In vino sanguinem excreantibus bibitur, omnesq; ad fluxus tā virorum, quam fœminarum. Cum melle marisci illinitur. Cum aceto & oleo impetiginem sanat, & cutis vitia emendat. Cum vino dulci aurium tinnitui instillatur. Oculorum vulceribus suffitus eius confert. Cor confortat, sanguinem bonum generat. Mannæ thuris earundem cum thure sunt virium. Fuligo thuris oculorum inflammationibus, & fluxionibus est auxilio. Vlcera purgat, caua explet, carcinomata curat. Cortex sanguinem excreātibus in potu vtiliter datur. In pesso vuluæ fluxionib. subuenit. Ad oculorum cicatrices, & caua sordesq; pollet. Tostus lippitudinibus scabris fert opem.

Oleum Thuris: Recipe Thuris in puluerem redacti lib. ß. Ampullæ orificio magno præditæ indatur: Deinde vitrum calicis modo formatum, quali in potu quotidiano vti cōsueuimus

uimus imponatur, vt in medio ampullæ consistat, idemque aqua calida impleatur: postea operculum in vertice perforatum applicetur, cuius foramini Infundibulum coaptetur,& oleum commissuris oblitis euocetur. Inter destillandum v. aqua calida per illud in vitrum,quod dixi, guttatim stilletur:ita tamen,ne hoc repleto ita effluat, atq; sic cum aquæ vapore oleum simul ascendit suauissimum, & odoriferum,odore Thuris, quod alioquin sine hoc vapore pessimo olet.

Puluis ad omnem Hæmorrhagiam: Recipe Thuris vnc. j. Aloes vnc. ß. F. puluis, qui cum oui albumine subactus ad mollis crassitiem,pilis mollissimis Leporis excipietur.

Puluis Incarnans: Recipe olibani, Aloes, sarcocollæ, sang. Draconis,Rad.Ireos ana q.s. Terantur & F. puluis.

VEL: ℞. Thuris, mastichis, Fœnugræci ana q. s. Misce fiat puluis.

Puluis ad cicatricem: Recipe cort. Thuris, Myrrhæ, lithargyri, cort.mali granati ana part.æquales,fiat puluis tenuissimus,&modice inspergatur.

Trypherum Gal. Recipe Thuris,amyli ana drach. xix.cadmiæ lotæ drach.xvj.cerussæ drach.xl rix. opii drach.vj. Gummi drach. xvj Aquæ q.s. fiat collyrium. Siccatur & per ij. annos seruatur.

Siet de Thure: Recipe Thuris drachm.x.Ammoniaci, sarcocollæ ana drach.v. Croci drach. ij. mucilag. fœnugræci q.s. F. collyrium. Siccatur & per annos duos seruatur.

Puluis cephalicus: Recipe Iridis drachm. iv.pollinis Thuris, Aristoloch. rotundæ ana drach. ij. Reducantur in pollinem tenuem cum cort.Rad panacis vnc.ß.

Balsamum Romæ factum: Recipe Terebint.vnc.ß.olibani vnc. vj Aloes succocitrini, masticis, Galangæ, cinnam. croci,N. mosch. caryophyll.cubebarum ana vnc.j.gummi hederæ vnc. ij. Puluerisentur & misceantur cum Terebint. exponantur in Alembico vitreo; & addantur caphuræ, Ambræ griseæ ana vnc. ij. & destillentur lento igne: prima aqua est alba & clara,& vinum Balsami: secunda crocea,& vocatur oleum: tertia magis crocea,& est Balsamum verum.

Puluis

Puluis cephalicus: Recipe Thuris, Iridis, Ariſtolo. rot. Eruĩ ana drach. j. Reducantur in pollinem tenuem: nonnulli addunt Rad. Panacis, & cadmiam lotam, cum myrrha & aloe &c.

CAPVT VIII.

De Terebinthina, Euphorbio, ac ſtyrace.

TErebinthina vera ex Terebintho, ſeu Termintho, vt Græci dicunt, habetur. Eſt enim liquor pinguis ex eius trunco & ramis defluens. Optima eſt clara, perlucida, alba, acris & odorata, quæ prædictis dotibus ſubflaueſcit, nõ improbãda. Laudatur quæ ex Chio Inſula defertur, Chia ob id nũcupata, quæ odore & guſtu cæteris antecellit, & plus Terebinthi refert. Poſt hanc Lybica probatur, etiã Andromachi teſtimonio, dein Pontica. Minus celebratur Cypria, Syriaca, Iudaica, Arabica. Eſt autem Terebinthus arbor contorta, fruticoſa ac mediocri magnitudine, caudice craſſo, ramis multis, oblongis, foliis fraxini modo longis, ex multis ad vnam coſtam cohærentibus, ſed craſſioribus & pinguioribus, quorum ſingula laurinis ſimilia cernuntur: flores admodum parui ſunt, muſcoſi & purpuraſcentes: fructus exigui baccarum ritu racematim cohęrentes, rotundi, oblongi, duri, pingues ac reſinoſi & manus contrectantium inficientes. Fert præterea, veluti quamdam ſiliquam oblongam, inſtar corniculi incuruam, in qua vermiculi ſimiles culicibus reperiuntur. Aliquando etiam humor quidam, vt in vlmorũ veſiculis cõtinetur. Materia lignilenta, neq; valde dura eſt, radices validæ in profundo. Terebinth. quędã maſcula dicitur, quæ ſterilis eſt; alia fœmina, quæ fructꝰ gerit. Hæc adhuc pro fructus vario colore duplici differentia ſignatur, vna cui fructus lentis magnitudine cubet; altera cui & grandior &

pallidus eſt,& ſuauius fragrat. Naſcitur copioſa in regionib. calidis,atque his potiſſimum læta viret; à quibus eius liquor nomen & laudem aſſumit,vt in Inſula Chio,in Cypro, Syria & circa Idam & Macedoniam. Sunt qui perhibent ad nos deuehi terebinthinam duram ſiccamque, ſic ignis ope cõcretam,quæ pro reſina venditur: vix tamen ſuſpicor nõnullos adeo eſſe mentis inopes, vt terebinthinam coquẽdo deteriorem & viliorẽ reddant, & è longinquis regionibus adferant. Terebinthina enim qualiſcunq; fuerit, ſemper pluris emitur,quam ea ipſa reſina, induſtria qualibet concreta. E larice quædam reſina humidiſſima habetur,quę Terebinthinæ quod ſit valde ſimilis, pro ea ſæpe abinſtitoribus exhibetur & venditur ignorantibus eas diſcernere, inquit Gal. Sed laringa odore, guſtu, & facultate, quam Terebinthina acrior,atq; tenuioribus partibus & maiori diſcutiendi virtute prædita eſt. Ex reſinis omnibus, principatus debetur Terebinthinæ,poſt eam Lentiſcinæ ſecundum Dioſcor. tum ei quæ de picea educitur & abiete: poſt quas Pinea, ſtrobilinaque numeratur. Galenus tamen lentiſcinam terebinthinæ præfert. Terebinthina reſinarum mitiſſima eſt, vulnerũ familiare balſamũ: moderate calfacit,mollit,expurgat, diſcutit,renes purgat,vrinam mouet, atq; optimum eſt in multiplices vſus accõmodatum præſidium. Quibus polleat viribus eximiis,norunt ſatis,qui virulenta gonorrhœa laborarunt.

Pilulæ ex Terebinthina: Recipe Terebinthinæ coctæ vnc. j. Rhabarb. electiſſ. drach. iij. ſuccini albi, ſucci Glycirrhi. ana drachm. ß. cinnam. electi drachm j. miſce & F. maſſa, de qua formentur pilulæ mediocres. Accipiuntur autem de his 9. ante cœnam; deinde niſi aluum ſubduxerint plures. Difficultati & ſuppreſſioni vrinæ conferunt.

Spiritus Terebinthinæ: Recipe Terebinthinæ claræ q.p. Inde in veſicã æneam cũ refrigeratorio aqua propemodũ repletam.

Digitized by Google

pletã. Sic elicietur ſpiritus, qui aquæ innatabit,& per B.M. rectificari poterit. Vſus eius in medicina multiplex eſt. Tuſſim,pleuriſin curat: venenis peſtilentialibus reſiſtit: ventriculum ab illuuie ſordida & viſcida mundat, vrinam prouocat odoram, inſtar violarum: calculũ & arenas pellit: ſtranguriam & vlcera veſicæ ſanat: Neruoſas partes aperit, & confortat: vaſa ſpermatica calefacit, & libidini ſtimulos addit, ſanguinem coagulatum diſſoluit: Vterum purificat: ac propterea ſuffocationi matricis valdè vtilis eſt. Extrinſecus in contuſionibus maximus eius vſus & vtilitas.

De Terpentina audiendus & Theophraſtus, qui ſic ait:

Conſultum mihi viſum eſt, præ cæteris commentari de Natura & proprietate terpentinæ. Eſt enim hoc creſcens peculiare prę ceteris omnibus arboribus Germanicis. Sicut balſamus ſuæ regionis arbores, ita Germaniæ arbores terpentina ſuperat.

Fas ergo eſt deſcribi horam & tempus,colligendi & carpendi ea,quæ de terpentina in vſus neceſſarios collaturi ſumus: nec enim quauis promiſcuè hora conueniens eſt: ſed obſeruanda eſt conſtellatio & influentia cœleſtis. Medicum ergo antè omnia decet eſſe Aſtronomum, qui ex præceptis Aſtronomicæ inclinationis diſcat idoneam horam, citra quam nihil incipiendum eſt. Tam potens enim eſt operatio cæleſtis, vt medicus citra illius coniunctionis obſeruationem feliciter nihil exſequi poſſit. Hac neglecta, fit interdum, vt medicina vna efficax ſit,altera minus, cum tamen vtraque in eodem horto nata ſit. Sed exemplum pro illuſtranda re afferemus.

Videtis,varia ac diuerſa à natura creſcere,quorum vnum quodlibet conſtitutum creſcendi terminum habet. Eo termino exacto,operatio cæleſtis complera eſt:& tum demum

per naturam prospexit, vt hæc exemplo sint medico, quod eadem ratione remedia præparare debeat, vt nimirum prudens Medicus videatur, suaque sapientia ipsam imitetur naturam, artificem omnium præstantissimam, ad quam si omnem suam scientiam homo conferat, vix dignus erit, vt ei vincula calceorum soluat.

Loci ratio postulare videtur, vt etiam de electione Terpentinæ aliquid dicatur: Sed de hac cur sileam, caussæ geminæ sunt. Prima est, quod oculi ipsi cognitionem optimam præbeant. Qui ergo eius cognoscendi crescentis studio tenetur, is eò peregrinetur, vbi crescens nascitur, suisque oculis spectet, quòmodo id à Deo conditum stet, nec speret, se puluinar premendo, opera DEI addiscere, aut ex picturis & literis assequi satis posse. Talia in sudore vultus sui cognoscat: ita duplex testimonium viuum habiturus est, & pro Medico verace, prudente, proboque habebitur, secus quàm profugi Ludimoderatores aut desperati alii cornuti iudicare solitant. Caussa secunda hæc est, quod, etsi quidem omnia scripta de his docentia legantur coloresque omnes & lineamenta expressa facie addantur: Per hæc tamen omnia ex vero fundamento solidè addisci minime queant. Scriptura enim parit imaginationem, vt de rebus, veluti de coloribus cœco disserendum sit, ac homines meros aureos montes in Hispania somnient. Insuper & Pharmacopœi adeò dolosi & fraudulenti sunt, vt sendatarios illos Doctores ludos faciant, dicentes: Domine Doctor, hoc est id, istud est hoc. Ita Asini sibi mutuò scabunt, & Apothecarius Medicus Quid pro Quo subdit, eique merdam pro Balsamo ostendit. Væ his ægrotis, qui talium curæ se subiecerunt.

Præterea

Præterea videtur etiam æquum esse, vt pro veterum Auctorum methodo de terpentinæ complexione aliquid etiam dicamus, sed omitti id, nihil refert. Nihil enim quicquam in terpentina operatur, aut humiditas, aut siccitas, aut calor, aut frigus, aut temperies. De his enim omnibus nulla in medicina disputatio mouetur.

Ea sunt magnalia Dei, adeò vt mera arcana, in quibus terpentinæ virtutes consistunt, neglectis omnibus quatuor complexionibus, meritò considerandæ sint. Fatuitas est, quærere aliquid in eo, in quo nihil est. De substantia tamen terpentinæ dicendum aliquid, cur terpentina sit producta in forma Resinali, non Mercuriali, Metallica, &c. Sed caussa hæc est. Quicquid Deus creauit, ei addidit substantiam similem ei, ad quod spectat, vt substantia & arcanum sibi inuicem in operatione correspondeant, velut vir & fœmina sibi mutuò assimilantur.

Dixi in priore capite, debere Medicum Astronomiæ peritum esse, vt sciat tempus carpendi & colligendi simplicia, nec temere imperitorum consuetudinem sectetur, qui colligunt, vbi & quando offertur. Sed ex arte quodlibet per se seorsim colligi debet, vt in natiua sua virtute, quam Deus ipsi indidit, consistat & vigeat. Hoc non de terpentina tantum, sed quolibet crescente alio verum est. Sic Hypericon justo tempore carptum, pro constellatione & influentia sua, vermes ex corpore expellit. Quod si non fit, iam medici vermes ex hominis corpore exigere minime possunt. Sic ergo cum dedecore Doctores illi ac Pharmacopœi ægros tractant. Medicinam quidem porrigunt, sed non secundum influentiam. Sic & in terpentina vires eximiæ sunt. Quam si medicus conuenienti tempore colligit, iam magnalia eiusdem in effectum proferentur.

Notan-

Digitized by Google

Notandum autem primo, ipſam verum & naturalem eſſe balſamum. Quæ cadauera eo inunguntur, nunquam putreſcunt. Nec de carne ſaltem dico hominum aut brutorum: verum etiam de lignis & herbis. Non ergo immeritò terpentina pro excellenti balſamo habita eſt. Multa enim Romanorum, &c. corpora terpentina condita & delibuta, poſt aliquot centenos annos incorrupta reperta ſunt, ipſis etiam veſtibus illæſis. Quod ſi ergo Aſtronomiæ, vt fas eſt in Medicina, attendatur: Arcana eiuſmodi ſuas operationes habent. Nullumque arcanum, per ſe naturaliter præparatum, viuum eſt aut efficax, niſi iuſto tempore collectum ſit. Alias enim idem fit, ac ſi anima à corpore ſuo ſeparetur. Hæc quæ vobis indico, moleſtè non feretis. Eo enim fine id facio, vt deinceps ex integra medicina operemini, nec ruſticos ſectemini, qui fœnũ ſecant, quando ſibi & vaccis opus eſt. Ventrem enim ſatiare & morbos ſanare, duo ſunt. Oculos quæſo conuertite ad ſolertiam figulorum & lignariorum. Hi argillum effodiunt, & ligna cædunt ſub conſtellatione certa, vt ne grylli aut vermes alii illis innaſcantur. Sunt etiam conſtellationes certæ, quibus, ſi arbores cædantur, tunc ligna ea nec augeſcunt, nec minuuntur. Huiuſmodi vires & impreſſiones plures ſunt in Aſtronomia docendæ. Hora ea ſi non obſeruetur, virtus ſe illa minime exſeret. Ideo multa paſſim conficiunt remedia, quæ nec Doctores, nec Apothecarii intelligunt, cum tantum ſunt Catoniſtæ, aut Grammatiſtę, &c. quorum in libris ſcientiæ Aſtronomicæ minime continentur.

Pro his jam ergo ſciendum eſt, virtutem in terpentina latentem, & in cœlo cum Aſtrali influentia conjunctam, inſignem & eximiam eſſe. Eſt enim terpentina verus & naturalis balſamus, ipſo Indico non inferior, qui diuturnitate

temporis aliam insuper in balsamatione Essentiam concipit, vt alteri omnino similis fiat. In probatione tamen conditionem terpentinæ recipit, quo ab Indico Balsamo distat. Sic ergo duo nomina habet. Si secundum balsameam influentiam colligatur, vocatur balsamus de Botin. Si non: vocatur terpentina, seu resina laricis.

In terpentina ergo virtutes geminæ describendæ sunt. Altera est constans, ascisens naturam balsami. Altera est inconstans, balsameam virtutem non participans. Ideoque exemplum notate. Balsamus de Botin purgat. Ita & terpentina. Balsamus autem purgat forma specifica: terpentina purgat conditione seu natura fluxili. In his operationibus iam discrimen est. Quicquid more balsameo operatur, id perfectè aufert, ita vt nulla corruptio sequatur, faciendo membra incorruptibilia, ne à putredine inuadi queant. Idem altera terpentinæ vis perficere non potest. Sed attendite, ne ex hoc meo indicio fors decipiamini à tali, qui dicere possit, se balsamum habere, cum tãtum habeat terpentinam. Eo vsque enim hodierni Medici impietatis progressi sunt, vt ob vile lucrum impudentissimè mentiri ausint, corpus & animam Diabolo oppignorando, saltem vt fidem impetrent. Quilibet sibi ipsi caueat. In his enim magistratus nulla censura & pœna animaduertitur.

Præter jam dicta sciendum etiam est, terpentinam quoq; extra balsameam impressionem justo tempore conseruandam esse. Si enim immatura, nec virtutibus suis satis dotata sumatur, ciet diarrhæam, colicam, dysuriam, tenesmum, & alia plura infligit, per imperitiam doctorum & pharmacopœorum. Sicut enim lac grumescit, corrumpitur, acescit, &c. ita idem etiam patitur in corpore terpentina.

Et hæc medicinæ secreta sunt, medico præcipue tãquam

principi

principale in philoſophia notanda Qui enim philoſophiæ cognitione (non loquor de morali aut Ethica, aut Philologia, in quo Eraſmus ſeſe exercuit) caret, ac quomodo naturales vires eleuentur, ignorat, is ad medicinam penitus ineptus eſt. Debet enim Medicus callere fundamentum id, quod ipſa medicina dignum eſt.

Quo philoſophiam de terpentina, vndenam & quî generetur rectius intelligatis: hæc hactenus ad vos ita præfari volui, vt ex illis ipſa cognoſcatur, morbuſq; ac philoſophia in vna cõcordantia conueniant, quo vnum alterum declaret, & medicina genuina conſtituatur. Etſi verò veterum quidem ſcriptorum methodum (quæ nauci eſt) non obſeruem: tamen id hac ſaltem de cauſſa factum eſt, quia libri eorum meræ Rhapſodiæ ſunt. Rhapſodus enim eſt, qui, quæ audit, annotat, nec an vera vel falſa ſint, curat, rei de ſuo colorem & fucum addens, veluti Titus Liuius, Saluſtius & alii. Hinc eorum ſtultitia patet, qui mel Gentianæ inungunt. Eiuſmodi vero deſcriptio cum fundamento careat, in medicina nimis ſordida eſt, quales ſunt etiam doctores, qui ex libris artes ſuas diſcunt, ad verum tamen medicinæ fundamentum nunquam penetrant.

Dicto modo rem quamlibet à ſe creatam, DEVS, maximè vero creſcentia naturalia in ſemen ſuum digeſſit. In illo ſemine eſt vltima materia. Et ſemen illud ita craſſum, eſt materia prima. Iam vero materia prima homini nihil prodeſt, ſed materia vltima. Semen ſimile eſt infanti. Infans vt infans loquitur. Si grandeſcit, loquitur pro ſuæ ætatis decentia. Quod bonum, indolem maturè exſerit, id ſecundum naturæ lumen finem bonum attingit. Hæc jam eſt materia vltima. Diſcrimen tamen aliquod eſt, ex ſequenti exemplo noſcendum. Semen extra ſe agit ac

pellit, quicquid intra ipſum eſt. Infans autem expulſorem alium nõ habet, quam vagos ſenſus. Id enim ſemen ſi ſemi-natur, excreſcit in vltimam materiam, & quodlibet in eo contentum, ſeparatur a alio. Ita quodlibet in creſcente illo, peculiarem naturam adipiſcitur, aliam quidem in radice, aliam in floribus, &c. Hoc iam terpentinæ accõmodandum eſt, ac ſciendum, quod ipſa vndicumq; confluat, & ab omnibus arboribus membris comportetur. Et licet ſub vna ſubſtantia appareat: ſubſtantia tamen vna non eſt, ſed corpora multa. Sicut in generatione ferri corpus vnum præſto nõ eſt, ſed plura, velut chalybs & ferrum, &c. ita & hic balſamus terpentinæ permixtus eſt. Vna eſt impreſſio, ipſam auferendi & colligendi. Nondum tamen ſeparatio adeſt, quam tertia medicinæ columna, nempe Alchimia docet. Non autem ea Alchimia, quæ aurum & argentum facere docet, cuius profeſſorum jam paſſim plena Lerna eſt, ſed ea quæ cuiuslibet myſterii ſeparationem in peculiare reſeruaculum docet: nec eo quidem modo, vt per deſtillationẽ id fiat, ſed citra ignem & ſui corporis diſſolutionem. Sic enim ſeparantur balſamus & terpẽtina, velut argentum & ſcoria.

Ceterum cum de ſemine prius dixerim, quomodo hæc ex ipſo enaſcantur: ſciendum eſt, res quatuor eſſe, quæ ſemen perficiant. Primum ſunt *Aſtra* & *Influentia*, eo quod ſemen aſtra attrahat, velut magnes ferrum. Et ſicut peculiaris dos ineſt magneti, qua ſolum ferrum, nec quicquam aliud attrahit: ita ſua quoque ſemini proprietas eſt, ſola aſtra balſamea attrahendi.

Hinc balſamus: qui in terpentina latet, ſicut nucleus in nuce: & tantum operantur aſtra in terpentinam. Quod ſi plantanda eſt, ſub eandem influentiam plantari debet.

Secunda virtus terpentinam proferens eſt *Liquor terræ*, qui

Digitized by Google

qui & ipſe à terpentina attrahitur loco cibi potusq;. Is cibus quoque ab Influentia conſeruatur. Ex hoc Terpentina corpus ſuum & ſubſtantiam, in qua reperitur, aſſumit. Sic corpus & anima in vnum coagmentata ſunt.

Tertio, concurrit etiam *Operatio ſolis*, non tanquam aſtri alicuius, ſed tanquam ignis, qui naturalem ſuperfluitatem conſumit, quæ nulla vi aut arte ignis conſumi poteſt. Omnia enim conſumerentur, nec quicquam remaneret.

Quartò, accedit etiam eius *ætas* ſeu *terminus*, qui hora ea eſt, qua Deus ipſam perficit, deinceps eandem non amplius tractaturus, ſed homini ipſam traditurus, vt eam conuertat in id, quod ei opus eſt, veluti piſtor, qui panẽ ſuum ante furnum vendit. Hæc ita Terpentinæ origo eſt: de qua conſtat, Balſamum eius in ramis potius quam arboris caudice latere, & plus quidem ſeu vberius in locuſtis, quam partibus ceteris. Hæc in ſeparatione omnia euidentia fiunt. Terpentina ergo in ſuis præparationibus omnium efficaciſſima eſt, ſi ſecundum cæleſtem influentiam plantetur, & adhuc efficacior, ſi tranſplantetur. Nam influentia ſeminauit ipſam in locum commodum. Et ſi ab Influentia in locum commodum ſeminatur, ibi terreſtreitas eius omnium optima eſt. Et ſi inde iterum tranſplantetur in idem ſolum, aduerſus vẽtum Borealem directum, hincque porro iterum tranſplantetur in auſtralem ventum, ſecundum definitam ætatem: tunc Balſami ditiſſima eſt. Ita ſe mundi machina in ſua operatione habet, quam ſcire debet Medicus, niſi vagans, aut Balneator aut Agyrta audire malit.

His de ortu Terpentinæ præmemoratis, vt deinceps etiã aliquid de ſeparatione Balſami & Terpẽtinæ dicamus, proceſſus iam triplex ſequitur: triplex ad Balſamum, triplex ad Terpentinam: & tamen proceſſus ſaltem vnicus erit. Hoc

modo vires ex Balſamo velut & Terpentina in ſuam gradationem aſcendunt, vt nimirum quælibet virtus in peculiari ſuo corpore inconfuſa conſiſtat.

Multi haud dubie ſunt, qui iactant ac gloriantur, ſe hanc meam informationem artemque iam pridem ad vnguem callere. Hos quiuis frugi homo caueat. Mentiri ipſis prochuius, quam panem edere. Horum nonnulli ſunt Doctores, tonſores, & alia Medicinæ monſtra. Curant ſibi conſtrui fornaces, Vulcanum ad opus accommodant, alunt Laboratores, conſtruunt Athanar, altum quid crepant de Realgare: deniq; quicquid de quacunque arte audiunt, id omne iam tritum & familiare ipſis eſt. Interim nec Magiſter nec miniſter fungo digni ſunt, ac tum ſibi, tum aliis otioſe mentiuntur. Hi digni non ſunt, vt vel maximum vel minimum in Receptis præſcribatur ipſis, ne quid fors diſcant, quo fraudes ſuas ad medicinam accommodent, & ſic mea ſcripta irreprehenſa relinquant. Et tamen ego propter geminos Medicos, & ægrorum vtilitatem hæc tanti momenti ſupprimere minime volui: ſperans fore, vt à quouis ſano mendacium à veritate facile dignoſcatur.

Prima ergo ſeparatio Balſami à Terpentina ita ſe habet. Qua hora collecta Terpentina fuerit, in vaſculum ſeu doliolum illico inijciatur, & ad ſummum vſque impleatur, & confeſtim in fimum digeſtum imponatur vſque ad medietatem. Ita ebulliendo ſuas ſordes eijciet, velut muſtum. Poſt hanc operationem, ita calida in Flaccum effundi debet per infundibulum, ita duo colores ſe mutuo ſeparabunt, vnus clarus in ſublime, alter turbidus in decliue. Hunc horis 60. ſine digeri per primum gradum caloris, & diſtributum ſecundum gradus duodecim. Supernus co-

lor eſt

lor eſt Diaphanus: eſtque Balſamus, quousque quidem perſpicuitas illa panditur vel proditur. Alterum in decliui ſeu imo, eſt Terpentina pura. Ita ſe habet duorum iſtorum corporum à ſe inuicem facta ſequeſtratio, veluti chalybis & ferri. In hoc Balſamo ſecreta admiranda latent, & longe plura, quam mea mihi ætate experiri licuit. Poſſet tamen experientia plena ſtabiliri, ſi Medici tanto ſtudio expugnandis ægrotorum morbis operam darent, quando expilandis crumenis inhiant, aut ſi vi coercerentur, vt fierent tales, quales ſe iactant & profitentur. Suam experientiam requirit ſutor, quo tamen carere poſſumus. Imperito autem Medico committitur corpus, quod is per inſcitiam conficit & iugulat. Hinc enata ſunt illa prouerbia, Vitulo Medicus, Doctor Grallatorius, Magiſter Gimpelius, &c. quæ quidem ruſtici ex illorum medicorum ipſis operibus confinxerunt.

Repetite hic vobiſcum, quam triplicem initio diſtributionem feci, triplicem panem edendi in Terpentina: triplicem in Balſamo, ita triplicem in Terpentina: edendi panem vnum, & vnam laborationem, ſed duas tamen in deſcriptione, hoc eſt, aliud Receptum eſt ad conditionem balſameam, aliud ad Terpentinæ proprietates. Quibus prodeſt Terpentina, iiſdem multo magis prodeſt Balſamus. Balſamus tamen illo diſcrimine, quod impreſſis morbis, & ex cæleſti Influentia natis aduerſetur. Quod enim cœlum imprimit ac generat, id impreſſione ſua facit, & quidem poſt ſuum tempus & exaltationem. Sic ſi ſedet in ſolio peſtilentiali, graſſatur peſtis. Si eſt vernalis, dominantur pleureſes, &c. Sicut hæc ex facultate Medica ſcire quoslibet Medicos fas eſt. Qui vero morbi alii ſunt, minime aſtrales, eos Terpentina ſatis abigit.

Sequun-

Sequuntur iam deinceps Recepta, qui quotue modis Balſamus & Terpentina in vſum venire poſſint, vna cum ſuis Deſcriptionibus & peculiaribus nominibus, ex quibus vtrumque per ſe cognoſci poſſit: Poſtea explicatio illorum virtutum, & duo illa genera ſeu ſpecies, deſcriptioque ac explicatio ſub duobus nominibus comprehenſa. Primo deſcriptio ſub nomine *Lumen Apothecariorum maiorum*, aut *Lumen Alchimiſtarum præparationum*. Secundo explicatio ſub nomine *Declaratio*. Quod tamen ratione primi nominis additum eſt vocabulum *Maius*, ideo factum eſt, vt iurulenti illi Apothecarii, quibus iam omnes officinæ ſcatent, cognoſcantur & diſcernantur à Maioribus, quibus nomen Alchimiſtarum à ſeparationibus, longo vſu probatis, vere debetur & conuenit.

Sic gemini & adulterini Pharmacopœi inuicem diſcernuntur, & nomen hoc, *Lumen Apothecariorum* (non addito *Maiorum*) iurulentis illis imponitur. *Maiorum* autẽ defertur *Maioribus*, propter ſolidam & confirmatã experientiam. Etſi n. multis centenis annis Lumen iurulentorum illorũ durauit, tamen probro id & ignominiæ eo maiori eſt Medicis illis, quod (vt prouerbio dicitur) Ioannes in eodem ſemper maneant.

Lumen Apothecariorum Spagyrorum.

Deſcriptio Tripoliton Botini fiſtulaci. ℞. *Supradicti Balſami* libræ quadrantem, *Colcothar. ſarrephthi* vnciam j. *Caphuræ* drach. ij. Miſce & digere donec vernicis conditionem adipiſcatur. Cola & reſerua.

Tripoliton Cancrenum ita paratur: Recipe *Balſami Botini vncias* duas & ſemis, *Olei Martis*, vnc. j. *Zuccari Saturnini*, vnc. ſemis. Digere diebus nouem.

Receptum aliud. Traxenum magnum vocatum: Recipe Balſami lib. j.

mi lib. j. *Olei de Arsenico* vnc. ij. Digerantur ad æqualitatem substantiæ. Reserua. Hactenus Paracelsus. Sequuntur nunc varia ex Terebinthina medicamenta.

Oleum Terebinthinæ: Recipe oleum terebinthinæ per cineres ex ampulla erecta non alta nimis, vel ex incuruata potius optime distillatur, addita arena lota, ne ebulliat. Alij Terebinthinæ libras tres, salis manipulum, & vini stillatitij modicum prius macerant: deinde distillant. Frigidis neruorum affectibus, ac omnibus ægritudinibus frigidis ac flatuosis conuenit: in asthmate, & anhelitus difficultate mirificũ est, si duæ drachmæ singulo mane sumantur. Est & in empyemate proficuum, & in omni praua thoracis affectione ex pituita: colicis etiam doloribus & omnibus flatuosis conuenit, cicatrices decorat, & corrigit. Penna illitum naribus valet ad scabiem, & rimas earum: cerebrum hoc modo calefacit & pituitam absque sternutamentis detrahit: sanat & rimas vberum in mulieribus. Ad memoriam, surditatem & spasmum principatum obtinet. Vt vulnera citissime consolidentur: recipe oleum Terebinthinæ, & calefactum iuxta ignem commisce ei viridis æris partem æqualem, & serua vsui.

Aliter: Recipe Terebinthinæ lib. xij. Aquæ fontanæ, lib. xxx. (ne vrantur spiritus) ex organis Aquæ vitæ eliquetur oleum. Lente exardescat primo ignis: vnam olei libram præbent libræ quatuor: Etenim quod relictum fuerit, ilico antequam refrixerit, in aquam frigidam effunditur, ac in colophoniam abit. Hæc in oleum vertitur hac arte. Libra eius remiscetur vnciis duabus butyri ac tenui igne liquantur, inditaque retortæ extillantur, efferetur oleum rubrum, ac parum fæcis restabile erit.

Oleum Terebinthinæ: Recipe Terebinthinæ claræ, quantum videbitur: & pro qualibet libra accipe cineris è ligno duro vnc. iij & in retorta fornaci accommoda. A principio fiat ignis lentus, ad humiditatis distillationem: postea augeatur ignis ad olei destillationem. Vulnera simplicia intra horas 24. sanat. Valet neruis contractis à frigiditate, accipiendo drach. j. cum vino: vrinam mouet, & omnes dissoluit corporis ventositates. Punctiones lateris curat: mirabiliter febribus pestilentibus confert eodem pondere, per os accipiendo: & vngendo stomachi orificium, digestionem promouet.

Aliter: Recipe Terebinthinæ lib. ij. inde retortæ, ac quartam ſaltem partem eius impleat: arenæ ſiccissimæ vnc. vix. ſenſim foco caleſcant, nec efferueſcant. Primo, limpidus ac acidus liquor fluet. Secundo, oleum limpidum, aqueo candore. Tertio, fuluum manabit, maiori vi ignis tollendum. Quarto, æſtu foci, ſtillat craſſum rutilans, plurimum olei Terebinthina fundit. Sed vſui interno melius id, quod ab affuſa aqua elicitur. Similiter ex qualibet reſina elici poteſt.

Aliter: Recipe, Maximum ſecretum eſt apud quoſdam oleum ex Terebinthina extrahere abſque periculo effuſionis: ab effuſione enim ingentis incendij eſt metus. Deſtilletur itaque in veſica ænea, ſemiplena aqua, vt aromata exſtillantur: album fundit oleum: ſed cinis vnde ſapo coquitur, vocant Vveaſche, remiſceri debet. Huius enim duo vel tres manipuli aquæ iniici debent, in qua deſtillari debet Terebinthina.

Aliter Quercetanus: Oleum Terebinthinæ elicitur leuiſſimo etiam calore, præſertim per balneum vaporoſum, quem ego diſtillandi modum magnopere probo. Hoc oleum eſt calidum, ac tenue alteque penetrans, plu quam ipſa terebinthina: frigidiſq; neruorum & articulorum affectibus medetur.

Balſamum magiſtrale: Recipe Terebinthinæ lib. ij. Olei veteris vnc. vj. olei laurini vnc. iv. Cinnamomi, ſpicæ nardi vnc. ij. Tegularum recentium bene coctarum vnc. viij. Tritis triturandis per alembicum diſtilla. Vrinam mouet, lapidem frangit, vermes enecat, aurium tinnitui à flatu craſſo, paralyſi, ſpaſmo cynico, iſchiadi gonagræ, podagræ, & cæteratum iuncturarum doloribus prodeſt, potum aut inunctum: ſed parua eius portio, aquæ affectui aptæ miſta bibatur.

Oleum balſami: Recipe Myrrhæ, Aloes, ſpicæ nardi, Sanguinis draconis, Thuris, mumiæ, Opopanacis, Carpobalſami, Bdellii, Ammoniaci, Sarcocollæ, Croci, maſticis, gummi arabici, Styracis liquidæ ana drach. ij. Ladani, caſtorei ana drachm. ij. ß. moſchi drach. ß. Terebinthinæ ad pondus omnium. Tritis conterendis, miſceantur omnia, & alembico diſtillentur ſecundum artem. Eadem poteſt, quæ præſcriptum, & efficacius.

Balſa-

Balſamum aliud: Recipe Terebinthinæ lib. j. mellis puri lib. ß. Aquæ vitæ lib. ij. Ligni aloes triti, Santalorum omnium ana drach. iij. olibani, gummi hederæ, oſſis de corde cerui, Zedoariæ, piperis longi ana drachm. iij. gummi arabici vnc. j. nucis moſchatæ, Galangæ, cubebarum, Cinnamomi, carui, maſticis, Caryophyllorum, Spicæ nardi, Croci, Zingiberis ana drachm. ij ſcrup. j. moſchi fini, pondus denarij. Deſtillentur, vt lento igne elicias primam aquam, quæ clara eſt, vt aqua fontis: ſecunda erit ignita, vt carbo: & tum auge ignem, & tertia elicitur nigra. Reuiuiſcere & iuueneſcere facit.

Balſamum aliud: Recipe Terebinthinæ abiegnæ vnc. xviij. Ceræ optimæ vnc. vij. cinerum vitis vnc. vj. Ponantur ſingula in retortam lutatam, diſtillentur in cineribus, donec nihil amplius ſequatur. Vbi diſtillatio fuerit finita, videbis cetam circa retortæ collum: & hoc ipſum ſignum eſt finitæ diſtillationis. Quod ſi diſtillauit, ſeruetur in vitro diligentiſſime clauſo. Iuuentutem conſeruat, ſi quis bis in menſe hoc oleo fuerit inunctus: omnia impoſita à corruptione aut putredine cuſtodit. Vulnera qualiacunque, ter quaterque eo illita ſanat. Cui vrina fuerit retenta, drachmæ duæ datæ per os, vrinam prouocant & ſimili modo datur contra vermes, puncturas lateris, tuſſim, catarrhum, febres peſtilentes, & ſimilia.

Balſamum aliud: Recipe Terebinthinæ vnc. iv. Thuris vnc. ß. Ligni aloes drachm. ij. maſticis, Caryophyllorum, Galangæ, Cinnamomi, Zedoariæ, nucis moſchatæ, cubebarum drachm. ij. Gummi elemi vnc. j. ß. miſce, & diſtilla ſecundum artem. Lepram curat intra & extra ſumptum: & multos alios morbos incurabiles, vt cancrum & fiſtulas, &c.

Balſamum aliud: Recipe Terebinthinæ lib. ij. myrrhæ, caſtorei, maſticis ana vnc. iij. olibani, Aloes ſuccocitrini ana vnc. iv. Rad. conſolidæ minor. vnc. j Tormentillæ, Gummi hederæ, nucis Indicæ, Zedoariæ ana vnc. ß. cubebarum drachm. j. Macerentur ad ignem lentum per biduum: deinde diſtillentur. Vulnera curat, cum linteo impoſitum, febres, ventriculum infra coſtas tumentem, aſthmaticos, phthiſicos tumores, contuſiones ſedat, ſpaſmum & paralyſim ex frigore, moribũdos data gutta recreat.

Balſamum ſeu oleum Benedictum: Recipe Terebinthinæ li. j.

Thuris, Myrrhæ, masticis, sarcocollæ ana vnc. j. Aquæ vitæ vnc. IIX. Ponantur omnia in retortam lutatam, & distillentur in cineribus: & oleum ab aqua separa. Curat & consolidat breuissimo tempore sine dolore omnia vulnera, præsertim capitis, claudendo eo vulnus, & in superficie imponendo &c.

Aliud: Recipe Terebinthinæ lib. j. Euphorbij, sulphuris ana vnc. ß. Salis vnc. j. Olei lib. j. coquantur per horas duas lento igni, colentur, & eo oleo calenti vulnus fouebis, vulnera glutinat.

Balsamum aliud: Recipe Resinæ terebinthinæ lib. j. Thuris, masticis, myrrhæ ana vnc. ß. Ladani, nucis moschatæ, caryophyllorum, Galangæ, Zedoariæ, carpesij ana vnc. ß. fol. Daphnoidis p. j. succi ebuli, succi cucumeris agrestis ana vnc. iij. Rediguntur in puluerem, quæ redigi apta sunt, omnibus deinde mixtis, destillatione excipitur aqua. Apum, vesparum, canum rabidorum, vt plurimum conducens: magna autem vtilitate Hydropicorum ventres inungi tradunt.

Aliud: Recipe Terebinthinæ lib. j. ß. ceræ flauæ lib. j. nucis myristicæ, caryophyl. ana vnc. j. Retorta lente extillentur; distillato adde laterum vnc. IV. & iterum distilla.

Oleum philosophorum: Recipe Terebinthinæ claræ vnc. XIIX, ceræ flauæ vnc. xij. cineris vitium vnc. vj. misce & calore cinerum per retortam destillenrur. confert vulneribus, tussi, catarrho, vermibus, laterum puncturis.

Aqua mirabilis: Recipe Terebinthinæ vnc. j. Thuris masculi vnc. ij. Aloes hepatiæ, masticis, Caryophyllorum, Galangæ, Cinnamomi, Croci, nucis moschatæ, cubebarum ana vnc. j. Gummi hederæ vnc. v. Omnia subtilissime puluerizentur: deinde in alembico bene lutato distillentur lento igne. Prima aqua erit clara & alba, donec incipiat croceari & inspissari: tunc remoue ipsam, & collige secundam, quæ erit crocea, spissa, & priori supernatat. Cum autem color ille croceus magis intenditur, remoueatur secunda, quia venit tertia: quæ est sicut mel clarum, & proprie balsamum vocabitur, & eius facultates quoque obtinet. Si eius guttam cum cuspide cultelli in fundo cyathi aqua pleni posueris, non dissoluitur, quemadmodum verum balsamum: postquam steterit per vnam horam, venit in superficie aqu-

Digitized by Google

cie aqua ſine diſſolutione. Ardet quoque. Deinde congelat lac ſi in vna libra lactis ponatur vna gutta tepida, ſtatim congelat illud, ſicut balſamum.

Balſamum artificiale: Recipe Terebinthinæ finiſſimæ lib. j. Olei laurini vnc. iv. Galbani vnc. iij. ß. Gummi arabici vnc. iv. Thuris myrrhæ, Gummi hæderæ, Ligni aloes ana vnc: iij Galangæ, Caryophyllorum, Conſolidæ minoris, Nucis moſchatæ, Cinnamomi, Zedoariæ, Zingiberis, Dictamni albi ana vnc: j. Moſchi, ambræ ana drac: j. contundantur omnia ſimul, & retortæ imponantur, quibus adde Aquæ vitæ optimæ lib. vi. In aqua vitæ madefiat pannus, qui accenſus imponatur retortæ, vt aqua ardeat, commiſcendo materiam, ſicque relinquantur omnia in infuſione nouem diebus, ac tandem in cineribus fiat diſtillatio: ita diſtillabit aqua candida, vna cum oleo ſemper procedendo cum igne lento, donec colorem olei mutatum animaduerteris ad nigredinem quandam. Quo viſo mutetur recipiens, & adaucto igne diſtillatio perficiatur. Finita diſtillatione, aqua ab oleo ſeparanda, & ſingula ſeorſim ſeruanda: id quod etiam de prima aqua eſt intelligendum. Aqua prima candida, vocatur aqua balſami: & oleum primum ſeparatum, dicitur oleum balſami. Secunda aqua nigricans, vocatur mater balſami: liquor vero ſeparatus ab aqua nigra, eſt id quod balſamum artificioſum vocant: quod ceu precioſiſſimum, eſt diligenter cuſtodiendum.

Balſamum artificiale: Recipe Reſinæ Terebinthinæ, Abiegnæ, ana lib. j. Thuris albi, Laudani ana vnc: vi. Nardi Indicæ drac: ij. Rad. Valerianæ, Indis, Acori, Aſari, Cyperi ana drac. j Maſticis, Galangæ, Caryophyllorum, Caſiæ odoratæ, Zedoariæ ana drach. vj. Nucis moſchatæ vnc. iv. Macis vnc. j. Achallochi vnc. ij. Lacrymæ Oleæ Aethiopicæ drac. vj. Aloes hepaticæ, Myrrhæ ana vnc. j. ß. Caſtorei drac. x. oſſium cariotarũ, Styracis calamitę, Laſeris odorati ana vnc. j Lacrymæ ſang. draconis vnc. ij. ß. Florum lauendulæ vnc. iv. Olei glandis vnguentariæ vnc. vj. Arida in puluerem teruntur, liquoribuſq; miſcentur, & diligentiſſime vi ignis commenſurati diſtillantur. Primum aqua clariſſima effluit, admodum ſubtilis, quæ igni admota, admirabili quodam modo flagrat, atque balſami aqua vocatur: mox oleum coloris aurei emanat, quod balſamum appellant: deinde profluit, ruſſo colore præditum. Aqua, quæ prius extillauit hauſta ventriculi imbecillitatem

mirificè iuuat: nam tum pituitam, tum flatus valenter consumit: quia verò acerrima existit, sola per se dari nequit, nisi ex vino, aut iusculo aliquo: liquor qui secundo distillauit, cæteris præfertur: neruorum vulneribus, articulorum cruciatibus, cõuulsis, resolutis, comitialibusq; mirabili modo succurrit. Oleum postremo hæc omnia similiter præstat, sed imbecillius.

Euphorbium: Ab Euphorbo Iubæ Regis Mauritaniæ Medico Euphorbium primum nomen accepit, & hucusque seruauit. Est autẽ Euphorbium Dioscoridi, arbor ferulę speciem gerens, acerrimo succo prægnans, cuius eximium feruorem expauescentes incolæ, ouillas pelles arbori circumligant, & eminus contho ramos eius vulnerant: è plaga tum copiosus succus in pelles defluit, qui postea concretus colligitur. Dodones vero nõ arbor, sed herba potius est, foliis oblõgis, crassis & virentibus, in rotunda figura angulosis, multis albicãtibus, spinis, ordine duplici armatis, ex quibus sauciatis liquor acerrimus, mordacissimus, facileq; concrescens effluit. Est n. vt scripsit Galenus, causticæ, & exulcerãtis facultatis, & vsq; adeo calefacit extenuatq;, vt in hoc cætera liquorum concretorum genera superet. Ob tam vehementẽ acrimoniam & summam tenuitatem non nisi magna cum molestia pulueratur, cuius rei gnari pharmacopolæ rusticis quibusdam, ac cõditionis infimæ viris terendũ cõmittunt, monẽtq; vt à pila, in qua teritur, vultum auertant: nũquam tamen ab eius feritate intacti redeunt, nam eius polline & vapore sursum elato tam importunè feriuntur, nares & cerebrũ, vt sternutatio, acrimonia, calor, dolor cõfestim ac simul ingruant. Euphorbii plãta primum videtur herba, sed quæ ætate arboreścit. Præter calorẽ eximium & acrimoniam insignem, purgandi quamdam facultatem habet, qua non tantum pituitam, sed aquam ducit: per se tamẽ nunquã datur per os, nec cum aliis nisi rara & parua quãtitate. Datur

ex aqua

Digitized by Google

ex aqua mulſa trioboli pōdere ad pituitā ſeu potius aquam ſubducendam. Eſt autem celerrimū & maximè ignea vi flagrans: vnde colicis & aluum frigidiorem habentibus datur. Cæteros vehementer conturbat, aluum ciet. Nonnihil etiam exodoratis ſeminibus, aniſo, maſtiche, & ſpicanardi miſcēdum. Addunt alii, cum oleo mixtum hydropicis vtiliter illini: jecoris item & ſplenis doloribus pari illitu ſubuenire: cum oleo ſpicæ fronti & vertici illitum, capitis hulcera pellere, & ſenſus corroborare: collo verò tonſillas ſanare.

Pilulæ de Euphorbio Quercetani: Primo omnium optime mundetur ab omni fæce: poſtea in exigua redigatur fruſtula, ex quibus cum limonibus ſiue citriis, in orbiculos ſiue rotulas diſſectis vna cum ſuis corticibus fiat S. S. S. adeo vt primum & vltimum ſtratum conſtet ex limonum orbiculis, & totum hoc paſtæ inuolucro includatur in panis formam, qui in furno mediocriter calefacto coquatur, idq; in modū biſcocti hoc eſt, panis ille ſemel coctus remittatur in furnum, & coquatur ſecunda vice. Quo facto, aperi panē, & Euphorbium inde perquam accuratiſſime ſepara, ſimul cum orbiculis limonum, quibus illud adhærebit, & albiſſimum ſimul apparebit, ſeparata & abolita omni eius vi venenata. Huic euphorbii præparationi, quam aliunde acceptam fero, nondum acquieſco, ſed illud ita præparatum in matracium aut vitrum aptum & capax iniicio, ſuperaffundendo ſucci limonum vel granatorum acidorum optime depurati tantum, vt ſupernatet tribus vel quatuor digitis: dein omnia colloco in bal. Mar. feruentiſſimum ad digerendum, donec euphorbium diſſoluatur à dictis ſuccis, quibus omnibus per linteum traiectis, ſucci poſtea per euaporationem ſeparētur, & euphorbium remanebit in fundo depuratiſſimum, vtpote à quo omnis calor exuperans & qualitas venenata penitus ſit ſeparata. Sed vt ad chymicos ſermonem noſtrum conuertamus, cum phlegmate vitrioli totali & integro ſuo ſpiritu imprægnato, vel cum cidoniorum aut pomorum cortipendulorum aquis, acido ſulphuris vel ipſius vitrioli ſpiritu tinctis & acidulis redditis, multo adhuc præſtantior fiet eiuſdem euphorbii præparatio, quod licet alibi iam dixerimus, non tamen hic piget idem adhuc ſemel obiter tantū repetere. Vt igitur ex euphorbio cōcinnentur pilulæ aduerſus peſtem efficaciſſimæ, hoc ſequenti modo procedendum erit.

Pilulæ

Pilulæ de euphorbio contra peſtem Quercetani: Recipe Euphorbii vt ſupra præparati vnc.j. Extracti nucis vomicæ, extracti croci orientalis ana drac. ij. extracti rad. angelicæ & tormentillæ ana vnc. j. ß. extracti theriaces vnc. j. confect. alkermes, & de hyacintho ana vnc. j. Eſſentiæ corallorum vnc. j. ß. Terræ ſigillatæ veræ q. ſ. vt reducantur in pilularum conſiſtentiam: doſis ſcrup. j ß. Qui peſte correpti ſunt, vtentur iis mane in doſi præſcripta, confeſtim ſuperbibendo aquæ benedictæ vnc. ij. & ſtragulis tecti multum ſudabunt: quo modo venenum à centro ad circumferentiam prouocabitur, & admirandum percipietur remedium.

Oleum miræ potentiæ polychreſton: ℞. olei communis, terebinthinę, olei laurini ana lib. j. miſce, & cucurbitæ immittantur, lentoq; igne diſtillentur: quæ prima emanat aqua inutilis eſt: reſtibili materiæ adde Cinnamomi, Caryophyllorum ana vnc j. ß. Euphorbii, Galbani, Ammoniaci, Gummi hederæ, Opopanacis, Thuris albi, maſticis, Baccarum lauri detruſis corticibus ana drach. iij. Caſtorei, Ligni aloes, Ladani, Olei ſpicæ, vel diſtillati ex lauendula ana drach. ij. Miſceantur cuncta ac digerantur. Hinc lapidem laterinum in fabaceas partes confringens, & in prunis vrito, donec excanduerint, ac Oleo reſtinguito, & paulatim aucto igne deſtillentur.

Oleum de Euphorbio: Recipe Euphorbii vnc. ß. Olei Cheyrini vnc. v. Vini odoriferi vnc. v. Coque ſecundum artem, vſque ad conſumptionem vini. Iuuat maximè frigidos cerebri & neruorum affectus, cephalalgiam, hemicraniam, lethargum, naribus immiſſum: articulorum quoque, & hepatis, & ſplenis dolores illitum iuuat.

Extractum Euphorbii: Euphorbium vt præparetur, reſolui debet prius in aceto roſato albo, in Bal. vaporoſo diſtillato, & per ſetaceum tranſmitti: hocque ter faciendum, quo terreſtreitas omnis ſeparetur, & purior remaneat hæc lachryma: abſtrahatur acetum, vt ipſius emendetur acrimonia reiterata ablutione in aqua roſarum. Itaque Euphorbio per acetum reſoluto, vt iam dictum, & abluto, affunde vini ſpiritum, quo eſſentiam extrahes, fæcibus, ac impuritatibus ſepoſitis, omnia circulato cum nouo alcoole ſacharino per x. dies: deinde ſeparato menſtruo, coagula igne lentiſſimo, addendo ſub finem olei maſtichini ſcrup. ij. Olei aniſi ſcrup. j. eſſentiæ corallorum ſcrup. ß. Fiat mixtura. Do-

Digitized by Google

ra. Dosis est scrup. j. cum decocto competenti: paralysi, arthritidi, spasmo, hydropi valdè conducit, & pituitam quantumuis lentam, crassam, & impactam neruis ipsis, & inuncturis, sine aliqua perturbatione euacuat.

Pilulæ de Euphorbio: ℞. Euphorbii, colocynthidis, agarici, bdellii, sagapeniana dra. ij. aloes drac. v. Succi porri q. s. fiat massa. Siccetur leuiter, & in charta munda ceræ liquatæ intincta, seruetur per annum. Datur à drac. j. ad scrup. jv. Ad emittendam hydropicorum flauam aquam, & materiam tumoris discutiendam valent, opem quoq; afferunt lumborum doloribus, & podagræ humida causa concitatæ.

Styrax Syriacæ cuiusdam arboris, gummeus resinosusq; est succus, concretus, aridus, nullus huius nominis, liquidus, humidus, fluxilis, vt imperitè multorum inhæsit animis qui & liquidum & siccum styracem non modo constituerunt, sed ex eadē arbore vtrumq; manare profitentur. Sed reuera arbor styraciflua lacrymam tantum extillat coagulabilem, quæ scilicet mox tota concrescit in molem densam, pinguem & resinosam: nullaq; eius portio in liquorē fluxilem abit, vt jampridem falsa, vetusq; Arabum increbuit opinio: quam qui sectantur, vocum affinitate decepti styracem pro stacte nimis oscitanter vsurpant. Vtriusq; enim vt diuersa consistentia, odor, sapor, qualitas, sic origo & natura, nam stacte est pinguitudo myrrhæ recentis, cum pauca aqua tusæ & expressæ, atq; in vnguenti liquidioris formā redactæ: aut si mauis, pinguissimus est myrrhæ flos, vel eiusdem recentis tusæ & expressæ perpingue serum, vel tortiuum ius machinis quibusdam eductum. Melior judicatur stacte, quæ olei mistionem admiserit. Qualitatem myrrhæ non modo calefactoriam habet, sed virium quoq; est compos plurimarum. Storax vero, vt cum Seplasiariis loquar, vel potius styrax, quia stiriatim ex arbore extillat, vbi ex arbore prosilit, mox concrescit in glebam densam, solidam, resinosam, aliquot grumis albicantem, suauissime fragrantem. Laudatis-

simus calamita, quod in calamis è Pamphilia ferebatur, nuncupatus, pinguis, lentus, fragmentis albicantibus, odore perseueranti. Improbatur furfurosus, cano situ obductus, inodorus. Optimus quoq; ex Cypro, Sidone, & Pisidia ad nos aduehitur. Ex arbore malo cotoneæ simili manat, cuius tamen folia minora sunt, minusq; rigida, & auersa parte cana: flos albidus Arantiæ magnitudine, nõ odore: baccæ admodum paruæ ternis vngulis exceptæ, ac pediculis longis hærentes surculis adnascuntur. Eius autem arboris concretus liquor plurimum laudatur, qui præter dotes superius dictas, diutissimè in sua odoris suauitate permanet. Styrax omnis calefacit, emollit, cõcoquit, tussi medetur, grauedini, raucedini, vuluæ præclusæ, & mensibus ciendis extra & intra datus conuenit, vtiliter adhibetur antidotis cardiacis & lætificantibus: aduersatur venenis quæ vi refrigeratoria nocent & interimunt, & illitu strumas & neruorum nodos discutit.

Oleum ex styrace: ℞. styracis vnc. iij olei communis lib. j. vini q. s. coque in duplici vase ad vini consumptionem. Calefacit: ob id confert dolentibus à frigore renibus, vesicæ, vtero, neruis, musculis, tendonibus, iuncturis.

Pilulæ de styrace: ℞. styracis liquidæ, thuris, myrrhæ, succi glycyrrhicæ, opii ana drac. j. fiat massa. Durat annos duos vel tres. Dosis eadem cum superioribus. Ad eadem efficaces, ad quæ sequentes.

Pilulæ styracis: ℞. styracis drac. ix. opii, myrrhæ ana vnc. ß. sapæ q. s. fiat massa. Seruatur ad annos tres. Datur à scru. j. vsq; ad dra. j. faciunt ad tussim recentẽ, & hæmoptoicos, doloré leuant, ac somnũ inducunt.

Aliæ, ejusdem: ℞. myrrhæ, piperis, opii, styracis, castorii, galbani ana drac. ij. sapæ quantum sufficit: fiat massa. Seruatur per annos tres. Dosis eadem cum superioribus. Faciunt ad destillationem, dolorem capitis, ægre spirantes, peripneumonicos ad vesicæ & vteri affectiones.

Pomum Ambræ: ℞. styracis drac. iij. caryophyllorum, cinnam. ana drach. ij. maceris N. Moschatæ ana drach. j. ß. ligni aloes drach. ß.

Moschi

Digitized by Google

Moſchi, Ambræ ana Gr. iij. maſtiches drach. j. ß. trita & cribrata, liquore ſtillatitio maioranæ, & ſtacte quod ſatis eſt excipiantur, fingunturque orbiculi odorati.

VEL: ℞. ſtyracis calamitæ vnc. j. caryophyllorum dra. ij. Beniovini vnc. ß. Ambræ drac. ß. moſchi gr. xv. pulueris violarum prædicti q. ſ. aquæ roſarum q. ſ. ad cogendum.

CAPVT IX.

De Maſtiche, Camphora, Myrrha, Bdellio, Opio, ac Laudano.

MAſtiche, gummi, reſina eſt omnium optima, è Lentiſco exudans. Præſtantior cenſetur, quæ in Inſula Chio prouenit, odorata, candida, ſplendens, friabilis, adulta & retorrida. Deterior viteſcēs & nigra, Ægyptia dicta, aut Pontica, & bitumini ſimilis. Maſtichem adhuc ſpinam Ixinam reddere Theophraſtus author eſt, ſed Lentiſcinam quauis alia (ſi quæ detur) præſtantiorem artis medicæ proceres ſtatuunt. Eſt autem Lentiſcus maſtichem eructans, arbor admodum procera, Græcis dicta, ex cuius radice multi ſtolones coryli modo concreſcunt, ramis lentis & flexilibus brachiati. Folia ab vno pediculo ferè octona cohærent, foliis glycyrrhicæ non multum diſſimilia, ſed duriora: flores muſcoſi plurimi, pediculis longis adhærent: quibus baccæ ſuccedunt erui magnitudine, initio virides, & vbi maturuerint nigræ, ſubſtantia quadam pingui & nucleo intus nigro & duro turgidæ. Præter folia, flores & fructus lētiſco adnaſcuntur, velut vtriculi intorti, corniculorū ritu, in quibus initio liquor continetur, ex quo inſecta quædam culicibus ſimilia velut in vlmi veſicis naſcuntur. Ex eius ligno dentiſcalpia fiunt optima, quibus non modo repurgantur dentes, ſed roborātur, gingiuę cōſtringuntur, & ori ſuauitas conci-

liatur. Ob vires eius eximias nō malè ſubſtituitur pro xylobalſamo. Ægre lentiſci fruticant. Lutetiæ duas tamen vidi in horto Ioan. Gonerii rei herbariæ ſtudioſiſſimi, ſed quæ ſæuitiam hyemis ægrè perferunt. Maſtiche ad multa commendatur, ſed maximè ad ſtomachi & ventriculi affectus: nam ſumpta, vel admota, dolores illius ſedat, nauſeam & cibi faſtidium tollit, retinendi potentiã roborat & coctionem juuat. Prodeſt & hemoptoicis intinctu cum ſyrupo conueniente, vt etiam veteri tuſſi: commanducata oris halitum emendat & pituitam è cerebro blandè attrahit. Vt optimè pulueretur, debet & ſolet parum aquæ commiſceri. Diſſoluitur autem facilè & aqueis & oleaginoſis.

Apophlegmatiſmus ad dolores dentium ex materiæ influxu: ℞. Maſtiches vnc. j. piperis, pyrethri ana drach. j. ß. mellis q. ſ. fiant paſtilli inſtar lupinorum. Mane ante cibum in ore per horam circiter dimidiam contineantur.

Apophlegmatiſmus ad dolorem capitis ex bile: ℞. Maſticis contritæ, vnc. ß. mellis q. ſ. fiant paſtilli.

Apophlegmatiſmus ad deſtillationem capitis: ℞. Maſtiches vnc. j cort. capparis drach. ij. Pyrethri drach. iij. piperis nigri drac. j. ß. vuarum paſſarum vnc. ß. mixta, pannoq; lineo raro inuoluta, ad horæ dimidium ante cibum mandantur.

Apophlegmatiſmus ad morbum comitialem: ℞. pyrethri, maſtiches ana vnc. j. ceræ q. ſ. fiant paſtilli auellanæ magnitudinis, manducenturque ad horæ dimidium, ita vt pituita ſemper expuatur.

Balſamum: ℞. Maſticis, thuris, ana vnc. ij. ligni aloes vnc. j. caryophyllorum, galangæ, cinnam. zedoariæ, nucis moſchatæ, cubebarum ana drach. vj. myrrhæ, aloes, ladani, ſarcocollæ, caſtorei ana vnc. ß. Bacc. Lauri, nucleor. pini ana vnc. j. gummi elemi, opoponacis, belzoini ana vnc. ij. ſucci Iuæ, herbæ paralyſis ana vnc. iij. terebinthinæ ad pondus omnium. Exibit primò aqua, ſecundo oleoſum quid, tertio quaſi mel.

Vnguen

Digitized by Google

Vnguentum ad Lienteriam frigidam: Recipe olei Mastichini, de Absinthio, ana vnc. j. Cyperi, caryophyllor. N. mosch. vini maluatici, Limaturæ cort. thuris drachm. j. Ceræ albæ q. s. fiat vnguentum.

Camphora nec bituminis genus, nec medulla est, nec Medicamentum compositum, sed Gummi resina quædam pellucida, Dioscoridi & græcis veteribus incognita, ex arbore peregrina manans, quam Garcias ab horto iuglandi nuci similem dicit, sed foliis magis candicantibus: Ligni materia cinericii est coloris, & interdum nigrioris, nec leuis, aut fungosa multum, sed mediocriter densa & solida. Procera est hæc arbos, ramos quaqua versum fundens, & aspectu perpulchra; quæ non lacrymas vberius exudat cœlo coruscante, aut crebro tonitru crepidante, quam placido ac sereno, vt insciēter putarunt multi. Effluit autem ista lachryma per arboris rimas reliquorum gummi ritu, syncera ac candida, nec coctione ad conciliandum candorem egens. Si namq; puluerem, sordes, aut lapidum vel ligni fragmenta simul habuerit admista, id fit eorum qui colligunt oscitantia & errore. Seligenda autem crystalli modo splendens, syncera, odora. Præcipuæ v. duæ eius agnoscuntur differentiæ, prima dicitur caphura de Burneo, quæ præstātissima est, & apud nos nunquam, aut raro defertur. Altera cognomen à Chyna, vnde solet aduehi, nunquā in pharmacopoliis seruatur. Magnus est eius vsus in his regionibus, in quibus prouenit, adeo vt inter cibos interdum admittatur. Calidam multi asseruerūt. Alii frigidam & siccam in tertio abscessu: capitis dolores ex calore natos mulcet. Inflammationes incandescētes, præsertim quæ occupant iecur, restinguit. Renes & vasa seminaria refrigerat, sanguinemque cogit. Aetius maximis morbis, & præcipitibus præsertim auxiliari est autor.

Somnum præterea conciliare nonnulli aiunt. Sed nimius eius vſus cauendus, quoniam peruigilia tandem adferet. Sanguinem narium ſiſtit, Veneris ſtimulos arcet & conceptum ac coitum impedit: & cum vuæ acerbo ventrem ſupprimit: cum cineribus ſiue ſale Abſinthij & Bolo redigitur in ſummum ſecretum, arcanum ſiue oleum ad multos affectus præſtantiſſimum.

Q. eſſentia caphura: ℞ caphura in aqua calida diſſoluitur, & quod ſupernatat, ſeiungitur: hoc vitro imponitur, vinoque ſtillatitio perfuſum in balneo digeritur: tandem igne diſtillatur. Alij oua ad duritiem vſque percoquunt, & vitellis exemptis, caphuram non adulteratam includunt, reconduntque, & in cella vinaria ſuſpendunt filo, vt oleum in vas ſubiectum defluat. Datur ex humore idoneo ad febres ardentes, continuas, peſtilẽteſque, & laterum inflammationes: extrinſecus expurgandis curandiſque vlceribus malignis cum oleo caryophyllorum, aut baccarum Iuniperi vtiliter adhibetur.

ALITER: Recipe Oleum amygdalarum dulcium, cui miſce camphoram, & in maſſam coge, ſole digeratur: hinc exprime oleum, cui ſpiritus vini affundes quaternum digitum altitudinem, & octo dies alembico cæco digeratur. Hinc fauillis ſurrigatur ſpiritus vini: etenim fundus retinet oleum Amygdalorum. Tandem tum eliquatum vini ſpiritum, repente balneo auferes: nam fundus tenuiſſimũ oleum habebit.

Vnguentum caphuratum album: Recipe olei roſati lib. j. ceræ albæ vnc. iij. ceruſſæ vnc. xij. Albi ouorum num. vj. Caphuræ diſſolutæ cum aqua roſ. ex arte drach. iij. fiat vnguentum ſecundum artem.

Vnguentum rubeum, caphuratum: Recipe olei roſati lib. ß. Lithargyri vnc. ij. minii vnc. iij. ceruſſæ vnc. j. ß. Tuthiæ, Caphuræ ana drach. iij. ceræ vnc. ij. in æſtate: ſed in hyeme vnc. j. fiat vnguentum in pila plumbea cum piſtillo plumbeo.

Myrrha Græcis Smyrna dicta, concretus eſt gummeus ſuccus cuiuſdam arboris, quæ in multis Arabiæ regionibus & montoſis & planis, vt circa Sabe, Adramyta, Citibæna & Mamali naſcitur. Eſt autem arbos hęc myrrhiflua, mediocri magni-

Digitized by Google

magnitudine, caudice duro, contortoque iuxta terram, cortice lęui ad portulacam accedente, folio aculeato, vlmeo simili. Dioscorides Ægyptiæ spinæ non dissimilem facit, alii Terebintho, Diodorus Lentisco æquat: Sic tamen vt spinosior sit & humilior. Nam quinis cubitis raro est altior. Nascitur sæpe & lætę in locis sabulosis & arescentibus, atq; vt plurimum incultis, vberius tamen, & lætius viret ac fruticat in culto solo. Incidi solet à radice ad ramos adhuc satis conspicuos, & ex illato vulnere extillat myrrha: Sed ante corticem ferro solutum, sponte & sine plaga, sed veluti cutis hiantibus poris, quasi saliuam quamdam exudat & stillatitium rorem, quem stactem nominant, quam imperite multi styracem liquidum dicunt, vtrumque ex eadem arbore manare mentientes. Verum ex arboribus diuersis effluere, & styracem, liquidum dari nullum, aut si detur, Stactem non esse nuper fusissime demonstrauimus. Redeo igitur ad myrrham & arbusculam è qua manat, quæ prorsus exotica est ac peregrina, scabra, spinosa, foliis asperis & aculeatis, sapore Iuniperi: in eodemque solo & cælo, vbi thus nascitur, delectatur & abunde fruticat. Ex eius vulnere lacryma coagulata, ipsiusmet nomine donatur laudaturque; fragilis, læuis, vndique concolor, minutis glebis, amara, acris, odorata, & quæ confracta venas vnguium modo candidas & læues ostendit. Quæ ex satiua arbore colligitur, semper præfertur ei quæ ex sylueſtri: Sed omnibus antefertur, quæ à loco, vnde conuehitur, nomen trahens Troglodytica nuncupatur: quæ colore subuiridis est, splendens ac mordax. Quædam adhuc dicitur Pediasimos, alia Gabi: vtraque quoque bona & copiosam stactem emittens: Duæ sunt aliæ malæ, Caucalis, quæ nigra & retorrida est, & ergasima, omnium deterrima, macra & cano situ obducta. Est

& quæ-

& quædam mynæa dicta, peſſima. Tanta eſt myrrhæ cum bdellio affinitas, vt multi non differre contenderint: Male tamen, vt mox videbimus. Operoſa eſt, nec accurata vtriusque cum in oleis, tum in aqueis diſſolutio. Myrrha calefacit & ſiccat gradu ſecundo: vuluam præcluſam aperit, menſes ciet, & partus celeriter extrahit: cõmanducata graues oris halitus emendat. Stactem mira ſuauitate & efficacia commẽdabilis, ſubſtituique poteſt pro opobalſamo: verum hoc illa rarior eſt: Stomachum & partes præcipuas roborat, putredinem arcet, ſpiritus recreat, morbis ab vtero & cerebro multis conducit.

Trochiſci de myrrha: Recipe myrrhæ drachm. iij. Lupinorum drachm. v. Foliorum Rutæ, mentaſtri, pulegii, cumini, Rubiæ, Aſæ fætidæ, ſagapeni, opopanacis ana drach. ij. Diſſoluuntur gummi in aceto, formanturque trochiſci cum ſucco Abſinthij. Siccantur in vmbra, & in charta munda, ceræ liquatæ intincta, ſeruantur annum. Prouocant menſtrua, & ſedant dolores, qui ex retentis menſtruis proueniunt.

Vnguentum Apoſtolicum: Recipe Ceræ albæ, Terebinthinæ, Reſinæ, Hammoniaci ana drach. xiv. Ariſtolochiæ longæ, Thuris, Bdellij ana drachm. vj. Myrrhæ, Galbani ana vnc. iv. Lithargyrij drachm. ix. Opopanacis, Aeruginis ana drach ij. Olei communis lib. ij. Hyenæ vero lib. iij Gummi in aceto albo ſoluta, coque cum oleo, cera, reſina, terebinthina & lithargyro ad aceti conſumptionem: deinde reliqua adde tenuiſſime trita. Efficax eſt contra vulnera & vlcera difficilia, & fiſtulas, conſumit carnem mortuam, & conſumptam reſtaurat, duram mollit, & plagas ſanat.

Oleum benedictum Fiorauanti: Recipe Albuminum ouorum ad duritiem coctorum vnc. xij. Terebinthinæ claræ vnc. xiv. myrrhæ electæ vnc. iij miſce, & deſtillentur in retorta, primo calore leui, deinde aucto, quouſque omnis liquor manauerit. Oleum ab aqua ſeparetur, & ſeruetur in vaſe vitreo, optime obturato.

Vnguentum ad hæmorrhoidas: Recipe Thuris drachm. ß.

Lycij,

Lycij, myrrhæ, Croci ana drach. iij. opii drach. j. Decoquantur in lactis caprini vnc. iv. ad consumptionem tertiæ partis, cui adde mucilaginis, Psyllij vnc. ß. olei rosati vnc. j. vitellum oui num. j. misce, & fiat vnguentum.

Vnguentum Gleucinum Andromachi: Recipe myrrhæ lib. ij. nardi Indicæ lib. ij. costi lib. iij. Styracis lib j. Bdellij, sampsuchi, Xylobalsami, Lentisci, Cardamomi, Spathæ, Iridis illyricæ, misyos, Asari ana lib. ij. meliloti lib. j nardi Gallicæ lib. j. Aspalathi, calami ana lib. ß. Aristolochiæ longæ lib. ß. Sem. Rorismarin. sextar. ij. Sphagni, Amomi lib. ij. cort. Thuris lib. j. Rosarum siccatum lib. ij Brathyos vnc. vj. Fæniculi lib. ij. Fructus balsami lib. ij. Croci vnc. iij. al. vnc. vj. Baccarum lauri lib. j. piperis albi lib. j. opobalsami, vascula iij. malabathri fol. lib. ij. Pinearum lib. ij. Rutæ viridis vnc. ij Salis ammoniaci Denar. iv. nitri Denar. iv. vini veteris sextar. ij. musti boni fictilia ij ß. olei veteris lib, v. Præparato diebus xl. Ad dolorem lassitudinemque longe est accommodatissimum.

Pessus menstrua mouens: Recipe myrrhæ sem. Nugellæ ana drach. iij. Saluiæ drach. ij. castorei drach. ß. cum succo mercurialis, vel pauca terebinthina, vel melle fiat pessarium. Aut puluis ponatur in sacculo, confecto ex panno raro, addito pauco bombace: fiat ad crassitudinem digiti maioris, indaturque.

Bdelliũ: In Bactris arbor quædam est nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, nec insuaui, ex qua manat lactycon, & officinæ Bdelliũ nominant. Id probatur gustu amarum, translucidum cum frangitur, pingue cum fricatur & incenditur, odoratum, facile liquescens, simile ceræ, vel taurino glutini, mollescens, sordibus exutum. Galenus laudat Scythicum, Plinius Bactryanum, Dioscorides Sarracenicum, quod scilicet è Saraca fælicis Arabiæ ciuitate deuehitur. Est & quoddam Indicum, sordidum, nigrum, in offas conuolutum, omnium pessimum, quod adrobolon nuncupatur. Laudatur quod in Media nascitur, Parthicum medicamentariæ materiei scriptores nominant. Porro ex

quanam stirpe Bdellium habeatur, non satis inter viros graues & probatos constat: Alii enim exudare dicunt ex arbore ei valde simili, quæ myrrham profert; Alii ex multum dissimili. De hac autem doctorum tam ancipiti opinione non habeo, quod satis audacter possim asserere: forsan habetur vtrumq; ex plantis parum dissimilibus, sed alterum ex agresti, alterum ex satiua depromptum: Perinde ac varia pomorum, pyrorum, & prunorum, in facie, colore, odore, sapore discrimina ex arboribus parum dissentaneis excerpuntur. Vt vt sit, Bdellium Officinarum minime rarum est, & his cõditionibus insignitum, quas illi veteres dederunt. Calefacit, emollit, resoluit: Duritias & tumores gutturosis & hernias humidas discutit: Vuluæ spiracula laxat appositu & suffitu: menses, pellit vrinam: Atque vtiliter malagmatis inseritur, quæ contra duritates & neruorum nodos prosunt.

Pilulæ ex Bdellio: Recipe Bdellii vnc. j. ß. Myrobalanorum Chebularum, Indarum, Bellincarum, Emblicarum, Concharum venerearum vstarum, Charabæ ana drach. ij. ß. Ammi drach. iij. Succi porri quãtum sufficit. Excipiantur. Annum durant. Ad fluxum hæmorrhoidum & vlcerum in eis ad menses immodicos.

Vnguentum ad scirrhum splenis: Recipe Bdellii, Ammoniaci, opopanacis, dissol. in aceto scyllitico ana vnc. ij. Rad. Liliorum, vel Bismaluæ decoctæ in axungia Porci, vel oleo Amygdalarum dulcium, vel amaratum vnc. ij. styracis, myrrhæ, Iridis ana drach. iij. mucilaginis sem. Fænugræci extractæ in vino albo vnc. ij. Terebinthinæ, Propoleos ana vnc. iij. sem. viticis, Apii, Petroselini drach. j. misce, & fiat vnguentum: quod non nisi post fotum adhibeatur.

Aliud, quando exacte eduruit lien: Recipe Rad. Mandragoræ quart j. Diuisæ in partes decoquantur in oleo seminis Lini, vel sesamini, vel amygdalarum, addito pauco aceto contundantur, & per cribrum passentur: quibus adde opopanacis in aceto scyllitico dissoluti vnc. ij. styracis, myrrhæ, bdellij, sem. Alchechengi ana vnc. ß. Propoleos, vel ceræ nouæ, Terebinthinæ ana q. s. croci drach. ij. spicæ Celticæ, schænan-

ſchænanthi, Azari, vel viticis ana vnc. j miſce, & fiat vnguentum, quo inungatur ſplen.

Opium Latinis: Græcis à dignitate ὀπὸς, ex nigri papaueris tantum capitulis vulneratis, aut ſponte effluens lachryma, ſeu ſuccus. Ex ſatiuis contuſis expreſſus ſuccus & cõcretus, Neconium dicitur. Opij variæ differentiæ agnoſcũtur, pro regionum in quib. colligitur varietate. Quod Thebaicum eſt, & ex Cairo aduehi ſolitum, albicat, & præſtãtiſſimũ eſt. Ex Syria, Alexandria, & aliis regionib. allatum, nigrum & minus bonum. Ex albo quoq; papauere vulnerato, optimũ haberi opium recẽtiores aſſeuerant. Quod ex Cambaia adfertur, ex prẽgrãdi papauere, Caxcax inibi dicto, manat. Cuius ſcil. capita ſingula oui ſtruthiocameli magnitudinem æquãt: vnde minime mirum, ſi ex his cultello læſis ſuccidimanet vbertas. De opij qualitatib. non vnus eſt omniũ conſenſus. Dioſcorides & alii pleriq; non modo frigidũ, ſed quarto receſſu eſſe tale ſcripſerũt. Mathiolꝰ illis opponit odorem & acrimoniã. Præter qualitates elementares alias habet, quæ ipſum cõmendant, ſi opportune & iuſta doſi exhibeatur; Et improbant, ſi indebite detur: Tremorem. n. & paralyſim nõ tantum inducit, ſed adſomnũ perpetuum, h. e. interitum ducit. Bene paratũ & datũ, bene prodeſt: vigiliis namq; perpetuis medetur, ſomnum cõciliando, dolorũ immanitatem ſedat & fallit, ſenſum magis hebetẽ reddẽdo. Magnus eius eſt vſus per vniuerſam Mauritaniam & Aſiam, vbi Amſium & Oſium, quaſi opium dicitur, ad animi, quod valde mirum, & corporis erigendas vires & facultates exhilarandas: Siquidem ipſius eſui adeo aſſueuerunt, vt ſi prorſus abſtineant, vitæ diſcrimen incurrant, ac ſæpe moriantur. Eo ſolent vti Turcæ caſtra ſequentes, vt ad pugnam ſint alacriores & tanquã ebrii & amentes, ad pericula quæuis minus formidoloſe

ſeſe præcipitent. Putarunt nonnulli Venerem quoq; excitare: Ratio tamen id negat, & experientia docuit libidinis œſtrum potius arcere, atque ignauos carnis reddere motus: Medicamenta ex opio talia ſunt apud medicos.

Electuarium ad veteri dolores: Recipe ſpec. Diamoſchi, Diambræ ana drach. ij. caſtorij ſcrup. j. opii drach. ß cum ſyrupo de Artemiſia, fiat opiata. Sumatur drach. j. vt ſupra.

Tryphera magna: Recipe opii drach. ij. Cinnam. Caryophyllorum, Galangæ, nardi Indicæ, Zedoariæ, Zingiberis, coſti, ſtyracis calamitæ, calami aromatici, calaminthæ, Rad. Iridis, peucedani, Acori, cort. mandragoræ, nardi Celticæ, roſar. rubr. piperis, Aniſi, Apii, Petroſelini, Fæniculi, Dauci, Hyoſcyami, cymini, ſem. ocymi ana drachm. j. mellis deſpumati q. ſ. confice vt artis eſt, & ſerua ad annos tres. Auxiliatur dolori ſtomachi ex frigiditate: ſumpta namque ſtatim ſudorem pronocat, phreniticis mulieribus ex veteri dolore inſomnibus, rheumaticis, peripneumonicis, & qui excrementa cum ſanguine excernunt, vtiliſſima eſt.

Vnguentum ſomniferum: Recipe olei nymphææ, violarum, vnguent. populeonis ana vnc. ß. opii. gr. iij. croci gr. v. fiat vnguentum, quo nares & tempora inungantur.

Pilulæ ad dolorem calculi mitigandum: Recipe opii ſcrup. j. ſtyracis, croci, myrrhæ, caſtorii ana ſcrup. ß. Cum vino maluatico formentur pilulæ, & cum piſtillo calido, in mortario calido diu permiſceantur. His deinde addatur pilularum ad vrinam præſcriptatum, drach. j.

ALIÆ: Recipe myrrhæ Troglodytidis drach. ij. Alterci drachm. j. opii drach. ß. cynogloſſæ herbæ corticis ſcrup. ij. cortex prius in ſole exiccetur: deinde in puluerem tenuem redigatur, aliisque admiſceatur. Omnibus ſic mixtis, ex aqua roſacea fingantur ciceris magnitudine catapotia, dentur quinque aut ſeptem dormituris.

Pilulæ ex opio magiſtrales: Recipe Opii, Croci, caſſiæ ana vnc. ß. vini albi quantum ſufficit. Miſce. Faciunt ad tuſſim, & tenues fluxiones inſpiſſant.

Glans dolorem ſedans: Recipe Opii ſcrup. j. Croci, Caſtorei ana

Digitized by Google

ana scrup. ß. Tusa & cribrata cum melle cocto, aut cera & oleo nymphææ in vinum coeant, formenturque glandes, quibus filum appensum est.

Adrianum: ℞. opii Thebaici drac. iij. cassiæ ligneæ, hyoscyami ana drac. ij. scrup. ij. euphorbii, leucopiperis ana drach. ij gr. vj. seseleos, sem. apii ana drac. j. scrup. ß. gr. ij. folii origani, tragacanthæ ana drac. j. opobalsami, petroselini, macis, styracis cal. zingiberis, xylobalsami, cyperi, carpobalsami Maced. ana drac. j. minus gr. vj. sem. marathri scru. ij. gr. vix. calami aromat. scrup. ij. gr. ij. cinnamomi, croci, costi, theuporici, pyrethri, acori, dauci Cretici, anisi ana dra. ß. gr. vj. castorii dra. j. ß. serapini, myrrhæ, rosarum, cardamomi, amomi, rutæ agrestis, sem. ameos ana scr. j. gr. iv. cassiæ fistulæ scrup. j. mellis q. s. fiat opiata, in vase fictili citrato seruandum, annis septem. Valet proprie ad omne vitium capitis ex frigiditate, & ad grauedinem oculorum, & obscuritatem, contra hemicraniam datur, cum vino calido, vbi cocta sit saluia cum sero, in modum auellanæ: datur etiam quartanariis, cum decocto gentianæ, vel origani ante horam accessionis. Cum vino data, in quo saxifragia sit decocta, vel milium solis, lapidem frangit. Eius præparationes & vsum vide apud Ioseph. Quercetanum in Pharmacop. Dogmat. restituta lib. 1. cap. 23. pag. 198. & cap. 24. pag. 213.

Laudanum siue ladanũ liquor est ex foliis cisti in Cypro nascẽtis, cui Ledor nomen est, exudans. Laudatur maximè Cyprium, odoratum, subviride, facilè molliscens, quod arenas & sordes non collegit, nec squalidum est. Arabicum vilius est & minus bonũ. Vim habet calefaciẽdi & molliendi: venarum orificia aperit, capillum fluentem continet, addito vino nigro, myrrha & oleo myrtino. Habetur nõ ex Cisso, hoc est, hedera, vt putauit Plinius, sed ex Cisto, quæ paruus est frutex, surculosus, lignosus, folia emittens longiora, nigricantia, tactu glutinosa, quæ pingue quoddam, odoratum & resinosum, verè exudant, quod arte qualibet collectum, Ladanum dicitur. Flores exiguos, albicantes & paruis rosis similes gerit. In ore detentum dẽtium dolorem, & gingiuas firmat. Matrici propendenti suffitu per inferio-

ra opitulatur pilulæ ex Laudano veſperi ſumptæ ventriculum calfaciunt, concoctionem adjuuant. Idem prodeſt in ventriculo illitum.

Oleum Ladani: ℞. Ladani puluerizati quantum ſufficit. Pone in vas cupreum inſtagnatum: cui admiſce aquæ roſ. li. j. vel lib. ß. pro quantitate Ladani, & olei amygdalarum dulcium medietatem. Poſtea capitello eiuſdem materiæ cooperi vas, & claude juncturam: & ſic in fornace ebulliat aliquandiu: id quod tuo relinquendum judicio eſt: prout enim multa fuerit materia, ita etiam diutius erit coquendum. Antequã auferas materiam, refrigerare permittito, ac tandem ſerua. Quo autem melius conſeruetur, adde aliquid aluminis vſti, aut ambræ.

Trochiſci aliptæ moſchatæ: ℞. Ladani vnc. iij. ſtyracis vnc. j. ß. ſtyracis rubræ vnc. j. ligni aloes vnc. ij. ambræ dra. j. cãphoræ ſcru. j. ß. moſchi ſcr. ß. aquæ roſ. quantum ſufficit. Formentur trochiſci ſecundum artem. Valent pueris laborantibus aſthmate, & iis, qui anguſto ſunt thorace, neclac hauſtum retinent, præſtatque vſum optimi & odoriferi ſuffitus.

Pilulæ Alhandal: ℞. Trochiſcorum Alhandal dra. xij ſpec. Hieræ ſimpl. vnc. vij. maſticis vnc. ij. ſalis gemmei drac. j. ß. Ladani vnc. j. Ladanum & maſtiche inuncta oleo nucum, tundãtur piſtillo calido in mortario æneo: deinde reliqua trita addant, & fiat maſſa, in charta, ceræ liquatæ intincta, ſeruanda per annum, vel per dimidium.

Pomum ambræ: ℞. pulueris violarum dra. j. ß. roſarum, maioranæ, ſtyracis calamitæ, Ladani ana drac. j. caryophyl. drac. ij. Benzoini, N. Moſchatæ, ana ſcrup. j. ambræ ſcrup. ß. maſſa fiat ex aqua roſarum, in qua maduerit tragacanthum & gummi Arabicum: hæc momento olei vel cinnamomi, vel caryophyllorum, vel nucis moſchatæ imbuatur.

ALIVD: ℞. ſtyracis calamitæ vnc. j. ß. Beniovini vnc. ij. Ladani vnc. ß. caryophyl. ſantali albi ana dra. iij. deinde in puluerem redigãtur, adiiciantur q; caryophyll. roſarum, cinnam. craſſi ana vnc. iij. mixtis dentes confricentur: vel ex cremore tragacãthi formentur penicilla oblonga.

ALIVD: ℞. ſtyracis calamitæ, ſtyracis liquidæ, Benzoi, Galliæ moſchatæ, Aliptæ moſchatæ, Ladani ana vnc. j. cinnamomi electi, caryophyllo-

phyllorum, santali albi ana vnc. ß. rosar. rubr. nucis moschatæ, macis, ligni aloes cardamomi, maioranæ, gummi elemi, sem. Nigellæ, zodoariæ ana drac. j. ß. terebinthinæ q. s. cum modica infusione tragacanthæ facta in aqua rosarum, fiat massa.

ALIVD: ℞. Santali citrini drac. vj. vel scrup. ij. ligni aloes vnc. ß. rosar. rubr. Basiliconis, lauendulæ, anthos, maioranæ an. drac. ij. scrup. j. cort. citri drac. vij. cinnamomi, N. Moschatæ, macis, caryophyl. coriandrorum præparatorum, cardamomi ana dra. iij. scrup. j. Ladani puri vnc. iix. styracis calamitæ dra. vj. scru. ij. styracis liquidæ vnc. iij. Assæ dulcis drac. x. ceræ citrinæ vnc. j. ß. terebinthinæ vnc. iv. aquæ rosarum vnc. ij. ß. Moschi Alexandrini, Ambræ griseæ ana scrup. ij. fiat massa.

Vnguentum capillos conseruans: ℞. Ladani in vino austero macerati, & triti quantum sufficit. Olei myrtini q. s. misce, & fiat vnguentum, quo pilos ante balneum subline.

ALIVD: ℞. Lada. part. ij. olei myrtini, vini ana q. s. Adianti part. j. fiat vnguentum.

ALIVD: ℞. Baccarum myrti, Ladani ana vnc. iij. cum decocto acaciæ ad spissitudinem coque: deinde adde olei nardini, vel myrtini q. s. fiat vnguentum.

Pomum ambræ ad aerem pestilentem: ℞. Ladani, styracis calamitæ ana drach. j. Benioini vnc. ß. caryophyllorum drachm. iij. rosar. rubr. drac ij. ligni aloes, santali albi ana drac. j. maioranæ, lauendulæ, sem. Nigellæ ana drach. ß. camphoræ gra. iij. styracis liquidæ vnc. ß. cum infusione gummi tragacanthæ in aqua rosarum, fiat pomum, quod grati odoris: pro diuitibus addi possunt moschi & ambræ grana aliquot.

Aliud contra pestem: ℞. Flor. nymphææ, buglossæ, violarũ, rosar. ana dra. j. corr. mali citri dra. j. maceris dra. ß. santalorum omnium an. dra. j. ß. papaueris cãdidi scr. j. caphuræ sc. ß. Ladani dr. ij. ambræ gr. iv. trita excipiant liquore stillatitio lactucæ & stactæ: fiantq; orbiculi odorati.

ALIVD: ℞. styracis calamitæ, Assæ dulcis ana vnc. j. Ladani, masticis ana vnc. ß. caryophyllorum, xyloaloes, santali citrini ana drac. j. sem. Nigellæ dra. ij. cum modico resinæ terebinthinæ Venetæ: fiat pila odorifera, quæ aromatizetur moschi, ambræ dissolutorum ex oleo caryophyl. orum ana gr. vj.

Candela.

Candela pro fumo: ℞. Assæ dulcis, styracis calamitæ ana vnc. jv. Thymiamatis, olibani ana vnc. xij. Ladani vnc. xiix. Caryophyllorum vnc. j. ß. Nigellæ vnc. j. Coriandri præparati, Grana Iuniperi ana vnc. ß. styracis liquidæ vnc. vj. Terebinthinæ vnc. ß. Carbonum Tiliæ, vel silicis vnc. xxx. cum infusione Tragacanthæ facta in aqua rosar. fiant candelæ.

Candelæ odoriferæ contra venena & pestem: ℞. Ladani vnc. iij. styracis calamitæ drac. x. Assæ dulcis drac. vj. Thuris vnc. j. ß. stæchadis vnc. ij. rosar. rubr. Caryophyl. ana vnc. iij. cort. mali citri, santali citrini ana drac. ij. Granorum Iuniperi vnc. ß. Ambræ, Moschi ana scrup. ß. Carbonum Tiliæ lib. j. ß. Hæc omnia cum gummi Tragacanthæ & aqua rosacea tepida mixta pila terantur, & in massam redigantur: inde paruæ candelæ fingantur, & lentè siccentur.

Globuli contra aerem pestilentem: ℞. Ladani drac. iij. pulueris Rosar. Calami aromat. Iridis, Dictamni veri, Angelicæ, Cinnam. Santali moschatel. N. Moschatæ an. scru. ij. Benivini drac. ij. ß. Ambræ scrup. j. Moschi gr. xx. styracis calamitæ vnc. ß. cum Gummi Arabici, vel Tragacanthi vnc. vj. infusi in vnc. j. aquæ Rosar. fiant globuli secundum artem, & inungantur oleo de Benioinuet.

A Laudano sit Laus Deo, Triuno, Æviterno in omnia secula A. A. A. Sequitur liber Tertius Antidotarii Medicochymici.

(:)

ANTI-

ANTIDOTARII MEDICO-CHYMICI

LIBER III.

DE PRÆPARATIONE MEDICAMENTORUM.

CAPVT I.

De Corruptione.

QVEMADMODVM materia ex qua medicamenta extrahuntur & præparantur, duobus modis peccat, impuritate, eaque vel ſubſtantiæ vel qualitatis: vel duritie & corporis contumacia: totidem viciſſim modis huic malo occurrunt Chymici, ſeparatione nimirum qua impuritates auferunt & alteratione, qua non tantum ſubſtantiam tractabilem, vt calori natiuo cedat, reddunt, ſed etiam qualitates immutant. *Materia medicamentorum duplicitèr peccat.*

Cum autem malignitates & impuritates plerumque per totum corpus ſint diſperſæ, omnino neceſſarium eſt ſub-

Digitized by Google

ſtantiam ipſam ſeparare eiuſdemque continuitatem corrumpere, ſiquidem haud aliter ſubſtantiæ impuritates purgare & qualitates per totum corpus diſperſas alterare, aut denique inſanabiles tollere licet. Quod cum ſit magnum artificium, hoc effectum dare & naturæ potius quam artis opus eſſe videatur: non immerito magnis ſtudiis & longa experientia philoſophi multum & fermè infinitas operationes naturam omnes imitantes inuenere.

Operationes philoſophorum infinita.

Quia vero hic campus longè eſt vberrimus, artifices quoque nouas ſuo propoſito inſeruientes operationes inuenire videmus, nouas dico numero non ſpecie: ſiquidem philoſophi tam diligentes Naturæ ſcrutatores, vt nullum fermè opus ſpeciale poſteritati inueniendum reliquerint, cuius inuentione laudem ſibi ac gloriam compararent. Nihilominus tamen vt dixi ab induſtriis artificibus iſta quotidie inueniuntur quæ facilè Tyronibus imponere poſſunt, tanquam ars perfecta adhuc non eſſet, nec præceptis ſuis ſatis ornata: Vnde facilè animum deſpondere poſſunt impoſſibile eſſe opinantes eos ad imperfectæ artis perfectam cognitionem peruenire poſſe, ſcilicet vt omnis ſcrupulus & dubitatio exuatur, omnes huius artis operationes, quæ ſunt, aut quæ eſſe poſſunt, ad duo reuocantur, corruptionem ſcilicet & generationem, itaque vt vtraque latiſſima ſignificatione accipiantur. Sub corruptione, quæcumque ad continuitatis corruptionem tendant, comprehendunt. Sub generatione, quæcumque ad ſubiecti vnionem & regenerationem nouæ formæ vel qualitatis inductionem pertinent.

Corruptio continuitatem, generatio formam ſubiecti tendit.

Corruptio latè & ſtrictè ſumitur.

Corruptio, Iatrochymiæ noſtræ, eſt operatio Chymica, compagem corporis & continuitatem quibuſcunque modis diſſoluens & corrumpens, impuritateſque omnes ſeparans,

ſeparans, donec ad eum perfectionis gradum & puritatis deuentum fuerit, quam ſibi tanquam materiatum & noui operis fundamentum propoſuerit artifex. At cur gradum, quia diuerſi ſunt gradus chemiæ, vt extractum, oleum, ſublimatum, flores, qui omnes certè non requirunt eundem gradum perfectionis. Quandoquidem etiam corruptio lege naturæ præcedit generationem, vt illi puram & idoneam manum præferret neceſſe omnino habuit duobus inſtrumentis ornari, quibus hoc efficeret. Non enim ſatis erat corpus corrumpere, ſi non etiam impuritates ac alienitates auferret ac ſepararet. Tum enim priori Medicina præſtantior ac purior generatur.

Corruptio ſtrictè ſumpta, continet ſub ſe ſolum operationes, quibus corporis compagis ſolutio tantum quæritur. Harum operationum duo ſunt genera, quorum primum continet operationes, quæ ſpecialiter tantum corrumpunt, vel potius præparant & magis aptum ad veram & vltimam corruptionem reddunt: Huiuſmodi operationes ſunt limatio, raſio, puluerisatio, contuſio, friabilitas, læuigatio, inciſio, fractio, granulatio, laminatio, toſtio, vſtio, linefactio, extinctio, coctio, elixatio, aſſatio, lotio, infuſio, humectatio, maceratio, diſſolutio, fuſio, liquatio, deliquium, mollificatio, induratio, exſiccatio, expreſſio, cribratio, colatio ſiue filtratio, calfactio, extinctio, inſolatio, deſpumatio, exhalatio, coagulatio, clarificatio, aromatiſatio, coloratio, conditura, nutritio, miſtio & conſeruatio.

CAPVT II.

De Limatione & Rasione.

Limatio. LImatio, (inquit Iatrochymia nostra) est cõtinuitatis corporis solutio per limam ferream, corpus in minimas partes corrumpentem: Corpus ita limatum dicitur, seu limatura. Vsum habet in metallis, vegetabilibus quibusdam vt lignis, in animalibus etiam vt cornibus & dentibus.

Apud antiquos sapientes, nec non recentiores medicos Galenicos, hæc operatio in magno habita est vsu, vti videre est inter magisteria illa quæ extant in part. 5. præfat. Basilicæ Chymicæ.

Ioan. Renodæus Med. Parisiensis ait in suis instit. Pharmacop. lib. 2. cap. 10. Limantur aurum & argentum, vt illorum minutula citra præparationem aliam exhibeatur. Chalybs, ferrum, æs plumbum ferè limantur, vt vrantur, atque postea teruntur, vt rei exigenti inseruiant. Limantur & denies, vel verius cornua elephanti, ossa Caluariæ humanæ, & quædam ligna perdura. Sic enim minutius quam rasione diuiduntur: Nam limatura ramentis sunt tenuiores.

Doctiss. Sennertus lib. 5. part. 3. sect. 2. cap. 3. de tritura: inquit: sunt quædam quæ nec sectione, nec tritura comminui possunt: Et lima atteruntur & comminuuntur, qualia sunt pleraque metalla, vt ferrum & alia: possunt tamen cornua atque ossa animalium, & ligna eodem modo comminui.

Rasio. Rasio, (inquit Bornettus noster) huius affinis corpus in minores partes diuidit, per tale etiam instrumentum ferreum, & præparatum corpus rasum dicitur.

Raduntur alia; seu torno (inquit Sennertus, loco citato) commi-

Digitized by Google

comminuuntur, vt ligna, cornua, vngulæ, Dentes animallium &c.

Hic obseruandum, rasionem plerumque inseruire pulueriſationi in animalibus & vegetabilibus, rarò in mineralibus. Nulla enim mineralia cruda, vel in minimas partes reducta pulueriſationi cedunt, quamuis aliquando læuigationi, non tamen ſine additamento, vt in calcinatione audietis.

Raduntur multæ Radices (inquit Doctiſſ. Renodæus) tum ad corticem eximendam, tum ad inutilia expurganda. Ligna vero ſeu duriora, vt buxus, quaiacum; ſeu minus compacta, vt xyloaloe, ſantala, dentes apri, cornua cerui, vnicornis & Rhinocerotis, Vngulæ alces, priapi animalium ſiccati, & pleraque alia, vt facilius poſtea pulucrentur, vel coctione ſuas vires in humorem tranſmittant.

Rheum, Agaricus, Zingiber, nux moſchata, & Zucharum ſæpe lamina ferrea, incurua, multis exaſperata foraminibus abraduntur: Nonnunquam & mala cydonia, vt ex his maior ſucci quantitas eliciatur, quam ſi in mortario terantur, inquit Syluius.

CAPVT III.

De Pulueriſatione, ſeu Tritura, Item Contuſione, Friabilitate & lauigatione.

CVm Medicamenta (inquiunt Præceptores Galenici) per ſe dura & ſolida aſſumi, vel conuenienter adhiberi non queant, à Pharmacopœis tanta induſtria ſolent præparari & immutari, vt eorum vſus ſit poſtea facilis & ſalutaris. Ea enim ipſa percuſſu vel friatu comminuunt, & in pulucrem reducunt, aut tenuiorem, aut craſſiorem, pro vario Medicorum propoſito.

Tres ſcopi triturationis apud Galenicos.

Sunt autem tres præcipui terendorum Medicamentorum ſcopi, vt aliis nempe Medicamentis exacte commiſceantur, vel vt ipſis noua facultas conquiratur, vel vt malefica corrigatur. Modus vero terendi plurimum varius; multa namque in mortario lapideo, vt marmoreo; alia metallico, vt ferreo, æneo, plumbeo, & aliquando vitreo: alia in ligneo vt Buxeo,

Modus terendi Galenicorum varius.

vt Buxeo, cum piſtillo, ſimili fere materia concinnato, teruntur. Piſtillus ſiquidem ferreus mortario ferreo aptior eſt, ligneus ligneo, plumbeus plumbeo, vitreus vitreo.

Nonnulla minime poſſunt ita exacte puluerari percuſſu, atque friatu, qui fit ſuper lapidem planum, ac marmoreum, ſeu porphyrium, cui piſtilli loco apponitur parua mola Marmorea, quæ manu concepta, hac illac circumducitur, vt nihil intactum ex medicamento terendo relinquatur.

Gemmarũ apud Gal. ſtitura.

Hocque modo gemmæ, & lápides pretioſi ſolent ea Medicamenta læuigari, donec amplius nulla digitis inæqualitas percipiatur. Sic læuigatum tum puluerem vulgus porphyratum vocitat; quo modo ſolent ea Medicamenta attenuari, quæ vel tabellas cordiales, vel vnguenta ophthalmica ingrediuntur.

Quædam molis verſatilibus colliduntur ſeu moluntur, perinde ac triticum aut hordeum in piſtrino. Sic enim magna ſeminum duriorum quantitas facile & pauco tempore colliditur, & in pollinem abit.

Pauca autem debet eſſe Tuſio eorum Medicamentorum, quæ ad coctionem tantum apparamus, atque eorum quæ raram habent texturam, & virtutem facile diſſipabilem, quæ nimirum multa tritura exoluuntur prompte, cuiuſmodi ſunt flores pene omnes.

Quæ multam requirant trituram.

Multam vero trituram patiuntur Medicamenta dura, craſſa, ſolida, neruoſa, & fractu contumacia, quæque maligna qualitate participant, vt colocyntis, quæ cum læuiter trita ſumitur, eius portio craſſior gyris inteſtinorum inhærens, partem eam exulcerat, ac Dyſenteriam mouet.

Quæ tenuiſſime læuiganda.

Quæ mediocri ſubſtantia conſtant, vt aromata multa, moderate terenda ſunt, ne tenuior eorum portio ac magis odorata exhalet, atque diſſipetur. Si quando tamen ad electuarii alicuius confectionem trahenda ſint, tunc tenuiſſime læuiganda.

Quæ partes remotiſſimas petere volumus, in pollinem reducenda: ſi eadem in ventriculo, inteſtinis & primis venis diutius immorari, nec prompte vaſorum ora ſubire cupimus, craſſiuſcule puluerandа, modo nulla ſint prædita maligna qualitate. Nonnulla quoque læuiſſime terantur, vt citius id actu ſint, quod poteſtate eſſe dicuntur, hoc eſt, vt celerius ſuas vires exerant.

Radi-

Digitized by Google

Radices & Herbæ nunc teruntur virides, nunc ſiccæ, nunc crudæ, nunc coctæ in varios vſus. Semper vero mediocriter teruntur, dum concoqui debent. Maior tamen tritura radicibus, quam foliis ſemper debetur, fructibus minor, ſeminib. mediocris. Medio ſiquidem modo inter herbas, & radices ſemina teri deſiderant.

Porro multa vix poſſunt in puluerem reduci, niſi quid admiſceatur, vt pomum colocynthidos, ſericum crudum, caphura, & alia multa quæ terendo lateſcunt, ſi quid ex oleaginoſis non ſuperaddatur. Nonnunquam vino quædam irrorantur, vt etiam aquæ tantillo, tum vt commodius teri poſſint, ac puluerari, tum vt fælicius intentioni noſtræ inſeruiant.

Partes animalium duriores, vt oſſa, cornua, & vngues: ſi aſſatione, vel vſtione, vel alio modo torrida ſint, puluerantur facilius.

Sunt qui ſericum crudum, lanam & pilos animalium ante trituram adurunt, ſed vires amittunt priores, & nouas conquirunt. Proinde minutim præſtat, eadem ſecare, dein valenter terere, & in puluerem minutulum reducere.

Semina quædam oleoſa, vt quatuor frigida maiora, quia ſub ictu piſtilli percutientis lateſcunt ac pingueſcunt, minutim crebro cultelli verberatu inciduntur, cortice tamen antea ſpoliata.

Multa gummi, lacrymarum, & ſuccorum genera fibroſa, & velut coriacea, ac fractu & ſolutu contumaciſſima, atque per ſe ficca minus, quam vt ſola puluerari queant, minutim inciduntur, dein cum aliis ſiccioribus teruntur. Tragacanthum, maſtiche, gummi Arabicum, thus, ſarcocolla, & ſucci qui lentum retinent humorem, non facile tundendo puluerantur, niſi piſtillis velut friando per fundum ad latera mortarii ducatur, & in quibuſdam prius affuſis aliquot aquæ guttis.

Quædam adeo ſunt friabilia, vt etiam digitis ſummis attrita cito læuigentur, vt amylum, Agaricus albiſſimus, & multæ terrarum ſpecies. Alia & valide & diutiſſime contundenda ac terenda antequam in vſum veniant, quæ ſcilicet craſſam, duram, ac compactam habent ſubſtantiam & virtutem profundam, ac validam, & ægre vaneſcentem vt metallica, ligna, oſſa, cornua: Hæc enim omnia tundendo vix puluerantur. *Friabilia.*

In genere autem quæcunq; validam concoctionẽ poſtulant, eadem & maio-

& maiorem trituram: & quæ minus aut mediocriter coquenda, minus quoque vel mediocriterterenda.

Debet vero inter terendum corio quodam aut charta mortarium operiri, ne dum aromata aut gemmæ teruntur, pars subtilior exhalet, aut fragmenta foras euolent & pereant: vel dum Euphorbium & veratrum puluerantur tenue pollen nares aromatarij moleste feriat, & sternutationem moueat importunam. Is vero seruandus est ordo, inquit Syluius, in medicamentis puluerandis, vt primum injiciantur in mortarium crassa, dura, lenta, dein minus solida, tandem quæ pistillo minus reluctantur.

Præparatio plumbi. Plumbum sic præparatur apud Fernelium cap. 16. lib. 6. Method. In Laminas tenellas primum ducitur, quæ minutissime concisæ, aceto quam acerrimo immerguntur, macerantur que triduo, permutato quotidie, si videtur, aceto, postea exemptæ, & igni siccatæ citra vstionem, in mortario laborioſe teruntur, sic tandem in tenuissimum puluerem rediguntur, cuius vis eximia est ad maligna vlcera blande corrigenda, expurganda, & ad Cicatricem perducenda: Hactenus in genere Galenici præceptores. Nunc & Chymicos de ratione puluerandi audiemus.

Species pulueris ationũ Species χωρίσεων seu distractionum & puluerationũ quod spectat, variæ sunt, (ait Libauius in comment. Alch. part. 1. lib. 3. de distract cap. 9.) & quædam ex his in artem Chymicam redactæ, quædam vulgo relictæ, vnde tamen petuntur, si iis opus habeamus.

Differunt vulgares finibus formisque detritorum: alias enim fit Alcool, alias sabulum, modo glarea, modo ramenta: Deinde discernuntur & contritionis procuratione. Quædam enim Machinis franguntur, quædam leui digitorum manuumque detritu vel friatu, aut confrictu. Illius generis sunt molæ, pistilli, mallei, dentes, radulæ, limæ, pila præferrata &c. Et potissimum in metallurgia venarum atterendarum ratio est ingeniosa: vtrobique additamenta aliquando requiruntur. Nam metallici molunt aut contundunt pilis suis venas, adhibita aqua, & immissa tum contra dispersionem puluerissubtilis, & metalli iacturam, tum vt tusa propellantur. Rursus qui amylum conficiunt, maceratione in aqua vtuntur, quo pacto & coqui, & pharmacopœi

sæpe

sæpe per coctiones eliciunt medullas, quas postea reſiccatas friare possint. Ita lactes ex seminibus conficiuntur inter terendum, additis liquoribus. Chymicum saltem non alienum esse oportet à modis talibus, nec eorum ignarum.

Ita enim conficiuntur Extracta nonnulla. Deinde si chymici est, metallorũ venas scrutari, explorare, coctioneque separare; scire conuenit modum contusionis earum. Notum enim est, si ad subtilissimum deducantur venæ, præsertim illæ, quibus durus silex est coniunctus, vt aureis, in elutione per alueolum, aut præparatione per aquas, metalli atoma corpuscula natare, & profundi cum aquis: aut si sicce terantur, in auras euanescere.

Hinc Lazarus Erkerus in suo docimastico, lib. 4. non inscite monuit de vena plumbi maiore opere præparanda, tundendaque, esse quidem graue metallum, sed quod facile abeat in pollinem tenuissimum, qui leuitate ex tenuitate & rarefactione acquisita innatet aquæ (vtpote ad quam se partes plumbi habent leuiter, aqua ipsa grauiore; alia tamen ratione laminæ & bracteæ notant, quia nimirum latitudine sua multum comprehenderunt, à quo sustinentur; Et est hic quoque multa aqua comprehensa grauior &c.) & sic pereat, præsertim si venæ silex immistus sit; Vnde cernatur non raro cæruleus puluis riuis innatare, vel canalibus, ripis, murisque assidere, qui tamen sit medulla metalli.

Docet ibidem etiam, quomodo ista venarum comminutio per pila in capsis suis debeat institui, ne quid detrimenti eueniat metallo. Vnde patet, non sine arte & ingenio hanc quidem tritionem, licet vulgaris esse credatur, peragendum esse, nec nimis attenuanda ramenta, sed glareæ vel sabuli forma relinquenda, pilaque pręferrata ordine mouenda, ne impediatur granorum derivatio.

Idem author cum de Cassitero agit, notat, non tantum metallo excoqui, quantum explorator seu Docimastes inesse pronuntiauit, referrque culpam in contusionem vitiosam: quod iterum argumento est, referre quo quid modo & diligentia conteratur.

In pharmacopolio eadem negligentia sæpe animaduertitur, vti & apud aromaticos Chymicus Tyro qui ad extractiones præparare vult Medicamenta, præsertim purgantia, non semper deterere ea in pilis aut molis in pulucrem subtilissimum debet, sed ex Magistro discere,

quo quidque modo sit comminuendum. Nam quia Chymicus scit in spiritu connato, qui tamen forma coagulata est, in misto & succo esse potissimam vim essentiæ; ille vero liberatus à suo corpore, succusque attenuatus exhalare solet, & sæpe tenuissimorum ramentorum pollinis, vel aromorum forma per officinam volitare, quin & prætereuntium nares offendere mouereque non raro ex notabili distantia: præcipit, ne nimium comminuantur aromata, ne succi potissima parte perdita, corpus mortuum sine fructu cogatur macerare. Habent & Medici, quod annotent in contusionis artificio, de quibus sic breuibus.

Ante contusionem Metallarii vulgo cremant, torrent, vrunt venas metallicas: aliqua ante tritionem sunt candefacienda restinguendaque. Si molere quis siliquas & stramina velit, is cogetur ea aceto macerare & arefacere. Qui cornua pilis in calcem redigere quærunt, aut super marmore læuigare, pertinaciam eorum frangunt aceto vel lixiuio.

Officinæ sericum rusuræ, torrent non raro, vt carbo potius reliquus sit, quam sericum. Qui vero circumspectius laborant, vstulant parumper, deinde forficibus minutim concidunt, additisque duris, vt margaritis, vna in pollinem redigunt. In tanta varietate non oportet cæcu ire Tyronem Alchymiæ studiosum aut existimare, aliis manibus & curæ exotericorum ista esse commendanda. Imo ipse opus aggredi debet, & cum sit vulgaris tritio, possitque viuis aut non viuis instrumentis, vel etiam rustici crassissimi lacertis peragi, non tamen vulgariter & imperite est tractanda. Multa facit vulgus sine arte, quibus modum iustum præscribit sapiens & peritus.

Non ideo negligenda dialectica doctis est, quia etiam argumentatur, & cæteris rationis muniis vtitur ex plebe quiuis. Cum silicis grumus in glaream est redigendus, vt sit auxilio oleis destillandis; candefactus aquis restinguitur aliquoties, postea teritur. Hoc est vulgi quoque, sed electio & modus glareæ non intelligitur à quouis. Redige in pollinem, & misce succino, pici, vel similibus, damnum erit præsto: At si sabuli granorumque paulo crassiorum, nec tamen nimis, forma adhibeatur, & si quid pollinis vna est, prius elutum separetur, tunc confert operi. Rursus si ex silice liquorem prolectare, vel eum resoluere velis, non subsistes in glarea aut sabulo (arenarum sunt species, & quidem sabulum

sabulum ponderosius est, quam glarea, qualis cernitur in riuis clinibus, & littoribus maris, item qualis est arena vitraria: Grieß vocant Germani, & respondet metallorum tramentis, per alueolum elutis & segregatis) sed subtilissimum læuorem facies. Huic rei inseruiunt cribra, manicæ, & similia instrumenta vna cum tabulis marmoreis. Nam detritus pollen aquis diluitur copiosis & traijcitur per lintea angusta; vel etiam siccus decutitur puluis, vt in Molendinis. Sed horum artificia varia.

Tritio secundum Antiquos mystica.

Antiquos Chymicos Tritionem frequentissime inculcasse apparet ex Turba Philosophorum: Et Rogerius Bachon septies iubet terere lapidem. Cui correspondet Doctissimus Rex Ægypti Calid, (qui à Morieno Lapidis scientiam edidicit) dum ait, nisi conuerteritis corpora in subtilitatem, vt sint Tactu impalpabilia, non assequamini quod quæritis: Et si non trita fuerint, reuertamini ad operationem, quousque terantur, & fiant subtilia. Diuisio est separare partes compositi: & cum iam corpus fuerit attenuatum, & subtile redditum, exieritque à sua densitate & spissitudine ad tenuitatem: à crassitie & corpulentia ad spiritualem naturam. Spiritus commiscebitur subtilibus, & imbibetur ab eis, vtrumque euadet vnum, nec separari poterunt.

Sed vt sensum assequamur Philosophorum antiquorum, id intelligere oportet, tritionem esse duplicem; vnam simplicem seu plebeiam, alteram Mysticam seu arcanam: simplex non multum indiget præceptis, estque plus in experientia, rerum notitia, cautelis &c. de Arcana ipsi speciatim loquuntur in artificio lapidis, & perficitur calcinatione per ignes, vel aquas cælestes, non enim frustra dicunt, Ignis & Azoth sufficiunt. Calcinari, & teri inquiunt Mercurium, cum igne exiccatur, vt in puluerem fathiscat, quo-

Digitized by Google

modo fit artificioſe præcipitatus: Deinde cum progreſſu coctionis, & addita Medicina ex humido frigido, in calidum ſiccum tranſit, & fit Tinctura. Sed hæc intelligentur rectius ex artificio ipſo.

Cæterum monendus eſt Tyro, cui terenda chymica committuntur, ne ſit nimis temerarius aut confidens, vel etiam oſcitans ex opere. Nam metallica halare ſolent ſpiritus ſubtiles, atque etiam ramenta tenuiſſima vna diffundere, quæ ſi nulla alia ratione vim afferre poſſent, tamen inſinuando ſe in partes ſpiritales, poros, rugaſque, & alios receſſus, ſiccitate ſua & corpulentia, quam tandem acquirunt, acceſſione ſemper facta, nocumentum præbent. Sin autem ſulphurea, Arſenicalia, ſtybiata, Hydrargyro ſublita, vel etiam illa ipſa, vt Hydrargyrus ſublimatus, Cadmia venenata, galena vel vera plumbi, & ſimilia, ſint terenda, non ſimplex inde exiſtere ſolet noxa &c. Nunc de contuſione.

Contuſio. Contuſio eſt partium contundendo conquaſſatio. Vſum præcipue habet in herbis recentibus, pinguibus & ſimilib.

Noſtra Iatrochymia diſtinguit, vt vides, pulueriſationem, à contuſione: dicit enim puluerisatio adhuc in minores partes deducens, quæ præcipue eſt tritura corporis in puluerem in mortario, cui frequenter inſeruiunt, Raſio & limatio &c. Nunc de Friabilitate, quam ſic deſcribit Doctiſſimus Andreas Libauius in comment. Alch. part. 1. lib. 3. de diſtractionibus, cap. 8. de ratione puluerandi.

Friabilitas Philoſopho, (inquit) miſtorum affectiones enarranti, inter alios eſt θραῦσις, quam interpretes Latini friabilitatem, nominant, ſicut τὰ θραυστὰ, friabilia. Sed oportet hanc vocem latius extendere, quam alias apud Latinos ſonat. θραυστὸν enim Ariſtoteli omnino eſt, quod in partes continuitatis deteritur, vt Chryſtallus, lapis, fictile, hoc eſt, quod comminui in puluerem, glaream, ſabulumue poteſt, portionibus maioribus, minoribus, prout euenerit, & res requiſierit. θραῦσις δὲ (hæc enim ipſius verba ſunt) χωρισμὸς ἢ διάστασις εἰς τὰ πλείω σωμάτων καὶ ξυχόντων μέρη: Hoc eſt:

Friab

Friabilitas ſeu friatio, eſt diuiſio ſeparatioue in plures duabus partes, & quas contigerit fieri. διάιρεσιν καὶ χώρισιν cum vocat, confirmat diſtributionem noſtram, qua diſtractioni ſubiecimus diuiſiones in membra ſeu partes concretionis continuæ.

Cum plures, & quaſuis fieri friatione iſta docet, diſtinguit affectionem à cognatis in quibus nec quælibet, nec plures fiunt, vt in fractione, fiſſione, ſectioneque, in quibus certa ratio eſt diuiſionis, & non indefinita, ſicut in tritione, cum lapis diſſilit in rectum, obliquum, ſurſum, deorſum, & ad latera, id quod indicatur per adiectam vocem εἰς τυχόντα. Ex eo genere, quę facilè id patiuntur, ἰυθραυςὰ καὶ ἰυτριπτὰ dicuntur. (Dioſcorid. Lapis armenius eſt ἰυθριβὴς friabilis) quæ etiam in ſubtiliſſimum puluerem faceſſere poſſunt, quem κονιορτὸν Græci, Arabes Alkohol, appellare conſueuerunt; (Hinc Libauio Alkoliſmus, puluis ad ſenſum ſubtiliſſimus.)

Cum enim, inquit comment. Alch. part. 1. lib. 3. de diſtract. cap. 10. Nihil aſpredinis & corpulentiæ occurrit tactui, ſed totum pulueratum eſt, vt tenerrima farina, Alcohol vocatur impalpabile, Græcis ἀπίαςον, ἄλιπτον, ἄναπτον. Subterfugit enim ſenſum, & nihil duri occurrit, &c.) Quæ vero ratio conſiſtentiæ & concretionis, facit θραυςὰ, explicat idem philoſophus, cum ſcribit, ἕως μὲν ὕδατι πέπηγεν, ὥςε πολλὰς ἔχειν παρεμβολὰς πόρως θραυςὰ μέχρι γὰρ διίςαται. ὅταν δὲ εἰς πολὺ, καλαμώδη, &c. Quæ ſic concreuerunt, vt multos habeant alternis variantes, viciſſimque diſpoſitos poros, friabilia ſunt, &c. Cauſa itaque in modo concretionis poris ſeu meatibus huc illuc tendentibus, alternatim ipſo judice erit quærēda, vt alia ſint fragilia, quorum pori ſeu meatus ad multum diſtant, vt non in patuas, ſed magnas portiones diſſiliant, vt lignum & fictile, quod tamen etiam friabile. Meatuum autem ratio ex modo terminationis dependet. Cum enim ab humido compræhenſum eſt terreum multum pauco, ita vt ſiccitas dominetur, illudq; non ſit tenax, quale aqueum non pingue, aut etiam toſtione fractum, pori exiſtunt alternantes, propter ſiccitatem terream. Itaque talia facilè con-

teri possunt. Eius rei argumentum est in his, quæ ante tritionem torreri necesse est. Nam absumitur humidum, & lentor eius frangitur, efficiturque res terrea & magis siccior, vti sciunt omnes aromatarii. Atqui teruntur etiam succi concreti, vt sal, Crystallinus, nitrum, gemmæ, alumen, sacharum, gummi, & lachrymæ cum similibus: Et sunt istorum quædam pinguia, vt sulphur, electrum, pix & similia, vt nec humidi adustionem, nec defectum, nec aquositatem, nec terræ siccitatisque abundantiam possis prætendere. Quæ ergo friationis horum causa? Glacies teritur, at humidum potentiale tota est. Vbi hic meatus, & eorum vicissitudinaria dispositio? Rident nempe philosophi argutias aliqui propter dictas causas & exempla. Sed cum talia non ignoraret: Produxit enim κρύσταλλον (glaciem) καὶ λίθον: & fortasse nouit etiam Adamantem, quem tota vetustas indomitæ firmitatis esse dixit, eique ex argumento nomen imposuit, in scobem deteri & friari posse, non solum præfractum hircino sanguine, sed & per se. Quocirca si oculi in glacie non vident meatus, aliquos tamen esse, Aristoteles ex concretione coniecit, quæ non potest fieri intus, & per totam substantiam, nisi calore educente humidum, siue foris frigus agat, siue calor. Humidum, quod expirat, necesse est aliqua euadere, & sic siccum relinqui, analogo tamen humido terminatum. Deinde subesse tales meatus inuisibiles ipsa fractio contritioque testatur. Ideo enim in partes multas dissilit concretum, easque indefinitas, quia poros ita dispositos habet, & cum foris percutitur, spiritus in illis impulsus concussusque continuitatem per vim rumpit. In glacie esse inclusum spiritum tantæ conuincunt rupturæ. Solida itaque adhuc est philosophi doctrina. Cur verò lachrymæ, pix, & similia teri queant, licet multum habeant humidi, idque satis tenax, vt docet solutio, causa est, quia illud non actu dominatur, sed comprehensum definitumque est partibus terreis. Quocirca etiam facilè aduruntur.

Sales & alumina & atramentum sacharumque terræ multum obtinere, qui non nouit, periculum faciat per assationes calcinationesque, conuincetur natura ipsa & experimento. Ita se res habet in vitro. Sane tendines sunt admodum tenaces. Attamen cum humido consumptum exarescunt, dissiliunt vt gluten aridum. Ita arefacta pituita, sperma ranarum, similiaque multa, comminui possunt, ne quid de pilis &

Digitized by Google

lis & coriis dicamus, quæ cum humido abundant, non teruntur quidem, sed post exiccationem bene, vti & plantarum partes, folia, flores, semina, radices & reliquæ. Ex dictis facile colligere est, quæ sint ἄθραυστα, nimirum qui meatus non habent ita disposítos, aut si habent, tamen humoris copiosioris præsentia remittuntur, flectunturque, aut extenduntur potius, vt fit in cera, auro, argento, plumbo, linteis, & quæcumque succum in se recentem habent, vt carnes, folia viridia, succulenta plantarum, & his similia.

Cur verò ferrum non potest in puluerem comminui? cur lapides quidem è cœlo lapsi, nullis ictibus possunt frangi? Cardanus meminit globi vitrei, qui in pauimentum lapideum incussus, ad tectum integer resiluerit. Quæ istius firmitatis causa? Putant aliqui, etiam Adamantes veros probatosque non posse comminui, iuxta sententiam veterum: & qui friantur, illos negant optimæ notæ esse.

Ad ferrum quod attinet, quia succum habet Mercurialem metallicum, dilatatur, non frangitur. Sin autem ille per crebram combustionem absumptus fuerit, fragile & ipsum, friabileque seu ad conterendum aptum euadit, vt testantur strictura squamæque propter adustum sulphur absilientes. Sunt & silices quidam & nodi metallici adeo duri, vt omnes ictus malleorum respuant, cum adhuc cohærent monti. Id ideo fit, quia tam vastam soliditatem non habent, quo euadant inclusi habitus. Cum verò auulsæ partes quatiuntur, dissiliunt.

Alia causa est in humoris tenacissimi exactissima cum sicco simili mistione. Videmus enim pulueres aqua simplici commistos, & in globos coactos, non diu cohærere, sed si viscidum sit, & tenax humidum, solidescunt. Cum miscetur æreus nodus ferro, tam firma fit compages, vt vix vllis malleis comminui queat. Itaque illis cœlestibus lapidibus dicimus tales succos primordium dedisse, concretionemque factam nullo caloris excessu, vt humidum non sit absumptum factumve adustione, sed coagulatum firmissime, integrisque viribus, & poris strictis, vt nulli dici possint. Sane cũ superficies externa tam solida est, vt spiritus incussos repellat ad ictum seu versus ictũ non facile conteritur compactum. Si Chymico opus erit cõminutione per dettitionem considerata cõcretionis & humidi ratione, ex fundamẽtis talibus

talibus consilium inueniet. Quędam in aquis comminuuntur, quæ non debere fieri videtur, propter humidi abundantiam. Sed de externo humido soliciti non sumus.

Quæ digitis friari deterique possunt, vt gleba, debili humido, & vt iva dixerimus, in aliquibus putrido cohærent, quemadmodum videmus deteri etiam & diffluere illa, quæ computruerunt, quæque validis ignibus sunt reuerberata, vt lapides calcarii, molares, pyrites, magnes, bitumen, carbones, cornua & huiusmodi. Viscositas enim humidi euicta est, & vinculi ratio dissoluta, ex quo patet quod firmitas compactionis eidem humido debeatur, nimirum tenaci & diuisibili simul, & quod per minima comprehendere siccum, cumque eo coalescere accepto ab agente calore termino queat, cuius rei exemplum est in glutine tenacissimo, cum subtilissimis pulueribus, etiam in se diuisibilitatem summam obtinentibus exactè commiscentur, caloreq; nec deficiente, nec nimio coalescunt. Ita metalla perfectiora cohærent. Sed obiici ex pistrino argumentum farinarum potest. Quæ enim grana molis franguntur, inque pollinem rediguntur, prius solent madefieri. Humiditatem hic esse, quæ etiam ferro candefacto agnosci & elici queat, non potest negari. Non itaque necesse est humidum ita arefactum esse, vt concretum dissiliat, & in quasuis partes comminuatur. Sic farinarum nodi tanquam creta tenerrima digitis deteruntur, humorq; etiam deprehendi potest, nec minus in detritis seminibus, lini, cannabis, raparum, amygdalarum, &c. Vitellorum quoque igne coctorum comminutio non tantum humidum exhibet, sed & pingue. Verum enimuero gradus esse cõpactionum certos pro cuiusq; rei natura, manifestum est. In quibus itaque humidum non penitius est arefactum, ad eum tamen modum redactum, vt terminet siccum, & contineat, quanquam leuiuscule & facile dissipantur. Terreæ enim partes dominantur, nec ab humiditate coercentur arcte, quin & laxitas pororum multum admittit aeris. Quocirca consistentia est debilior, & cohæsio conglutinatioque imperfecta. Talium tamen quædam si exiccentur modo competente, tandem acquirunt duritiam lapideam, & incussu corporis duri solidique comminuuntur, attritio autem seminum, siue molis, siue pilis mortariisque fiat, friatio quædam est, & definitioni subest. Sed de his satis multa, nunc de læuigatione dicendum.

Læuigatio

Lævigatio revera nihil est, nisi exactissima trituratio, qua medicamentum aliquod in marmore, porphyride, vel alio lapide polito, affuso liquore convenienti, vel etiam sine liquore, mola parva lapidea, manu versatili, tamdiu versatur, ut in pollinis pulveriſque penè impalpabilis formam (Alcohol vocant) redigatur, & eo modo quo pictores colores præparare solent. Quod in iis qui durioris sunt substantiæ, tum ob alios vsus facere opus est, tum in nonnullis ea de causa, ne partes, quibus applicantur, asperitate offendantur, quod in oculis fieri solet: Vnde ea, è quibus ophthalmica medicamenta parantur, subtilissimè terenda sunt. Hæc Doctiss. Sennerti est definitio. *Lævigatio.*

Bornettus sic ait in Iatrochymia nostra: Lævigatio vltimus gradus in subtilissimum pulverem ducendi, est collisio corporis super marmore cum lapide.

Libavius lib. 1. de Eucheria cap. 29. sic definit: Lævigatio est qua res super tabula solida præduraque ductu corporis duri & per leniſſimam farinam lævigatur.

In comment. Alchym. part. 1. libr. 3. cap. 10. de distractionibus ait: Lævigatio vna simplex est, vt quæ terendo in marmore, cum vel sine humore peragitur, sustinetque vicem molæ: Alia est laboriosior, & coniunctas sociasq; operas habet, modo pilas requirens, modo molas, modo aceto, cum cribris, sacculis, & aliis colatoriis. Ideò verò lævigantur res, vt commodioris sint in medicina vsus, nec offendant duritia & asperitate: Deinde præmittitur hæc operatio aliis succedentibus, vt mistionibus, deliquiis, sublimationibus & huius generis aliis, &c.

Digitized by Google

CAPVT IV.

De inciſione, fractione & granulatione.

INciſio (inquit Bornettus) eſt corporis in minutas partes certo inſtrumento vel cultello facta diuiſio.

Inciſionis vſus. Vſum habet propriè in herbis, radicibus, fructibus & huiuſmodi.

Sectio. Doctiſſimus D. Sennertus vocat ſectionem; Inquit, forcipibus aut cultellis, folia, caules, radiceſque plantarum ſecantur, & hoc modo ad coctionem vel infuſionem, aut ad trituram præparantur. Nonnulli vocant cõciſionem. Galenici ſectionem vocant dum aiunt: Ex arboribus radices & ligna primum ſerra aut ſecuri præſcinduntur, dein ad pharmacopolium aduecta minutius ſecantur, vt in pixidibus aut ſolio commodius queant aſſeruari, tandem minutuli fiunt pulueres vſibus noſtris inſeruiendi. Oſſa, vngulæ, cornua, iiſdem ferramentis diuidi ſolent, vt fruſtulatim ueneant: vſus tamen ſcalpro raſorio & tuſione aſſueſcunt læuigari. Hic autem apparatus qui per ſectionem fit ab inſtituendo pharmacopœo non parum remotus cenſetur, cum potius ad medicamenti venditorem quam emptorem ſpectet: proximè tamen ad eum ſpectat ſubtilior illa ſectio, perquam ſemina oleoſa, vt cucumeris, citrulæ, melonis, peponum, piſtaciorum & ſimilium, ſcalpro ſutorio, huc illuc ve identidem inclinato, vel frequentiſſimo cultelli verberatu in tenuiſſimas partes inciduntur, pro medici inſtituto. Secantur craſſiuſcule forcipibus aut cultello radices multæ, caules & folia plantarum, antequam terantur, vt elixentur ad medicinales vſus.

Eſt

Est & præterea eius vsus in conscindendis laminis metallicis, exempli gratia: Lamellæ solis siue argenti, antequam tradantur aquis fortibus, prius forcipe conscinduntur, quo habiliores fiant ad soluēdum: sic aurifaber idem facit si cupit Amalgamare aurum vel argentum cum Mercurio, prius lamellas tenuissimas conscindit pro miscēdo cum Mercurio: Sic conscinduntur artificiosissime lamellæ metallorum ad cæmentationes & gradationes, &c. *Sectionis vsus.*

Fractio, franguntur herbæ tenellæ, (inquiunt Galenici) dum manibus præhensæ intorquendo trahuntur: partes verò illarum sicciores non nisi extremis ad sese adductis per medium quasi crepitando abrumpuntur. Mineralia sæpe casu franguntur, sæpissimè industrio percussu. *Fractio.*

Apud philosophos sapientes, vox hæc est mystica, & idem mihi videtur esse apud eos, quod putrefactio, talia enim sunt eorum verba: Iam naturæ imitatores materiam hanc instar seminis in terra ad suum tempus putrefecerunt, cum ante fractionem hanc nihil ex eo fiat, neque vllum arcanum possit prodire. Libauius subintelligi putat vel reductionem sublimati: vel solutionem fermenti: vel solutionem Mercurii corporalis, vel solutionem coagulati elyxiris, &c. vide comment. eius part. 2. lib. 4. de lapide philosophorum. *Fractio philosophorum.*

Sic artificiosè franguntur vitra nimis oblonga, ferro candente quo habiliora sint ad supponenda capitella, &c. hoc itidem fit & cum filis sulphure immersis, sed minus artificiosè.

Granulatio est corporis in granula comminutio: Ei inseruit fusio, est enim propriè metallorum, & variis modis perficitur. *Granulatio.*

Modi varii granulationis.

1. Metalla fusa guttatim in aquam mittuntur, cuius vi re-

percussa in grana dissiliunt: Funduntur autem in catino vt artis est.

2. Nonnunquam aquæ scopæ è viminibus exilibus imponuntur, vel tabella aut colatorium angustissimè pertusum, perque metallum fusum aut liquefactum perfunditur.

3. Vel in pila lapidea ignito pistillo indesinenter agitantur granula.

4. Raro cribro separantur à puluere, & opus reiteratur.

5. Vel saltem inter manus in olla angusti orificii & bene operta fusum metallum in granula conuertitur, vt in plumbo.

6. Macerantur aliquando aceto, aut ignita in eo extinguuntur, vruntur ve in cæmento, vt fragilia euadant: postea adiecto sale, vel alumine funduntur.

7. Quædam fusa in alueolum pingui óblitum imponuntur, cumque concrescere incipiunt, euentilantur aut granulescunt. Notandum & hic quod Libauius ait part. 1. comment. Alch. lib. 3. distract. cap. 11. Interdum institui etiam granulationem per salem arefactum tritumque, qui fuso, non tamen nimis feruenti metallo, celeri manu ingeritur, & post concretionem aqua eluitur. Hoc modo quis etiam picem, & similia comminuere posset inque granula redigere, non minus ac per effusionem in aquam sicut plumbum & reliqua metalla. Ita de sulphure, & bitumine fusilibusque lapidibus. Imo & Hydrargyrus tali modo granulescit: supra etiam diximus de granulatione cap. 7. Basil. Chym. libr. 1.

CAPVT

CAPVT V.

De Laminatione, Toſtione, & Cinefactione.

LAminatio eſt corporis in paruas & tenues Laminas perductio. Eius vſus demonſtratur in Calcinatione. Libauius ductilitatem & extenſionem vocat. Dilatantur autem ampliſſime, ait, quæ Mercurialem habent Temperiem cum ſulphuris analogi exactiſſima miſtione, coactioneque denſiſſima partium minimarum, & ob humidum vnctuoſum tenaciſſima. Hæc enim quia non deſerunt ſe mutuo, & cedere poſſunt; nec admittunt ob ceſſionem quicquam pororum, & aeris alteriuſue peregrini; Extenduntur cum magis continua productione ſui corporis vſque ad terminum competentem: In externis videmus tale quid pati viſcida & lenta. *Laminatio, Ductilitas & extenſio*

Itaque quanquam in metallis nihil eſt talis lentoris, nihil viſciditatis aut oleoſi; tamen vt ſimile ſimili explicatum intelligeretur manifeſtius, iſtis vſi ſunt vocabulis Philoſophi in Explicatione metallicæ naturæ, & ſulphuri, Mercurioque vnctuoſitatem tribuerunt, vnde fit iſta affectio. Mirum v. eſt metallici Mercurij eam vim eſſe, in congelatione metallica; neque tamen argentum viuum ab arte extenſile facile poſſe effici. Videri poteſt hoc argumento metalla ex Mercurio non conſtare. Sed metallorum naturam qui conſiderat, & videt in Hydrargyro ſimilia fieri, ſi non vulgari arte; occulta tamen, & artificibus præſtantibus nota; minus mirabitur. Sulphur licet teri poſſit, tamen in ſe habet humidum tenax.

Et Hydrargyrus quam diffluat facile ob grauitatem, & humiditatem, tamen etiam in ſe redit facile, & digitis tum crudus, tum præcipitatus aqua madefactus, aliquid exhibet leue vnctuoſum. Videmus certe metalla quoque facile mittere extenſionis potentiam, atque eam interdum recuperare. Plumbum in lithargyrum ab igni redigitur, fit ceruſſa, quin & liquor: Non extendi amplius poteſt, ſed teritur more friabilium. At nihilominus reduci poteſt, vt fiat malleabile vt prius, quanquam non penitus ita molle. Cuprum in æruginem & vitriolum ſoluitur, vnde item reducitur. Argentum aquis fortibus corrumpitur

in puluerem cæruleum, plane alienum à consistentia metallica. Sed & redit fere sine omni iactura. Hydrargyrus vitam amittit & recuperat multis modis. Qui modo fluebat, iam teritur. Qui iam teritur, mox iterum fluit. Vitrescit argentum viuum; vitrescunt & metalla, vt satis vulgata ars figulorum in ferro, in ære & plumbo docet.

Causa cur recipiatur humiditas dilatatoria est, quod Hydrargyrus sit plane vniformis, nec eius partes ab ignibus soluantur, quanquam externo sub vultu aliquando deliteſcat, propter coniunctam terram. Itaque nisi dissipetur vehementia ignium in metallis, ita vt terra sulphurea vitriolata remaneat copiosior, facile eis restituitur fluxus. Dissipatur autem minime in auro; in Argento aliquantulum, in reliquis magis. Itaque aurum & argentum vehementes mutationes sustinere possunt, reliqua nequeunt. Addunt & hoc authores, ob sulphur combustum, & sic terreum redditum imperfecta dura minus dilatari. Friantur itaque si comburitur magis, &c.

Tostio. Tostio perficitur, inquit Sennertus chymicus experientiss. in patella vel sartagine ferrea inprimis igni supposita, atque Medicamenta injciuntur, ac crebro agitantur, vt humiditas illorum maxima ex parte absumatur. Torrentur autem & assantur Medicamenta vt qualitatem, quæ in Medicamento superflua est, amittant.

Ita vbi Rhabarbaro vim purgatoriam adimere cupimus, vt sola vis adstrictoria maneat, illud torremus. Veluti & sal Rhabarb. astringit, extractum laxat, mirum. Interdum torrentur Medicamenta, vt superflua humiditas absumatur atque exsiccetur: quo modo etiam præparantur, vt facilius postea conteri, (veluti crocus &c.) inque puluerem redigi possint.

Habet & sane maximum vsum in Metallicis, nam multæ sunt mineræ, quibus prius per ignem accidit Tostio, antequam possint fundi in metallum, cuius rei sui seorsim constant furni, apud Libauium, crematorii nuncupati, vt videre est in suis comment. Alch. part. 1. lib. 1. de scevastica artis cap. 12. fol. 109.

Vstio maiore perficitur igne: Vt enim in tostione res potius siccatur, & digeritur metallum, quam aduritur, extrema saltē superficies aduritur: Ita in vstione partes tam internæ, quam in superficie positæ aduruntur. Vrun-

Digitized by Google

Vruntur,aiunt noſtri ſapientiſſ. Galenici,ſolidiora præſertim Medicamenta,vt mineralia,vel quæ malignam habent qualitatẽ, priuſquam veniant in vſus humanos.

Vruntur etiam nonnulla,vt citius puluerari queant,vt oſſa, cornua, vngues,& pili animalium. Alia vt mutent colorem: Alia vt nouam facultatem,& idoneam nanciſcantur.

Multa acria interdum vruntur, vt miteſcant, & acrimoniam amittant,& quædam non acria,vt eamdem acquirant. Sicque acria,vt notanit ſapiens Præceptor Galenus in procem. lib. 9. ſimpl. multum caloris amittunt vſta; At quæ eiuſmodi non ſunt, aſſumunt. Hoc probat exemplo calchanti,quod mitius,moderatiusq; redditur per vſtionem. Nonnulla verò non acria,vrendo redduntur calidiora,&magis erodentia,vt fex vini,Hydrargyrus,calx cruda,& alia multa.

Qua autem ratione idem efficiens effectus tam oppoſitos promat, ſic ſentiunt Medicinæ proceres. Acrimonia acquiritur, aucto calore ad certum gradum,quem dum per aduſtionem excedant acria,ſuam acrimoniam amittunt. Quæ vero acria non erant,cum ad iſtum caloris gradum,ſeu ſecundum aut tertium peruenerunt, eandem acquirãt, quorum vſus à Galeno improbatur. Laudat enim æs vſtum rubrum, reijcit nigrum quod nimis ſit vſtum. Spagyrici tamen malunt acrimoniam amitti vſtione, propter diſſipationem ſulphuris & ſalis volatilis; acquiri verò in non acribus, diſcuſſo ſulphure volatili, cui nulla aut exigua erat acrimonia,ac remanente ſale fixo,cuius acrimonia hebes erat & obſcurata à ſulphure ante vſtionem.

Conſideremus varios vrendi modos,diuerſosque huius operationis gradus,perpendamus & diuerſa vſtioni ſubiecta, ſic amborum vera & homogenea conſtabit ſententia: locus mihi diſputandi hic non eſt relictus,quoniam amicitiæ concordiæque vinculo ligatus teneor. Porro Galenici noſtri dicunt:vrendi modus varius. Quædam enim in clibano vruntur;alia in patina,alia in olla fictili cruda,alia in vrceolo æneo, alia in catino cupreo,& quædam in fornace aurifabrorum, vel in reuerberio chymiſtarum. Ecce confeſſio eſt vera hæc! perge.

Vritur lepus in clibano, quo vſq; poſſit in puluerem læuigari, ad calculos atterendos & ſaburram renum pellendam vtiliſſimum. Vruntur viperæ, conſilio diuini Galeni cap. 2. lib. 11. Simpl. in olla noua ad ſalem Theriacum, Lepris & impetigini agreſti diſcutiendis maxime

xime idoneum. Sed inter vrendum cauendum eſt, ne vapor teter, ac venenatus cerebrum laceſſat.

Vruntur animalia pleraque integra ſi puſilla ſint; vel partes grandiorum vt oſſa, cornua, pili, pennæ, corium, vngues. Excipiuntur vero fictili nouo, (Gal. cap. 33. lib. de theria:) & in furno, vel fornace, & interdum ſolis circumcirca prunis ſubditis vruntur, donec facili negotio puluerari queant.

Rami Arborum, arbuſta, ſarmenta, & multa ſimplicia per ſe accenſa, interdum & vaſe quodam terreo aut metallico concepta, ſolent vri: vt de Tiliis conſtat, qui carbones egregium ſunt Medicamentum contra ſanguinem coagulatum & caſum.

Cancri nonnunquam vruntur in ſartagine ærea, quandoque in olla, ſæpe inter Carbones ignitos donec cinefiant; vel ſaltem quouſque ex his torridis fieri queat puluis tenuiſſimus, qui commendatur ad canceroſos affectus, & eos qui à rabido cane infliguntur.

Lapides inter prunas ardentes à follibus excitatas vruntur. Cyaneus tamen & Phrygius, & alii pretioſi in partes exiguas, ante vſtionem frangi debent, & olla fictili, noua, operculo tecta perforato, excipi, vt facilior exhalationi pateat exitus, dein tamdiu vri, donec igniantur.

Vſtionis enim terminus (rectiſſime) in quibuſdam eſt Ignitio; in aliis dum nihil fumidum amplius expirat. Multi tamen lapides ter aut quater igniuntur, & toties humore quodam ſuffunduntur ante trituram.

Fex vini torretur tamdiu donec albeſcat, atque tantam acrimoniam acquirat, vt linguam & palatum quaſi vrendo mordicet.

Ouorum putamina, oſtreorum, & limacum teſtæ, cornua & dentes animalium ita debent accendi, vt conflagrent, & albeſcant, & fiant puluerabilia. (Hic vſtio abit in calcinationem.)

Accenduntur & vruntur nonnunquam reſinæ, ſtyrax, Thus, pix, therebinthina & multa ſimilia, vt ex his accenſa fuligo quædam medicamentoſa excipiatur ad futuros vſus.

Alumen in patina ignita vritur, quouſque bullas excitare deſierit. (nobis hæc operatio eſt & dicitur dephlegmatio, humiditatis nimirum exhalatio & priuatio) & calchantum donec colorem mutauerit. (Nobis dicitur calcinatio vitrioli ad rubedinem.)

Sal vritur olla exceptus & opertus ne exiliat. Exilit vero & ſtrepit vrendo,

Digitized by Google

vrendo, donec perfectè crematus fuerit. (Nobis est salis decrepidatio, inde dicitur sal decrepidatum.) Nitrum quoque eodem modo vrendum (nulla vstio in nitrum cadere potest, nisi exsiccatio, tandem fusio, nisi velis fugare in auras &c.) Cerussa inquit Dioscor. cap. 103. lib. 5. trita in fictili nouo, flagrantibus igni carbonibus, assidue versando vritur (genus est calcinationis) donec cinereum colorem traxerit; Tunc exime, refrigerato, vtitor. Vel in patinis nouis super prunas vtito, & ferulacea rude moueto, donec colore fiat similis sandarachæ.

Auripigmentum torretur in testa noua, viuis carbonibus subiectis, assidueque versatur, donec igne flagret, & mutet colorem. Et sandaracha eodem modo vritur, & dos vtriusq; eadem vt Dioscor. cap. 80. & 81. lib. 5. Crustas enim cum vredine vehementer excitant, capillos euellunt, excrescentia reprimunt & tubercula discutiunt.

Cadmia crematur carbonibus obruta, donec translucida spectetur & scoriæ, ferri modo bullet, mox extinguitur Dioscor. cap. 45. lib. 5. Nonnulli exustam terunt in vino, rursumque fictili crudo vrunt, donec pumicosa videatur: Iterumque tritam ex vino tertio vrunt, donec prorsus in cinerem redigatur. (Hoc genus cinefactionis est.)

Pumex crematur flagrantissimis carbonibus obrutus, & vbi canduerit, extractus vino restinguitur odorato: Iterumque incensus restinguitur, & tertia vstione exemptus, & per se refrigeratus ad vsus conditur. Dioscor. cap. 125. lib. 5.

Ærugo vritur minutissime fracta & comminuta in fictili patina flagrantibus prunis superposita, versaturque donec se mutet, & colorem cinereum concipiat.

Calcitis vritur fictili nouo viuis carbonibus superposito. Finis autem vstionis in humidioribus est, vbi ipsa chalcitis bullas excitare desierit, & perfectè inarduerit. In reliquis vero dum mutata in floridum colorem fuerit, & sanguineum aut miniatum colorem contraxerit, tum demum eximenda est.

Chrysocolla patinis supra carbones vritur: Et ochra Cadmiæ modo. Dos chrysocollæ ad purgandas cicatrices: Excrescentem carnem coercet: astringit, excalfacit, & modice corpus mordendo exest Ochra vero astringit, erodit, collectiones & tubercula dissipat. Dioscorides.

Quemadmodum Assatio finitima est vstioni, imo quoddam velut iter ad vstionem, sic vstio ad cinefactionem, cinefactio ad calci-

Digitized by Google

nationem. Sufficiat amica citatio & collatio terminorum Galenicorum cum chymicorum operationibus, nisi quod aliquando latius, apud nos vero strictius sumatur vstio, vti ex his videre est, verum hoc nullam gignit controuersiam, sed aliqualem collationem fraternamque demonstrandi concordantiam.

Cinefactio seu in cineres reductio fit, cum humidum, quod in combustibili erat, & quod per partes cohærebat igni absumitur.

Fit autem hoc duobus modis: 1. Aperto igni ipsa res nuda objcitur & in cinerem redigitur.

2. Quæ combustio à priori in eo differt, quod ibi, quicquid est volatile, in auras euanescit; hic vero quædam volatilia cum fixis retinentur & figuntur.

Sed necesse est, vt ignis hic sit vehementior, & non solum vas, sed & ipsa materia tota igniatur. Alias enim solum tostio fit, non cinefactio; & hac de causa opus est nonnunquam repetere hanc vstionem.

Sunt vero, quæ in cineres rediguntur, imprimis plantæ & animalia: & quæruntur cineres plerumque salis gratia. In cineribus enim nihil relinquitur, nisi sal, & terra mortua quædam, vt appellant, atque inutilis: reliqua omnia igne absumuntur.

Si tamen Incineratio nondũ perfecta est, resque nondum in cineres plane redacta, combustio saltem appellatur ista operatio, & res tales commodius generali nomine combustæ, quam in cineres redactæ dicuntur.

Quando felicius succedere debet hæc operatio, tum chymici nonnunquam addunt crudum sulphur, aut sal nitrum: sic breuiter hæc cinefactio perficitur, & ad opus quod tendit absoluitur.

Cinefactio (inquit Iatrochymia nostra) est operatio, qua corpus in cinerem cum humidi iactura redigitur, in qua salsugo requiritur. Eius duplex est apparatus: primus aptus, in qua materia viua flamma comburitur, ita vt fiat flammæ quasi pabulum, vsquequo in albissimum & perfectissimum cinerem redigatur, & quo sal Elementaris tantum extrahitur.

Occlusus apparatus est, cum in olla apposito operculo vndiquaque luto agglutinatis commissuris in cinerem comburitur, atque hac ratione volatilia cum fixis figuntur.

Cine

Cinefactio, ait Libauius, eſt qua fiunt cineres: Itaque licet nonnunquam & fuligo metallica, & Alkali nominentur cineres, proprie tamen cremabilibu ſeu in flammabilibus competit. Horum enim combuſtorum reliquiæ ſunt cineres proprie.

Adminiſtratio eius eſt duplex: Occluſa & aperta. Occluſa fit cum ſegmenta rei cremiæ in olla fortì ponuntur, agglutinatoque operculo, & commiſſuris oblitis, igni reuerberii tamdiu comburuntur, dum in cinerem album abierint. In nonnullis item relinquitur reſpiraculum, ſicut in calcinatione ſpeciali & decoctione clauſa. In hac autem ſeruantur cum fixis volatilia. Aperta fit viua flamma, eſtque tunc res ipſa ſimul flammæ pabulum. Sicut autem illa inſeruit eſſentiis quæ Alkali vocantur, ita hæc Magiſterio ſalis eſſentialis. Nam tenuiores volatilesque partes eleuantur à flamma, vt relinquatur cinis duntaxat corpulentus, qui tandem vberius vſtus areneſcit, aut etiam in ſolidam coagulatur & in vitrum fundi poteſt.

CAPVT VI.

De extinctione, coctione, elixatione, & aſſatione.

EXtinctio eſt ignitæ materiæ in aliquo humore ſuffocatio. Illa vero materia extinguitur ſæpius vſta, ſæpe & ignita tantum: vt cum gemmæ, & multa metallica, priuſquam perfecte calcinentur, vino, aceto, aqua ſimplici, vel ſtillatitia, vel ſucco quodam, aut liquore extinguuntur, donec plane refrixerint.

Auri, laminæ ſæpius ignitæ nonnunquam extinguuntur aqua communi, vino vel aliis, quæ vtiliter dantur Dyſentericis, ad occludenda vaſorum oſcula, (vide partem quintam Præfationis Baſilicæ Chymicæ noſtræ) & Elephanticis ad robur, partium principum & exhilarandos ſpiritus.

Ita aqua ſalutaris eſt ad multorum affectuum profligationem, in qua pluries chalybs fuerit exſtinctus; ſic chalybs ipſe in ſcobem redactus, ignitus & extinctus aceto, eximius eſt ad multos vſus, vide Reſolutionem Martis li. 3. Baſil. chymicæ: & in ſequentibus reſtinctionem.

Extinctio, ſecundum Iatrochymiam noſtram, eſt cum metallum ignitum extinguitur in liquore aliquo forti ſiue corroſiuo, vt in aceto deſtillato, muria cocta, vel ſimili, in quo liquore non modo ſquamas reponit, quæ calx dicuntur, nam in ſubtilem puluerem redigi poſſunt, ſed etiam multoties ſaturatiſſimam Tincturam in menſtruo relinquit, vnde viam parat ad magnas operationes.

Coctio, vt Medicamenta gratiora, ſalubriora & vſui ac compoſitioni magis idonea reddantur, ſolent concoctione conuenienti commutari: Hic primo audiemus Galenicos, deinde chymicos.

Coctio, inquit Galen. probl. 7. ſect. 12. eſt rei concoquendæ alteratio, vel commutatio.

Eius autem tres ab eis conſtituuntur differentiæ. Maturatio, elixatio, & aſſatio. Gal. cap. 3. lib. 4. Meteor. Sed quia Maturatio πέψις Græcis dicta, naturalis quædam eſt coctio, ab illis omittitur, & ſolummodo de artificiali, vt vocant, agere volunt, ad quam Elixationem, vſtionem, calfactionem, frictionem, deſpumationem, & quæ calore mutationem quandam acquirunt, tanquam ad genus ſolent referri.

Pro rerum autem coquendarum ſubſtãtia, & viribus, fit coctio leuis aut valida, aut mediocris. Quædam n. leuem tantum coctionẽ ſuſtinẽt, quorum ſcilicet virtus longiore coctione facile reſoluitur; vel quia imbecilla eſt, aut in ſuperficie poſita, aut quia rara ſubſtantiæ textura conſtant, vt ſemina quædam, Aromata multa, & flores pene omnes. Alia coctionem longiorem deſiderant, vt quæ contrario modo affecta ſunt

cta sunt, quorum nempe virtus non facilè resoluitur, aut quia valida est, ac firma: aut quia in substantia crassa ac densa residet, aut quia in profundo est sita: cuiusmodi sunt radices, ligna, gummi, lapides & acria, vt cepe & allium, quæ coctione nitescunt. Quædam mediocrem coctionem patiuntur, quæ inter dicta extrema media sunt, in substantia & viribus, vt santala omnia, jujubæ, passulæ tamarindi, molliusculi fructus & semina multa.

Coctio autem quæ fit in humido à calore moderato, elixatio ab illis dicitur. At humidum illud, cui medicamenta incoquuntur, magna ex parte aqua est, eaque verè simplex, vt communis, vel medicamentosa, & composita, ad quam reducuntur lixiuium, hydromel, lac, serum, vinum, acetum, succi plantarum, aquæ salsæ, vel sulphureæ, & liquor omnis in quo medicamenta excipiuntur & incoquuntur.

Est verò multiplex elixationis vsus, primo siquidem humorem medicamēti excrementitium coquendo resoluit, vnde colocynthis & elleborus coquuntur, ne molestè ventrem perturbent, & torminibus exerceant. Contrarium tamen accidit his medicamentis, quæ leniendo & lubricando purgant, quæque cum plena sunt, eadem meliora, vt Cassia & tamarindi: Coctione namq; deteriora fiunt, quia humiditas illorum natiua imminuitur, & vis purgatiua deperditur.

Secundò elixatio flatus crassos & mordaces, ad nauseam ventriculum lacessentes, ab eodem medicamento dissipat, vt in senna, polypodio, carthamo, ebulo.

Tertiò acrimoniam, violentiam & qualitatem vlceran-tem frangit, vt de scammonio scribit Mesue, quod illitus jussu in malo austero, vt citonio, vel succo rosarum coquitur, & præstantius redditur, vt omnia acria coctione fiunt meliora.

Quartò, vehementiorem medicamenti attractionem & maligniorem obtundit: proinde elleborum album, & medicamenta valentiora incoquimus, vt illorum violentia fracta

maneat, ſicque omnia medicamenta redduntur benigniora, dum in aqua vel ſuccis herbarum, ſeminum aut fructuum coquuntur.

Denique elixatio facultates medicamentorum diuerſas optimè permiſcet, vt ex his omnibus vna reſultet veluti concreta facultas: quæ ſi fuerit imbecilla in planta quadam, leuius coquenda eſt, ſi potentior ac validior, validius, eoque magis quò ſubſtantia illius craſſior, ſolidiorque fuerit. Idcircò primum ligna, dein radices, tertio ſemina, poſteà lignorum cortices, tum fructus, poſtremò flores igne lento, tetri fumi experte concoquuntur, dum arida, duraq; molleſcant, cætera contabeſcant, & in aquam aut liquorem ſuas vires deferant.

Hic elixationis ordo ſemper tenendus in omni medicamentorum & maximè apozematum apparatu, quæ fiunt ex decocto radicum, foliorum, ſeminum & florum ſacharo aut ſyrupis quibuſdam dulcorato. Tempus autem coctionis, non vna hora, aut aliquo temporis certo ſpatio, vt quidam arbitrantur, ſed vno artificis periti judicio definitur. Quædam enim ad elixationem multum temporis, alia parum exigunt: Hactenus doctiſſimi Galenici.

Coctio alia: naturalis, alia exaltatoria, alia extractoria.

Coctionem in arte Chymica accipimus χειροκμήτως ſeu τεχνικῶς. quamquam eam explicemus ad exemplum naturalium. ὡσὶν γὰρ ἀφῄρει, (inquit Ariſtoteles 4. Met. 3.) ἐν ὀργάνοις τεχνικοῖς ἢ φυσικοῖς ἂν γίνεσθαι. ἀλλὰ γὰρ τῷ αὐτῷ αἰτίαι πάντα ἴσα. Et rurſus: δεῖ τὰ καθόλου ταῦτα τέχνῃ καὶ φύσει. ὅμοια γὰρ τὰ γιγνόμενα πάθη, ἀλλ' ἀνώνυμα. μιμεῖται γὰρ ἡ τέχνη τὴν φύσιν: hoc eſt, nihil refert, naturalibus an artificialibus inſtrumentis peragatur coctio. Omnia enim quæ coquuntur ab eadem cauſa euadent cocta. Species in vniuerſum eædem ſunt in natura & arte. Similes enim ſunt, quæ eueniunt

niunt affectiones licet nomine careant. Imitatur enim ars naturam.

Sed vt intelligamus, quomodo in natura fiat coctio, vtque artis præcepta eò facilius assequamur paucis illam contemplemur. Consequens erit, non omnem coctionem esse extractoriam, & simul lux accedet philosophematis Aristotelicis. Ita definitur coctio: πέψίς ἐστι τελείωσις ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καὶ οἰκείου θερμοῦ ἐκ τῶν ἀντικειμένων παθητικῶν. τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ ἀκεία ἑκάστῳ ὕλη: quod est: Coctio (loquitur de naturali, quæ fit in mixtis) est perfectio ex oppositis passiuis, quæ sunt materia vnicuique (hoc est, humore & terra) facta per calorem naturalem insitum cuilibet.

Coctionem fieri dicit, cum ex materia subiecta & potentia eius producitur forma perfecta per calorem insitum, qui est principum naturale, à quo motus internus, qui tamen potest promoueri adiumento fomentisque externis, vt Balneis.

Finis itaque coctionis est natura, seu forma & substantia, in his, quæ simpliciter coquuntur: in aliis ad quandam formam quantitatis aut qualitatis humidi per calorem redactio. Causa principaliter agens, calor internus: adjuuans fomentum externum. Materialis humidum potissimum, idque non quoduis, sed determinatam rationem habens ad suscipiendam certæ coctionis perfectionem & formam. Consequens est coctione materiam humidam ex superflu. ad modum quendam perduci, & crassescere rem coctam Id enim signum est, quod calor humidum vicerit, & terminauerit, vnde siccius quoque simul coctum euasit. Hæc generaliter de coctione posita in tres coctionis species, nempe maturationem, elixationem & assationem. *Finis coctionis.*

Neque enim extrahitur id, quod crassius siccinsque enadit: sed potius in re ipsa, quod inerat, perficitur, vt sic coctiones ad exaltationē debeant referri, quam extractionem. Sed hæc facilè explicantur artis proprietate

Digitized by Google

prietate & motu. De interna coctione naturalique ista dicta esse patet. Sed ars externum principium est, & similiter in re agit motu foris introducto. Cum ergo extrahere quid per coctionem volumus, & coctione Chymica perfectionis aliquam formam producere, iam in natura coctum assumendum est. Natura enim arti materiam præbet. Illud coctum artis respectu potest esse crudum. Non enim habet formam, quam ars quærit. At si simpliciter coquere volumus, non fiet extractio: sed exaltatio, vt in lapidis magisterio, in quo student rem plus quam perfectam coquendo reddere. Coquemus itaque ex hypothesi & obiter, donec assequamur quod volumus. Quocirca patet extractioni inseruire coctionem posse non per se, sed ex accidente: veruntamen simile quid moliendum est.

Quia enim coctio est rei indefinitæ, & abundantis humiditate interminata: quæ per coctionem extrahere volumus oportet redigere exterminato sicco, ad humidum interminatum, hoc est, certo liquore dissoluere, vel diluere penitus, ita vt ex arte comminuta plane videantur humori immista esse. Verumtamen iuxta rationem speciei, quam imitari volumus extrahendo, nempe elixationis. Hæc enim commodissima est huic operi: postea etiam tostio. Humidum autem debet dispositum esse & aptum extrahendæ essentiæ. Postea procurabitur in hoc calor artificiosus, qui facit, vt assumatur ex partibus contriti succus familiaris, fiatque aliquod mistionis rudimentum. Vna cum hoc simul eueniet segregatio heterogeneorum. Nihil enim fit ex toto, sed vt in naturali coctione in plantis & animalibus reliqua sunt excrementa, ita & in artificiali. Hæc separanda sunt, & deinde coctio absoluenda ad vltimum vsque finem, aut formam, quam volumus: & sane hæc fieri sic in extractione succorum artificiosa per modum elixationis (siue expressum penitus, siue adumbratum duntaxat) notum est.

Illud saltem ingeniosus attendere debet, vt studeat tali humori, qui à coquendo possit denuo separari, aut si maneat aliquid, id consilio & vsui non afferat aliquid detrimenti. Inde postea per coctionem extracti iudicia dependent. Si enim totum Homogeneum est extractum similareque vndiquaque, si crassius sicciusque factum, & perfectius ad vsum medendi, quam prius in natura, recte peracta erit extractio per coctionem: sin minus, dicendum est imperfectam esse vel consilio aliquo, vel errato, quæ est ἀστοχία, vel iuxta oppositas coctionibus species,

Digitized by Google

cies, pollutio vel quid ſimile. Sed cum noſtro inſtitûto magis faueat ἕψησις, ſeu elixatio, & aſſatio, cum ſua ϛαλεύσει ſeu toſtione, de his quoque in ſpecie dicendum eſt.

Elixationem philoſophus vocat coctionem indefiniti inexiſtentis in humido per calorem humidum, hoc eſt materiæ, cuius humidum fluit indeterminate & ſine certa forma, quod humidum ad modum formamque redigitur per calorem humidum. Exempli loco producitur coctio cibi in animalibus. Corpus eſt nutriendum ſuam habet caliditatem, cuius motu cibus humidus & calidus cõcoquitur & ex informi, fluidoq; & indeterminato ſucco redigitur ad modum certæ naturæ definitæq; ſubſtantiæ, veluti oſſis, carnis aut ſimilium. Humidum etiam, quod terminari debet, putat eſſe πνευματῶδες, ἢ ὑδατῶδες, ſpirituoſum vel aquoſum, quãquam in arte fors nemo tẽtauerit ſpiritus ipſos elixare. Calor agens humidus dicitur. Siccus enim non elixat, ſed aſſat. Is eſt in humido externo. *Elixatio philoſophica.*

Nam in elixatione duplex requiritur humidum: vnum, quod eſt in reipſa, quod item eſt calidum natura, alterum, quod foris eſt & calori agenti ſubſternitur. Et illud tale eſſe debet, vt ab externo poſſit ſuperari & elici. Itaque quæ humore ſunt deſtituta, aut quæ tam firmum habent, vt non poſſit vinci aut produci, non ſunt elixibilia. Ergo in elixatione fit ſeparatio quædam ſeu extractio (διάκρισιν καὶ ἔκκρισιν vocat philoſophus) ſuccus intus in re exiſtentis per humorem externum agente calore, ſiue ea res actu ſicca ſit, ſiue humida vt lac: Et illa quidem adjuuanda eſt comminutione & maceratione, donec humidum internum obſequatur. Conſequens eſt elixata fieri intus ſicciora, quia proprio humore ſpoliantur, foris humidiora: Deinde inæquales eſſe elixationes pro materiæ diſparitate, item fieri *In elixato duplex requiritur humidum.*

Digitized by Google

temporibus imparibus pro firmitate vel imbecillitate nexus, qui est resoluendus, vt humidum exeat. Metaphorica tamen est elixatio liquorum, vti & auri, sicut indicat philosophus, quia succus, qui est in humore, in aliquam formam transit vi ignis, qui foris circumstat ambitque & calefacit.

Differunt elixationes finibus. Fiunt enim gratia cibi vel potus vel medicamenti. Neque vero etiam omnia hic concrescunt, quanquam genus coctionis, cuius præceptum catholicum erat, coctum crassius & siccius fieri, id requirebat: Sed quædam spissantur, quædam tenuia manent, vel etiam fiunt liquidiora.

Non fit elixatio, sed pollutio potius, cum calor in humido ambiente non dominatur, vel quia nimium est humidum, vel dissipatur ille, & expellitur. Hæc philosophus de elixatione, quæ artificibus Chymicis admodum sunt grata, præsertim quod attinet declarationem per coctionem naturalem in ventriculo animalis. Intelligit enim Chymicus suam extractionem per elixationem perinde fieri ac cum naturalis calor ex materia cibi elicit chylum & succum alimentarium. Ibi primum est materia elixabilis, nimirum, quæ talem habet succum tali compage concluſum, vt & nutrire & per elixationem extrahi possit.

Consequens est aurum, lapides, arenas, & similia inepta esse ad coctionem ventriculi. Præmisit autem natura molitores dentes quibus frangitur cibus, vt succum eo facilius reddat. Deinde addendus est humor externus, qui istum cibum circumstet, & intro quoque penetret. Non enim potest sine hoc fieri elixatio & succi prouocatio. Is calidus esse debet ad eo gradu caloris, vt dominetur cibo. Potentia quoque calidus melior est: Sed tamen calor etiam foris suppeditatur à ventriculo, corde & epate: Nonnunquam is roboratur fomentis. Peraguntur hæc omnia vase destinato in quo se tangere mutuo possint agens & patiens. Postquam ergo peracta est elixatio ista, humor externus succum interiorem assumpsit, & tunc instituitur separatio relictæ fecis, à succo, qui cum humore vehitur ad alias officinas, vbi fit digestio, assimilatio seu maturatio, separationesque nouæ, vt abundantia humidi-

Digitized by Google

humiditatis tollatur, id quod duplici accidit beneficio. Præterquam enim quod idem liquor extractorius & elixatorius, distributoriusque fuit, etiam deductorius est excrementorum acrium biliosorum salsorumque. In hunc modum omnino Chymicus suas quoque extractiones per elixationem aut macerationem instituit, vt non videatur ipse excogitasse, sed à natura sumpsisse.

Primum eligit materiam extrahendam, eamque præparat vt coquus & masticatio: aliena detrahit, optima assumit, eaque comminuit, & si iudicat difficiliorem fore compagem, eam frangit etiam pluribus laboribus, vt vaporatione, macerationeque in suo menstruo, si quidem proprio succo abundat, si non addit suum, quod ex artis præscripto & vsu scit esse conuenientissimum. Nec raro id paulo acrius est & penetrantius, vt reserare nexus soluereque potenter ligaturas naturæ possit. Hinc includit cucurbitæ elixatoriæ, cauetque, ne quid per orificium exeat.

Vt enim natura Stomachum, ita & ipse vitrum claudit: sed tamen hac addita cautione, vt si venenati suspectiue spiritus vna sint, hoc sinat prius secedere: Deinde suo liquori calorem addit foris præbito foco vel balneo.

Artificiosiores enim fiunt extractiones per diplomata & balnea seu vapida, seu mersoria, imo & tutiores, quam per ignem nudum modo sinat materia. In eo aliquando versatur ingeniosius, vt quidam putant. Nam elixat non tantum per humorem circumstantem, ita vt ei res sit immersa, sed etiam per vaporem.

Portiones à filis suspendit, ex operculo super liquorem in imo bullientem, vaporantemque, qui vapor insinuat se in materiam concrescensque in aquam stillat, & simul deducit succum. Sed non in multis, nec omni consilio id valet. Fortior est immersoria elixatio si præcesserit comminutio. Peracto opere, si totus succus exhaustus est, recte est: sin minus, repetitur opus contusione noua, menstruoque mutato. Nonnunquam prior succus malitiæ quid habet. Itaque modica elixatione euocatur & profunditur.

Sequens vero accurate extrahitur propter vtilitatem. Negat Aristoteles lac & mustum elixari, nisi metaphorice, & sane Chymicus quoque ista alio fine decoquit, nimirum vt coagulet, vel separet, quæ

res tamen similis est elixationi. Negat & aurum, lapides & ligna elixari: sed chymici inuenerunt certa menstrua, quorum beneficio & ista queant elixando extrahi, tametsi macerationi debitæ potius soleant subiici, sed quam facile in elixationem mutes. In lignis non est hæsitandum. Nam apertum est horum scobes extrahi per elixationem posse. Coctione absoluta instituitur separatio essentiæ à reliquiis, vt in natura, & ea itidem duplex. Aliquando tamen menstruum cum succo relinquimus, vel totum, vel aliqua ex parte. Seruilem hic operam habet expressio & colaturæ: Interdum & destillatio & aliæ. De coctione exaltatoria vide Doctiss. Libauium in comment. Alchym. part. 1. lib. 6. de exaltationibus cap. 5. De exaltatione porro naturali vide eundem in comment. Alch. part. 1. lib. 2. de pyrotechnia & affinibus cap. 22.

Assatio. Assatio Galenicis est medicamentorum cum succo tantum proprio concoctio: Quo præparationis modo carnes, radices & fructus sine aliquo humore aduentitio coquuntur.

Modi assationis. Ea autem assatio fit modis plurimis: carnes enim veru transfixæ versatili ad ignem coquuntur, vel catino figulino exceptæ in clibano, vel suprapositæ crati suppositis prunis ardentibus assantur. Radix quoque betæ Romanæ nigræ sub cineribus assatur, vt & castaneæ in pertusa sartagine: sed hæc cuncta magis ad popinam quam pharmaciam pertinere creduntur.

Assantur verò medicamenta multa, vt qualitatem inutilem deponant & retineant salutarem: alia vt fiant mitiora: nonnulla vt facilius & citius puluerentur, sed rheum assatur aliquando, vt minus sit purgatorium, & valentius adstringat: (vt in Tostione dictum) quemadmodum & scylla, vt illius vehementia obtundatur qua interanea lædit, ex Dioscoride. Sic & Cerebella passerum assantur, vt sicciora sint & magis puluerabilia, vt commodius his permisceantur quæ Venerem suscitant. Multa quoque præparantur assando, vt copiosa & excrementitia illorum humiditas assumatur. Dum verò super regulam ignitam, vel in furno, aut sartagine assantur, cochleari aut rudicula quadam fessa debent versari, ne vrantur, atque amoueri antequam nigrescant.

Differentiæ inter assationem & frixionem. Hoc autem discrimine dirimuntur inter se Assatio & frixio, quod illa fiat cum succo proprio, hoc vero cum aduentitio

titio, vt cum oleo, butyro, vino, aceto, aut alio ſucco vel liquore. Quo modo multa alimenta friguntur, vt fabæ & cicera, tum vt ſuauiora ſint, tum vt flatum magis deponant, ex Galeno cap. 29. lib. 2. de alimentis.

Coriandrum frigitur, hoc eſt, præparatur cum aceto, vt illius qualitas cerebro noxia obtundatur. Frigitur & viticis ſemen, vt flatus magis diſcutiat, & venereos appetitus inhibeat. Nonnulla vero friguntur in oleo amygdalarum dulcium, vt myrobalani citrini, chebuli & nigri in compoſitione Trypheræ Perſicæ. Alia in Omphacio; & quædam in vino, aut alio ſucco, pro vario medici ſcopo, vt qualitatem meliorem acquirant, vel deteriorem amittant: Hactenus Galenici.

Aſſatio ſecundum Philoſophos.

De Aſſatione ea ſcribit Philoſophus, (Libau. comment. Alch. part. 2. lib. 4. de extract. cap 2.) ὄπτησις ἐστὶ πέψις ὑπὸ θερμότητος ξηρᾶς καὶ ἀλλοτρίας: Aſſatio eſt coctio à calore ſicco & alieno. Differt enim ab elixatione ſiccitate caloris ignei & externi, cum in illa adhiberetur calor per humorem, & inſita humiditas euocaretur; ſed in aſſatione potius reſumitur, ita, vt aſſatum intus ſit humidius, quam elixatum. Foris enim ſiccitas eſt, intus humiditas, contra in elixato foris humiditas, intus ſiccitas.

Eſt & in artificioſis maioris operis aſſare, quam elixare, quia plus negotii & curæ requirit calorem aſſando intus foris que æqualem adhibere, cum quæ propiora ſunt igni, citius ſiccentur, quam remotiora: Et maxime hoc pugnat cũ extractione, quod dicit: σωμάτων τῶν ἔξω πόρων ἀθροισθέντων ἐκκρίνεσθαι τὸ ἐνυπάρχον ὑγρὸν. ἀλλ' ἐγκατακλείεται ὅταν πόροι μύσωσιν: Coeuntibus externis poris humor inſitus non poteſt ſecerni, ſed intus concluditur cum conniuerint meatus. Quocirca chymicus hinc ſperare extractiones non poteſt: quia ei non conueniunt, ſed potius aduerſantur.

Ecquid ergo in ſteutaſi, ſeu imperfecta multaque aſſatione aliquid præſidii? Vſtulatio (ſchmetchen Germanici vocant aut ſengen/) inquit, deficiens aſſatio eſt propter Caloris penuriam, quæ euenit, vel quia ignis externus iuſto minor eſt, vel quia aqua interior copioſior exiſtit, quam vt vincì à calore externo poſſit, hoc eſt, vtrobique color non

sufficiens, qui quidem motum incipere potest, sed non perducere ad finem & assationem complere. Vstulatur ergo res, non assatur. Cum itaque hic mentionem faciat Philosophus internæ aquæ, & assationis imperfectæ, qua non necesse est claudi poros, & humidum, quod fertur ad extremitates resorberi, videndum an non exeat stilletque & sic succum secum deferat. Vt eo artificiosius res peragatur, neque assabimus rem neque aduremus (quod fit ὑπερβολῇ τῆς θερμότητος ξηρᾶς) sed imperfecte ita coquemus, vt modica tostione non absumatur aquositas, sed calefacta resoluat succum insitum secumque per meatus patentes educat. Quod si angustiores sint, quam vt ichorem possint emittere, confodiemus rem veruculis. Insuper si aqua ista, qua mediante educere volumus essentialem humorem, minor sit, studebimus eam augere arte, id quod fiet, si factæ intus cauitati incluserimus res aquosas, quæ paulatim diffluant: aut saltem, si pingue humidum quærimus farciemus eam pinguedinibus. Sane ita solemus adipes essentiales elicere ex fartis felibus, catulis, anseribus & aliis, etiam carnibus solis. Hunc ergo vnum modum extractionis ex assatione annotabimus. Est & alter longe conducibilior.

Non omnis assatio fit sine humore externo, quomodo coqui solent in verubus torrere: Sed est quædam elixationi similis, quam etiam attigit Philosophus, cum scripsit, δεῖ τὸν ἕψοντα τὰ πολλὰ μεταβάλλειν καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς τοῦ πυρὸς θερμότητος ἐπὶ τὴν τοῦ ὑγροῦ ἀπόθεσιν ἄγειν, καὶ ἐκ τοὐναντίου, &c. Assum fieri dicit, non elixatum, si quid coquitur ignea caliditate; & tamen is qui coquit, elixans nominatur.

Non possumus intelligere adustionem illam qua inter elixandum humido consumpto carnes & olera aduruntur. Cum enim elixatum priuatum sit propria humiditate: Et elixatio peragatur calore in humore, non potest idem postea vere assatum, cui insitus humor restat, appellari, nec si postea combustum quid est, non fuit elixatum. Solent coqui veteres gallinas aut capos assaturi, eos præmollire elixatione imperfecta. Sed nec talis assatio intelligitur, cum qui elixat, dicatur vti calore sicco, vt asset tandem, vtpote propositum sibi hunc scopum ab initio habens. Itaque differentem nobis assationem voluit proponere, quæ elixationis formam habens nihilominus calore sicco peragatur, & finem

nem assationis assequatur. Huiusmodi est illa, quæ in sartagine adiecta pinguedine, veluti oleo, butyro, liquaminibus &c. perficitur, vt in ouis fixis, placentis, & similibus. De hac monuerat etiam ante in declaratione elixationis, ἁ γὰρ (inquit) ἔστι τῷ τηξέωι, ὀπτάται. ὑπὸ γὰρ τῶ ἔξωθεν θερμῶ πέπεται. ἐν ᾧ δὲ ἔστιν ὑγρόν, ποιεῖ ἐπὶ τὸ ἄλλου ξηρόν, εἰς αὐτὸ ἀναλαμβάνον. τὸ δὲ ἐψόμενον ὑπαναλίσκει πολύ &c. Quæ in sartaginibus coquũtur, ea assantur. Patiuntur enim ab externo calore. In quo vero est humido, facit illud magis siccum in ipsum reassumens. Contrarium fit in eo, quod elixatur. Nam ex ipso humidum excernitur à caliditate externi humoris. Sensus est, tam assationes, quam elixationes posse fieri addito foris aliquo liquore: sed discrimen esse, quod quæ assantur in sartaginibus, id patiantur à calore in liquore naturæ siccæ, vt oleo & butyro, &c. Vnde eueniat, vt humidum seu liquor talis, calorem, qui ante per se siccus est in assatione, magis faciat siccum, dum ab ipso assumitur. Nam in assatione, quæ fit in pinguedine per sartaginem internus calor dominatur, exuscitatus ab externo. Itaq; non dimittit propriũ humorem, sed retinet: Eum quoque, qui est foris similis naturæ in se sorbet, fitque tali modo assatum intus pinguius & humidius. Sed in elixatione calor externi humoris, qui non habet potentiam siccam, sed aquosam humiditatem, prequalet, & elicit calorem internum cum humore insito, sicut in puttefactione (vnde elixa facilius putrescunt assatis.) Itaq; elixata fiunt intus sicciora. Hęc est assatio secunda in liquore pingui calido sicco potentia.

At quid hinc vtilitatis ad chymicum accedere possit, si studeat extrahere: Quod enim sic assatur, scribitur potius sorbere, & in se trahere liquorem externum, quã aliquid ex se reddere. Atqui experientia euincit, multas res oleo incoctas in id deponere vim suam, & succos. Vnde tanta farrago oleorum compositorum in pharmacopoliis. Necesse itaque est aliter sentire Philosophum, aut falli. Verum notanda sunt apud eum primum hæc verba: ἁ δ' ἄψυα καὶ ἀναπαρὲν εἰς αὐτὰ τὸ ὑγρόν. πρὸς μὲν γὰρ τὴν ἔξωθεν θερμότητα ὧν ἐν ὁ. εἰ δὲ ἕλκοιτο ἢ ἐντὸς, εἶεν ἂν εἰς ἑαυτά. Causam cur elixata non assumant sorbeantque humorem externum, dicit esse superiorem vim caloris in humido externo, quæ euocant internum & non trahitur. Potentius autem trahit id, quod est imbecillius. Quod si inter elixandum eueniat, vt non externus calor, sed internus dominetur, docet futuram tunc non extractionem, sed attra-

ctionem

ctionem, ſicut in his, quæ aſſantur. Quocirca ſi artifex velit aſſando quoque extrahere, ſeu coquendo res in pinguedine per ſartaginem, ſtuderedebet, vt internus calor non creſcat, ſed minuatur; Externus vero ſit potentior; vtrumq; vero certa proportione. Neq; enim fiet extractio, ſi quis violento igne aſſet. Prohibetur autē interni Dominium diſperſione ſeu cōminutione, quæ ipſa non vetat, ne externus liquor aſſumi poſſit. Deinde opera danda eſt, ne pinguedo externa ſit minor iuſto.

Inſuper, ſi familiaritate quadam iungitur cum humido interno, eique miſcetur, cum non poſſit intus hærere propterea quia corpulenta compages deſtructa eſt, neceſſario obſequetur externo & ſic facile extrahetur. Præterea cum Philoſopho duntaxat de his ſermo ſit, quæ per ſe ſine violentia aſſantur: & doceat tali modo, quæ in ſartagine ſunt, aſſumere exterius: Humidum, fierique intus humidiora; bene agi etiam ſic Chymicus arbitrabitur. Nam iſtam voracem, bibulamque materiam poſtea cogetreuomere offam totam, cum eam torcularibus expreſſerit, & ſic tam abſorptum liquorem prolicuerit, quam comitem Internum. At, inquies, ita inſeparabile erit ab extracto Menſtruum. Sciendum, inquimus, eſt, has operationes ſæpenumero tunc tentari, cum apto menſtruo vim quærimus non tantum ex alteratione, verum etiam ex aſſumto ſucco. Itaque in principio quoque non ſemper eſt animus diuidere iſta & ſeparare denuo. Quod ſi etiam cutæ fuerit hoc, non deeſt artificium per vini ſpiritum, & alia. Eſt & tertium, quod obſeruare conuenit in tali extractione. Cum enim certum ſit elixationem extrahere, & macerationem; aſſationes tales quam maxime ſtudebimus elixationi & macerationi ſimiles facere. Iam autem cognitum eſt elixationem peragi calore in humore externo tam actuali, quam potentiali dominantur. Quocirca tales pinguedines eligemus quæ aereæ & aquoſæ potius ſint, quam igneæ; Et coctionem inſtituemus in diplomate, ſeu balneo, non immediato igne ſucco. Sic fiet Elixatio magis, quam Aſſatio.

Hoc conſilio priſci Medici in confectione oleorum compoſitorum aquoſos liquores addiderūt oleis, vt aſſatio impediretur, & tamen pinguedo ſuccum in ſe hauriret. Conuenientiores ii ſunt ſi ſimul penetrant, & clauſtra compagemque laxant, vt acetum, vinum, aqua pluuia, & ſimiles, qui ſeperantur tandem per expirationem ſeu diuaporationem coctione continuata. His accedit colatura, expreſſio, clarificatio & ſimiles opellæ ſeruiles, Chymici animaduerterunt ex aceto & vino plu-

Digitized by Google

no pluuiaque aqua aliquid relinqui cum oleis. Itaque huiuſmodi deſtillata malunt, aut raro admodum hoc modo vtuntur. Nam olea ſua ſtuduerunt ingenioſiore methodo conficere, vti ſuo loco exponetur. Veruntamen etiam ille modus eſt extractorius. Si nolumus deficere artem, & aliquid homogenei præterire non omittendus eſt.

Quanquam ergo vulgati artifices valde ſupercilioſe rideant olea veterum; tamen ſi extractiones eſſentiarum ſunt chymicæ artis, hoc autem pacto ibidem extrahuntur nonnulla artificioſe, & ſuo fine proſunt Medicinæ, neque quicquam eſſentiale in traditione diſciplinarum eſt negligendum: cogimur & de his operationibus verba facere, & præcepta ponere. Quæ per aſſationes extrahi queant, vſus docet. Quæ reſudare humorem ſeu congenitum, ſeu impactum vna cum ſuo ſucco poſſunt, maximeque pinguia, ita extrahentur. In aliis elixatione vtemur commodius, vel aſſatione elixatoria.

Quæritur, cum Philoſophus innuat, coctionem in ſartagine cum humore, potentia calido & ſicco, igneoque calore, aſſationem eſſe, num aſſatio ſit, cum quid coquitur vini ſpiritu, vel lixiuio, muria, melle & ſimilibus poteſtate calidis ſiccis? Non eſſe, reſpondetur, quod ſpiritus vini aereus ſit potius, aut ſi igneus ſit, citius ſubterfugiat, quam aſſet, vbi ſtabilis impreſſio requiritur, & contactus: Lixiuium vero & cætera aquoſitate abundent, nec ſint ſicca ignea potentia, ſed potius terrea. At aquæ fortes ignem habent cauſticum? Num ergo aſſatur his aliquid? Ne his quidem. Eſt enim in illis caloris exuperantia, vnde fit combuſtio potius, in his quæ apta ſunt ad patiendum. Deinde conſiſtentia harum quoque eſt aquoſior ſeu dilutior, quam pro aſſatione. Eſtne aſſatio, cum ſilex, vel later candens oleo perfunditur, aut in eo extinguitur? Sorbetur ab eis oleum, vt ab his, quæ in ſartagine friguntur. Vnde fiunt intus humidiora. Sed deeſt ignis externus ſeu calor igneus, quo inſtrumento peragitur aſſatio.

Sciendum vero eſt, quæ ſartaginibus aſſantur, ab aliis potius torreri & frigi dici. Celſus manifeſte diſtinguit inter elixata, aſſa & frixa. Galenus quoque in 1. de aliment. facult. panem ſeu placentam Teganitem deſcribens, & mazæ, ex polenta frixa mentionem faciens, differre innuit. Ita lib. 3. eiusdem argumenti, ea quæ aſſantes homines mandunt, aut in ſartagine frigentes corpori ſiccius dare alimentum docet, quæ in aqua præcoquunt humidius, quæ in patinis condiunt Medium.

Distant itaque assatio & frixio. Exilis hæc est controuersia.

Coctionis species tres secundum Aristotelē.

Aristoteles coctionis tres species facit, Elixationem, maturationem & assationem. Huic subiicit frixionem, si ad finem assati peruenerit. Tostionem (στάτωσιν) vocauit, si non. Manifesta sunt verba, λὰ δὲ λεπάνων, ὀπλάτας. Et est λεπὰς ἰζειν πλάνον ἢ τηγάνων. Τάγηνον vel τήγανον sartaginem & patinam frixoriam appellant, & ἀπὸ τὸ τήκειν deducunt quasi τήκανον dictum à cibis liquefaciendis, contra ac res habet. Nam cibi potius concrescunt in frixorio. Cæterum ne pluribus rem persequamur, posuit elixationem extractionibus accommodatissimam esse inter omnia genera coctionum, quod & Galenus indicauit, cum in 2. de aliment. facult. scripsit: Nihil quod accurate coquitur, proprium succum seruare omnino potest, sed necesse est, vt totum abijciat, si coctum diutius fuerit. Item, in 1. omnibus, quæ in humore coquuntur, vsu venit, vt quiddam ab eius facultate in se deriuent, ac de sua vicissim portione aliquam ipsi impartiantur, &c.

Quoniam vero nonnulla bis sunt elixanda vt genuinum adipiscamur, fors non erit inconueniens non ignorare illud Magiricum, cauendum esse, ne id quod recoquimus aerem frigidum, aut aquam frigidam attingat alias non obeditrum coctioni, & redditurum succum resolutum, sed oportere calidam præsto esse, quodidem Galenus admonuit.

Meminerimus etiam aquarum frigidarum crudarumque & leguminum, quæ ἀπέφθα Græcis dicuntur. Non enim quoduis in quouis liquore elixatur. Assationis extractoria exempla in essentiis ponuntur. Ne tamen quis nos frustra de ea verba fecisse arbitretur, eum iubemus considerare extractiones pinguedinum ex lignis & animalibus; & præsertim oleum ex vitellis ouorum assando seu torrendo concinnatum. Imo & vstione fiunt nonnulla, cuius documentum erit in succo frumēti & similibus. Theophrastus in arte picis faciendæ docet vrendo secerni liquorem acrem vna cum pice. Plinius de cedria idem monet, & in arte carbonaria, quos modos licet chymicus accommodauerit destillationi descenforiæ, tamen indicant, torrendo, assandoque, quin & comburendo posse itidem peragi extractiones simpliciores.

CAP.

CAPVT VII.

De Lotione, infusione & humectatione.

LOtio, vt Galenicis placet, duplex est, medicamentorum, vna superficiaria tantum, quæ sordes in superficie, radicibus herbarum & aliorum Medicamentorum simplicium inhærentes detrahit: Estque communis cum cæteris rebus, quæ luto, aut aliis inquinamentis conspurcatæ abluuntur. *Lotio ab extra & intra.*

Altera vero magis intima, quæ scilicet foris & intro, & per totam rei abluendæ substantiam; Fitque ea Medicamentorum præparatio in aqua vel alio liquore ad noxiam quandam qualitatem remouendam, vel vtilem aliquam introducendam, prout morbus, vel ægri natura, vel occasio postulat.

Res autem abluenda vel dura est, & lapidosa, qualis est testarum, ossium, lapidum, succorum concretorum, lachrymarum siccarum, & metallorum; vel per se liquida, vt Therebinthina, vt oleum; aut facile liquabilis, vt cera, pix, resina, butyrum; aut dissolubilis, vt calx, bolus armena, lithargyrium.

Quæ dura sunt & solida, ante lotionẽ tenuissime puluerisanda sunt; aut vrenda, deinde terenda, si citra vstionem teri non queant, vt ebur aut cornu: sicque humor aut liquor partem quamlibet attingit, abluit & purgat.

Quæ facile liquantur, vt cera, prius liquefaciẽda sunt, vt liquata facilius cedant, & permeabilia fiant. Si per se prompte dissoluuntur, aqua vel succo quodam perfundenda sunt, deinde cauanda. Si per se liquida sunt, talia sunt abluenda: qualia ipsa sunt.

Lotio autem in quo fit lotio, aut aqua pura est, vt fontana vel pluuialis; aut Medicamentosa, qualis sulphurea, marina, bituminosa, vel alius humor, vt lac, vinum, acetum, succus plantarum, aquæ stillatitiæ, & decocta simplicium Medicaminũ. Est vero Lotio vel multa vel fortis, vel pauca & leuis, vel mediocris. Res enim quæ lauantur ad sordium detractionem, vel fortiter vel leuiter ablui postulant, toties aqua mutata, donec pura remaneat, & omnis impuritas fuerit segregata & ejecta.

Digitized by Google

Quæ vero Medicamentoſo liquore lauantur, ea in ipſo per noctem aut horas aliquot reſidere debent, vt ex liquore maiorem vim attrahant, aut malignam à ſe qualitatem magis abijciant. Abuſiue tamen lotio dicitur Syluio, quod ſit potius infuſio aut maceratio, vel vt ipſe loquitur, Imbutio. Liquor enim Medicamento facultates vel non, vel raro adfert, ſæpius aufert, vt in infuſo Rheo videmus, cuius vis purgatrix in ſucco, aut liquore remanet.

Lotionis vſus.

Medicamenta autem non tam lauantur, vt eorum facultas aboleatur, quam vt augeatur. Sic aloe lauatur, Meſuei iudicio, cum aqua ſpecierum aromaticarum, vt magis roboret; & aliquando cum decocto purgante, vt aluum magis ſubducat. Non tamen ſemper lauatur, vt eius purgatrix facultas intendatur, ſed calor illius obtundatur, vt cum aqua Endiuiæ, vel cichorii, aut ſimili abluitur, ne iecur illius vſu nimium exæſtuet; frequenter autem nutritur, quam lauatur.

Itaque lotio Medicamentis vel adfert, vel aufert, efficitq; non modo, vt ſordes detergeantur, ſed vt acrimonia quorũdam hebeſcat, malignitas pereat, violentia obtundatur, & felicius aſſumantur, vel admoueantur.

Adipum & Medullarum talis eſt ablutio: Adipes, & Medullæ liquãtur, deinde percolantur, vt eximãtur fibræ, venulæ & membranæ: Tum in aqua ſuccuſantur, quæ poſtea effunditur, & rurſus alia affunditur, donec pura remaneat.

Iecoris Lupi præparatio, illius lotio eſt, & exſiccatio: Lauatur vino odorato ſimplici, ſæpe & in eo in quo abſynthium fuerit incoctum. Probe lotum exſiccatur in clibano, deinde cum abſynthio ſicco aut menta reconditur in loco ſicco.

A' quibuſdam commendatur ad Hepatis atoniam & imbecillitatem, illius tamen ſaporis & odoris inſuauitas quibuſdam diſplicet, vt apud eos non commendetur, ſed omnino reijciatur.

Eodem modo lauatur & ſeruatur inteſtinum Lupi, ſed in aere tantum aquilonio exſiccatur. Laudatur à quibuſdam proprietate ſpeciali ad colicum dolorem.

Oleum dum in aqua lauatur, nõ eſt multum verberandum, ne aquæ adeo miſceatur, vt poſt ablutionem vix poſſit ab aqua ſeparari, ſed ita vt pauliſper quieſcere ſineres, facile queas innatans decrahere, ait Galenus cap. 15. lib. 2. ſimpl.

Reſinæ

Digitized by Googl

Reſinæ,cera,pix, liquantur prius ad ignem,deinde in aquam puram fontis demerguntur, vbi permouentur & expurgantur ex Gal. cap. 14. lib. 1. compoſ. med. gene. cap. 58. lib. 9. de ſimpl. med. fac. cap. 3. li. 6. Method.

Calx quoque licet vehementer vrat, abluta tamen bis,terque, mordacitatis eſt expers, & neruo puncto exquiſitiſſimo ſenſu prædito ſalubriter admouetur. Melius nonnulli ſepties vel etiam pluries aqua noua abluunt,& poſteà cogunt in offas, quæ ſiccantur & ſeruantur.

Metallica vt commodè lauentur, debent tenuiſſimè læuigari,deinde in aquam puram, aut aliam medicamentoſam immiſſa,totum diem in feruido ſole rudicula commoueri, & per noctem reſidere: Manè vero aqua effunditur, & alia denuo affunditur,atque ſimul omnia, vt prius agitantur, donec aqua tandem effuſa pura remaneat ac limpida: hocque pacto mordacitatem & acrimoniam, ſi quæ ſit, deponunt. Pompholix enim ſic lota, mordacitatis omnis eſt expers, atque ob id ea vtimur ad tenues & acres fluxiones oculorum, ait Galenus cap. 2. lib. 4. de compoſ. medic. local. Idem ſentiendum de calcidite, miſy & pluribus aliis metallis, quæ vſta & lota acredinem multùm remittunt, vt pluribus docet idem 4. comp. med. gen. c. 2.

Veteres cadmiam vſtam lacte aſinino mitigabant: ſecundo & tertio vrebant & extinguebant, tum in mortario diutiſſimè aqua effuſa ducebant, ſiccatam rurſus bis aut ter in mortario cum aqua ducebant: Tandem ſiccabant, & ad vlcera oculorum ſiccanda, & arcendas fluxiones ſeruabant.

Ceruſa ſæpè in lacte lauatur, nonnunquam in aqua pluuia, & aliquando in ſtillatitia pro vario medici ſcopo.

Vulgus pharmacopœorum chalibis ſcopem in aceto lauat, Arabum conſilio, deinde ſiccat in latere calido, vel feruente ſole; ſiccam rurſus ex aceto terit, ſiccat vt ante: idque ſepties repetit. Iſte tamen apparatus ſimplex non eſt lotio,ſed multiplex præparationis modus.

Plumbum dicitur ablui quando aqua pluuia in mortario plumbeo tamdiu piſtillo plumbeo agitatur, ac ducitur,donec aqua inſtar limi cuiuſdam nigricantis craſſeſcat: Tunc liuens ille liquor colatur, exſiccatur, in paſtillos formatur & ſeruatur.

Hæc de lotione Galenici ambiguè, quibus primus eſt modus præparationis, nonnullis medius, Syluio vltimus: Nunc & noſtram ſententiam inferemus.

Notandum eſt, multa non ſolum cruda medicamenta, verum & metalla ac mineralia, indigere ablutione, antequam in corpus aſſumantur, vel exterius applicentur, aut ad præparationem ſolutionemve inſtituantur: idque ratione corroſionis accidentalis, ab Archæo naturæ in terræ viſceribus communicatæ: pauca enim pura puta, quæ non impuritatis alicuius ſunt participabilia, & ſi quæ ſunt illa ex claſſe vegetabilium, raro & animalium peti poſſunt. Nihil eſt ſanè quo vtimur, vel pro alimento, ſiue medicamine, quod non indigeat ſua ablutione cum aqua, vel ſua concoctione ſiue digeſtione, id eſt igne, ſi non elementari, attamen cœleſti, ſydereo, interno, incomprehenſibili atque diuino. Microcoſmus ſane externe in multis conſtat, aſt quoad internam eſſentialemque conſtitutionem, ignis & lumen, radiorum cœleſtium, ſimulac humidum radicale natiuum, Ideaque cœleſtis, maxima & ineffabili ac caliginoſa obſcuritate in nobis obfuſcatur: Vah triſtem & lachrymoſum hominis ſtatum: de hisſupra.

Ablutio, inquit Iatrochymia noſtra, ſi pulueriſationi inſeruit, tunc eſt impalpabilis & leuioris pulueris à groſſo & graui per aquam ſeparatio. Si fumigationi inſeruiat, eſt calcis à corpore per diſſolutionem in aqua abſtractio.

Quando autem hic de lotione agimus, nobis primus modus præparationis, eodem modo dicitur ablutio ſiue lotio, vt exempli gratia, Tartarus vini, antequam in cremorē vel cryſtallos, ſeu ſalem redigitur, tamdiu abluitur, quouſq; omnis ab eo impuritas ſit ſublata, idqūe mediante ſola aqua fontana vel pluuiali pura: tali modo lotus Tartarus ſic eſt præparatus ad coquendos ex eo cryſtallos: Lauatur & depuratur

Digitized by Google

puratur Mercurius viuus, verum cum aceto, aut aqua salsa, ad præparandas medicinas ex eo vel solo, vel cum aliis metallis Amalgamando aut commiscendo. Tali modo multa in Chymicis abluuntur & præparantur.

Deinde & notandum si solutis metallis, gemmis, mineralibus, &c. calces à menstruis rursus liberantur, illam operationem vocamus edulcorationem, non ablutionem, calx enim à menstruo acris & salsa reddita, aqua pluuiali destillata, vel alio liquore redditur vicissim dulcis, aut eliciendo per destillationem, vel simplicioti modo aliquoties superinfundendo, melius tamen ex Balneo M. inde abstrahendo, &c. Exempli gratia, confecto magisterio coralloruin vel perlarum aceti acrimoniam tollimus cum aqua pluuiali destillata, deinde quo jucundius euadat abstrahimus aquam rosaceam, vel cinnamomi, sic magisterium est confectum: à quibusdam præcipitatis etiam, corrosionem à menstruis contractam, spiritum vini destillamus, &c. itidem de aliis multis intelligendum.

Sic liberantur gemmarum calces à spiritu salis, præcipitati Mercuriales ab aquis fortibus, calx solis ab aqua Regis, calces metallorum à menstruis corrosiuis, item calces mineralium à lixiuiis salsis, &c. Sic fiunt ablutiones vstorum, comm. Alch. part. 1. lib. 2. de pyrotech. & affinibus fol. 194.

Philosophis sapientioribus, ablutio est nigredinis terminatio vel mundatio, donec album fiat perfecte album, &c. Libau. comment. Alch. part. 2. lib. 2. De Azotho & aqua permanente, fol. 44.

Infusio & præparatio medicamentorum, qua in humore aliquo nostræ intentioni conueniente medicamenta minu-

Digitized by Google

minutim inciſa aut trita infunduntur, idque per horam tantum aut plures, vel dies, vel etiam hebdomadas, pro varia medicamenti natura, & medicorum ſcopis. Quæ enim duram habent ſubſtantiam, compactam, & qualitatem firmiter ſubſtantiæ inhærentem, diutius terenda & infundenda ſunt: Quæ taram & imbecillem, minus.

Infuſionis modus ſecundum Galenicos.

Infuſionis autem apud Galenicos, tres potiſſimum traduntur vſus: 1. vt malefica vis medicamentorum emendetur, aut penitus abſumatur: 2. vt bona melior reddatur. 3. vt eorum qualitas in humorem aut ſuccum vtendum tranſferatur.

Infunditur turpethum in lacte recens mulcto, deinde ſiccatur, vt minùs ventrem, dum aſſumitur, torminibus exerceat. Mezereon & Laureola, quibus conueniunt, antequam dentur, in vino albo ſolent infundi, dein ſiccari, vt eorum vis nimis effrena magis hebeſcat.

Radices quinque aperientes in aceto ſæpe macerantur, vt viſcidam pituitam magis incidant, & viam excernẽdo lotio dicatam citius diducant. Semen vrticæ infuſum in decocto tragacanthi, & aſſumptum ad vitia thoracis (tuſſiculoſis enim & aſthmaticis prodeſt) guttur, & alias partes quas permeat, vrere deſinit.

Maximè verò purgantia medicamenta & aromata infunduntur in vino aut aqua ſimplici, vel in decocto conueniente aut aqua ſtillatitia, vel ſucco ex plantis extracto, pro variis medicorum ſcopis, vt qualitates proprias amittant, & in ſuccum aut liquorem tranſmittãt. Sic Rheum, Agaricus, & radix Mechoacana ſolent infundi, non modò, vt illorum virtus in liquorem idoneum abeat, ſed vt melior reddatur.

Ex vino ſimplici componitur Hypocraticum, relictis in illo per infuſionem cinnamomi viribus, aut diſſoluto Zucharo. Sæpe tamen caute aliquid ex zinzibere permiſcetur à pharmacopolis, vt bibulorum palato magis arrideat.

Infunduntur in aceto, & interdum in vino gummi ammoniacum, Galbanum, opoponax, & Sagapenum, antequam vel accedant ad mixturam emplaſtri de mucilaginibus, vel diſſoluantur ad alios vſus. Flores Nymphææ, roſarum, & violarum infunduntur in aqua ſimplici calente,

Digitized by Google

lente, vt inde colatura facta, & addito sacharo, syrupi coquendo conficiantur.

Sic metallorum calces infunduntur, pro extrahendis illorum principiis, tincturis, essentiis, & salibus, &c. ad quod varia vsurpant philosophi menstrua, prout videre est in lib. Basilicæ Chymicæ 1. 2. 3. &c. Item & in libro de Anatomia Mineralium. Quædam menstrua sunt, vt spiritus vel Alkohol vini, spiritus aceti, spiritus therebinthinæ, aqua mellis, essentia sachari, spiritus salis, &c. Plura de infusione vide apud Libauium comment. Alchem. part. 1. lib. 4. de extractionibus cap. 5.

Humectatio.

Humectatio: hæc vtilis est ad exotica medicamenta, aiunt Galenici: quæ ad nos è longioribus plagis aduecta, sicciora sunt, & minus succulenta: Proinde natiuam humiditatem resarcimus, vel fouemus immersione leui, vel irrigatione: sæpe enim sola repositione & asseruatione in vdo loco, vt cum cassia in cella vinaria asseruatur, vel theriaca in pixide plumbea reponitur, ne vis illorum tam cito exhalet.

Aromata etiam multa, vt caryophylli, ambra, moschus solent humectari, si terenda sint, ne subtiliores partes ac magis odoratæ dissipentur.

Vsus humectationis.

Vtilissima vero est humectatio ad condiendos fructus, atque à corticibus repurgandos. Amygdalæ enim siccæ, vt facile exuantur, aqua repente prius humectandæ sunt. Et nuclei pinei, & nuces virides, ante condituram pluries in aqua sunt infundendi, humectandi & macerandi, vt illorum acrimonia, & amaritudo retundatur. Mitescunt enim omnia, quæ insignem habent qualitatem, si in aquam, aut alium liquorem sæpe immergantur.

Camphora, colocynthis, euphorbium, & alia pleraque pulueranda ante trituram, pauco oleo amygdalino aut alio humectantur, vt comminuantur facilius, & eorum vis difficilius expiret, aut si debeant destillari in oleum veluti camphora & euphorbium.

Est & humectatio frequens metallurgis, qui ex mineris

Digitized by Google

norunt præparare calces, vel fundere metalla. Item si quæ putrefactioni mandantur prius suis menstruis humectantur. De hac vide comment. Alch. Libav. part. 1. lib. 2. de Pyrotechnia & affinibus cap. 22.

CAPVT VIII.

De maceratione, dissolutione, liquatione, fusione & deliquio.

MACERATIO humectationi tam finitima est, vt pro vno eodemq; præparationis modo vsurpentur: ad eosdem enim vsus, & eodem artificio medicamenta intunduntur, humectantur & macerantur: Longioti tamen spatio temporis est opus ad macerationem, flores enim populi & semen abietis, Galeni consilio: macerantur oleo, sæpe tres aut quatuor, vel plures etiam menses: postea oleum exprimitur, ad omnem lassitudinem soluendam aptissimum.

Zinziber, radices duriores, amygdalæ vitides & duri fructus ante condituram tanto tempore macerantur donec mollescant, vel inutilem aut ingratam qualitatem amittant.

In syrupo de papauere simplici macerantur capita papaueris in aqua diem integrum aut alterum, & sæpe triduum, donec tenerescant, & illorum qualitas ad aquam transmittatur.

Lignum pali sancti, & illa radix peregrina quam Orientales Indi Lampatam vocant, suas qualitates vix suggerunt, nisi longa maceratione prius maduerint ante concoctionem.

Idem fit in cæteris lignis ac radicibus, quæ diutissime macerantur in apto liquore, vt vires eorum, qualescunq; sint, in decoctum aut aquam transmittantur.

Dactyli tres dies integros aceto macerantur, Mesuei decreto, antequam ad Diaphœnici mixturam trahantur. Macerantur quoque tamarindi

Digitized by Google

marindi & mirobalani in ſero lactis capræ, aut aqua, vel ſucco conueniente, ne lædant Stomachum, ait Meſue, & nocumentum emendetur.

Maceratio, Libauio, potius eſt præparatio quædam in putrefactione ad diſſoluendam compagem continentiamque partium, vt facilius extrahatur eſſentia, vel etiam inſeruit deliquio, pulueration i, amalgamationi & aliis. Quod maceratur, proprie tabe reſoluitur, ſeu extaboſcit, fitque exile & tenue, conſumitur, attenuatur. Comment. Alchym. parte prima, libro ſexto, De exaltationibus cap. 7. *Maceratio.*

Maceratio, vt ex Iatrochymia noſtra conſtat, eſt corporis in aliquo menſtruo infuſio ad juſtum tempus, id eſt, donec menſtruum corpus reddiderit ſatis molle ac tractabile vt penetrationem menſtrui admittat, tincturamque per menſtruum educi concedat.

Quare huius operationis non eſt determinandum tempus, ſed exſpectandum, donec ſaturate tinctura in menſtruo appareat, tunc enim ſuccedit ſeparatio.

Huius apparatus talis eſt: Res maceranda prius trita in paruas partes vaſi ſuo indenda, vndique ſtipatis ſpiramentis, atque ſeponendum, in juſtum tempus, ſæpius interim agitanda, vel ſi requiratur, tepido calori imponenda, ſi fuerit res vegetabilis, balneum præſtat: ſi mineralis, eget calore ſicco cum mediocri penetratione, nimirum, niſi alius ab authore præſcribatur peculiariter, ſæpius interim indies agitanda & commouenda. *Macerationis apparatus.*

Eius vſus eſt in eſſentiis & in extractis: Qua in re hæc tota cura eſt, vt idoneum menſtruum eligatur. Non enim omnis tinctura per quodlibet menſtruum extrahitur.

Digitized by Google

In macerationis duo consideranda.

Ergo hic consideranda venit 1. Corporis compages, si solida fuerit firma vel rara & mollis. Non enim idem menstruum seruit extractioni corallorum & aliorum vegetabilium, vt florum, baccarum, &c.

2. Consideranda qualis sit essentia extrahenda, oleosa an aquosa, si vero oleosa fuerit, certe opus habet menstruo oleoso, siquidem per aliud menstruum nunquam extrahetur, vt videlicet in tinctura sulphuris, quæ nullo alio menstruo excedit, nisi oleo therebintinæ.

Dissolutio.

Dissolutio: Galenicos, cum reiicere non possumus, multis & sufficientibus de causis, hic & primo audiemus.

Medicamenta varie solent immutari priusquam exhibeantur: Vt plurimum vero cum integra dissipicant tritura quadam & dissolutione in succo quodam apparantur. Est autem dissolutio velut tritura quædam per quam medicamenta tam simplicia, quam composita diluuntur in humore quopiam idoneo, ad consistentiam mediocrem: & aliquando liquidiorem, vel crassiusculam pro variis medicorum scopis.

Dissolutio medicamentorum varia.

Ob varios autem vsus medicamenta dissoluuntur, primo vt facilius assumantur. Dein vt promptius aliis misceantur ad compositionem. Tertio vt citius distribuantur. Quarto, vt in affectam partem penetrare valeant, & illic si fuerit opus diutius immorari, vt cum in vterum, vesicam, intestina aut vlcus sinuosum liquida medicamenta iniiciuntur. Quinto medicamenta dissoluuntur, vt postea queant percollari, atq; vt illorum virtus ab excrementis repurgata, citius partes subeat interiores.

Sic medicamenta quæ calculos atterunt, dissoluuntur interdum in vino albo, aliquando in succo limonum & aqua parietariæ, raphanorum, aut simili, vt facilius renum cuniculos & vreterum ductus possint peruadere. Contra quæ sputo mouendo imperantur, in liquore quodam spissiore, vt syrupo bechico dissoluenda, vt potius eclegma vel linctus, quam potus apparetur.

Vt vero dilutioni inseruit tritura, sic & infusio, & sæpe calefactio.

Quæ

Quæ enim dura ſunt, aut lenta, vel viſcida, vix poſſunt diſſidui, niſi prius terantur aut infundantur, & ſæpe calefiant ad ignem aut ſolem.

Sic multa Medicamenta ſtatim diluuntur trita, vt multæ terrarum differentiæ; Alia non niſi diu agitata, vt blattæ Bizantiæ, conchæ, opium Thebaicum, & infinita alia. Quædam maceratione & calefactione egent, vt gummi multæ quæ vt diſſoluantur, debent prius aceto forti, vel aqua vini, aut vino generoſo macerari.

Non autem in quouis ſucco aut liquore metallica atque etiam mineralia facile diſſoluuntur, ſed vel in ſucco limonum, vel aceto deſtillato, aut aquis illis, quas Spagyrici valentes nominant. Ideoque non omnia in omni liquore diſſoluuntur, ſed in idoneo & quaſi determinato.

In ſumma liquantur igne axungiæ, Medullæ, pinguedines vt diſſoluantur, & ingrediantur facilius vnguentorum & Emplaſtrorum compoſitionem. Diluuntur ſpecies aromaticæ in aquis cardiacis, vel alterantibus pro Epithematis. Soluuntur catapotia, vel alia purgantia tam ſimplicia quam mixta in aqua vitæ, vel alia conuenienti, ad extractorum eliciendorum artificioſam ſedulitatem. Denique, ſolida quæ ſunt, cum ea forma non poſſint aut debeant exhiberi, prius ſunt atterenda, & idoneo ſucco aut humore diſſoluenda, vt facilius & vtilius aſſumantur.

Poſſunt quidem omnia diſſolui prius vt decet apparata, ſed pauca liquari. Vruntur namque lapides, accenduntur ligna, concreta tamen cum ſint à frigore, haud quaquam liquantur.

Liquatio.

Liquatio, ait Ariſtoteles cap. 6. lib. 7. Meteor. eſt eorum, quæ à frigido concreuerunt in liquidiorem conſiſtentiam ac fluxilem, à calore facta ſolutio, vt adeps, medulla, oleum hybernum, & ſimilia, quæ cum leui frigore coeant, leui quoque calore funduntur.

Sed quæ vehementi ac diuturno frigore obriguerunt ægerrime liqueſcunt, vt aurum, æs & ferrum, quorum ſane fuſio ad eos potius qui metallica quam qui Pharmaceutica tractant, pertinet.

Differentia Diſſolutionis & liquationis.

Differt autem liquatio à diſſolutione, quod liquatio ſemper fiat à calore, & ſine aut raro cum humore, dilutio vero ſemper cum humore, & raro cum calore.

A' calore ſolo facile liquatur plumbum, facilius ſulphur, pix & reſinæ. In aqua calida nonnunquam liquantur ſal, manna, ſacharum, gummi hederæ, pruni, iuniperi, & pleraque alia, quæ ſic ſæpe funduntur, vt diſſoluantur.

Chymici pyrotechniam illuſtrarunt, multaque adinuenerunt, quibus ars fuſoria ditatur, vt cum illorũ doctrina, ſal ammonius ſemel ſublimatus cum ſale communi, poſtea bis per ſe, ſtatim fluere facit dura metalla. Aliter quoque breui cuprum funditur, ſi inter liquandum aliquid vngulæ caballinæ iniiciatur.

Vſus liquationis. Porro magnus eſt liquationis in pharmacia vſus. Efficit enim vt Medicamenta formam mutent, & aliam nanciſcantur; tum, vt purgentur, & eorum pars impurior à ſyncera & putiore ſeparetur: Hæc Galenici de diſſolutione & liquatione. Nunc audiemus & Chymicos: Et inprimis Libauium, tunc noſtram ſuccinctam Iatrochymiam Duncani Bornetti.

Elaboratio. Elaboratio, (inquit Libauius in Alchem. lib. 1. de Encheria cap. 16.) eſt operatio manuaria, qua res in ſubſtantia, eaque potiſſimum materiali mutata elaboratur.

Id enim nunc elaborare appellamus, cum remoris ignobilibus materiæ partibus, quæ ſeu obiter adhærent, ſeu quouis modo adminiculum præbent eſſentiæ, præſtantiſſimam elicimus. Itaque & maxime hic viget impuri à puro ſegregatio.

Elaboratio eſt ſolutio, aut coadunatio.

Solutio. Solutio λύσις eſt, quæ continuitatem & compagem corporum ſoluit.

Solutio duplex. Solutio eſt duplex: Liquatio & ſegregatio. Liquatio eſt cũ quod in vnum coaluerat, ſoluitur liquando, vt poſſit fluere.

Liquatum enim quod eſt, conſiſtentiam diffluentem inſtar vndoſorum accepit. Hæc ibi Libauius: In comment. Alchem. par. 1. lib. 3. de diſtractionibus cap. 5. ſic ait.

Quoniam autem ſuperflua detrahit Chymicus, deficientia ſupplere ſtudet & qualitates qualitatibus aptioribus permutat, eductis ex potentia naturæ inſitis, vel introductis aliquibus, vt tota ratio elaborationis conſtet alteratione, augmẽto, decremento: Ideo diuiditur in ſolutionẽ & coadunationem, quæ & cõiunctio dici poteſt aut in vnum collectio.

Solue-

Soluere eſt conſtrictum ligatumque libertati ſuæ reſtituere, demtiſque vinculis ἀ iugo immune facere. Ita ſoluuntur iuncti boues, ita nodi diſſipantur, & incluſa liberantur. In natura ſoluuntur concreta compactaque ablato termino, & glutine, quo cohærebant.

Conſtat autem ex ſuperioribus terminatum eſſe humido ſiccum, & viciſſim alterum alterius efficacia, retineri ſub certa corporis forma operantibus actiuis. τὸ συνέχειν Formæ quidem aſcribitur, ſed inſtrumétaliter etiam glutini. Termino ergo ſublato vel remiſſo, ita vt contentum dominetur in continens & id, quod terminatum fuerat exuperet terminans: ſolutio eueniet. Diximus remitti terminum, vel tolli. Remiſſio fit per calidum vel humidum introductum. Nam frigore, & ſiccitate erat facta conſtrictio. Inde duæ ſolutionum formæ exiſtere debebant principaliter, remiſſio, & deſtructio. Sed Chymicus quoque analogas operationes nō præterit, & multa ſoluit ſimilitudine quadam: Multa imperfecta nexu diſturbat diſtrahitque. Ita ſolutionis vox ampliatur. Græcis eſt διάκρισις ἢ διάλυσις, vel λύσις. Vtraque vox eſt apud philoſophum in 1. de ortu & inter. tex. 5 & 6. & aliis.

Διάκρισις opponitur συγκρίσει; & illa corruptiones aliqui confecerūt has generationes: σωτόνων γὰρ καὶ διαλυομένων ἡ γένεσις συμβαίνει καὶ ἡ φθορά, vt eſt in textu primo. Sed alibi ſoluuntur ænigmata, & paralogiſmi, & debita, cum aliis. In 3. met. 6. ἥλιος διαλύει τὴν σύσσηψιν τὴν ἰσχνάν, quod eſt diſſipare & diſicere: διάκρισις quoque dicitur, cum aqua expaſſa diductaque in vaporem ſoluitur; & cum in putrefactione vel generatione per coctionem ſecedentibus ineptis conſiſtunt apta. Nouimus iſtas æquiuocationes; ſed ſi has veriti abſtinere ab vſu vocabulorum volumus, iam docendi muneri eſt valedicendum. Cur autem ſolutionem hanc diacriſi conciliemus, & pro elaborationis prima ſpecie ponamus, ratio eſt ex vſus euidentia.

Si enim διακρίνονται, quæ in putredine, dum cocta à crudis ſecedunt, diſſociantur: & quæ cum aqua diducta in amplitudinem & raritatē putātur, ſic in aerem vel vaporē abire, quib. vtriſq; ſatis cōmodum eſt vocabulū διάκρισις: Itaq; & nos aliquo iure vtemur, tum de his, q̄ diffundūtur liquanturq;, tum q̄ ſegregantur. Illuſtret a. vocū expoſitio rē ipſam.

Solutioni tribuimus duas formas methodi facilioris gratia, nempe liquationis & ſeparationis. Videmus. n. quędā ſolui, vt

nix, vel cera in ſole, aut ſal in aere humido, vel aqua: quædam diffluxu quodam membrorum, vt ii, quos ſeps ſerpens momordit, vel vt cinis diſpergitur, vel lapis continuitate ſoluta in puluerem fathiſcit, & ſimiliter. Exempla omnia collecta cognationis merito, in iſta duo genera conceſſerunt. Philoſophi ſapientes ſic definiunt ſolutionem, ſed myſtico modo: Fundamentū artis eſt reductio corporis in Mercurium, quæ eſt philoſophorum ſolutio. Solutum, eſt aqua permanens, quæ abſque ſuo corpore cui eſt coniuncta, & vnita, non poteſt eſſe permanens, &c. Vide Libau. comment. Alchem. part. 2. lib. 4. de lapide Philoſophorum fol. 11. & 77. & 76. Solutio inquit Richardus vniuerſalis operis fit per putrefactionem corporis & ſpiritus in calido humido. Putrefactio enim eſt ſolutio & ſeparatio omnium rerum naturaliter inter ſe colligatarum, perque eam partes diſſociantur. Fit per ſolutionem elementorum terræ & aquæ, quæ in generatione ſunt connexa. Ipſa ſeparatio in corporibus fieri non poteſt, niſi per ſpiritum.

Liquatio in commentariis Græcorum philoſophorum plerumque τήξις vel σωτηξις dicitur, aut etiam διάχυσις. Liquefcere vel liquari dicuntur metalla, quæ philoſopho etiam χυλὰ: Item lapides (λίθοι τε καὶ ὁ λίθος ὁ πνευματικὸς in 4. met. 6. ita mella & ſales (τὰ δὲ λύεται ὑγρῷ, ibidem.) Et ſane liquor tribuitur igni, aeri, aquæ. Liquidus enim ignis eſt Virgilio, liquidus aer, liquida aqua. Interdum tabe liquefiunt corpora, eſtque huius verbi vſus ſatis amplus: ſed quæ ex conſiſtentia ſolida concretaque fluida efficiuntur, ſiue ſuo humore reſoluto, ſiue alieno recepto, ex aere potiſſimum & aqua; ignis potius proprium reſoluit: ea magis vim exprimunt huius verbi, & ſic liquatio erit concretorum in fluxum ſolutio. Patet autem iiſdem exemplis duplex liquationis ratio. Nam c... ex potentia inſitus vel inexiſtens humor in actum educitur per calorem, qui frigori cōſtringenti contrariam infert diſpoſitionem, vna eſt forma; altera cum humor foris ingreditur.

Liqua-

Digitized by Google

Liquatio, duplex eſt: Fuſio, aut deliquium. *Liquatio duplex.*

Fuſio, Libauio, eſt liquatio per calorem. Eius adminiſtratio eſt, vt res fuſilis, nonnunquam in partes fracta in vaſe ſuo admoueatur calori tanto, quantus ad ſoluendam conſiſtentiam fundendumque eſt ſatis. Itaque facile fluentia leni calori ſicco, vel humido pro natura rei & ſcopo, exponuntur. Quæ difficulter fluunt, fuſorium & catinos requirunt, & vrgentur igni reuerberii, aut etiam in fornace anemia, vel ante folles funduntur. *Fuſio.*

Eſt autem rerum diuerſarum diuerſus fundendi modus, veluti quædam funduntur præcedente ignitione, quædam ſine ea; & nonnulla viſcide aut tenaciter, nonnulla præcipitanter, quædam mediocriter, &c. Ita alia cum bullis & ſtrepitu, alia quiete, &c. Interdum quæ fundere volumus, nec tamen ſuſtinent fuſionem quam requirimus, ob molliciem figimus prius & induramus. Itaque hinc iudicium quoddam bonitatis ſolet ſumi interdum veluti in genere metallico, ſi quod pro auro exponitur, fuſionem auri veri habes, quantum in hoc eſt, pronunciatur aurum. Eſt opera danda, vt res liquide fluat, & compendioſe. Huius gratia excogitata ſunt additamenta, & aliæ bene fundendi rationes quæ etiam inſeruiunt ferruminationi. *Modus fuſionis diuerſus.*

Sic facile fluit quod parti fuſæ immittitur, vt plumbum frigidum fuſo. Alias adduntur fluxus, ſeu fluores, vt appellant, quos oportet tales eſſe, ne res fundenda detrimentum capiat, quod fit ſi acres fluxus volatilibus adijciuntur, &c. Hinc vſus excogitauit peculiares fluxus ad maſſas paruas exacteq; probandas, peculiares ad magnas; alios ad nobiles, alios ad ignobiles, firmas, infirmas, maturas venas, immaturas &c.

Fluxus autem plærumque comminutus, aut vna imponitur igni, aut inſpergitur rei iam candenti, ſeu toti, ſeu qua opus eſt. Fluxuum materia ſi eiuſmodi lenium quidem, fluores metallici ſeu potius minerales, qui ſpecie gemmarum eruuntur ex fodinis, colotis modo aurei, modo purpurei, viridis, albi, translucidi, miſti &c.

Hos craſſe tuſos fuſores metallorum venis miſcent, additoque carbonum puluere infundunt fornaci: poſtea metallorum recrementa trita elotaque, præſertim autem eorum quorũ venæ fuerunt mites, nõ ra-

paces in igni,& corrosiuæ, quanquam vis hæc cum spiritu Arsenicali ignium potestate inter excoquendum plerumq; est difflata,& in realgare redit: inde lythargyrum elotum & plumbago: silicum transparētium species chrystallinæ: chrysocollà,seu borax: Fel vitri: lapides vitrei, arenæ vitreæ, vitra tusa, & his affinia alia. Ita cuprum breui funditur,si inter liquandum aliquid vngulæ caballinæ inijciatur. Stannum & plumbū facile eliquātur sebo,cera,aliaue pinguedine soluta iniecta: si teneræ auri venæ funduntur,aliquid limaturæ ferreæ additur,ne fluxus dissipet metallum. Quædam etiam ante aliquoties igniendæ sunt,& vrina puerorum restinguendæ.

Acrium vero fluxuum materia est,quæcunq; sulphurea, salsa, arsenicalis,&c.sulphur stibium,realgar,Arsenicum,auripigmentum,sal fusus, tartarum,vitriolum,sal petræ,nitrum,sal gemmæ,alkali seu soda,&c.

Quædam suos secum habent fluxus:& cum vident artifices,vnius generis metalla diuersa esse fluendi potētia,plerumq; dura eliquant prius, mollia vero sub finem subijciunt,vt quasi transcurrant fornacem, quædam etiam saltem mergantur in præfurnio, atq; ita in eo quod è fornace effluxit,eliquantur.Hoc autem fit in puriorib. metallis venisque, vt argenti,tudis plumbi, vel tubei &c. Nonnunquam præmittitur fusio scoriarum,qua simul incalescit fornax,&c.Fluxus additi, (si quid de iis restat)auferuntur à scoriis,aut deriuantur,alioue segregantur modo per decussionem,effusionem, &c.

Magna Fusorum copia post confluxum in præfurnio, solet exhauriri & transfundi in foueas,aut etiam deriuari. Vnde postea fiunt placentæ & pastilli : maxime autem hoc fit in venis argenti vel cupro, cui argentum est admistum addito plumbo.

Alias sicubi copia minor est, vel etiam cum placet, in longos canales infunditur,vt fiant virgæ metallicæ.Nonnunquam certis matricibus seu formis inijcitur.

Est & cum in catinis obunctis mallei incussu quod graue est, depellitur ad fundum,&c.

Finis fusionis. Finis fusionis est, vt vel pura res sit, separeturque ab impuritate;vel vt certam formam accipiat, seu ad elaborādum plenius, seu ad vsum alium : Nonnunquam etiam sæpe fundimus ideo, vt figatur quod fit in metallis, & lapidibus,&c.

Redu-

Digitized by Googl

Reducitur fusum ad soliditatem pristinam restincto actu colliquando, per refrigerationem seu coagulationem, quæ consistentiam restituit & vnit. In quolibet enim Fusili, humidum quoddam colliquatile est, quod diffluens à calore terreas partes vna inuoluit: & cum tenax sit, cõcrescit simul colliquante principio represso: Hæc Libauius lib. 1. Alch. de Enchiria cap. 16. In comment. part. 1. lib. 3. de Distract. cap. 6. sic inquit.

Prima forma liquationis Fusio est: siquidem recte dicuntur fundi, quæ cum frigore ex liquido constiterunt, calore subeunte, & quod reliquum est congeniti humidi resoluente remittenteque liquantur, & in consistentiam fluidam redeunt. τάκεσθαι quidem χαὶ δίεχῶσθαι & hæc dicuntur, sed generaliore, quã pro speciei proprietate, vocabulo. Philosophus χυτὰ dixit metalla ex halituvaporoso in 3. meter. vlt. Plato in Timæo ὕδατος χύλοι: vnde χύσις τῷ μιλάλλων, à χέω & χίω. Proprie χωνεύειν, dicitur metallum, quod statuæ vel similis rei causa funditur: & Res ipsa fusura, vel à motu auxiliantis instrumẽti conflatura. χωνεῦται enim conflatores, quorum officina fusoria χωνευτήριον. si id de metallis & lapidibus constat, quid prohibet etiam ceram fundere, & liquamina, & sales, igne violẽtiore? Nec refert, etiamsi alicubi legamus, liquefactionem vulgarem igni fieri, philosophicam aqua: quasi non fusio, sed liquefactio sit appellanda.

Imo & fusio eadem dicitur à Chymicis in Rosario philosophorum, cum coagulatum mediante igni fluit. Illa vero altera ceratio nuncupatur, sæpeque loquuntur isti mystici philosophi per metaphoras & ænigmata. Patet ergo fusionem esse liquationis speciem primam, quia fusilia calore eliquescunt. *Fusi philosophorum.*

Fusilia a. sunt quorum humor ad mediocritatem redactus, calore subducto cõstitit potestate supueniẽtis frigoris anal.

Non nimis diminutus debet esse humor, vt in actum subeunte iterum calore exuscitari queat, quanquam id semper fiat cum iactura. Calor enim ille actuans resoluit humidum, & postea id populatur, secumque educit. Frequente ergo fusione res seipsa fit siccior, aut consumitur. Hoc quidem accidit, cum excellit elementum humidum, vt in oleo cõcreto, glacie, liquaminibus, &c. illud cum per se est parcum, vt in ferro, proinde vti se habent gradus, ita passio euenit. Calor ille modo siccus est, modo humidus. Illo funduntur dura, quorũ parcior humiditas concretionẽ terminumq; accepit firmiorẽ: Hoc leuius cõcreta, & abundãtia humore, vt butyrum, nix, & similia, quæ tamẽ & calore sicco fundũtur.

Omnino artis est, cuilibet calorem competentem dare, & cum fusa res est ad arbitriũ, non amplius vrgere. Palam enim est, tunc detrimentũ afferri humiditati, ita vt tãdem etiam in calcem redigi & terram res possit. Sed qui ignes, quibus debeantur, concretionis docebit modus. Illud notandum, quædam non fundi, nisi afflatu supra, infra, ad latus, vel etiam vndiquaq; igni reflexo adhibito.

Quædam ante fusionem igniuntur, quædam mollescunt. Nihil itaq; audimus de ignitione & mollefactione in Diagraphe operationũ, quia cohærent aliis. Maioris quoq; cautelæ gratia in ἰυχύτοις adhibẽtur media, vt aqua, cinis, & similia. Sed & hæc in δυχύσεις pro cuiusq; modo & circumstantiis famulantur. Est enim liquefacere per arenam. Plerumq; tamen nudo igni vasa fusoria committuntur, si vasa vsurpamus.

Aliqua enim fusio sine vase continẽte in solo furno fusorio vel foco peragitur. Præterea cum fusilia difficulter liquescunt, vel etiã concreta cum his sunt, quorum resolutio damnum afferret fusioni, & cõsumeret dissiparetq; expirationibus, & acrimonia feruoreq; essentiam, vt in metallurgia, & vitraria, gemmariaq;, experientia inuenit additamẽta, quos fluxus dicunt, qui non tantum promouent fusionem, sed & defendunt fusum. Quædam impetum in se vertunt familiaritate quadã naturæ, vt ferrũ præsente stibio, vt liceat interim subtetfugere liquori. Quædã susci-

Vsus fusionis.

piunt, suoq; amplexu fouent metalla, vt pyrimachus, carbonũ puluis, & similia. Fusoria ars magnũ vsum olim habuit in statuaria, fueruntq; admodũ ingeniosæ misturæ, de quib. in colliquatione. Hodie ex ferro, orichalco, stanno, similibusq; varia funduntur vtensilia, vt mortaria, siphones, cannæ tormẽtariæ, tabulæ fornacũ, candelabra &c. Chymicus fusionis ope excoquit & purificat metalla, vitra & gemmas cõflat, calces & pul-

& pulueres reducit, bonitates explorat & ab adulteriis ſecernit, miſcet multa, vnit etiam fragmenta, alia ſeparat, & plura peragit. Ars fundendi ſuccini nondum reperta creditur. Aliqui & cornua liquefacta fundere tentarunt, ſed temerario conatu.

Num fuſione tranſmutatio fieri queat, quæritur. Coniunctam quidem eſſe poſſe, non dubitamus, ſed mutatio alterius fit præſidio. Nec ſola fuſio ferrum perficit, vt chalybs fiat. Imo, quo ſæpius funditur, eo fit intractabilius, ſicut & cum æs miſcetur, ex quo genere fortaſſe fuit illud, quod in Perſia ex aere delapſum autumant, nullis ignibus fuſile, veruntamen & defectus humidi reſolubilis idem efficit.

Notandum, non omne fuſum ſtatim redire ad conſiſtentiam, cum refrixit. Exemplo ſunt, quæ Chymici vocant *Soluta*. Veruntamen eis addi ſolet medicamen, vt ſulphur, pix, ſuccinum, terra ampetitis, ſperma ceti, & ſimilia multa, oleo incocta ſoluuntur, & eadem forma ſoluta manent, quamdiu oleum eſt vna. Græci vocant, ἀνάλυσις καὶ σύγχυσις, reſolui, ſolui, remitti. &c. Redige tamen ad conſiſtentiam poteſt ſolutum, remoto humore remittente.

Quædam ita mollefiunt tantum, ſiue quia humor oleoſus certo gradu immiſſus eſt, ſiue quia cera vel aliquod tale ex mollibus, quomodo aurum, æs, ferrum, ſi plumbum eliquatis addatur, molleſcunt. Metalla tale quid patiuntur etiam ab hydrargyro, ſi eorum calces cum eo jungantur, ſeparenturque denuo per deſtillationem. Valent hic & reſtinctiones in oleo, ſimilibuſque ſuccis, vt dicetur inter magiſteria.

Nam mollefactio eſt gradus ad confuſionem, quanquam hæc non in omnibus ſuccedat. Hac arte multa per ſe non fuſilia, fuſionem recipiunt, & fit perinde his additamentis, vt cum metallis veniſque adduntur fluxus. Vt ergo in ſummam colligamus documenta fuſionis, duplicem dicimus eſſe fuſionem: vnam per ſe, alteram cum additamentis. Vtrique generi varia ſubſunt fuſilia. Rurſum quæ per ſe funduntur, plerumq; ſtatim redeunt ad duritiem, frigoris analogi ſuperuentu: quædam non redeunt facile, & huius generis ambram eſſe animaduertimus, & quæcumque vna habent aereos ſpiritus coagulatos, qui reducti leui calore, ampliuſque rarefacti oleoſam induunt naturam. Talia imitantur extractorum naturam, de quibus alius eſt ſermo. Fuſa cum additamentis partim concreſcunt *Mollefactio.*

denuo, partim in eorum naturam se diffundunt, & vna liquida manēt, aliud tamen alio facilius. Nam sulphur etiam oleo incoctum principio coalescit nonnihil, & aliqua deponitramenta. Tandem tamen etiam totum in oleo manet. Quædam deinde redeunt eadem consistentia, quædam debiliore, vt lapides fusi, &c. Nonnulla à fusione fiunt, & perspicua propter continuitatem, vt sal, arenæ vitrariæ, &c. Cæteras differentias colligat quisque ex ante dictis, & rerum proprietate.

Fluxuum variorum descriptiones vide apud eundem Libauium in comment. Alchem. part. 1. lib. 3. de distractionibus cap. 6. Si & de fusione metallorum qui plura legere cupit videat eundem in comm. part. 2. lib. 1. de natura metallorum, cap. 2. De metallorum affectionibus communibus, &c. Nunc & audiamus nostrum Doctiss. Bornettum, qui tribus verbis plus inducit artis ac veritatis, quam Doctiss. Libauius septem. Nostra Iatrochymia sic inquit: Si corpus fluidum redditur, dissolutio dicitur generalis.

Dissolutio. Dissolutio est operatio, qua corpus prius solidum & cohærens fluidum redditur, idque vel cum calore vel sine.

Dissolutio cum & sine calore. Si cum calore, tum vel nudo igne vel cum medio.

Si nudo igne est metallorum, & fusio dicitur proprie, granulationi sæpe inseruit, vel metallorum purgationi.

Vel est mediorum mineralium, vt sulphuris, Antimonii, &c. tunc vel incorporationi inseruit, vel purgationi, vt nimirum cōbustibile & volatile sulphur in halitum discedat.

Tunc solent artifices, salem petræ, ammoniaci vel sulphur & similia leuia volatu, quæq; nihil operi obsint, addere, vt purgationem accelerent.

Vel est salium mineralium vt salis petræ, & tunc purgatio & fixio quædam quæritur.

Vel est animalium vt pinguedinum & adipum, tunc depuratio quæritur per colorationem vel ablutionem, vel iam tem vt cum aliis incorporentur.

Vel est vegetabilium vt gummi, lachrymæ, arborum, tunc solent addere aliquid liquoris ne comburantur, & purgatio

Digitized by Google

gatio per colum vel incorporatio cum aliis quæritur.

In his omnibus liquatio propriè vocatur.

Si fuerit cum calore mediato, tunc hoc medium plerumque eſt B.M. & eſt oleorum mineralium, aut ſalium mineralium, vt ſalis, aluminis, &c. quæ nudo igni ſine periculo aduſtionis non admouentur.

Hęc diſſolutio in B.M. iſtis propria eſt, quamuis quædam ex prædictis ita diſſoluantur, non tamen neceſſario. Eſt etiã hic peculiaris diſtinctio amalgamatio Mercurii & Solis.

In balneo enim fluit Mercurius inſtar aquæ, quod philoſophi diſſolutionem vocant in cineribus coagulatam, ita vt redeat ad propriam conſiſtentiam.

Atque iſtæ diſſolutiones tendunt ad fixionem, vt aquoſitas vel nimia corporis humiditas diſſipetur & euaporetur, ipſaque materia craſſior & magis fixa euadat.

Si ſine calore diſſolutio fuerit, tunc vel erit cum menſtruo vel ſine.

Si cum menſtruo, vſum habet in ſuccis inſpiſſatis & ſalibus impuris vel præparatis, vt ſeparentur impuritates, vel vt cum aliis melior mixtio & incorporatio fiat, & dicitur diſſolutio in tali & tali menſtruo.

Si ſine menſtruo fiat diſſolutio, deliquium vocatur, quod eſt concreti diſſolutio per humidum aerem ſeſe in corpus inſinuantem, vſumq; habet in ſalibus, calcibus, & iis corporibus, quæ aliquid ſalis admixtum habent.

Si in ſalibus, tunc totalis erit diſſolutio.

Si in calcibus, erit totalis ſalis à terra mortua in aquam diſſolutio.

Inſeruit tunc purgationi ſalium. Frequens enim euaporatio vel deſtillatio & per vices diſſolutio ſequatur, donec liberatur ſal ab omni terreſtreitate & cryſtallinus fiat.

Vel

Vel oleum quæritur, vt in diſſolutione ſalis, ſulphuris & mineralium ſalium.

Si in iis fuerit, quæ aliquid ſalis in ſe habent:

Vel eſt vnius tantum naturæ, quæ interna ſua ſubſtantia aliquid ſalis habet, quod in præparatione vel compoſitione aliquando acquiſiuit, vt in Mercurio ſublimato.

Eius vſus eſt, vt diſſoluens ſecũ vna diſſoluat & trahat aliquid de natura & eſſentia corporis, vt in butyro vel oleo Mercurii ſublimati apparet.

Vel eſt plurium, aut vnius corporis quod extrinſecus adiectum aut admiſtũ habet vel ſalem, vel aliud corpus, quod ſalem in ſe continet, & tunc non tantum ſal diſſoluitur, ſed ſecum vna corpus diſſoluit & corrumpit, cui admiſcetur.

Magnus & crebertimus eſt vſus ſuæ operationis in præparationibus mineralium, cum eorum corpora corrumpit, & viam parat ad extractionem oleorum & tincturarum, vel eſſentiarum, quamuis ſæpe vtamur pro eſſentiis aquis fortibus.

Forma proceſſus in operationibus prædictis, quarũ proceſſus ſuis operationibus reſpondent, per proprias figuras ordine talis eſt.

1. In ſalibus & calcibus læuigantur ſuper marmore, 2. vitro lato induntur (nam fictile penetrat) & in cella locantur ad diſſolutionem: vel vitrum cum materia locatur in aqua frigida, vel guttulæ aliquot aquæ ad opus accelerandum inſperguntur.

Solent etiam in veſica incluſæ ſuſpendi in vaſe aqua pleno, vel puteo vel adhuc cum præparant finire opus, veſica hæc ad calorem bullientis balnei ſuſpenditur.

Si vnius rei aliquid ſalis in interna ſua ſubſtantia habentis, tunc prius lævigata inſpergitur marmori vel vitreis patinis

Digitized by Google

nis & locatur in colo, ita vt guttatim deſtillatio aſcendat in receptaculum infra locatum, vnde deſtillatio per tabulam vocatur.

Si plurium vel vnius rei tantum habentis extrinſecus adiectum huiuſmodi corpus, vel aliquid ſalis, tunc prius lævigatur & idoneis vaſis inſpergitur, ſicque in cella locatur, vſque ad diſſolutionem in craſſam & pinguem formam iuſtæ pultis, & tunc deſtillatur vel ſublimatur, de quo in ſequentibus Deo dante.

In iſta operatione hoc primum obſeruandum eſt, quod nullum deliquium eſſe poſſit ſine ſale: Deinde, quod vaſa quæ ſalium diſſolutioni inſeruiunt talia ſint quæ penetrare non poſſint. De deliquio audiamus & Libauium.

Deliquium, ait, eſt liquatio concreti, quæ fit inſinuante ſe humiditate externa, & ſiccitatem reſoluente, vt fluat. *Deliquium.*

Ita reſolutum quod eſt, liquor vocatur, & conſiſtentiam habet aqueam. (quanquam enim & lapides calcarii diſſipentur ab humiditate aerea vel aquea, tamen hoc liquatio eſt, nec liquor quod inde exiſtit appellatur.)

Nonnunquam autem totum coagulatum ita deliqueſcit, nonnunquam ſaltem quod in eo eſt ſolubile, in humore: & tunc ſeruit hæc operatio pro abſtractione, ſeu ſegregatione aliqua.

Reducitur liquor per abſtractionem humiditatis quæ eſt ingreſſa, diuaporatione, aut quauis alia ratione, maxime coagulatione.

Deliquium eſt duplex, vaporoſum & embapticum. *Deliquium duplex.*

Deliquium vaporoſum eſt, cum res in ſubtilem pulue-[illegible]em redacta aeri vapido exponitur, & humeſcendo in li-[illegible]orem ſoluitur.

Ille vero aer vapidus modo calidior eſt modo frigidior, qualis eſt ſubterraneorum irriguorum, & res ſoluenda, niſi per ſe ſit apta, ad ſalis potiſſimum, vel ſimilium naturam elaborando adducitur, quod fit maxime calcinando, aut ad eam ſiccitatem redigendo, quæ humiditatem

externam auide combibat, & diffluat prompte. Necesse enim est tenacem compagem solui, & friabilitatem quandam salis induci.

Administratio deliquii multiplex.

Administratio huius deliquii est multiplex. Nam interdum quod deliquescere in aere volumus tabulę marmoriæ crenis suis distinctæ, seu lacunis corriuatis sulcatæ: aut imbricibus læuibus, vitreisq; aut cucurbitæ angustioris imponimus, eaq; instrumenta eo locamus situ, vt ex superiore parte, vbi posita res est, in decliuia ad vnum exitum liquor decurrat, & excipiatur admoto vasculo: quod si cum segregatione simul est, destillatio etiam per tabulam nuncupatur. Plerumque hoc fit in cellis humidis, aut cryptis vapidis.

Interdum materia includitur vasculis, & suspenditur alicubi ad vaporem, seu in puteo, seu cryptis & scrobibus, seu balneo roris. Et hic modus adhibetur cum deliquescere totam volumus, quanquam distingui id vasculum possit diuersitate regionum. Debet autem liquor tunc in eo contineri. Nonnunquam vasculum eiusmodi in arenis cryptarum disponitur, vel sepelitur in fimo tepido, vel scrobe terræ humidæ, idque tunc maxime cum longo tempore opus est ad liquescendum: & occlusum esse tunc, satisque firmum oportet esse vasculum, quale foret ex vitro, vel figulina densa, &c.

Si in puteos aquarum demittere volumus, per funem id fiat qui sustineat fuscellam cum vase, & pene attingat aquam, ita tamen vt læsio ab hauritentibus caueatur: vel in pariete iuxta aquam loculamentum excidatur, in quo reponatur vasculū, obseruato crescentis aquæ spatio.

Ad vaporem balnei, scrobium, &c. etiam vesica bubula, vel olla vtimur. Ad dispositionem in arenæ cumulis vsitatum est acetabula, dimidiaque ouorum induratorum segmenta vitellis remotis adhibere: & hæc relinquuntur aperta. Cum aliquid delicuit, exhauritur humor, & materia renouatur. Aliqui vtriusque segmenti caua explent, & mutuo applicant colligantque, & ita sinunt in vase vitreo. Pro albumine in aliquibus excauatæ radices raparum vel raphani, & similium, vtiliter inseruiunt. Cauitati enim immissa materia salsa facile colliquescit.

Sæpius autem etiam liquor non in eodem subsistit vasculo, sed decurrit, destillatve in aliud subiectum. Et tunc modo albi ouorum segmenta tribus locis filo traiecta, inq; alia parte infra perforata suspendimus ad vaporem cellæ, subiectoque infundibulo & excipulo colligimus liquorem. Ita vero suspendenda sunt, vt ea parte vbi materia locatur,

Digitized by Google

tur, sint altiora, fiatque defluxus ad foramen. Hoc ipsum etiam potest procurari per vtrumque segmentum intus materia posita, cõiunctum, & in commissuram parumper hiantem inclinatum, vt inde decurrat in vas suum.

Alias vsurpatur manica Hippocratis, vel è lino globosus sacculus, vel cruda cutis: Nonnunquam linteum super olla expansum idem præstat: vel cucurbita pertusa, olla perforata, cribrum angustum, craticulæ ligneæ, & omnino pro materiæ ratione varietas magna est. Sic fit cuculus ex charta emporetica, qui locatur super infundibulo in excipulum immisso, idque potissimum si liquor est acutus seu acris. Pinguis enim non penetrat. Inuersæ quoque cucurbitæ præmuniuntur linteo raro, vel pergamenta perforata, per quæ liquor percolatur.

Si liquorem simul alteratum cupimus tinctumque seu odore vel alia qualitate, rem liquidam exponimus decocto herbarum conuenientium, vel musto feruescenti & similibus.

Deliquium embapticum est cum res in humorem demersa eo vsque detinetur, donec delicuerit.

Hoc fit dupliciter. Nam res aut vasculo contenta immergitur, vt ipsa humoris substantia non accedat, vel saltem tenuissimus sudor permeet, veluti cum in vase cereo, vel vesica bubula, &c. imponitur, at cum delicuit, extrahitur, quæ res si humor est calidus (quod fit plerumq;) simulachrum balnei est: aut in ipsum humorem finitur diffundi, seu nude, seu lintea potia interueniente, qua simul segregentur sordes. Et hic quoque vel frigidus liquor est, quo pacto gummi, succi inspissati, vt sacharum, &c. solui possunt, vel indiget calefactione, vt in manna, & similibus pinguedinem, succumve tenacem habẽtibus Humorille, qui est medium solutionis, talis esse debet, vt si eum segregatum cupimus, facile possit denuo separari, nec peregrinam qualitatem inuehat soluto, nisi studio quæramus simul alterationem eiusmodi. *Deliquium embapticũ fit dupliciter.*

Plerumque autem hæc operatio inseruit aliis, estq; præparatoria & purificatoria. Ita enim soluta filtrantur sæpius, & tandem reducuntur. Gummi solent aceto vel vino solui vt plurimum: alia enim aquâ fontana, pluuia vel destillata quauis, vt sacharum, &c. sulphur spiritu therebinthinæ, succinum oleo, vel liquata cera, &c. soluitur flos salis tantum oleo.

Affinis eſt immerſioni irrigatio. Solent enim ſolubilia quædam interdum conſpergi aliquo humore, vt poſtea eo facilius deliqueſcant. Sed ille media diuaporatione tãdem ad mediocritatem reuocandus eſt, ne nimis diluta vis ſit liquoris, quo pacto Tartari Calcinati deliquium feſtinamus. &c. In comment. Libauius ſic ait.

Deliquium ſecundum Ariſtotelẽ.

Apud Ariſtotelem, Deliquium λύσις vocatur (ἄλις λυθὶ ὑγρῷ.) & Chymicos ſolutio, nimirum appellatione generis ſpeciali adhibita. Alias deliqueſcere eſt in liquorem abire, fathiſcere, reſolui, &c. quaſi cum nix aut glacies diffluit vapido aere.

Sed operæ precium eſt, varietate exemplorum tanquam per inductionem, deliquii naturam rationemq; oſtendere & explicare.

Deliquio diffluunt ſales, alumina, atramenta, nitrum, & quæcunque horum naturam participant, quæ omnia ex liquido ad ſiccitatem redacta concreuerunt. Deinde alio modo liqueſcunt, corpora validis ignibus calcinata, adeo vt plurimum in ſalis naturam conuerſa intelligantur, prout tamen calcinata fuerint, & rarefacta penitus, vno vel pluribus laboribus, aut ſaltem quadantenus.

Itaq; & ſoluuntur quædam calces totæ, quædã duntaxat ex parte tenuiore: quædam tantum modo humeſcunt, ſeu remittuntur, quibus, ſi volumus vberiorem eorum reſolutionem, addere nõnihil liquoris neceſſe eſt, idq; ſæpe acrimoniam habet, qua attenuat, ſuoq; igni potentiali amplius rarefaciat conſiſtentiam cohærentemq; compagem. Quibuſdam non actualis humiditas additur, ſed potentialis, vt cum liquatilia conterimus, vel jungimus difficulter fluxibilibus, vt ſales, &c.

Nonnulla & reuerberata liqueſcunt, & per ſe, ſed alio modo, vt Tartarum cuius calx facile diffluit: ſed ipſum aqua diſſolui poteſt. Non hoc euenit atramento, & congeneribus, poteſtq; etiam ſal tandem illiquabilis reddi. Deliquio fluunt lachrymæ quoq; in puluerem redactæ, quæ vapore, aliquæ aqua, aceto, & ſimilibus.

Camphora aqua fortι deliqueſcit, ſed num huc referẽdus ille liquor ſit, poſtea videbimus. His exemplis patet, deliquium ſuo amplexu comprehendere ſolutionis vel liquationis modos aliquot,

aliquot, quorum primus est resolutio in vapido aere, seu humido, siue is sit calidus, siue frigidus; magis tamen frigido, qualis est in subterraneis, & puteis similibusque: secundus, resolutio cum calcinatione pro firmitate compagis, vbi mirabile quid euenit, non solui in humorem rem, nisi humore in totum sit priuata: Id autem ideo, quia illud humidum erat glutinosum compactumque tenacius, quam vt dimitteret coniunctum siccum: & quidem horum quædam salis liquescentis naturæ sunt propiora; quædam vero videntur potius rarefacta inuisibilibus atomis humorem ingredi, & eius continuitate occultari, vt potius dicenda sint in liquore latitare, quam in eum resoluta esse. Nam reuerberatio ista ignea terrea fecit maxime: terra vero vel non, vel difficulter solubilis est. Idem arguit & hoc, quod tales calces interdum possint reduci in metallum, quod non fieret si salium conditionem plane subiissent. Sales enim metallicæ naturæ sunt expertes. Eodem pertinet & hydrargyri sublimati solutio.

Modus tertius est remissio magis, quam vera solutio. Dilutionem itaque aliqui vocant, veluti cum lutum exiccatum resoluitur affusa aqua; Item mel, lachrymæ, gummi, &c. quæ ex liquido coacta inspissataque fuerant. Patet & hoc, quædam suo humore liquescere, saltem adiuta aeris humiditate vapida; quædam alieno admisso: item omne resolutum deliquio coagulari denuo posse.

Genera ergo & species, seu potius modi ita se habent, vt deliquium sit vel per se, vel cum additamento: vtrobique vel statim, vel præcedente præparatione. Additamenta sunt vel actuales liquores, vel potentiales, ita tamen, vt facile deliquescant, quales sunt sales sublimati; & vel conteruntur vna, vel per sublimationem, aliosue modos vniuntur. Cum item non possint deliquescere dominante siccitate, siue frigus coniunctum sit, siue calor, patet requiri commercium dominantis humoris: qui quo minus subit sua substantia, eo syncteriorem relinquit liquorem. Hinc colligitur, artificiosam solutionem eam esse, in qua non substantia humidi, sed qualitas agit, aut sal-

1. Diuisio deliquii ex natura liquabilium.
2. Ex ambientis diuersitate.

aut saltem, si spiritus humidus vel vapor vna subit cum qualitate, nihil tamen incommodet naturæ. Quocirca similitudinem quandam solutionis per deliquium habent ea, quę copiosa aqua vel aqueis diluuntur, non autem formam deliquii veram; & sic ex numero verarum specierum hunc modum excludendum esse, & vel sibi relinquendum, vel in posterioribus aliquid simile habentibus, reponendum.

Porro humor natura ineſt vapido aeri & aquæ: per societatem istorum etiam terræ, simo madido, & similibus. Deliquium itaque Chymicum omne in illis peragendum; & cum differentia etiam ex illis fumi queat, aliud dici potest vapidum, seu aereum, aliud mersorium, seu Embapticum, quod vicissim est inhumationis in humida terra, simo, vel similibus, & immersionis, quos modos cum aliis satis explicauimus in Alchymia.

Iam apparatum oculis subijcere quadantenus, & de finibus dicere tempestiuum erat. Sed cum commentatoris munus sustineamus, videamus primum Philosophemata nonnulla Aristotelica, postea fusioni & deliquio terminos ponamus manifestionibus argumentis, & quæstionibus nonnullis haud iniucundis.

Quæ à calido sicco concrescunt (πήγνυται) inquit Philosophus, eorum quædam irresolubilia sunt (ἄλυτα) vt fictile, & lapides quidam, qui ab igni fiunt, vna concremata terra (τῆς γῆς συγκαυθείσης:) quædam solubilia humore (λυτὰ ὑγρῷ) dum dicit, fusilia facta esse per concretionem agente calido sicco, indicat, liquida fuisse prius, habuisseque humorem secum, quem resoluerit eduxeritq; calor, siccitas autem etiam partim sorpserit, partim terminauerit.

Nam terminum acceperunt humida per siccitatem agentibus actiuis. Terminatio ista & actio est inæqualis. Nam in aliquibus ignis humidum ita diminuit, vt terra etiam combustionem sit passa, firmissimeque reliquo humori, qui est pauciſſimus, conglutinata. Ideo hæc dicuntur ἄλυτα. Non enim admittunt humorem in profundo substantiæ, quanquam puluerata madefieri queant, vel etiam humor per poros recipi. Intelligimus ergo vero deliquio solutionem fieri debere fluente humore domestico, idque ope contrarii eius, quod coagulationem fecerat, hoc est, humidi frigidi. Sicut enim agens externum calidum siccum, termi-

Digitized by Google

terminauerat, ita contrarium humidum frigidum determinans, terminum remittere debet, siquidem dispositio ad sic patiendum inest, & nõ totus humor sit exhaustus. Externus humor remittit internum. Subesse ergo aliquis debet, vt sit nulla solutio, vbi humor in potentia nullus, vel parcissimus, cumque terra adustus.

Ex hac Doctrina Philosophi ratio elucescit, quam sæpe mirati sumus. Cum enim frequentissime ex calcinatis extraxissemus sales, eosque liquefactos multa aqua per filtrum Chymicum traiecissemus, adeo vt nihil nec oculis appareret, nec tactu perciperetur; tamen post coagulationem cum denuo dilueremus salem, aliquam partem insolubilem deprehendimus, quæ prius tota deliquio diffluxerat. Ratio patet ex Philosopho, quia calor siccus terminauit portiones quasdam amplius, & priuatas humore sicciores reddidit, quin & humidum remanens cum terra nonnihil adussit.

Sed solutionem in humido frigido fieri debere, non tantum demonstratur axiomate: τὰ ἐναντία ἐστὶ αἴτια τῆς ἐναντίωσεως: & vice versa: Idem eidem secundum idem non est causa contrarij: verum etiam exemplo docetur. Nitrum enim & sales, inquit, solubilia sunt humido non omni, sed frigido. Quocirca liquescunt in aqua & speciebus aquæ, non autem oleo, quia siccum calidum, quo erant coagulata. Sed his obiici potest, quod sal etiam oleo soluatur, vt docet experientia, veteresque oliuum suum, vt duraret, non sine sale fecerunt. Respondetur id fieri oleo non puro, sed aliquid succi aquei secum habente: deinde non esse solutionem veram, sed tantum occultationem, si sal assumitur ab oleo. Verum enim vero potior causa est in humido. Nam hoc tollit terminum sicci. Oleum quidem ab aliquibus etiam humidum vocatur; sed potentiam sicci obtinet, estque etiam aliquando igneum. At aer calidus & humidus item soluit: soluit & aqua feruẽs, vt in Lixiuio. Non, inquam, caloris merito: Itaque & Mulierculæ cum lixiuium facere volunt, initio non affundunt feruentem; dicunt enim aduri seu terminari salem, atque ita fieri, vt lixiuium non euadat acre. Igitur humoris auxilio maxime peragitur deliquii solutio. Id cernere etiam hinc est, quod apparatus deliquii potissimum ea requirat media in quibus aer vapidus facile concrescit, & humiditatem rotidam relinquit, vt tabulas vitreas, plumbeas, marmoreas, ouorum durorum acetabula. Inde & vapor fimi, & Balnei soluit.

Sed

Sed quomodo distat fusio à deliquio? Negat philosophus, molarem lapidem solui deliquio, seu λύεσθαι ὑγρῷ: rursus ait τήκεσθαι θερμῷ, vti & ferrum; licet alias ἄλυτον, veruntamen τηκτὸν ὑπερβαλλούσῃ θερμότητι. Apparet primum discrimen esse in efficientibus solutionis, quod est in fusione calidum, in deliquio humidum. Deinde quæ funduntur, concreuerant calidi exitum, sed deliquescentia humidi, non tamen totali vel nimio. Multa fusilia soluuntur oleo; deliquescentia non soluuntur, vel ægre saltem: Illa à calore sicco non excedente modum, non torrentur vrunturue; hæc facile calcinantur adurunturque.

Liquescentia coagulantur à calido sicco proportionali: fusilia in humore frigido concrescunt, tantum abest, vt diffluant. Atqui videmus etiam sales & atramenta, alumineque à calore sicco effervescere; & quid facilius fluit sale petræo, etiam paruo igne? Dici potest quædã ambigere, propterea, quod fusilibus & deliquio solubilibus constent partibus, tanquam glacies & nix. Itaque quadantenus calore constituunt, quadantenus siccitate. Ita comperimus atramenta quoque & alumen auxilio calidi sicci superuacuum humorem dissipantis, indigere, & consistere paulatim vapore diluto: sed quia calor iste nõ est immodicus, comprehenditur multum humidi inter concrescendum cum terra. Ratione ergo istius humidi concreti, restituto humore vberiore soluuntur: sed ratione terræ fusilis (habere vero talia terram, & nonnihil pinguedinis manifestum est) non adustæ sed humore competente definitæ, funduntur. Aristoteles dicit, eiusmodi res caloris excessu fundi, alias non fusilia, qui excessus definiendus est ex dispositione patientis.

Olea concreta, glacies & similia cum soluuntur aqua calida, deliquium est an fusio? Hæc scilicet Aristoteli videtur esse. Nam non humore, sed calore, etiam sicco fit resolutio. Glacies tamen ambigit, vt dictum est, quia multum humidi obtinet in potentia; quia vero in frigida aqua non soluitur, sed remissa, vt hyemalia flumina testantur, magis ad fusionem pertinet eius solutio. Quando calces soluuntur salibus additos, & alia acria; Fusione potius an deliquium? videtur enim perinde fieri, ac in aquis causticis, quæ sunt ignes potentiales. Num ergo funduntur? imo corroduntur, sed quia salis naturam quandam adeptæ reuerberii ignem passæ, ideo ad deliquium traducuntur, licet concurrat aliqua corrosio.

Cum

Digitized by Google

Cum cera in aqua cocta ſoluitur, fuſio fit potius, vti & cum oleo reſoluũtur ſulphura, & ſimilia; At cum haloſanthos in oleũ fathiſcit abitque totum, quia ab humore videtur fieri, num deliquium eſt? Nulla caloris vis adhibetur. Ita nix mollior aqua frigida liqueſcit tabeſcitque. Illud oleum eſt proxima potentia, hæc aqua. Itaq; confuſio potius dicẽda eſt: & ſane veterũ haloſanthos liquidũ erat maiore ex parte. Si nix aqua frigidiſſima item liqueſceret; calore vero ſicco adureretur, mere poſſet ad deliquium referri. Nunc autem ambigue ſe habet. Quid de caphura per aquam cauſticam in oleum ſoluta? Fuſio eſt exigne ſubtili, qui eſt in aqua iſta, quem tactu in ferro percipimus. Quod ſi euaporauerit aqua cauſtica, redit caphuræ ſua natura: Nec deliqueſcit in aqua ſimplici, vel aere: Imo tales humores repellit. Lutum concretum ſoluitur aqua. Deliqueſcitne? Philoſopho funditur (τήκεται) ignibus. Aqua non liqueſcit; ſed diluitur. Apparatus deliquii varius eſt, vt ſupra dictum. Quicũque ſit plerumq; ita inſtituitur, vt quod delicuit, profluat ſepareturque à nondum liquefacto, excipiaturque vel vaſculo ſingulari, vel receſſu aliquo eiuſdem. Interdum vna relinquuntur, vt partes citius fluentes ad fluxum perducant morantes, quæ ſi nec ſic quidem reſoluuntur, attenuandæ ſunt nouo labore, aut potentiori humido committendæ. Humidum enim hic non eſt mere paſſiuum, ſed & actiuum, & ſæpe eligitur iuxta naturam reſoluendi. Calx viua quo ſiccior eſt, eo auidius aerem humidum ſorbet, & dilabitur. Hoc obſeruatum à Chymicis eſt, & in artem translatum, vbi item deprehẽſum, quo ſubtiliores ſunt ſales, eo citius eos fluere, ſicut ſal petræ elaboratus. Vnde notum eſt, multa coagulata, quæ humefieri nolumus, in calore ſicco, vel aere tali eſſe reſeruanda, qualem naturam & ſacharum habet. Inde poſtea colligitur, quo apparatu quodque indigeat.

Vocamus Deliquium Crypticum, cum rem occultamus, inque criptas deponimus, quæ eſt ſpecies inhumationis, quæ fit in terra humida, cellis, ſpecubus humidis, puteis, fimo &c. Aliud eſt manifeſti aeris, & ſubdiale auſtrinis conſtitutionib. vel humidis frigidis abſque vento & pluuia, potiſſimum ſilente nocte. Abutimur & Balneo tam merſorio, quam vaporario ad rem eandem: Imo & immerſione in aquam frigidam, vaſe clauſo. Alios modos iſtis analogos monſtrabit experientia. Eſtq; ſæpe non operoſa ratio deliquij. *Deliquium crypticum.*

Vnde & suspendunt calces è testudinibus cellarum super vaporem feruentis musti, item vinaceorum & similium.

Tempus deliquii.

Tempus deliquii definitur ex natura rei soluendæ. Solidius compacta crassioraque, & quæ remotiora sunt à salis subtilis natura fluunt tardius. Quidam calces metallorum etiam in annum defodiunt, vel in puteos condunt longo spatio, donec del quescant. Sed diligens præparatio, per attenuationem, læuigationem, reuerberationem, vel additamenta conuenientia tempus potest decurtare.

Fines deliquii principales.

Fines deliquii principales sunt, vt liquor existat variis vsibus accommodandus: Isque interdum essentiis comparandus: itē vt vniantur per minima quam exactissime, quomodo Geberus sua metalla coniungit, calcinando, resoluendo, reducendoque: volunt enim sic difficilime separari: & expectatur hinc quoque transmutatio.

Alius finis est rerum depuratio, & vt quam subtilissimæ euadant: & hic interdum alius subordinatus est, seruitque essentiis per destillationem & alios modos perficiendis, quanquam salis deliquium amplius attenuat & purificat, repetitis operibus, & multis colaturis.

Peragitur & extractio quædam ope Deliquii. Subtilis enim essentia defluit, subsistente crassitie & sordibus. Apparet itaque, Deliquium Magisteria & essentias conficere posse; Magisteria, vt potabiles liquores, transmutationes, commistiones, &c. Essentias, vt alkali essentiale apprime elaboratum, Tincturas liquidas &c. Quod autem transmutatorium sit, facile ostenditur, quia ex terreo corpore facit aqueū, propter symbolum quod est vtrobique. Et est reciproca via ex aqueo in terreum vicissim, quam reductionem vocant. Sed videndum est, vbi aliena humiditas subiit, & vbi propria res delicuit, & quæ vna sunt corrosa. Inde enim transmutatio vel alteratio, aut mistio censebitur. Tollit reductio humiditatem dominantem, terminumq; procurato sicco adjecit, agente calido sicco. Notandum igitur, quod vbi nihil deperiit reducto, aliena humiditas tantum remiserit: vbi vero diminuta est quantitas, propria deliquium fecerit. Cauenda in reductione adustio est. Itaq; alicubi saltem tepor vel siccus aer satis est. Nominatur id coagulatio, de qua suo loco.

De his quæ diffiduntur, vel diluuntur multo humore, nihil attinet facere verba. Non enim est artis, sacharum perfundere multa aqua, & sic sol-

ſic ſoluere: aut aceto coquere lachrymas, aut aqua pluuia aloem, indeq; recoctione ad ſiccum reducere, modo aduſtionẽ toſtionemq; nimiam vites in recoquendo, & vt purgentur ita ſoluta, ſæpius per filtrum trajicias, & obſerues gradum ignis, pro aquæ reſoluentis copia, & natura rei. Sed de his præcipit coagulatio. Ad deliquium nulla alia ratione pertinent, niſi quia ſimile quid habent, non quidem ſimpliciter κατ' ὅλου; ſed tantum eorum reſpectu, quæ per ſe difficilime aut plane non liqueſcunt, requiruntque ob hoc additamẽtum humoris, ſiue eiuſdem, ſiue proportionalis, aut quem vſus demonſtrauerit. Nam interdum quod tardius liqueſcit, irrigamus ſuo humore, qui prius profluxit, aut quem deſtillatio expreſſit, veluti in Tartari calce non ſatis elaborata, ſi fluxum maturare velis, affunditur liquor eiuſdem pridem exceptus: ſi ſalem abſynthii cito reſoluere placet, additur nonnihil de aqua abſynthii, & ſic in cæteris. Propria enim conueniunt magis, niſi vbi vſus requirit diuerſa, & firmitas compagis poſtulat humorem penetrantem referantemque potenter ligaturas naturę, in quo ſtudendum, vt quantum fieri poteſt, acre Medicamen iterum ſubtrahatur, & liquor edulcoretur, ſiue in calce, ſiue alio modo. Miniſtrare enim debet, & peracto miniſterio decedere, non dominari, niſi aliud ſit conſilium.

CAPVT IX.

De mollitione, induratione & exſiccatione.

MOllitio, ſiue Mollificatio: multæ (aiunt Galenici) Medicamentorum præparationes tantam inter ſe habent affinitatem, vt eædem fere iudicentur, vt liquatio & mollitio, quæ tantum ſecundum magis & minus videntur diſcriminari, ita vt mollitio ſit liquationis principium. Cuncta enim quæ liquantur, prius molleſcunt, & multa poſtquã fuerint emollita, ſi diutius calefiant, liqueſcunt, non tamen omnia. Ebur enim, vngues & cornua poſſunt emolliri, non liquari.

Fit autẽ mollitio duobus modis, vel ſolo calore ignis, ſolis aut animalis, vel rei cuiuſdã putreſcentis: vel affuſo humore, *Mollitionis 2. modi.*

vt cum cera emollitur in aqua calente ; aut cum massa quædam medicamentosa durior in aliquo syrupo aut succo idoneo malaxatur, vt molleſcat, & tactui cedat. Arbiter enim duri corporis & mollis tactus est, ait Galenus cap. vlt. lib. 3. de differ. pulſ.

Vniones cõchæ & ouorum putamina, aceto destillato macerata adeo molleſcunt, vt ad libitum tractentur, & ducantur. Ebur quoq; zytho creditur emolliri, atque etiam dum sex horas cum radice Mandragoræ percoquitur.

Cornua molleſcunt igne rarefacta, aut aqua diutius cocta, vel sub fimo per septem dies sepulta. Et corallia succo Berberum, & margaritæ succo limonum, & lapides multis certis liquoribus, vt decet, apparatis creduntur emolliri vel solui.

Chymici nostri sic scribunt de mollitione ; Libauius dicit in comment. Alch. part. 1. lib. 3. de distractionib. cap. 6. Mollefactio gradus est ad fusionem, quanquam hæc nõ in omnib. succedat. Ferrum molleſcere conspicimus (ita scilicet vt sit ductile & tractabile) si oleis & aquis dulcibus, pinguedinem & lentorem quendam habentibus, restinguatur sæpe. Præterea molleſcit si maceretur per dimidiũ mẽsem in lixiuio ex cinere clauellato & calce viua ; (quale lixiuium etiam è calcinatis marcasitis, conficitur plumbeis, quib. etiam in pultem redigitur) alii extinguunt in decocto chamomeli, geranij & maluæ : vel sebo & butyro, vel oleo, cera & asa fætida, vel sulphure, argilla & oleo &c. Emollire lapides & vitra, ait idẽ lib. 2 Alch. tract. 1. de Magist. cap. 8. Hoc alias fusilibus congruit, fitq; ignea virtute colliquãte. Sed ad fragilitatẽ duritiemq; mox redeunt frigore. Itaque si fingendi sunt eiusmodi lapides ad modiolos, typosue, & ducenda vitra, vrgeantur flammis quo ad molleſcant, sed intra fluxum. Sint vero & typi candentes aut alias feruidi. Nonnunquam mollitiem appellant, cum tenuiora fiunt, & ad fundendum promptiora, ita vt etiam in filamenta duci possint, è quibus fiunt cirrhi, & cristæ pilorum, non rigentes sed nutabundi, nihilominus tamen retenta fragilitate. Id assequimur maceratione, & coctione in liquoribus conuenientibus, vt lixiuio ex cinere clauellato, vel sodæ &c. Promittunt aliqui mollitiem lapidum è viscidis humoribus natorum & vitrorum, si effervescant in succo senecionis

cionis & ſanguine hirci: vel ſi macerentur per noctem aceto radicato, cui miſtus ſit ſanguis tauri & adeps veruecis: Vel ℞ ſanguinis hirci, cinerum vitri, ana mitte in acetum, & deſtilla. In deſtillato macera vitrum, fietque plicatile, vt aiunt. Vel: ſanguis anſeris, ſanguis apri, ſiccentur, aganturque in puluerem, affunde lixiuium cineris clauellati vel ſodæ, coque bene. Adde parum aceti fortis. Impone lapidem, calefac & molleſcet. (Fiunt aquæ fortes ſatis, quæ ſat diu ſeruantur organis vitreis citra eorum mollitiem talem. Et ſi ſint fortiſſimæ, corroduntur franguntur que citius, quam plicatilia euadant. Diligenter itaque inquirendum in iſtas artificum ſententias. Vitra adeo molleſcere, vt fragilitate amiſſa, duci malleo queant, ſemel dicunt compertum, artemq; cum ſuo authore interiiſſe, quanquam aliquid virtutis ii adſcribant lapidi philoſophico, ſed ſine ſpecimine. In manuſcripto libro Herdenii dicitur idem fieri, admiſto quodam puluere, & vna fuſo, cuius compoſitio paulo ante eſt poſita.) Affines lapidibus ſunt conchæ & teſtæ ouorum, quæque ſunt ſimilia ex lentore animaliũ concreta, quæ aceto macerata in pulticulam aut ſimilem lentorem diſcedunt iterum. Neque in aceto tantum, ſed & cognatis liquoribus, vt lixiuiis, vrinis, &c. & certis rebus, certoque paratis modo. Ita Cleopatra aceto ſoluit ſuas margaritas in cœnam, quod peculiare aceti genus, aut ſaltem quam tenerrimos vniones fuiſſe neceſſe eſt, cum nobis experimentum tam facile non reſpondeat. Vtiles in hunc finem ſunt vrinæ acerrimæ deſtillatæ, & acetum exaſperatum per alkali cryſtalli, vel ſale ſanguinis hircini, aliarumque rerum ſaxifragarum: (ita enim aut ſimili modo præparare oportet, cum abſurdum ſit tam graues autores mendacii accuſare) poſſunt & ſpiritu ſulphuris, ſpiritu ſalis ammonii, aut gemmei, ſalis ſodæ, & huiuſmodi ſaxifragi liquores intendi, vt ab ignea natura parum abſint. Corallia ſucco berberum ita molleſieri dicuntur, vt fingi poſſint ad libitum. Sic conſentaneum eſt vim tabefacientem ita diſpoſitam (nam quædam etiam alicubi in mare demerſa lapideſcunt) eſſe marinis aquis, cum intra ſe mollia enutriant corallia, quæ foris indureſcunt. Et obſeruatum eſt nonnunquam ab aſſumtis ſaxifragis proceſſiſſe viſciditates colliquefactorum lapidum, niſi eludere ſententiam velis materia ante concretionem expulſa, &c.)

Ad ignem aſſando molleſcunt cornua, vt poſſint in truſa in modiolum ferreum, dirigi, & prelis formari. Alius modus eſt macerationis:

ſucci marrhubii albi, ſucci apii, myriophilli, raphani, chelidoniæ maioris, aceti fortiſſimi q. ſ. miſce, in liquore macera cornu ſub fimo per dies ſeptem. Vel: coquatur ex lixiuio cinerum papaueris. Scobs in paſtam redigitur hac arte. Salis alkali, calcis viuæ ſingulæ libræ: aquæ libræ tres, coquantur ad tertias reſiduas. Explora acrimoniam per pennam plumatam, quæ ſi plumas ponit intincta, ſat aſpera eſt, alias coque amplius. Facto ſedimento clarum effunde, immitte ſcobem cornu per biduum. Exemtam ſubige manibus oleo madefactis, vt ſit maſſa, quam formis ferreis finges ad libitum: vel alkali de anthylide, calx viua: fiat ex his lixiuium, in quo ſcobs macerata tractabilis euadit. Poteris addere liquorem tingentem pro arbitrio. Ebur emolliunt coquendo cum radice mandragoræ per ſex horas. (Cum magna diuerſitas ſit oſſium & cornuum, meminiſſe de diſpoſitis ſermonem eſſe, cum in hac parte naturæ multum hallucinetur ingenium artificum. Eſt & aliquid prodire tenus, &c. Molleſcere autem & flexilia fieri oſſa etiam hiſtoriis morborũ notum eſt, ſed inſinuante ſe penitus humore, & humectante compagem laxanteque.) Cera liquata, aut etiam oleo aſſequimur ſuccinum mollitum. Simile judicium de ſimilibus eſt, vt pice, bitumine, ſulphure, &c. Sed aduertendus eſt animus, ne anticipet fuſio. Admiſtione vero ceræ iſta mollire, vulgaris eſt notitiæ. In ſuccino emollitio tum ad alia facit, tum ad ferruminãdas minutias & fragmenta vnienda.

Duratio locum habet in pharmacia, in medicamentis compoſitis, quæ ad conſeruationem & vſum, plus minus ſicca ſolidaque eſſe debent, cuiuſmodi ſunt electuaria, conſeruæ ſiccæ, emplaſtra, pilulæ, trochiſci & miuarum genera.

Indurantur vero medicamenta frigore, calore & rerum ſiccarum admiſtione. Frigore, quando quæ liquata ſunt, aut tantum emollita, ab igne remouentur, & aeri expoſita refrigerantur & coaleſcunt. Calore, dum ad juſtam conſiſtentiam medicamenta coquuntur & pars humidior abſumitur. Tunc enim ſicciora reddita indurantur. Admixtione quoque rerum ſiccarum medicamenta dureſcunt, ſiue vt diutius aſſeruentur, ſiue vt conſiſtentia facilius & felicius exhibeantur.

Dura-

Duratio etiam in Chymia locum habet, vt quando Mercurius induratur per fumum Saturni, qui sic constat ex Libauio: In eliquato plumbo, cum iam concrescere incipit, fouea per lapidem impressum efformetur: in hac dispone linteolum, cui immitte hydrargyrum, & colloca in cinere calido quoad indurescat. Induratum in minutas partes confringe. Coque ex aceto acerrimo per horæ quadrantem: (vel in succo buglossi cum aceto pauco & oleo: vel oleo & aceto destillato, sæpe mutatis aquis, & foret oleū sulphuris conuenientius, aut oleum Martis, &c.) coctum iniice in aceti sesquilibram, in quæ solutæ sint duæ vnciæ salis ammonii. Digerantur per octiduum, vt extrahatur cruditas. Exemptum in catino pone ad prunas, in formæ anemia. Ita vt sensim augeas ignem, quo incipiat candescere & crepare. Præterea inclusum sacculo linteo suspende super fumo sulphuris in olla locata in cineribus calidis, vt paulatim lento igni incalescat, & fumus Mercurium afficiat. Repete hoc ter tribus diebus (quam tricies) Finis est si malleo extenditur, funditur, & cum cupro misceri potest. Huius enim dealbandi gratia quæritur, &c. *Duratio.*

Ad indurandum artificiose ferrum, genus carbonum in Hassia inuenitur, qui misti cum calce viua tale efficiunt. Sic & induratur tutia factitia, (quam hodierno die pro Alexandrina ventilant) ad ignem, illita mixtura ferro, cuius processum alibi inuenies.

Siccatio: Quæ in hyemem sunt asseruanda simplicia, vel ad nos è peregrinis regionibus aduehenda, priusquam in arculis, aut pixidibus & sacculis reponantur, debent accurate siccari. Excrementosa enim illorum humiditas coacta, nec difflata cito corrumpitur, peritque tunc salutaris cuiuslibet medicamenti qualitas. *Siccatio.*

Neque vero conseruationis gratia tantum medicamenta siccantur, sed sæpe vt puluerentur, vel vt viribus polleant insignioribus. Quicquid vero humidius est & aridum expetitur, idipsum vel igne, vel sole siccandum, vel in vmbra relinquendum perflatili, pluuiæ & pulueris expertę, donec tabescat, illiusque superflua humiditas penitus dissipetur.

Ignis.

Digitized by Google

Igne siccantur. Ignis calore siccantur ad puluerationem, quæ in fornace, vel clinabo vruntur, vel in carbonibus accensis, vt ossa, vngues, cornua, conchæ, vel in olla fictili, vt pili animalium, & quæ sartagini calidæ imponuntur, vel catino, aut colatho excepta, supra, aut intra furnum, à quo panis de nouo extractus est, reconduntur. Sic enim pruna, pira, cerasa solent desiccari, fructusque alii humidiores.

Solis calore siccantur. Solis calore siccantur æstate & autumno potissimum folia & flores, quorum color in his aridis experitur, vt etiam semina, quæ collecta ante perfectam matutitatem vel cœlo pluuioso, vt necessitas rei cogit, aliquando vix nisi sole, aut igne possunt exacte siccari. Radices quoque crassiores & magis succulentę, nisi minutius diuidantur, melius in loco soli expositio, vel aeri perflatili & aquilonio, quam in vmbra ventis non agitata siccantur, estque multorum minus idonea desiccatio, nisi præcesserit insolatio: paruæ tamen radices in vmbra facilè arescunt, vt aliæ maiores, quæ per frustula, aut talleolos incisæ & transfixæ filo, vmbroso aeri, ac ventoso & minime pluuiali exponuntur. Facilius vero folia quæ manipulis ligata, in solio pensa, partim aeri externo, partim calori ignis fere iugis officinarum exponuntur: omnium facilime flores: papyro enim aut catino excepti & subinde versati cito siccescunt.

Exsiccata vero folia sacculis canabinis, aut papyraceis reponuntur, radices, flores & semina, vasis vitratis aut ligneis. Flores Nenupharis quia crassiones & humidiores sunt, filo transiguntur, vt sic aeri expositi, commodius arescant. Eodem modo & cortices arantiorum, limonum granatorum, & lignosæ radices in officinis solent desiccari. Pulmones vulpium in vino loti siccantur in clibano parum calido, priapi ceruorum in aere libero, lien bouis castrati, sicut & hepar microcosmi, in fornace pistorio, intestina lupi in vmbra, ficus & passulæ insolatu, vt & confectiones solidæ, quæ post condituram in sachare, siue syrupis debent asseruari.

Exsiccatione superflua humiditas absumitur, (inquit Doctissimus Sennertus) id quod duas ob causas facere necessarium est. Radices, folia & flores plantarum siccantur, vt rectius asseruari possint, neque ob superfluam humiditatem situm cõtrahant, putrescant aut corrumpantur. Exsiccatio autem ista in vmbra commodissime fit: si tamen ob nimiam humiditatem quædam, antequam exsiccantur,

ſiccantur, in vmbra corrumpi ſolent: in ſole ſiccanda ſunt. Sic quæ radices ſunt craſſiores & plus humidi habent, teſſelatim, vel alio modo prius concidantur, & in loco magis perflatili ſiccentur: Folia & flores inprimis, vt commodius exſiccentur, ſicca, non pluuia madida colligi debent, (de collectione ſupra dictum.) Deinde exſiccantur quædam, vt facilius conteri, & in puluerem redigi poſſint. Id quod in furno, fornace, vel ſupra carbones in ſartagine commodiſſime perfici poteſt.

CAPVT X.

De expreſſione, cribratione, filtratione, calfactione, refrigeratione & inſolatione.

EXpreſſionis beneficio (inquit Doctiſs. Sennertus) valido connatu vel manu ſolum, vel per torcular liquidum & humidum à ſicco & terreſtri ſeparamus. *Expreſſio.* Hac oleum amygdalarum dulcium, ouorum, nucis moſchatæ, conficitur, eademque in aliorum etiam oleorum, in ſuccorumque præparatione, in infuſis, in decoctis parandis eſt neceſſaria. Vt purior tenuiorque medicamentorum ſubſtantia, (inquiunt Galenici) à terreſtri & craſſiore ſeparetur, valido ſæpe cõpreſſu opus eſt, quẽ cum ſolę manus exequi minime valeant, prelum quoddam ſiue torcular à Meſuæo eſt inuentum, quo medicamenta ſacculo excepta, aut panno forti, vt canabino, aut ſetaceo inuoluta, tam valide comprimuntur, vt tenuis ſubſtantia tota exilire cogatur, remanente craſſiore & magis compacta. Sic in torculari ab vuis attritis vinum expreſſum in dolia aut cupas delabitur. Sic pomorum educitur ſuccus ad Pomacei ad ſyrupi Regis Saboris confectionem. Eodemque modo Seplaſiarii plantæ frumentaceæ nondum adoleſcentis ſuccum extrahunt, ad condimentum illud cum pauco aceto, pane toſto & ſpeciebus aliquot parandum, quod intinctum viridem nominant. Quibuſdam Græcis, οἶνος βοτανώδης, vinum ex herbis vocatur. Pleraque tela excipiuntur, dein manibus premendo contorta, ſufficienter exprimuntur, vt ſuccus agreſtæ, portulacæ & plantaginis, pro aqua aluminoſa, additis ouorum albuminibus & alumine: ſimili modo fit expreſſio Rhabarbari, vel agarici, aliorumq; medicamentorum in decocto, aut aqua conuenienti infuſorum, vt ex his quod profuturum eſt habeatur, eiiciatur quod nociturum. Acaciæ ex ſiliquis ſeminis ſpinæ Ægyptiæ exprimitur

mitur, qui ſiccatus in vmbra, niger, ſi ex maturo ſemine, ſubruſus, ſi ex viridi eliciatur, apparet.

Fit igitur expreſſio aliquando ſucci tantum ſimplicis alicuius medicamenti, nonnunquam eiuſdem in decoctione vel aqua macerati, vt cum exprimitur infuſio oleorum, & decoctio ſyruporum & apozematum. Mel Anacardinum exprimitur ex Anacardiis exiguis ac recẽtibus diutius coctis. Ex his enim ſic tabefactis, liquor aliquis enatat ferè mucilaginoſus, quem mel Anacardinum appellant. Quod vt probe fiat ſecundum Arnoldum de Villa noua debent Anacardi teri, & diebus ſeptem in aceto macerari, octauo coqui lento igne ad duarũ partium diſſipationem. Colatura autem cum melle cocta à multis perhibetur mel Anacardinum. Infuſa medicamenta & ſucci nunc leui, nunc forti expreſſione extrahuntur: olea verò ſimplicia, vix niſi validiſſimo cõpreſſu extrahi queunt, ſiue cum, ſiue ſine igne: vtroque enim modo educitur Amygdalinum, & quod ex nucibus, piſtaciis & fructibus multum oleoſis elicitur.

Mel Anacardinum ſecundum Arnoldum de Villa noua.

Expreſſio (inquit Libauius) eſt extractio per præſum quo coacta res ſubſtantiam forma liquida effundit. Eius vſus excellit in ſuccis, & oleis quibuſdam extrahendis: Et præcedit eam præparatio peculiaris, vt profluere eſſentia poſſit. Itaq; quædam quæ proprii ſucci copiam habent, comminuuntur, inq; eo macerantur, quædam in alio conueniente infunduntur: Nonnulla putrefiunt, aliqua elixantur, torrentur & ſimilib. apparantur modis. Si humiditas copioſa eſt, filtrãtur, poſteaq; prælo vrgentur, quoad ſuccus exceptus eſt omnis, qui per ſuos canales profluit in diſpoſita cõceptacula. Si parcum eſt humidum, filtratione omiſſa comminuta exilius, & colo firmo incluſa, prælo ſubiiciuntur cogunturq;. Quibus humor tenax & pinguis eſt, quiq; concreſcit facile, ea præcalefacienda ſunt in ſartagine vel aheno: Ita fluxilis facta offa, dum calet, implicata filtro fortiter prelo comprimitur, & non raro etiam cuneis malleo adactis vrgetur. Magna autem inſtrumenta concinnari ſolent, & validiſſima, ſicubi violentia requiritur magna, quo pacto fieri ſolet in vulgatis olearijs molis. In reliquis ſi quid eſſentiæ reſtat, eę irrigantur nouo humore, caleſiunt & denuo exprimuntur, quanquã in aliquibus nõ eſt opus caleſactione, ſed duntaxat aſperſione, & maceratione aliqua. Si expreſſio extrahere totum nequit, ſuccedit ei operatio alia extractoria [illegible] quidem nihil eſſentiale neglectum

glectum cupimus: Et ſic ſuccedit ei deſtillatio, calcinatio cum filtratione, coagulatione & ſimilibus. Cæterum præli compendia ſunt plurima: Quæ leuius exprimi debent, linteo incluſa vtrinq; obtorquentur digitis: vt inter quadras tabulaſve alias coguntur. In hunc vſum etiã tabulæ læues, metallicæ, ligneæ, lapideæ: Item forcipes cum dimidiatis globulis, ſimiliaq; comparantur: Nonnunquam in cupas conjecta res molaribus oneratur lapidibus, &c.

Cribratio eſt ſubtilium partium â craſſioribus per cribrum ſetaceum vel ſericum tranſmiſſio & ſeparatio, pulueriſationi inſeruit. De hac Libauius ſic diſſerit. Cribratio: veluti agricola paleas & acus à tritico excutit vanno, ſic ab optimis marcida ſecernit ſemina cribro, ipſiſq; potius quam pharmacopœo cribratio cõpetit, ſed vterq; illo vtitur inſtrumẽto ad farinam à furfure ſecernendam, q̃ Tamiſium vulgus nominat, nonnulli incerniculũ, & aliquando ſetaceum, quod ex ſeta equina cõcinnetur, interdũ ex tela cãnabina, & aliquando ex ſericea. Cribrũ vero fit ex pergamena multis foraminibus rotundis aut longis pernia, p̃ quæ lolium & ſemina minutula facile deſcendunt, remanẽtibus ſucculẽtis, ac melioribus. Vſurpatur itaq; cribratio p̃ eo medicamentorũ apparatu q̃ cribro, aut incerniculo peragitur. Eſt a. multiplex huius præparationis vſus: per eam n. flos ſeminum molitorum, ſeu farina à furfure ſeparatur: radices coctæ à corticibus mundantur, & fructus ab acinis repurgantur. Pulpa quoq; fiſtularis cannæ cribro equina tela cõcinnato tranſmittitur, vt medulla ſic à ſiliquis confractis & ſeminibus ppurgata ſola extrahatur. Eodẽ modo & tamarindi & dactyli macerati aceto vel alio liquore per ſeraceum traiici ſolẽt ad definitos vſus. Semina multa coquuntur ad crepaturã, vt radices & folia ad putrilaginẽ, deinde tranſmittuntur p̃ ſetaceum crinib. equinis concinnatũ ad cataplaſmatũ, vel aliorum diuerſæ formę remediorũ confectionẽ. Pulueres cardiaci, vt etiam alii qui medicamẽtorum compoſitiones ingrediuntur tamiſio ſunt tenuiſſimo cernẽdi, & maxime q̃ obſtructionibus liberãdis, vrinæ & menſibus mouendis dicãtur. Quo n. tenuiores ſunt, eo citius ad partes attingẽdas deferuntur. In quibuſdã pulueribus cernẽdis tamiſia ſetacea exquruntur, in aliis mulritia, vel quæ ex linteo fiunt tenui & raro. In ſumã cribratio fit ad mixtionẽ commodiorem rerum pulueratarũ, vel certe iam mole minimarum, & ad tenuioris portionis ſæpe melioris, à craſſiore ſæpe deteriore ſeparationem. Vt autem varia ſunt quæ cribrationi inſeruiunt

Cribrationis vſus.

Instrumenta cribrationis.

instrumenta, sic varius cribrãdi modus: nam proprie cerealia, vt & legumina cribro excepta suspensa manu agitantur, & hac illac versando semina, quæ mala sunt ablegantur, retinentur quæ bona. Eodem modo cardiaci pulueres cernuntur, cribro inter manus versato, nec violenter succussato, vt tantum pulueris pars tenuior transmittatur, relicto crassiore. Nonnulla vero vt optime transmittantur, debet incernículum numeroso percussu in abacum aut aliud corpus solidum succussari ne partes crassiusculæ cribro impingantur. Proinde terenda fere sunt omnia antequam cribro volutentur. Et quæ cribrum vix permearunt ob crassitudinẽ, denuo terenda, donec ad tenuitatem tota transmittantur.

Colatio.

Colatio: quod in siccis & in pulueren redactis est cribratio, id fere in liquidis est colatio, qua humida per colũ transmissa, relictis crassioribus partibus & fecibus in colo, puriora redduntur. Coli autem est quædam varietas, inprimis secundum raritatem & densitatem, quæ omnino ob materiæ colandæ varietatem est necessaria. Tenuis enim per colum ratum transmissa sordium aliquid secum trahit, neq; pura redditur: Crassa si per crassum colum traiicitur, facile colum obstruit, & materiæ trãsitum pręcludit. Conueniens itaque materiæ cuique colum eligendũ. Peculiare coli genus est, quod manicam Hippocratis vocant, saccus laneus, oblongus, acuminatus, per quem sine omni expressione, ea, quæ clariora cupimus, traiiciuntur, vt vina factitia & similia.

Colationis institutio.

Deinde colatio non vno modo instituitur. Alia n. sunt crassiora & viscidiora, quę vt colum transeant, prius calefacienda sunt: alia etiã prius in liquore dissoluenda. Ita maña vt colari possit, in jure aliquo vel liquore dissoluitur. Alia vero quæ minus crassa sunt, saltem tepida, imo etiam frigida colari possunt. Quædam colantur cum expressione, quædam sine expressione. Quæ sine expressione colantur, fiunt clariora: quæ cum expressione, turbidiora. Quædam non semel, sed sæpius, vt clarescant, colanda sunt: cum autem colatione sola omnis impuritas raro tolli possit, aliis adhuc modis liquida clariora reddi solent, quod fit per despumationem de qua iam paulo post.

Tria in colatione secundũ Galenicos.

Vt recte colentur crassa & viscida, (inquiunt Galenici) tria expostulant, vt ampliore humore diluantur, vt colo traiiciantur rariore ac nouo, & diutius calefiant ante colaturam. Sic enim illorum densitate magis ra-

Digitized by Google

gis rarefacta facilius tranſmeant. Myua ſeu gelatina carniũ & fructuum, ſic prius calefacta colatur: Et mellis genus omne, & manna per os ex liquore quodam ſumenda, vt res quædam extranea ac ſordida, ſi quæ ſit admixta, per colaturam ſeparetur. Quæ tenuia ſunt, vt ſucc s herbarum, Limonum & multorum fructuum, tepida colari ſolent, & ſæpe frigida; ſic namque terreſtrior pars ac craſſior remanet, traiecta puriore ac magis ſyncera, veluti defecata. Lac tamen colatur frigidum, nec non aqua turbida, vt ab illo, pili ſi qui ſint allapſi, ab hac vero vt conſpurcamenta ſecernantur. Sæpe tamen per reſidentiam ab aqua id omne ſeparatur, à quo turbida reddita eſt, vt in ciſternis videri poteſt. Vinum quoque Hippocraticum ter aut pluries colatur frigidum per manicam laneam oblongam & acuminatam, ad ſachari, vini & aromatum, quibus conficitur, mixturam & conſiſtentiam iucundiorem. Quędam tamen non niſi calidiſſima percolanda ſunt, alia frigida, quædam tepida. Et multa vnica tantum colatura egent, quædam duabus, & nõnulla tribus, donec clareſcant. Apozemata percolantur ſtamine vulgari extenſo; Interdum & ſacculo laneo, aut lineo: ſyrupi v. qui ob ſachari vel mellis admixtionem & longiorem coctionem craſſiores ſunt, nec tam facile tranſmeare queunt, linteo raro dum percolantur egent. Simili modo decocta colantur quibus vnguenta parantur, vt etiam ipſa vnguẽta liquefacta, dum quid craſſiuſculum quod vim piſtilli aut ignis effugerit, ſecernendum eſt: Multorum Medicamentorum tenuior portio à craſſiore ſegregatur per aliam colationis ſpeciem, quæ Filtratio nũcupatur: De qua ſic ait Sennertus: Si feculentum nõ exactè liquori permiſtum, ſed confuſum tantum ſit, Filtratio ſufficit: ſi vero exactius permiſtum ſit, ita vt etiam forſan vna cum liquore per filtrum tranſire poſſit, Digeſtione opus eſt, per quam feces tandem à reliquo liquore puro ſegregantur, & in fundum deponuntur. Diſtinguunt nonnulli inter filtrationem & deſtillationem per lacinias: Sed Sennertus putat huius diſtinctionis nullam eſſe neceſſitatem: quia vnus finis vtriusque operationis, atque potius pro duobus modis vnius operationis, quam diſtinctis operationibus habendæ ſunt Nam in genere per filtrationem craſſum & feculẽtum

Filtratio.

liquori alicuius fusum separatur, dum liquor purus per filtrum in vas subiectum descendit, & relinquitur impuritas. Causa enim inuentionis destillationis per filtrum est aquæ vel liquoris serenitas seu puritas vt habet Geber. lib. 1. part. 4. summ. perfect. cap. 50.

Modi duo filtrationis. Sunt autem duo modi destillationis per filtrum: Prior est cum filtrum seu pannum laneum ad linguæ Bubulæ formam fere sectum & formatum parte latiore in vas, quod liquorem purificandum continet, imponimus; Altera autem, siue in vnam, aut duas, aut tres extremitates acuminatas desinente, in vas subiectum, vel lati orificii, vel si anguſti orificii est, infundibulo addito, propendere sinimus, ita vt liquor purus guttatim per filtrum in id descendat, fecibus in filtro vel altero vase remanentibus. Primo autem madefaciendus est pannus: ita enim liquor facilius per eum descendit: Nonnunquam pro pannis laneis vtimur filis laneis simplicibus vel complicatis, vt dum olea destillata ab aquis separare animus est.

Alter modus filtrationis est, cum cucurbitæ vel alteri vasi amplioris orificii imponitur charta bibula, vel pannus lineus rarus, cui prius adaptatur charta bibula, atq; ita in illam depressam panni & chartæ cauitatem infunditur liquor. Potest & hęc destillatio fieri per manicam Hippocratis dictam, pręcipue si charta bibula instar cuculi imponatur, vel etiam per setaceũ cribrum, superposita charta bibula; In quo modo hoc est notandum: si fæces multæ adhærent papyro, vel liquori iam transitus denegetur, mutandam esse chartam, & obseruandum etiam, vt primo charta sumatur rarior, deinde, si opus est, densior. In vtroque autem modo obserua ea, quæ sunt viscidiora, aut quæ, vbi refrigerantur, concrescunt & coagulantur calida ad filtrandum adhibenda

benda esse: Ita enim citius transeunt, & nisi calida, non facile transfluunt, aut partes salsæ concrescunt, & saltem inutilis humor destillat: Porro si prima vice non satis depuretur liquor, repetatur filtratio.

Quam rem compendifacere licet vtroque modo: in primo si plura filtra gradatim ita disponantur, vt vas primum, in quo liquor est, altiore gradu sit collocatum, secundum inferiore atque ita deinceps; Et ex primo vase dependeat filtrum in secundum, ex secundo in tertium; Vltimum vero solum liquorem excipiat, & nullum filtrum, per quod liquor extillare possit, habeat. Laciniæ autem seu panni ita sunt comparati, vt inferiores sint densiores superioribus. Ita enim maxime liquor depuratur. Figuram habet Andr. Libau. comment. Alchemic. part. 1. lib. 3. cap. 14. Idem compendium & in altero modo potest vsurpari, si nimirum manicæ Hippocratis plures ita suspendantur, aut alia vasa cum charta bibula ita disponantur, vt ex superiore in medium, ex his in infimum liquor destillet. In filtratione tandem omni probe notandum, ne partes nobiliores exhalent. Itaque si res spirituosa sit, & quæ facile exhalet, filtratio in loco frigido fieri debet; imo ita institui potest, vt vas vtrumque tegatur, ne aeri liber pateat aditus. Quod si res pretiosa & plane spirituosa atque exhalabilis sit: commodissime fiet filtratio per duplicem retortam, quem modum tradit Vlstadius, capita 56. ita scilicet vt in retortam, quæ liquorem continet, imponatur filtrum vel laciniæ, atque orificium huius retortæ cum laciniis propendentibus in aliam retortam vel etiam cucurbitam inseratur, & commissuræ bene claudantur. Ita enim liquor per filtrum in subiectam retortam, vel cucurbitam destillabit & nihil exspirabit. Potest etiam fieri, si orificium retortæ gossypio vel spongia obturetur, vt per eam liquor destillet: qui modus & in aliis filtrationibus adhiberi potest. Verum cum sæpe feculentum illud & crassum adeo

Notanda in filtratione.

adeo permiſtum ſit liquori, vt filtratione ſeparari non poſſit, vt videmus in muſto, & cereuiſia, quæ ſola filtratione nõ clarificantur, alia opus eſt ſeparatione, quę per digeſtionem fit: de qua paulo poſt.

Filtratio, (vt conſtat ex Iatrochymia) eſt per colum Chymicum (quod filtrum dicitur, nonnulli vocant linguam bouinam ob formam) deſtillatio, componitur ex panno laneo, aliquando etiam linteo, & nonnunquam ex papyro, tum dicere ſolent autores filtrum per papyrum.

Filtratio, (inquit Libauius) eſt ſubductio per filtrum: id autem colum Chymicum eſt, itaque & colatura, ſeu percolatio appellari poteſt: fitque potiſſimum in humidis è quibus aquoſitas tenuis tranſit, reſiſtentibus ſpiſſis & oleoſis.

Procurationem eius ſic tradit: charta emporetica conuoluitur, aut complicatur, vel loco eius pannus villoſus conſuitur in facci formam aut vaſi applicatur, veluti infundibulo, &c. Liquor infuſus ſinitur paulatim in excipulum deſtillari, vnde & hæc operatio deſtillatio per filtrũ dicitur. Quod ſemel traductum eſt, niſi ſat purum eſt, iterum percolatur. Quod reſiſtit ſpiſſamentum, abraditur ſi vtile eſt, vel eluitur. In aliquibus adhibenda eſt expreſſio: Aliquando craſſities hærens diſcutitur ſpatha, vel alio inſtrumento, vt ſit locus percolationi. Si lenti ſunt ſucci, etiam calor admouetur. Cale fit autem res colanda, aut ſeorſim in ſuo foco, aut admouendo ad filtrum ſartagine calente, &c. Pro expreſſione in aliquibus valet emulſio, cum deterſione & deraſione per cultrum eburneum vel ligneum, &c. vt cum mucilagines è ſeminibus vel radicibus viſcidis ſtringimus, vbi calor adhibendus eſt, & maceratio.

Hac operatione maxime ſegregant purum ab impuro factis puttefactionibus: ſed & eadem vtimur ad olea ab aquis ſeparanda: Olea enim pinguia ſubſiſtunt in charta permeante aquoſitate. Cæterum pro filtro multa excogitauit induſtria. Sunt enim qui per manicam Hippocratis percolant: alii per pannum cotoneum, vel alium laneum aut lineum: Nonnunquã per ſetaceum: Aliquando cribrum, vel loco huius pertuſa dolia ſtramine ſternuntur, vel herbis conuenientibus: His imponitur

calx, vel cinis, affuſaque aqua ita fit percolatio, & Lixiuium. Intercedit aliquando & lineus pannus inter ſtramen & cineres. Cum à Vino aquã ſegregare volumus, hederaceo vaſe vtimur: quibuſdam placet & arundo, vel ſambuci ramus, aut iuncus. Cum aquas è viſcidis ſuccis, luto fecibuſque depurare: in colatorium æneum, vel quodcumque ad manum eſt, ſilices fracti, vel ſabulum, glarea, argilla, arenaue pura locatur, affuſaque ſæpius aqua tranſigitur. Idem tamen etiam fieri poteſt integro, ita vt ſubtus ſit decurrendi ſpacium, accommodato tubulo &c.

Calefactio. Calefactio eſt medicamentorum tam ſimplicium quam compoſitorum præparationis quidam modus, quo ea ipſa non quidem coquuntur, aut vruntur, ſed moderate calefiunt, vel in ſole, vel igne, vel rerum putridarum calore, vt commodius percolentur, vel melaxentur, vel miſceantur, vel facilius & felicius exhibeantur. Sic Medicamentum infuſum antequam percoletur, calefit, vt illius qualitas non modo tota in liquorem tranſmittatur, ſed vt liquor promptius permeet, & totus eliciatur. Clyſteres colico dolore laborantibus præſcripti, ſolent fæliciter à pharmacopœis paulo calidiores iniici, modo non ſit à bile; febrientibus vero tepidiores, ne feruor magis incandeſcat, ſed miteſcat: Et vomiturientibus aqua tepida deſtillata bibenda datur, vt naturæ motum adiuuet, humoriſque fiat ſurſum per os facilior excluſio. Cum vix quidpiam actu frigidum debeat exhiberi, ſiue topicum ſit remedium, vel intro ſumendum, vt & balneæ, & ipſa linteamina priuſquam ægrotis inſeruiant debent modice calefieri: multa quoque medicamenta calfactione indigent vt facilius terantur, vt caro ſicca ſerpentum, vel miſceantur, diſſoluantur, vt gummi cum pulueribus & aliis, vel percolentur, vt in conficiendis ſalibus aromatum aut vegetabilium, &c.

Inſolatio. Inſolatio calfactioni tam eſt finitima, vt altera alterius vicem facile queat ſubire. Vtraque enim eundem effectum pollicetur, & inſtar cuiuſdam coctionis eſt, vt cum circa caniculam, aut vigentibus cæli ſqualoribus, dies circiter quadraginta inſolatur Hydromel, vt ſic magis concoctum

ctum vinosum reddatur. Non tamen ex arte sola fit vinosum, sed quod paratur ex libris quatuor aquæ fluuiatilis & vna mellis, tam diuque coquitur ante insolationem, donec ouum crudum supernatet. Conseruæ recentes insolantur, vt omnes earum partes simul fermententur, & humidior quædam materia discutiatur: maxime vero quæ ex foliis aut floribus frigidis paratæ, ad multum tempus debent asseruari. Scyllæ succus, consilio Galeni, elicitur insolatione: obscuro tamen cœlo, igne extrahitur. Et quæ Medicamenta insolari hyemis constitutio denegat, eadem igne calefiunt per hyemem, vt æstate per solem. Olea multa ex infusione florum, vel rerum aliarum permixtione parantur, insolanturque diebus vel pluribus, vel paucioribus pro infusæ rei quantitate & viribus. Calidiora namque & sicciora aut nulla aut pauca egent insolatione, frigida & humida diuturniore. Par est ratio de aceto, variis floribus alterato. Rosarum enim diutius debet insolari, sambucinum minus, &c.

Refrigeratio. Refrigeratio quoque Medicamentorum ad Apothecarium spectat. Quæ enim post coctionem cogi desiderat, ea ipsa refrigerat, vt Gelatinam: Quæ etiam calore præparata in pharmacopolio reponit, vt electuaria solida, conseruam siccam & emplastra. In hoc vero differt refrigeratio ab extinctione, quod quæ extinguuntur, refrigerantur, non contra.

CAPVT XI.

De despumatione, euaporatione, exhalatione, coagulatione, clarificatione & aromatisatione.

Despumatio. DEspumatio dicitur cum spuma innatans detrahitur vel cochleari solo, vel penna si pauca fuerit, vel colatura. Nam cum spuma sit succus quidam lentus includens flatum; generatio enim omnis spumæ duarum substantiarum mixtura perficitur, inquit Galenus, quarum spirituosa vna est, altera humida, proinde varia agitatione mouetur ac dissicitur; Ideoque spumæ secernendæ ouorum adduntur albumina, quæ suo lentore & visciditate eam ipsam cogant, ac col-

ac colligent, vt quando gelatina, ſyrupi multi & apozemata coquendo deſpumantur. Cum autem motus & calor ſint efficientes cauſæ ſpumæ, nihilque crudum & immotum ſpumeſcat, deſpumari tantum debent, quæ agitatione vel coctione ſpumam edunt. Vt mel aut ſacharum deſpumetur, humoris æqua portio, & ſæpe dupla adiicitur, dein coquendo, ſpuma cochleari pertuſo deraditur, ne ſimul cum ea ipſe humor in quo fit concoctio abiiciatur. Quod ſi hac arte imperfecta videatur deſpumatio, ſingulis libris ſingula ouorum albumina adiunguntur, quæ continuata elixatione ſimul vt indurantur, ſpumam colligant, vnde poſtea ſpumæ facilis eſt à liquore ſecretio, vt quæ per colaturam vna cum albuminibus in colo ſeu ſtamine relinquantur, humore ſolum ſyncero tranſmiſſo. Si mel valde impurum eſt, cum triplo humore coquitur ad dimidias, vt optime deſpumetur. Idem iudicium de cæteris rebus deſpumandis valde impuris. Per ſe autem mel aliquando deſpumatur & purgatur, ſi modo cuiuſdam alienæ qualitatis expers ſit, vel cum tam longam coctionem ſuſtinere non poteſt viribus integris, vt ea quæ cum illo admiſcentur. Tunc enim præſtaret non deſpumatum miſcere, quam cum miſcendis deſpumare.

Sacharum deſpumandum tamdiu coquendum eſt, vt poſt deſpumationem, admixti liquoris vnciæ duæ aut tres ſolum, pro ſachari libra ſuperſint. Condiendi fructus dum coquuntur cum ſacharo, aut mellis portione, vt nonnulli faciunt, ſolo cochleari deſpumantur; vt decocta & ſucci laneo colatorio. Solent enim traiici per pannum extenſum clauis affixum, vt ſpuma & feces deſuper relinquantur.

Euaporatio (teſte Iatrochymia noſtra) eſt ſeparatio, qua humida in aerem ſeu vaporem diſcedunt. Vſum habet præcipue in actu humidis; vt extractionib. & aquoſis oleis, quãquã nonnunquam ẽt inſeruiat ſublimationi & ſimilib quando nimirũ aliquid humoris materia ſublimanda cõiunctum in ſe habet. Eius apparatus talis eſt: menſtruũ euaporandũ in extractis, vt tincturæ mellis ſeu pilulę conſiſtentia vel aliæ q̃libet ſecundũ animũ operãtis relinquantur (extractũ vocãt) violento igne, ſi fortes & ſubtiles habuerit ſpiritus, operculo

aliquot ſaltem foraminibus pertuſo appoſito, per quæ vapori pateat exitus, ne vna ſpecies perdantur, abſoluitur. Sed conſultius eſt eiuſmodi lento igne deſtillare, minus enim damni accipient. Tum etiam, ſi menſtruum (vt ſpiritus vini aut huiuſmodi) pretioſum fuerit, & quod ſeruare cupimus, ſubſtituere huic ſolemus deſtillationem. Verum ſi mẽſtruum aqua fuerit, longe ſatius erit euaporare, quia aqua ſine forti igne non aſcendit, quo ſæpe extractum comburitur.

Exhalatio & Euaparatio vulgo diſtinguuntur: Quod Exhalatio eſt, cum ſicci halitus per calorem eleuantur: Euaporatio vero eſt cum aquea humiditas exſpirat. Vtrique hoc propoſitum eſt, vt ſi quid in re eſt ſuperfluum, in vapores vel halitus reſolutum exſpiret, relinquaturq; ſolum pars vtilior: cuius rei apparatus prolixa explicatione non indiget. Res cum ſuo vaſe ſcilicet vel patenti igni, vel Balneo, cineribus, arenæ imponitur, vt quod exhalabile vel euaporabile eſt, in vapores & halitus reſolutum exhalet. Et ſi res fixior eſt, humidumque ipſum non magni momenti, aperto vaſe, in auras ſupluum exſpiret. Verum ſi materia non adeo fixa ſit, & ipſum humidum etiam non inutile: maiore cura opus eſt, & calor plane lentus adhibendus, ne vna etiam id, quod ſeruare cupimus, in vapores reſolutum exhalet: ac in vaſe claſuo hæc ſeparatio perficienda, & proinde commodiſſime alembico impoſito humidum per deſtillationem ſeparamus. Sed in re plana immorandum non eſt: Hoc ſaltem monemus, ſatius eſſe, in pleriſque aliquid humidi relinquere, quam nimia exſiccatione rem perdere & corrumpere. Multa enim ſunt, quæ etſi dum adhuc calent, vt in melle & ſale hoc videmus, videntur eſſe liquidiora: tamen vbi refrigerantur, ſponte magis craſſeſcunt, & diuturnitate temporis vt plurimum aliquid adhuc halituum exſpirat, resque tales, vt in extractis patet, ſicciores redduntur. Libauius vocat Diuaporationem, vt cum dicit: Diuaporatio vel ἐξάτμισις, in ſiccis humidis ſeu halabilibus, exhalatio: Nam Spiritũ chymici tam humidũ habent, quã ſiccum. Diuaporatio inſtituitur in aliquo vaſe, veluti prò rei conditione, olla, ſartagine, cucurbita, &c. ſitque gradibus calorie diuerſis. Quæ lenta eſt, ad ſolem,

ſolem, vel balneum, vel fimum, &c. aut etiam vaporarium tricliniorum leniter abſoluitur, nonnunquam aperto vaſe, alias tecto, ita tamen, vt operculum vno atq; altero foramine ſit peruium. Violentior etiam cum elixatione & ebullitione eſt. Nonnunquam cum ad ſiccum diuaporare volumus, præcedit violentior vſque ad craſſitiem ſucculentam: Reliquum humoris vapidi lente abſumitur. Non ſemper autem ad ſiccitatem peruenimus, ſufficitq; diuaporaſſe ad abſumptionem aquoſitatis, vt in oleis, ſuccis, & ſimilibus. Ea nonnunquam correctoria ſunt, vt in his quibus ſpiritus ſunt venenati, vel fœtentes, vt viperis, oleo oſſium, &c. Miniſtrat & ſublimationi: Nam res ſublimandę quandoque humidos ſpiritus habent coniunctos: Eos abſtrahimus diuaporando, quod vel in ſartagine per toſtionem fit, vel aperta cucurbita ſublimatoria, quouſque tranſierit humor: vel etiam in eius alembico relicto foramine: & tunc diſceſſus humiditatis exploratur lamina ferrea polita. Cauendum vero eſt, ne dum diuaporamus, aliquid tenuioris eſſentiæ perdamus: & tunc conſultius fit abſtractio per deſtillationem. Hoc fit in ſeparatione eſſentiarum à menſtruis oleoſis per vini ſpiritum, qui commaceratus eſſentiam attrahit, vt argentum à plumbo ſuſcipitur: Ita & conſultior eſt deſtillatio, cum menſtruum diuaporandum eſt nobile.

Exhalatio (inquit noſtra Iatrochymia) parum differt ab euaporatione, quod nimirũ illa ſit humidorum, hęc ſiccorum. Eſt igitur exhalatio ſpiritus vel halitus ſicci, in aerem per calorem reſoluti ſeparatio.

Eius apparatus talis eſt: materia pulueriſetur, ſi fieri poſſit, inque tigillo vel alio idoneo vaſe ſuppoſito igne exhalare permittitur adhibita in pleriſque continua verſatione ligno vel ferro aliquo ne comburatur, vt ſtibio vel arſenico, ſolent enim addere, quæ exhalationem adiuuent, ſal petræ, ammoniacum, &c.

Exhalatio (ſecundum Libauium) eſt, cum ſpiritus ſicci per calorem in aerem eleuati diſcedunt. Et fit potiſſimum in ſiccis tritis, poſitiſque ſuper tabulis ferreis, vel catinis plani fundi, vel etiam clibanorum pauimentis, igni ſuccenſo, vel circum, ſupraue ad-

hibito torrentur, donec halitus sint absumti, vt in Venis metallicis euenit: Aliquibus adhibetur versatio continua, vt stibio, Arsenico, &c. Quæ difficulter exhalant, adiuuantur admistione facile halabilium, veluti sale petræ, sale armoniaco, & aliis. Discessui per exhalationem affinis est

Diffiatio. diffiatio quę fit in latus per folles, vel etiam subtus admotis follibus. Solet res poni in ventricoso vase, à cuius altera parte intrat follis, altera exit tubus in proximam cameram, vel dolium: Venter vero super fornace anemia prostratus est. Igni adhibito cum iam spiritus procedunt, follibus diffiantur in aduersam cameram, ibiq; coagulati inueniuntur. In officinis fusoriis metallicorũ folles tales spiritus sursum in caminum vel præfurnium agunt, vbi concreti fumum illum seu fauillam exhibent, quæ realgar dicitur, siquidem naturam Arsenicalem habet.

Cum hisce operationibus coniuncta est coagulatio, aut potius eas insequitur, adeo vt peculiari hac de re præcepta dare vix opus sit. Si enim corpus aliquod sit liquidum & fluidum, atq; id ad formam siciorem & consistentiã reducere velimus: per euaporationem aut exhalationẽ, separatis iis, quæ id fluidum reddebant, cõsistentiam adipiscitur.

Coagulatio. Coagulatio (secundum nostram Iatrochymiam) est coagulatio corporis è consistentia tenui & fluida ad solidam reductio, siue id resolutione aquea, aerea aut ignea dissolutum fuerit. Absoluitur a. illa duobus modis, alia fit separatione & segregatione, alia vero sine vlla segregatione, quæ totalis aut totius coagulatio est, & proprie ad generationẽ spectat.

Coagulatio duplex, alia cum separatione, alia sine segregatione. Coagulatio per separationem est, cum separatis iis, quæ fluidum corpus reddebãt, ad priorẽ consistentiã reducitur. Ex quibus liquet, coagulationẽ semper sequi dissolutionem siue illa fuerit in menstruo aliquo, vt in Mercurio, siue sine menstruo, vt in deliquio salium. Huius coagulationis ingẽs vsus est in corporum depuratione & purgatione, quo frequenti dissolutione & coagulatione (interpositis nimirũ separationibus superficialibus secundum rei necessitatẽ) omnes impuritates deponunt. Coagulatio alia perficitur vt supra,

Digitized by Google

pra, ablatione humoris vel totius, quod fit in euaporatione extractorum, & nonnunquam etiã ſalium: ſed tunc minus proprie, & rarius coagulatio dicitur. Alia fit ſeparatione tãtum, maxime humoris præſentis vel quemadmodũ ad coagulationem per ſe ſine vlteriore euaporatione, vel alia quadam euaporatione humorem ſeparante ſæpius in frigido, aliquando tamen in calido loco, breui ſecuturam ſufficit.

Eius apparatus talis eſt, ſal vitrioli, ſacharum, alumẽ, cum in aqua pura diſſoluuntur, diſſolutio filtratur, ad medias vel tertias partes ꝑ ut diluta eſt, coquitur, in cella deinde frigida locatur (ſi fuerint coagulabilia, vt vitriolũ, ſacharũ: iniiciuntur bacilli lignei quibus coagulatum adhæret: ſi vero non vt in ſalibus, bacillos ligneos imponere non eſt opus) vſq; dum totũ coagulatum fuerit. Si vero aliquid in menſtruo ſelectũ ſit, euaporatur vt ante, inq; cella locatur vt prius. Ratio huius coagulationis in frigore eſt ꝙ menſtruum euaporatione diminutum corporis ꝙ ſuſtinebat facile calore, quia menſtrui ſufficientis ad ſuam cõſiſtẽtiam redeuntis (tanꝙ onus) põdere grauatũ deponit. Si vero coagulatio in calore fuerit tunc eſt taliũ corporũ, quæ frigore diſſoluuntur, calore cõcreſcũt. Atq; ex his apparet, quãdo euaporatio & deſtillatio coagulationi inſeruiũt. Exhalatio vero illi officiũ ſuum præſtat in amalgamis nimia Mercurii copia fluidis. Sublimatio in iis præcipue mineralibus, quæ cum Mercurio in cella diſſoluuntur, cuius ſublimatione ad ſiccã cõſiſtentiã reducuntur. Quãuis in hac ſublimatione vna requiratur euaporatio, vel ſaltẽ deſtillatio (alioquin coagulatio nunꝙ ſequeretur) nihilominus per ſublimationem fieri dicitur, quemadmodum ſublimatoriæ fieri dicuntur: Et ſublimatio prꝙcipue in oculos occurrit Mercurii ſublimati nimirum, qui præcipua diſſolutionis cauſa extiterat.

Apparatus coagulationis.

Geber.

Geber. sic definit coagulationē.

Geber. lib. 1. part. 4. summ. perfect. c. 53. definit coagulationem, quod sit reiliquidæ ad solidam substantiam per humidi priuationem reductio. Hoc modo sal, sacharum, vitriolum, & alia coagulantur. Sed in vitriolo, nitro & similibus vbi aqua pura fuerint dissoluta, & filtratione purificata, non est opus totam aquam euaporatione separare, sed satis est, si saltem dimidia pars euaporet, reliquum in cellam vel alium locum ponitur frigidum, vbi sponte in sui generis crystallos tales sales concrescunt, idque commodissime, si virgæ vel baculi lignei, quibus adhærescant, iniiciantur.

Coagulatio (inquit Libauius) est rerum eiusdem naturæ è consistentia tenui fluidaque ad solidam coactio. Itaque quæ resolutione aquea, aerea, ignea, sunt attenuata, per hanc in corpus homogeneum reducuntur. Et sic coagulatio comitatur multas operas, veluti diuaporationē, exhalationem, sublimationē, destillationem, &c. Fit duobus omnino modis: segregatione vel cōprehēsione. Coagulatio per segregationem est, cum quibusdam segregatis reliquum concrescit. Itaque & concretio, σύμπηξις appellari principaliter poterat. Peragitur calore, quo diuaporat seu exhalat paulatim humor, qui erat causa fluoris. Et quidem si humor multus vna fuit, coctione dissipatur vsque ad consistentiam crassiorem: Reliquum finitur tempore leui expirare: Instrumenta sunt ollæ, ahena, sartagines, labra, pro cuiusque rei conditione: inseruit & destillatio. Nonnunquam vbi grauia sunt concretilia, & subsident innatante humore, depletio famulatur aut clepsydria à latere. Est & cum coquuntur quædam ad medias vel tertias, prout diluta sunt. In reliquo consistunt, quæ sunt coagulabilia, instar glaciei, vnde & congelatio hoc opus vocatur. Consistunt autem vel per se, vel circa funiculos & bacillos. Quod si à prima consistentia item nimium humoris restat: iterum coquendo diuaporate finitur, ad spissitudinem iustam: Iterumque expectatur congelatio. Plerumq; hic vas est ligneum vel figulinum quadratum, cum transtris seu foris tabulatis ab angusto fundo inæqualiter dilatatis, & collocantur quædam in frigore vapidoscellarum: quædam etiam ad receptorem vaporarii sicci. In nonnullis idem efficitur per vitreas conchas absque bacillis. Quædam fimo includuntur

tur ad ſuum menſem. Attendendum omnino eſt, vt liquor prius ſit pure filtratus. Quod ſi aliquid impuritatis relictum eſt, idque coagulo adhæret, abluitur celeri manu. Succi extracti coagulantur expiratione ad ſpiſſitudinem juſtam, & vocantur nominatim inſpiſſati, peragitur ad ſolem vel ignem, &c.

Nonnullis, vt facilius coagulent, adiicitur ſacharum & ſimiles ſucci: Ita inſpiſſatur mel, gummi, reſinæ, &c. Aliquibus opus eſt ſeparatione per coctionem, vel iniectam medicinam, vt poſſit coagulum ab humore æqualiter miſto ſecedere. Ea autem varia eſt, vt in nonnullis acetum, coagulum vitulinum, aqua dulcis, aqua ſalſa, &c. Et in lacte cum cogitur pinguedo, peculiariter denſatio inſtituitur per piſtillum foraminulentum. Quædam coagulare ſeu conſiſtere non poſſunt, niſi corpus, in quo figantur, accipiant, idque in aquis aluminoſis, nitroſis, vitriolatis, ſalſis, ſulphureis, &c.

Spiritualioribus euenit: veluti ſi chalcanthinæ aquæ adiicitur aliquid ferri vel cupri, vt in Hiſpania & Italia coagulat in vitriolum, quo tamen in corpulentioribus non eſt opus, vt in Hungaria: Similiter ſtatuendum eſt de reliquis.

Coagulatio per comprehenſionem eſt, cum totum ſimul comprehenſum remiſtumque, ad vniformem ſubſtantiam coagulat. Fit & hoc variis modis: Quædam conſiſtunt frigore ſolo, quæ reducuntur à calore, vt gelatinæ, vnde glaciatæ, olea quædam condenſata, veluti oliuarum, aniſi, &c. Eodem pertinent pinguedinum, & fuſorum à feruore concretiones, quanquam eam comitetur exilis quædam expiratio. Nonnullis additur aliquid viſcidi & fixatorii, vt eo celerius gelaſcant, vt ichthyocolla, alumen & ſimilia, coinciditque glutinatio. Coagulant & halitus vaporeſque in ſublimatione & deſtillatione, item per frigus analogum. Aer tamen vaporoſus etiam foris concreſcit ad quoduis frigidum, quod alluit, adeo vt in valde frigidis lapidibus etiam in pruinam congelaſcat, vt glaciem. *Coagulatio per comprehenſionem.*

Alia coagulatio eſt per coctionem elixationemque, vt in ouis, albo oculorũ, quibuſdam reſinis, &c. Alia per fumum & corroſionem, quomodo coagulatur hydrargyrus ab aquis fortibus & fumo metallorum, cum quaſi incidit fixio philoſophica, arcanum completur. *Coagulatio per elixationem & coctionem.*

Clarificatio Clarificatio eſt ſordium craſſiorum à medicamentis liquidis expurgatio, ſic enim gratiora palato redduntur & facilius diſtribuuntur. Clarificantur autem multa per ſe ſola dum portio magis feculenta ſubſidet, vt ſuccus pomorum arantiorum, citrinorum, bugloſſi, acetoſæ: Quædam deſpumatione, alia colatione, nonnulla coctione additis ſæpius albuminibus ouorum, aliquando etiam ſine his, vt cum ſucci plantarum & fructuum coquuntur ad tertiæ partis conſumptionem, deinde biduum ſinuntur donec clareſcant.

Clarificatio ſ. fit modis. Vnde clarificatio modis quinque fieri dicitur, quiete, colatione, deſpumatione, aceti vel acidæ rei mixtione, & albuminum ouorum, cum re clarificãda agitatione & coctione. Decocta enim & ſyrupi ſi acetum recipiant, per ſe magis ac magis aceti vi purgantur. Ouorum autem albumina ſcopulis agitanda ſunt donec tota ſpumeſcant, tum ſyrupis admiſcenda vel decoctis, quæ poſtea recoquuntur. Et vbi coctione perfecta perfecte, albuminibus ſpuma colligata eſt, artificioſe deradenda ac ſeparanda vel traiectione communi, quæ fit per pannum quatuor angulis totidem clauis figmatum, vel colatura magis particulari, quæ fit per manicam Hippocratis. Debet vero ter aut quater iterari colatio, donec ſyrupus aut decoctum plane clarueriit. Recentiores quaſdam potiones forma Zulapii conficiunt, quæ cum ſint conſiſtentia valde claræ, claretæ nuncupantur, &c.

Aromatiſatio. Aromatiſatio eſt artificioſus præparationis modus, quo medicamenta magis odorata ac ſuaueolentia redduntur, ad gratiam palati, cordis ac facultatis vitalis, & animalis robur & oblectationem. Medicamenta ſiquidem ventriculum ſubuertentia, ſi caryophyllis aut cinnamomo, aut aliis aromatis condiantur, minus infenſa ſunt, ac moleſta partibus præcipuis, & ſalubrius humores excrementitios per ſeceſſum, aut etiam vomitum, ſi contigerit, educunt. Licet autem aromata omina ſint calida (teſte Galeno cap. 15. lib. 2. de alim.) facultatemque exhilarent, quædam tamen magis reſpiciunt cerebrum, vt caryophylli, quædam cor vitæ fontem, vt cinnamomum, alia ventriculum, vt nux moſchata, alia iecur, vt ſantali & quædam vterum, vt moſchus, ambra, zibethum, non quod ſane his delectetur

tur vterus ſub odoris ſpecie, organum enim non eſt odoratus, ſed afficitur tantum odoribus ratione materiæ tenuiſſimæ, ſeu vaporis aerei, quo recreantur ſpiritus, quibus genitalia turgere omnibus eſt in confeſſo. Multas confectiones aromaticas deſcripſit Meſue, vt diacinnamomum, aromaticum roſatum, diamoſchum vtrumque, diambram, electuarium de gemmis, & pleraque alia, quorum feliciſſimus eſt vſus ad robur principibus membris conciliandum & conſeruandum, putredinem arcendam aut corrigendam & reficiendos ſpiritus. Qui ex morbo conualeſcunt, vt valde ſunt ſenes, ſatiſque valent opibus ad iacturam virium reſarciendam, conſilio medicorum, conditis ſolent vti paratis ex conſeruis, ſyrupis & pulueribus Cardiacis, quorum eximia vis aromatum odori ſuauiſſimo maxime tribuitur. Similem ob cauſam ſyrupi multi aromatiſantur confectione alkermes, aut trochiſcis galliæ moſchatæ, vel moſcho, ambra, zibetho & aliis ſuaueolentibus nodulo incluſis, ita vaſi, quod ſyrupum aut liquorem continet, alligato, vt circa illius medium ſuſpenſus maneat. Sic enim aromatica vis æque diſtribuitur ad totum humorem, quod etiam norunt Oenopolæ, qui vinum fragrantius & ſuauius reddunt, ſuſpenſis in dolio zingibere, cinnamomo & ſimilibus. Qui inter aulicos ditiores ſunt, ſalaciores & magis deſidioſi, vt belluarum more potentius ruant in Venerem, ad illiuſque ludibria ſint vegetiores exercenda, ouis interdum veſcuntur ſorbilibus, vel frixis cum multo moſcho aut zibetho, ita vt naturam magis deſtruant, quam reficiant. Multi vero fructus, vt nuces & pira, ante condituram cinnamomo aut caryophyllis configuntur, cum vt palato, tum vt cordi gratiora ſint & magis amica. Iulepi ſæpius aromatiſantur aqua roſacea, apozemata cinnamomo, aut ſantalo citrino, opiatæ & condita confectionibus aromaticis, pomatæ ambra vel moſcho, vt & alia medicamenta ſtyrace, belzoin, caphura, &c.

CAPVT XII.

De coloratione, conditura, confectione, nutritione, conſeruatione, & miſtione.

Coloratio. COloratio medicamenti facultatem non oſtendit, teſtis eſt Galenus, quia qualitas eſt corporis viſibilis, quæ quod vel obſit, vel proſit, magis aut minus expetitur: vt enim nigredo videndi vires lædit, vt etiam albedo: ſic viridis color exhilarat. Ex medicamentis tamen nonnulla magis expetuntur alba, quædam rubra alia nigra, vel alius coloris. Color illis acquiritur multis modis, lotione, agitatione, coctione, mixtione. Lotione multa fiunt candida, vt therebinthina, cera, oleum, &c. Quædam cum agitatione talia euadunt, vt penidia, vnguentum album Rhaſis, emplaſtrum diachylon, & ceratum refrigerans Galeni: Ea enim omnia quo diutius tractantur & ſubiguntur, eo magis albeſcunt, vt pilulæ albæ, bechicæ confectiones, & ſacharata omnia. Motus ſiquidem ſeu agitatio colorem expetitum medicamentis conciliat. Hoc non tantum in enumeratis cernitur, ſed manifeſtiſſime in vnguẽto crudo, quod ex lithargyro, oleo & aceto paratur: Hæc enim tamdiu in mortario agitantur, donec formam vnguenti albeſcentis acquirant. Coctione adhuc medicamenta magis colorata fiunt, aut albiora aut nigriora, prout concoctio validior ac diuturniot, vel imbecillior erit. Sic emplaſtrum ex ceruſſa cruda paratum calidum eſt, ex eadem vſta rubrum, & ceratũ quod æruginem crudam recipit viride eſt, quod vſtam, album ac melinum. Deniq; pro rerum admixtarũ vario colore, varius eſt medicamẽtorum color. Quæ n. crocũ recipiunt, flaueſcunt, quæ cinnabarim, rubent, quæ ceruſam, albeſcunt, q̃ caſiæ medullã, nigreſcunt, &c. Nunc de cõditura.

Salitura. Fartura. Conditura. Ad popinam potius quam pharmacopolium ſpectare videntur ſalitura & fartura, ſic conditura ad artem aromatariam. Medicamenta tamen hiſce interdum egent: ſalitura plurimum facit ad conſeruationem, fartura ad gratiam ſaporis, conditura ad vtrumq;. Condiuntur enim non tãtum fructus, & flores, ſed etiam cauliculi, cortices & radices tenellç, tum vt diutius aſſeruentur, tum vt iucundius edantur.

Sic

Sic radix zingiberis tenella, siliquæ cassiæ fistularis quæ non multum adoleuerunt, Nuces moschatæ, myrobalani, & alii fructus exotici recentes condiuntur, vt felicius ad nos sine magna virium iactura è longinquis regionibus aduehantur. Nostrates fructus dulces subacidis, aut alius saporis iucundi palato, statim atque selecti fuerunt, & à cortice nudati, si sit opus (multi enim non decorticantur, vt ribes, berberis, agresta) cum sacharo, aut melle vel vtroque coquuntur. Amari vel acidissimi & acres tandiu in aqua macerantur, donec vehementem qualitatem deposuerint. Solent vero potissimum Pharmacopœi condituras, vt vocant, humidas parare, sicut dum cum sacharo & aqua, vel cum syrupo fructus aut radices tamdiu concoquunt, vt humiditatem omnem aqueam amittant, & cum syrupo perfecte cocto conditi ac recondditi asseruentur. Aromatarii vero non solum condituras eiusmodi conficiunt, sed etiam siccas, vt loquuntur, quæ fiunt ex fructibus vel sacharo extrinsecus incrustatis, vt trageæ omnes species, vel intrinsecus coquendo sacharatis ac postea insolatu exsiccatis. Fructus vero multi vel sale condiuntur solo, vt cappares, vel addito aceto, vt cucumeres in frustula secti, vt portulaca, lactucæ, & multa olera, vt sine putredine ad hyemem vsq; asseruari possint: sal enim miram habet vim desiccandi & conseruandi: vnde carnes & pisces saliti in plures nō tantum menses; sed annos, sine corruptela reconduntur. Salis naturam supra descripsimus in libro nostro 5. Basilicæ Chymicæ, vbi de eo vide latius. Confert præterea vt Medicamēta qualitatem aliam præter peculiarem nanciscantur, propterea carnes multorum animalium sale marino aut fossili insperguntur eoque pauco, si saporis, vel copiosiore, si condituræ gratia adhibeatur. Quæ autem alimenta Medicamentosa desiderantur, si cauitatem habeant manifestam, fructibus aut herbis farciuntur, aut radicibus, quibus etiam sæpe configuntur. Nunc multa animalia farciuntur ante assationem vel elixationem, vt palato magis arrideant, & aliquando sanitati resarciendæ aut conseruandæ magis conueniant, vt cum polypodium, cappares, passulæ, hordeum, vel aliæ plantarum partes ventri exenterati caponis vel anseris includuntur. Gallinaceus annosus hordeo solet farciri, vt simul cum facultate aluum subducendi qua pollet ex Galeno & Oribasio detergeat & nutriat. Cucufæ sæpe farciuntur è cephalicis pulueribus, exceptis Bombace, syndone duplici intersuto, vel vt vulgus loquitur interbastato. Simili modo paratur

Topicum Remediũ forma ſcuti, quod regioni ſtomachi adhibetur, &c. Excipit vero pulueres roborantes & ſtomachicos, quales præſcribi ſolent in ventriculi debilitate. Proprie tamen fartura dicitur, per quam exenterata animalia, vel excauati fructus Medicamẽtoſis rebus, vel alimentoſis, & aliquando aromaticis tantum ad iucunditatem farciuntur.

Fartura propriè.

Confectio. Ad condituram pertinet & confectio, quam vulgo nominant, qua fructus, radices, ſemina, aromata, ſacharo induũtur, & incruſtãtur, magis ſaporis, quam virtum augendarum aut conſeruandarum gratia. Adhibeturque ad eum finem nõ ſolum ſacharum vulgare, ſed & candidum, quod aliquam confectorum parit differentiam.

Nutritio. His accedit illa vſitata operatio, quam pharmacopœi nutritionem appellant, quod Medicamentum liquoris alicuius acceſſione incrementum aliquod accipiat. Eſt hæc (teſte Sennerto) Medicamẽtorum quædam humectatio, ſed talis, qua res ſaltem irrigatur, moxque ſole vel igne exſiccatur; iterumque irrigatur & humectatur. Qui labor ter, quater, vel toties repetitur, donec Medicamentum humoris illius, quẽ cupimus, ſatis imbiberit. Ita ſarcocolla lacte nutriri ſolet: ſic Aloe aromatum decocto, vel aliquo liquore ſcopo Medici conueniente, vel Roſarum, Endiuiæ, aut alio ſucco nutritur, id eſt, aloe pura in liquore vel ſucco conueniente diſſoluitur, poſtea exſiccatur; idque toties repetitur, donec ſufficientem liquoris quantitatem imbiberit. Sic lithargyrus ſi paulatim oleo nutriatur, & piſtillo per horam vnam atque alteram in mortario ducatur, eius tantam copiam imbibit, vt vna vncia plurimum corporis, Emplaſtrumque etiam ſine cera conficere, & vnciæ eius quatuor olei lib. j. & aceti quartatia quinque ad vnguentum componendum imbibere poſſint. Si vero plurimum olei initio affundatur, mergitur, vt nunquam corpus (ſecundum mentem authoris) aſſequatur. De his vide authores & inprimis Syluium libro ſecundo pharmacopœiæ.

Conſeruatio. Ad compoſitionem Medicamenti requiruntur etiam ea, quæ

quæ illud ab iniuria & corruptione præseruant, eiq; formam ac consistentiam certam tribuunt. Hinc alia melle, alia sacharo, alia oleo conseruantur, atq; ab iisdem vel electuarii, vel syrupi, vel conseruæ, vel rotularum formam accipiunt. Quædam tamen sola præparatione ad durationem magis idonea redduntur, atq; ab eadem peculiarem formam nanciscuntur, qualia sunt aquæ & olea destillata, extracta, sales & similia.

Sic mistio requiritur in arte nostra quam Libauius definit, quod sit cõpositio per minima vndiquaque: Et huius 4. species annumerat, inceratione, incorporatione, colliquationem & confusionem: de his supra actum est. *Mistio.* Commiscentur autem non solum sicca, sed etiam res liquidæ per artificia varie: Ex liquidis præclara sunt quę ex melle, sacharo, aceto, vino, aqua muria &c. fiũt: vnde apud veteres; atque etiamnum hodie pleraque oenomeli, melicratum, oxymeli, oxysacchara, oxalme & his affinia.

Oenomali ita Dioscorides descripsit: Duabus vini veteris austerique metretis miscetur vna mellis, vel sex musti, mellis vna. Confunduntur, coquuntur, despumantur. Cognatum huic est melitites ex quinq; partibus musti, vna mellis, & salis cyatho, qui paulatim inter coquendum inspergitur. Si vinum sit ex vuis acerbis, & triplo addatur mel simplum, Omphacomeli appellant. Melicratum fit ex vna mellis, & duabus, vel octo aquæ. Coquuntur fere ad absumtam tertiam. Melicratum vocant quidã recentem misturã, quæ vero cum fermento & aromatis confecta est, & feruescendo instar musti repurgata, mulsum, seu Hydromeli Oxymeli sic est: quinq; heminæ aceti, pondo salis matini, decem mellis, aquę sextarii quinq; coquuntur vt decies ebulliant, & despumentur. Vel: mellis duæ, fontanæ quatuor, aceti vna: aqua cum melle coquitur & despumatur, inde addito aceto coquitur ad perfectionem. Est & alia proportio misturæ, si mellis libræ quatuor, aceti è vino & aqua binæ; acetum scyllitiicum, quod oxymel appellant scylliticum, ita fit: sescuplum mellis coquitur cum aceto scyllitico Porta talem dedit descriptionem: Nouẽ aquæ dolia, viginti libræ mellis, coquuntur in ahenis stamnatis, sinuntur diu feruere, & agitantur ligneis rudiculis. Spumæ tolluntur scopis, adjiciuntur duæ libræ tartari rubri, coquuntur donec soluantur, poste admiscetur pars octaua dolii aceti, & tandem duo vini optimi dolia. Sinuntur residere & tandem colantur.

Libra

Libra aceti, bes ſucci granati, triens aceti, cocta ad ſpiſſitudinem ſyrupi, oxyſacharum conſtituunt, ſicut acetoſum ſimplicem facit miſtura aceti librarum trium & quinque ſachari per coctionem vnitorum, &c. Ita tres aquæ, duæ ſachari Hydroſacchar præbent leui coctione, debite inſpiſſata. Tales miſturæ non raro aromatibus alterantur, & pro aquis ſimplicibus ſumuntur deſtillatæ, vt in Iulepis. Illo modo fiunt potiones Hippocraticæ, clareta &c. maceratis coctiſue aromatis in vino, cui poſtea additur ſacharum, & incoquitur filtraturque.

Acidam mutiam ſeu oxalmen faciunt ex ſolutione ſalis & aceto, cocta ad iuſtam ſpiſſitudinem, depurãtur per filtrum. Si mel accedit, Mel lacida muria vocatur.

Thalaſſomeli veteres ex æquo melle, aqua marina & pluuia, vel dupla marina, melle ſimplo conficiebant, &c. Chymici noſtri non ſunt frequentes in eiuſmodi compoſitionibus, niſi cum eſſentias ſuas pro vſu miſcent liquoribus integris, vel etiam extractis. Seruit interdum hæc confuſio eſſentiarum extractionibus, &c. Affinia his ſunt quæ ignibus aut humoribus ſoluta confunduntur è genere vegetalium maxime, vt pinguedines, pices, & ſimilia: ita cum ſales quoque Raphano ſoluti, & in muriam redacti commiſcentur, &c.

CAPVT XIII.

De Putrefactione, Fermentatione, & cohobatione.

HActenus prima inſtrumenta corruptionis tradidimus, nunc ad eas operationes, quas ſecundum Genus corruptionis continet, nos accingemus; Tales ſunt variæ, veluti iam ex ordine patebunt; initium facturi à putrefactione.

Putrefactionem ab externo ſemper oriri calore, in materia humida, ex Ariſtotele docuit Galenus cap. 9. lib. 2. de diff. feb. & comm. ad part. 1. lib. 3. Epid. Vt enim internus calor coquit, non corrumpit; ſic quod omni ex parte ſiccum eſt, nunquam manifeſte putreſcit: Fermentatio nõ tantum ad Medicamenta, ſed potulenta & eſculenta pertinet; Fermentatur enim maſſa triticea ſubacta, vt ex ea panis conficiatur & ſuauior & ſalubrior,

salubrior. Fermentantur vinum & aithum dum efferuescunt, sitq; tunc sinceri succi à fecibus segregatio. Fermentantur quoq; syrupi, conseruæ & electuaria, dum recens parata in vasis efferuescunt: Hæc Galenici. Nostri sic definiunt, & inprimis nostra Iatrochymia.

Putrefactio est misti dissolutio per putredinem naturalem in calore humido substantiam ipsam corrumpente, eiusque interna claustra reserante. *Putrefactio.*

Putredinem dicimus naturalem, in hac enim natura præcipue operatur. Calor enim naturalis & substantiæ innatus, excitatus & adiutus à calore externo sibi vires acquirens, omnium partium separationem molitur, eamq; tandem absoluit, adiuuante humore & corpus superante siccum. Res enim omnis putrefacienda humore abunde necesse est, quo pacto calor innatus cum suo humido substãtiali ruptis claustris corporis segregatur vel dissoluitur potius à commistis, vnde facilior sequitur operatio ab artifice. In qua operatione hæc sunt obseruanda.

1. Quod cum hæc operatio sit naturæ opus adiutæ arte (calor enim naturalis excitatus ab externo calore opus absoluit) non debemus intali operatione nimium properare, sed naturæ opus obseruare. *Obseruationes in putrefactiones.*

2. Cauendum est, ne resolutio fiat totalis quod nõ requiritur, plus enim laboris faceſſeret, & periculum subest, ne aliquid eius quod relinquitur, pereat.

3. Diligenter prouidendum est, ne fœteat putrefactio, quod hac ratione præcauebitur, si bene muniatur vas putrefactorium, ne aer intret aut exeat.

4. Quod omnis putrefactio in humido calore perficiatur, eoque vel B. M. vel ventris equini.

5. Quatenus omnis putrefactio fit in humore materiæ intrinsecus adiuncto, quo mediante discessus siue partium

ſeparatio efficitur: ſciendum eſt, quod hic humor ſit aut rei congenitus, vt in herbis recentibus; aut extrinſecus additus, vt in ſiccis: & tunc danda eſt opera, vt talis fiat, quæ ſubſtantiæ non noceat, ſed tantum, vt cõcluſa corporis clauſtra referet, vt ſic in apertum perducantur, quæ antea in abſtruſo naturæ ſinu latitabant.

6. Putrefactionis tempus generaliter eſt menſis, ſed non ſemper obſeruandus, cum res omnes putrefaciendæ nõ ſint eiuſdem naturæ, quare plerumque relinquitur tempus iudicio artificis, qui obſeruare debet iuſtam putrefactionem.

Apparatus putrefactionis.

7. Apparatus putrefactionis talis eſt: Res putrefacienda ſi humore abundet, vt recentes herbæ & flores, inciſa vel cõtuſa in ollam vel ampullam putrefactorum in eum vſum cõcinnatam, imponitur, & fimo vel Balneo tepido ad putrefaciendum locetur, ſed vas diligenter obturandum, non tantum, vt caueatur, ne aer intret, ſed ne ſpiritus fugiant Si vero res humoris parum aut nihil in ſe habuerit, humoris inquã actualis, tunc terenda & ſufficienter humore conſpergenda. Solent in putrefactione herbarum vel florum pro oleo addere ſalem vitrioli aut alumen S.S.S. vt hac ratione putrefactionem acceleret, reſerationemque adiuuent, ac materiam à putrefactione fœtida liberent; vel alioquin in eum finem parum fermenti acris addunt, & tunc *Fermentatio* dicitur.

Stratum ſuper ſtratum.

Fermentatio.

Paracelſus dicit: Putrefactio eſt virtutis ſeparatio, & tamẽ iuxta conſeruatio. tom. 8. fol. 274. Item tom. 6. fol. 200. Putrefactio eſt, mutatio & mors omnium rerum, & deſtructio primæ eſſentiæ omnium rerum naturalium, vnde nobis prodit regeneratio & noua generatio millies melior &c. & paulo poſt; Sũt autem multiplices putrefactiones, & vna generationem ſuam aliter quam altera profert, vna quoq; citius

tius quam altera. Diximus etiam humidum & calidum esse primum gradum, & initium ad putrefactionem, quæ omnes res procreat, vt gallina sua oua &c. Eodem tomo fol. 230. ait: Putrefactio est quartus gradus sub qua & cõprahenduntur digestio & circulatio. Est autem putrefactio valde principalis gradus, qui & merito primus esse debebat, nisi contra iustum ordinem, & contra mysterium, quod hic latet & pauciſſimis patet, id fieret: Isti enim gradus ita se inuicem, vt dictum est, sequi debent, sicut articuli in catena aut gradus in scala. Nam si vnus articulorum tolleretur, catena esset interrupta, & captiuus liberatus aufugeret: ita & de scala, si vllus gradus ex medio tolleretur, & in supremo vel infimo loco poneretur, scala quoque fracta esset, & multi in caput per eam deciderent, non sine corporis ac vitæ suæ damno & periculo. Ita etiam hic intelligatis, quod isti gradus iusto ordine se sequantur, alias totum opus nostri mysterii esset peruersum, & omnis labor ac opera frustranea & inanis. Putrefactio autem tantæ est efficaciæ, vt veterem naturam aboleat, & transmutet omnes res in aliam nouam naturam, & alium nouum fructum afferat. Omnia viua in eo moriuntur; omnia mortua putrefiunt in ea, & omnia mortua recuperant vitam in ea: Putrefactio omnibus corrosiuis spiritibus salis acredinem adimit, & lenes ac dulces facit, transmutat colores, separat purum ab impuro, purum superius, impurum inferius, vtrumque segregatim locat. Vide præterea eundem dicto tomo fol. 238. 200. & 64. tom. 3. 192. 222. 30. & 323. Itẽ to. 5. fol. 267. 233. 69. 206. 261. 248. &c.

Putrefactionis efficacia.

D. Sennertus ait: Putrefactionem nonnulli etiam digestionem, nonnulli macerationem, alii fermentationem nominant, per hanc intelligimus hic eam operationem, qua in calore humido mistum aliquo modo dissoluitur, vel cõpage

naturali ſoluta ad artificialem ſeparationem aptior redditur. Cum enim partium, quas natura iunxit, ſeparationem quærimus, putrefactio ad eam optima via eſt. Atque hinc non raro ante deſtillationem hanc ſeu fermentationem, ſeu putrefactionem præmittimus. Ita enim ea deſtillatione partes oleoſæ & ſpirituoſæ facile eliciũtur, quæ, neglecta putrefactione, vix elici poſſunt.

Hier. Rubeus, de deſtill. ſect. 1. c. 8. reprehendit quidem hanc putrefactionem, ſeque non poſſe ſentire cum Raymundo Lullio, Ioan. à Rupeſciſſa, Guacinerio & pleriſque viris Doctiſſimis, ſcribit, qui rebus deſtillandis putrefactionem præmittunt; cum ex putrefactione plus detrimenti, quam commodi rebus accidat, resque corrumpãtur: re autem corrupta, vires integræ elici non poſſint. Imo ne fermentationem quidem diuturniorem concedit, ſed vix horarum aliquot, & non niſi cum pluta miſcentur. Verum enim vero facile eſt ad hæc reſpondere. Nam alio modo ſe habet putredo naturalis; alio hæc artificialis. Etſi enim vtraque ob externum calorem ad corruptionem miſti tendit: Tamen in hoc differunt, quod in ſimpliciter naturali putredine, vbi ſemel ab externo calore ad interitum via facta eſt, res ſponte ad integram corruptionem tendit: In hac vero (quæ quidem & ipſa, quatenus per media naturalia fit, naturalis eſt; ſed quia ab arte ſumit initium, artificialis nominatur) etiam ſi quoque à calore externo quædam corruptio fiat: tamen in artis poteſtate eſt, progreſſum regere, atque integram illam corruptionem prohibere. Itaque hæc putrefactio non ad vltimam rei corruptionem tendit, ſed ad aliquam ſeparationem, eo fine, vt partes à Natura aliquo modo ſeparatæ ab arte facilius ſeparari poſſint. Imo ſæpe Fermentatio potius quædam videtur, quam corruptio hæc Chymicorũ putrefactio. Nam vbi res contunduntur, diuerſæ eius partes miſcentur, & vis quædam interna ab externo calore adiuta per totum corpus ſeſe extendit, atque in illud agit, ſicut fermentum in farina; qua actione fit quædam reſolutio partium, & ad inſtituendam poſtea faciliorem deſtillationem præparatio. Cum autem hæc putrefactio fiat per media naturalia: eo plane illam naturalem imitatur. Itaque requiritur hic calor externus, & is quidem blandus, & lenis ac humidus: cum id, quod nimis calet & feruet, putreſcere non poſſit. Qui calor diuerſis modis adminiſtrari poteſt: Alii vtuntur Balneo maris, alii Balneo roris &c. cuius apparatus in ſequentibus ſequetur.

Putre-

Putrefactio (secundum Libauium) est misti resolutio per putredinem naturalem in calido humido.

Humorem enim necesse est vincere terminans siccum, agente calore externo: quo facto calor connatus cum humido suo substantiali segregatur à commistis, & homogeniam suam seruat consistens seorsim. Itaque si res putrefacienda humore abundet, comminuta in illo ipso finitur, & ponitur ad digestionem fimi vel balnei calidam, foris scilicet adhibito calore humido: sin ipsa per se humoris parum aut nihil habet (humoris autem actualis) teritur, & proportionali humore conspergitur, inq; suo vase ad putrescendum locatur. Solet foris in libero aere, cum quid putrescit, expirare calor cum suo humido, nisi qua excipiatur, & consistat. At ars maxime illum seruatum cupit. Itaque vas claudendum est, eatenus saltem ne fugiat essentia, quod euitatur facilius, si calor externus bene regatur, ne excedat. Huius gratia peculiares ampullæ putrefactoriæ concinnantur, quæ cum sepultæ sint in fimo, exerunt tamen fistulam, quæ recludi occludique possit pro re exigente.

Tempus putrefactionis seu periodus, vocatur Mensis, quod Lunæ motum imitetur, qui in aliquibus est triginta, in aliquibus 40. dierum qui peculiariter appellatur philosophicus, quod in artificio philosophici lapidis vsurpetur. Sed & pauciores dies mensem istum conficiunt, qui definiti solent secundum naturam rei, & absolutionem operis. Non enim certus semper numerus est, cum & res, & artifex, & ministerium, &c. sint æqualia. Itaque & industriæ artificis relinquitur & experientiæ. Nonnunquam non plenaria expectatur putrefactio, sed tanta quanta sufficit: substantiæ vero segregatio adiuuatur accessu aliarum operarum. *Tempus putrefactionis, Mensis.*

A mense liquor putrefactionis menstruum nuncupatur, estque vel proprius humor cuiusque, vel alius analogus & sæpenumero aqua. Admonendus, Tyro est, ne decipiatur ἀκυρολογίᾳ & Catachresi autorum, qui sæpe putrefactionem nominant, cum intelligunt macerationem vel digestionem: & sæpe menstruum, cum liquore macerationis. Est alia putrefactio ambigens inter calcinationem corrosiuam & putrefactionem, vocaturq; putrefactio sicca, & philosophica. Imò à quibuslibet nomen habet, cum quibus aliqua ratione con- *Liquor putrefactionis menstruum.*

ne consentit, vt sublimatio, separatio elementorum, coctio, solutio, &c Fit autem in aqua philosophorum sicca, seu aceto acerrimo, necest alius rei nisi Solis & Lunæ. Hæc procuratur interno duntaxat igni in loco concluso, & ab externo calore minuto: neque tamen frigido nimis. Nonnunquam & vaporosus calor, isque tenerrimus admonetur. Huius putrefactionis tempus est dierum 40. signum vero, ater color.

Cohobatio. Cohobatio (secundum Iatrochymiam nostram) est frequenti vehiculi affusione corporis partium solutio & corruptio ac separatio. Cognationem quandam habet cum maceratione: Vt enim maceratio continua menstrui præsentia materiam mollificat, & ad separationem cogit, ita cohobatio ex multiplici affusione idem præstat. Eius vsus semper est in destillatione.

Cohobationis finis duplex. Finis duplex. 1. Vt ex frequenti affusione & destillatione lento calore tandem deponat essentiam & virtutem in materiam (quæ plerumque est putris, vel extractum, vel simile quid) cui affundatur, & toties repetitur, donec tandem menstruum insipidum exeat. 2. Vt oleum producat, idque vel totam materiam mutando in oleum, vt fit in calcibus mineralium, vel vt frequenti affusione menstruum penetrans corpus ac referans, tandem vasa secum educat, oleum ex interno sinu naturæ, vt in destillatione olei aromatum, seminum, &c. Ac iusta operatione menstruum cum discretione artificis ad corpus elaborandum recipientis eligendum est.

Iosephus Quercetanus dicit esse destillationis repetitionem, qua liquor destillatus rursus fœcibus affunditur & denuo destillatur, vt fit in arcano vitrioli.

Doctor Sennertus dicit. Est repetita destillatio, qua liquor, qui destillauit, relictæ materiæ in vase affunditur, & iterum atque iterum de ea abstrahitur & destillatur: quo fit,

Digitized by Google

fit, vt vel liquor deſtillatus aliquid, quod prima deſtillatione acquiſiuit, & quod ab eo ſeparatum cupimus, in capite mortuo relinquat, vel vt aliquid ex materia in vaſe deſtillatorio relicta, quod prima deſtillatione non exſtillauit, repetita deſtillatione, vel vehiculo quaſi liquoris, qui primo exſtillauit, educatur.

Cohobitio (ſecundum Paracelſum tom. 6. pag. 231.) eſt, vt caput mortuum ſæpius ſua propria aqua imbibatur, eaq; per deſtillationem iterum inde abſtrahatur. Porro in deſtillatione multa amara, acerba & acria dulciſſima vt mel, ſaccarum vel manna fiunt, & contra multa dulcia, vt ſaccarum, mel vel manna, auſtera fiunt, vt oleum vitrioli vel acetum, aut amara vt fel, aut gentiana, acria vt corroſiuum. Multæ res vndoſæ ſuum nimium fœtorem in deſtillatione amittunt, qui quidem in aqua egredi tur: Multa aromatica perdunt bonum ſuum odorem. Et ſicut ſublimatio res in ſua qualitate & natura alterat, ita etiam deſtillatio facit, &c. hæc de cohobitione ſiue cohobatione. Placet præterea & fermentationem huc definire ſecundum Andream Libauium in ſua Alchem. lib. 1. cap. 59. fol. 35.

Fermentatio eſt rei in ſubſtantia, per admiſtionem fermenti, quod virtute per ſpiritum diſtributa totam penetrat maſſam & in ſuam naturam immutat, exaltatio. *Fermentatio.*

Ideo enim inuenta eſt, vt ex ſymbolico ignobiliore efficacia medicinæ fermentantis, nobiliſſima fiat ſubſtantia, ad quam peruenire natura ſinit. Potiſſimum autem in metallis, quorum natura ad mutua eſt procliuis, locum habet, & ab imitatione maſſæ fermentatæ nomen inuenit.

Apparatus operis eſt, vt medicina peculiariter exaltata, & ſecundum ſubſtantiam familiaris maſſæ (aliena enim repudiatur, ſicut etiam vulgo fermentum fit è farina ad maſſam farinaceam) virtute quidē valens, quātitate vero parua, miſceatur vndiquaq; cum re fermentanda. quod vt probe fiat, fluxilis, aut ſaltem diuiſibilis per minima vtraque debet eſſe. Subactione & ingreſſu facto, ad digeſtionem ponitur totum donec agens exuperauerit, inq; ſuam naturā verterit patiens. Hæc fermentatio in arcano philoſophico fit p corpus purū, & cementatū: dicimusq; *Apparatus fermentationis.*

ſimi-

viuificatio, vel resuscitatio. Nam velut ex mortuis reuocatur destructa materia, viresque aquirit nouas. Agit quidem fermentum præsidio caloris interni maxime, sed ab externo & actuandus ille est & fouendus, neque tamen gradu tanto qui spiritum queat dissipare, cum hic ipse intus in massa sit continendus, vnaque comprehendendus. Vt enim loquuntur philosophi, anima est in illo.

Postea sunt etiam fermentationes in vegetabilibus: Et primum quidem in vsitatissima illa massa frumentacea per fermentum acidum, cuius naturam imitatur, vel etiam superat spiritus ardens ex frumentis extractus, vel fecibus potionum inebriantium, sicut & ipsæ feces vini vel cereuisiæ fermentant. Deinde est fermentatio potuum, qua feruescunt & secessu facto repurgantur. Ea item fit per feces valentes è vino vel cereuisia sumptas. Ita cum è polenta aquam ardentem elicere volunt, eam fermentant. Mutatur enim illa mistura ad naturam fermenti, & maxime si bis fiat.

Præterea est fermentatio in medicinis succisque commistis, quæ fit cum digestione ad vnam misti crasin. Ita sæpenumero totam misti naturam ad vnum quoddam reducere volentes, fermentamus illud valente medicina. Cum succi per se efferuescere sinuntur, digestio duntaxat fit, quæ tamen ob similitudinem etiam nominatur interdum fermentatio. Eadem transfertur etiam ad alteranda corpora p medicinam hauſtam: quod ipsum & renouari dicunt. Tandem si fermentum fixum est, figit secum rem fermentandam, atque ita fixatio interdum fermentationi est coniuncta.

CAPVT XIV.

De calcinatione & præcipitatione.

Calcinationis cognata sunt.

CAlcinatio proprie dicta (inquit D. Sennertus) locum præcipue habet in metallis & mineralibus, & quæ his sunt cognata, vt quæ per se non ardent, & duriorem habent compagem. In animalibus solum ea calcinantur, quæ lapideam fere habent duritiem, vt testæ ouorum & concharum, & lapides animalibus quibusdam nati: in vegetabilibus corallia.

Geber.

Digitized by

Geber.lib.1.ſum. perfect. cap. 51. definit calcinationem, quod ſit rei per ignem puluerisatio, per priuationem humiditatis partes coniungentis. Vbi non totalem omnis humiditatis priuationem intelligit. *Definitio calcinationis ex Gebro.*

Nam metalla, quæ calcinantur, ſæpe reduci poſſunt, nihilque aut parum ſubſtantiæ metallis calcinatione deperit. Magnum autem habet vſum calcinatio in metallis & ſimilibus. Primo quædam calcinantur, vt ad ſolutionem fiant aptiora. Cum enim compages corporum talium ſit durior: aliter eſſentiæ inde extrahi non poſſunt, niſi in minimas partes & atomos quaſi redigantur. Deinde fit calcinatio, vt acrimoniam medicamenta deponant: Alia contra calcinatione fiunt acriora. Cum enim quorundam acrimonia humore aqueo diluatur: ſi illa aquea humiditas igne abſumatur, calx lõge acrior redditur, id quod in vitriolo calcinato videre eſt, quod longe acrius eſt, maioremq; corrodendi vim habet, quam nõ calcinatum. Ita tartarum calcinatũ acrius redditur: vbi vero acrimonia in tenui ſubſtantia conſiſtit, ſeu à ſale volatili dependet: eo ignis vi diſſipato medicamentum mitius euadit.

Calcinantur autem vt Geber habet lib. 1. ſum. perfect. par. 4 cap. 51. corpora, id eſt, metalla, & ſpiritus, id eſt, ea mineralia, quæ ex igne aufugiunt. *Metalla corpora. Minralia ſpiritus.*

Calcinationis metallorum, vt ex Gebro allegato loco, & ſumma cap. 70. ſeu vt in aliis diſtinguitur lib. 2. ſumm. perfect. part. 2 cap. 14. videre eſt, finis duplex eſt, primo, vt illud quod eſt inflammabile, atq; impurum & crudum, tollatur, alteretur, vt calcinata facilius in liquorem abeant, tenuiora euadant, & naturam corpoream & torpentem cum ſpirituali commutent. Spirituum autem calcinationis finem Geber lib. 1. ſumm. perfect. cap. 51. eſſe docet, vt facilius figantur, & ſoluantur in aquam. Quoniam omne calcinati genus fixius eſt, quam non calcinatum, & facilioris ſolutionis, quia partes calcinati magis ſubtiliatæ per ignem facilius cum aquis commiſcentur, & in aquam conuertuntur: pergit excellentiſs. Dominus D. Sennertus. Fit porrò *Finis duplex calcinationis ex Gebro.*

calcinatio duobus modis: vel igne actuali vel potentiali. Igne actuali fit calcinatio, cum vinculum continuitatis actuali igne absumitur. Cum vero per aquas fortes & erodentes, atq; alia causticа corroditur, calcinatio per ignem potentialem appellatur, est tamen, vbi vtraq; coniungitur.

Calcinatio per ignem actualem.

Calcinationem per ignem actualem quod attinet, fit ea etiam non vno modo. Alia enim per se sine vllo additamento calcinantur. Alia vero cum additamentis, quæ vel fusionem prohibent, vel simul corrodunt & comburunt, vt sunt salium genera. Nonnunquam antequam calcinantur, prius aquis quibusdam extinguuntur: Nonnulla prius corroduntur per suas aquas, postea reuerberantur. Quædam enim ita tenaciter cohærent & solida sunt, vt nisi prius corrodantur, vix iis vim aliquam inferre possit.

Ignis vero in ea, quæ iam ante diuisa sunt, facilius agit, quam in integra. Contra quædam prius reuerberantur, postea corroduntur.

Hoc in genere adhuc monendum est, in omni calcinatione cauendum, ne vsque ad extremam procedat corruptionem, qua omnis rei forma, substantia & virtus pereat.

Cum autem sit rerum calcinandarum magna diuersitas: Hinc vasorum, ignis, & aliarum substantiarum diuersitas oritur. Plurima in fornace calcinantur: alia in libero aere: Atque alia in vasis clausis, alia in apertis: In vasis clausis si materia sit volatilis, spiracula tamen relinquuntur, ne materia vas rumpat. Vide præterea de calcinatione Gebrum in libro fornacum. Rosar. minor. Alchem. Alberti Magni, &c.

Calcinatio secundum Paracelsum.

Paracelsus inquit tom. 6. lib. 8. fol. 229. Primus gradus est calcinatio, sub qua & comprehenduntur reuerberatio & cæmentatio. Nam inter hæc tria parua est differentia quantum ad calcinationem attinet. Quare calcinatio hic præcipuus est gradus. Nam per reuerberationem & cæmentatio-

tationem etiam multæ res corporales calcinantur & in cinerem rediguntur seu reducuntur, & præcipue metalla. Quod autem calcinatum est, non propterea reuerberatum est & cæmentatum. Per calcinationem igitur omnia metalla, mineralia, lapides, vitra, &c. & omnes res corporales fiunt carbo & cinis, & hoc fit nudo, forti ac aerem habente igne, per quem omnis tenax, mollis & pinguis terra in lapidem induratur: Omnes vero lapides in calcem rediguntur, sicut videmus in furno figulorum, calcis & laterum.

Dicturus de calcinatione (inquit Iatrochymia nostra) prius quid sit calx, explicare expedit, quandoquidem per eam calcinationem definire oportet.

Calx.

Calx proprie significat corpus aliquod reductum vi ignis in puluerem subtilem, vel in materiam talem, quæ pro negotio vel sola læuigatione in puluerem impalpabilem redigi potest. Est igitur calcinatio violenta per ignem corporis in calcem reductio. Estque duplex respectu calcis duplicis, calcinatio vera & proprie dicta & cinefactio.

Calcinatio vera est, qua corpus sine vlla essentiæ iactura & duro & contumaci tractabile & friabile redditur, ita vt propositis operationibus aliis facile cedat. In omni enim vera chymica calcinatione calor innatus intenditur & humor congenitus conseruatur.

Calcinationis vsus.

Magnus est eius vsus in præparatione medicamentorum alterabilium, quæ per alterationem tantum siue separationem perficiuntur, vt dissolutio perlarum, quę à nobis etiam magisteria vocantur, & extractiones essentiarum. Vnde varii & diuersi modi operandi inuenti sunt: omnes tamen in hunc finem, vt idoneum corpus mutationem accipiat, ita tamen ne quid de essentia pereat.

Diuersimodi operandi in calcinatione.

Calcinatione opus in

Primo igitur in medicamentis præparandis, quæ cor-

præparandis medicamentis.

poris alterationem requirunt tantum, vt ſunt ſolutiones margaritarum, corallorum: & hoc obſeruandum eſt, ſi corpus calcinãdum ſubtiles & leues habuerit ſpiritus, vt ſecundum nonnullos calcinetur in vaſe clauſo, vt volatilia cum fixis ſeruentur: vel ſecundum alios, quia vident ex omni calcinatione clauſa vel aperta, niſi nimium intẽdatur ignis (quod fieri non poteſt abſumptione humidi) calcem emergere nigram, quæ ad omnem operationem inepta eſt, aperto igne reuerberetur, ſed temperato & gradato, ne tinctura & eſſentia ignis vehementia exhalet. Veruntamen in aliis, quæ ſpiritus ſatis fixos habent, hoc adeo curare nihil expedit, vt ferro croco Martis.

Calcinatio requiritur ad eſſentias extrahendas.

In eſſentiis & tincturis extrahendis, in quibus ſeparatio ſpirituum quæritur, alia eſt conſideratio, ſiquidem neceſſarium eſt corpus perfecte & penitus mutare, ita tamen ne quid de eſſentia amittat. Omne enim phlegma & leuiores ſpiritus ſeparandi ſunt, qui eſſentiæ extractionem impedire poſſunt. Et denique cum eſſentiale ſemper, quod ex hac calcinatione requiratur, vſus multos operandi modos inuenit: ſemper tamen reſpiciendum ad id quod quæritur, & ad id quod ſeparare neceſſum eſt. Si enim id quod ſeparare expedit, tantum reſecare cupimus, tunc eſt aut deſtillabile aut ſublimabile.

Calcinatione opus habemus in deſtillatione.

Si deſtillatione, tunc pro calcinatione aperta (talem enim apertam eſſe omnino neceſſarium eſt) deſtillatione per latus vtimur igne ſatis forti, ſed tamen gradato, vt in oleo vitrioli ſeparando, ſpiritum omnem & phlegma ſeparare oportet prius, deinde oleum ſequitur.

Calcinatio nonnunquã præcedit ſublimationi.

Si ſublimabile, tunc ſublimatione ſeparatio perficitur, vt in antimonio priuſquam eius albos flores per ſublimationem inuenimus, cogimur prius ſulphur combuſtibile

bile & flores citrinos præparare. Si vero non hæc curamus reſeruare, tunc aperto reuerberatorio calcinamus. Verum tunc diligenter animaduertere oportet, & igne regere, ne vna abſumatur, quod quęritur. Si enim bene regatur ignis, nihil de eſſentia perit, quamdiu enim aliquid phlegmatis vel aquoſi ſpiritus ineſt, eſſentia non mouetur. Quare huius abſumptionem obſeruare decet, quod dignoſcitur ex fumo, vel vapore aſcendente, vel ex ipſo corpore: æqualiter enim apparebit. Vel ſi talis materia inutilis facile ſeparari poterit vt in Antimonio, tunc ſufficit exhalatio ſuper carbones, ſæpe tamen mouendum ſpatula ferrea, donec ſatis purgatum fuerit. Solent in tali operatione addere ſulphur, vitriolum, vel huiuſmodi leue quid, vt accelerent opus. Quare nihil refert, quibus modis efficiatur, modo Medicamenta nihil detrimenti inde accipiant, & vera calx emergat. De cinefactione ſupra diximus. Ex his iam patet quæ diximus quotuplex ſit calcinatio reſpectu calcis: nunc reliquum eſt, vt ſciamus quotuplex ſit operatio ſecundum operandi modum: Eſt igitur duplex: Actualis & potentialis.

Calcinatio actualis eſt, quando vi ignis materialis res in calcem redigitur. Eius apparatus talis eſt: res calcinanda cõminuitur, vel ſecundum naturam & exiſtentiam in minimas partes redigitur, & vaſi ſuo apponitur, vel occluſo vel aperto vt res exigit, cum additamentis, ſi opus fuerit, quæ calcinationem promoueant: Vel ſine additamentis, ſi facilis ſit calcinationis. Additamenta iſta ſunt, ſulphur, vitriolum, acetum, & ſalia multa. *Calcinatio actualis.*

Si cum additamentis, idque in vaſe clauſo, relinquenda ſpiracula pro vapore & fumo exeunte, qui plerumque copioſe expirat, alioquin vas rumpitur. Si ſine additamentis, & materia pretioſa fuerit, fortesque habuerit ſpiritus, tunc nõ

requiritur tantum, vt firmum vas accipiatur, sed etiam vt firmissimo luto muniatur, & ferramentis constringatur, ignisque dandus est per gradus. Quædam panno tamen inuoluuntur, & postea luto obducuntur. In quibus hoc specialiter obseruandum est, vt prius quam igni admoueantur, lutum optime siccetur. In calcinatione obseruandum, ei sæpe inseruire restinctionem in aceto, aut tali aliquo forti liquore, vel eorundem aspersionem: Atque hæc apparatio generaliter omni calcinationi actuali inseruit.

Ignis potentialis. Potentialis ignis est, quo materia igni essentiali (qui etiam potentialis seu Philosophicus dicitur) in calcem veram, numquã vero in cinerem redigitur. Quare cum sit præstantissima calcinandi forma, & inprimis ad quintas essentias metallorum vtilis, sine qua fere extrahi non possunt, nec non ad Tincturas essentiales vegetabilium & animalium (vt & lapidescentium) artifices varios modos inuenere, quibus hanc calcinationem absoluerent, qui tamen omnes ad hos referri posse videtur, præcipitationem, fumigationem, stratificationem, Emplastrationem, & Amalgamationem: de quibus ordine iam paulo post tractabimus.

Calcinatio (inquit Libauius) est in calcem solutio. Calx autem generali significatu est puluis quilibet in partes impalpabiles comminutus, quem & Alcool nuncupare cõsueuerunt. Itaq; sub se comprehendit calcem proprie dictam, Alcool quod est è læuigatione, cinerẽ & corrosionis atoma.

Calcinatio seruat homogeniam omnium partium ad so mutuo quod nõ fiebat in separatione, quanquam interdum eueniat vtramque coincidere.

Calcinatio, secundum Libauium, est duplex reuerberatio, *Reuerberatio.* aut alcolisimus. Reuerberatio est calcinatio per ignem reuerberij, quo comburitur res ad soluendum in calcem. Ministrat ei nonnunquam restinctio, læuigatio, dilutio & similes opellæ,

Digitized by Google

quo quod calcinatum quidem est, nondum tamen cõsistentiam puluueream habet, plane eam adipiscatur. Fit communiter in Furno reuerberii, in catino globoue firmo, vndiq; obstructo, nisi quod vehemẽter impellentib. nonnunquam sit paruum dandum spiraculũ. Est & cũ sine vase in nudo furno peragitur, obstructo tamen. Permutari potest reuerberium camino, anemia & similib. modo calcinandum vndiq; sit prunis conclusum. Vas autẽ muniri luto crasso debet, aut etiam totum includi pro pertinacia rei & diuturnitate magnitudineq; ignis. Quædã mitia ẽt duntaxat panno inuoluuntur, & post luto armantur. Quædam ẽt aperte calcinantur, sed prunis nihilominus tunc in ollã suo tempore iniectis, vt Reuerberatio absoluatur. Tẽpus calcinationis est, donec æqualiter, & vndiquaq; res sit calcinata. Quod si inæqualitas obseruatur, redeundũ est ad ignẽ. Calcinatione hac abutimur nonnunquã ad colores aliaq; faciẽda, quib. tamẽ calcinationis actus est cõiunctus, veluti cũ funes in olla clausa reuerberãtur, donec fomes niger igniũ concipiendorũ fiat, q̃ ipsum ẽt efficitur in lignis salignis, fungis arborũ & similib. & nominatur cõbustio potius quã calcinatio; quemadmodum ẽt tostio, & vstio quidam gradus sunt calcinationũ. Ita cũ è cerussa per se calcis species est, fit minium eodẽ labore. Appellatur aũt tunc dũtaxat reuerberatio simpliciter, denotatq; ignis gradũ adhibitum operi exaltatorio. Et ibi subsistitur intra finẽ calcinationis veræ, hic proceditur etiam vlterius. Calcinatio per Reuerberiũ est duplex secundũ eundem Libauiũ; calcinatio specialiter dicta & einefactio. Calcinatio specialis est, qua principaliter dicta calx in cõbustione reuerberante efficitur. Itaq; & Græcis aptius appellari poterat τιτάνωσις, quod τίτανον efficiat, cuius species quędam est, Asbestos, quam irrestinctam seu viuam è calcario lapide confectam nominant. In hac vel res solitaria calcinatur, vel cũ additamentis cõbustionem penitus adiuuãtibus, vt sunt sulphur, nitrum &c. quæ tunc adiicimus, cũ valida admodũ est indomitaq; rei compages. Alioquin volatilia citius dissiparentur, quã à flãma vincerentur fixa. Sed spiraculũ debetur nitrosis, vt vas sit tutum. In nuda quidẽ fornace calcinantur lapidũ farragines, sed vbi pretiosa est materia & pauca, fortesq; spiritus, non tantũ vas firmũ adhibemus, sed & id firmissimo loricamus luto, & ferramẽtis cõstringimus. Quædã ẽt inter excæuatos lapides itẽ ferro coarctatos calcinãtur. Singularis quorũdã calcinatio est per diffllationẽ, vt cadmiæ gleboſæ, marcasitarũ, stibii & similiũ. Quod si calcis species nõ statim emergit, aqua vel aceto exusti lapides respersper-

Calcinatio per reuerberium duplex.

requiritur tantum, vt firmum vas accipiatur, ſed etiam vt firmiſſimo luto muniatur, & ferramentis conſtringatur, ignisque dandus eſt per gradus. Quædam panno tamen inuoluuntur, & poſtea luto obducuntur. In quibus hoc ſpecialiter obſeruandum eſt, vt prius quam igni admoueantur, lutum optime ſiccetur. In calcinatione obſeruandum, ei ſæpe inſeruire reſtinctionem in aceto, aut tali aliquo forti liquore, vel eorundem aſperſionem: Atque hæc apparatio generaliter omni calcinationi actuali inſeruit.

Ignis potentialis. Potentialis ignis eſt, quo materia igni eſſentiali (qui etiam potentialis ſeu Philoſophicus dicitur) in calcem veram, numquã vero in cinerem redigitur. Quare cum ſit præſtantiſſima calcinandi forma, & inprimis ad quintas eſſentias metallorum vtilis, ſine qua fere extrahi non poſſunt, nec non ad Tincturas eſſentiales vegetabilium & animalium (vt & lapideſcentium) artifices varios modos inuenere, quibus hanc calcinationem abſoluerent, qui tamen omnes ad hos referri poſſe vidẽtur, præcipitationem, fumigationem, ſtratificationem, Emplaſtrationem, & Amalgamationem: de quibus ordine iam paulo poſt tractabimus.

Calcinatio (inquit Libauius) eſt in calcem ſolutio. Calx autem generali ſignificatu eſt puluis quilibet in partes impalpabiles comminutus, quem & Alcool nuncupare cõſueuerunt. Itaq; ſub ſe comprehendit calcem proprie dictam, Alcool quod eſt è læuigatione, cineré & corroſionis atoma.

Calcinatio ſeruat homogeniam omnium partium ad ſe mutuo quod nõ fiebat in ſeparatione, quanquam interdum eueniat vtramque coincidere.

Calcinatio, ſecundum Libauium, eſt duplex reuerberatio, *Reuberatio.* aut alcoliſmus. Reuerberatio eſt calcinatio per ignem reuerberij, quo comburitur res ad ſoluendum in calcem. [illegible] niſtrat ei nonnunquam reſtinctio, læuigatio, dilutio & ſimiles opellæ,

quo quod calcinatum quidem est, nondum tamen cõsistentiam puluream habet, plane eam adipiscatur. Fit communiter in Furno reuerberij, in catino globoue firmo, vndiq; obstructo, nisi quod vehemẽter impellentib. nonnunquam sit paruum dandum spiraculũ. Est & cũ sine vase in nudo furno peragitur, obstructo tamen. Permutari potest reuerberium camino, anemia & similib. modo calcinandum vndiq; sit prunis conclusum. Vas autẽ muniri luto crasso debet, aut etiam totum includi pro pertinacia rei & diuturnitate magnitudineq; ignis. Quædã mitia ẽt duntaxat panno inuoluuntur, & post luto armantur. Quædam ẽt aperte calcinantur, sed prunis nihilominus tunc in ollã suo tempore iniectis, vt Reuerberatio absoluatur. Tẽpus calcinationis est, donec æqualiter, & vndiquaq; res sit calcinata. Quod si inæqualitas obseruatur, redeundũ est ad ignẽ. Calcinatione hac abutimur nonnunquã ad colores aliaq; faciẽda, quib. tamẽ calcinationis actus est cõiunctus, veluti cũ funes in olla clausa reuerberãtur, donec fomes niger igniũ concipiendorũ fiat, q̃ ipsum ẽt efficitur in lignis salignis, fungis arborũ & similib. & nominatur cõbustio potius quã calcinatio; quemadmodum ẽt tostio, & vstio quidam gradus sunt calcinationũ. Ita cũ è cerussa per se calcis species est, fit minium eodẽ labore. Appellatur aũt tunc dũtaxat reuerberatio simpliciter, denotatq; ignis gradũ adhibitum operi exaltatorio. Et ibi subsistitur intra finẽ calcinationis veræ, hic proceditur etiam vlterius. Calcinatio per Reuerberiũ est duplex secundũ eundem Libauiũ; calcinatio specialiter dicta & einefactio. Calcinatio specialis est, qua principaliter dicta calx in cõbustione reuerberante efficitur Itaq; & Græcis aptius appellari poterat τιτάνωσις, quod τίτανον efficiat, cuius species quędam est, Asbestos, quam irrestinctam seu viuam è calcario lapide confectam nominant. In hac vel res solitaria calcinatur, vel cũ additamentis cõbustionem penitus adiuuãtibus, vt sunt sulphur, nitrum &c. quæ tunc adiicimus, cũ valida admodũ est indomitaq; rei compages. Alioquin volatilia citius dissiparentur, quã à flãma vincerentur fixa. Sed spiraculũ debetur nitrosis, vt vas sit tutum. In nuda quidẽ fornace calcinantur lapidũ farragines, sed vbi pretiosa est materia & pauca, fortesq; spiritus, non tantũ vas firmũ adhibemus, sed & id firmissimo loricamus luto, & ferramẽtis cõstringimus. Quædã ẽt inter excauatos lapides itẽ ferro coarctatos calcinãtur. Singularis quorũdã calcinatio est per difflationẽ, vt cadmiæ gleboſæ, marcasitarũ, stibii & similiũ. Quod si calcis species nõ statim emergit, aqua vel aceto exusti lapides respec-

Calcinatio per reuerberium duplex.

teſperguntur. Nonnunquam & in aere humido diffluunt. Plerumque enim ſiccitas extrema, quia auida eſt compenſationis, & attractoria, retinet vicinas partes, donec humore exaturatæ fatiſcant. Quod ſi nō diſſiliant vna reſtinctione, igniūtur denuo, reſtinguuntur ſæpius. Nonnulla non integra, ſeu maioribus maſſis imponuntur, ſed prius trita. Officio huius calcinationis interdum fungitur cæmentario, ſublimatio & ſimiles.

Præcipitatio. Præcipitatio eſt calcinatio per aquas ſeu ſpiritus fortes. Præcipitatio eſt dicta, quia aqua fortis per aquam perficitur.

1. Diſſoluit metallum, quod præcipitandum eſt in aquā, & ſurſum in ſe rapit in tam perfectam liquoris vel aquæ ſpeciem, vt vbique appareat aqua homogenea ac perſpicua, ac ſi puriſſima eſſet aqua abſque vlla commiſtione.

2. Vel pondere grauata metalli, vel in opere diſſipatis ſpiritibus ad fundum vaſis cadere metallum permittit, vnde præcipitatum dicitur & opus præcipitatio. Eius apparatus talis eſt: Materia ſic calcinanda (quod plerumque eſt metallum, vel alia res lapidea) limatur, & in tenues laminas ducitur, vt facilius operi cedat, vitro deinde imponitur forti, & aqua fortis affunditur vt materiam tres vel quatuor digitos emineat, quæ protinus incipit bullire, corpuſque corrodere indeſinenter, donec opus abſoluerit. Si vero tardauerit aut metus aliquis ſubſit de imbecillitate aquæ, tunc ſolent vitrū admouere cineribus modice calidis, vt extremo calore potentialis in actum redigatur, vt aliquando, cum aqua adeo debilis eſt, vt non vereantur vas claudere, quod alias non faciunt, tunc bene obturatum eſt in ſtercore equino aliquot dies, vel nonnunquam ad aliquot ſeptimanas locant. Sed plus tunc ſæpius quæritur, quam calx. Nam in naturali digeſtione huiuſmodi, non tantum aqua corpus in calcem reducit, ſed etiam prorſus metallicam naturam corrumpit, & in oleo-

in oleosam substantiam conuertit, quod plerumque in tali processu quæritur. Si vero post dissolutionem corporis aqua calcem non dimittat, solent artifices addere, quæ separationem faciunt, videlicet aut in aquam cõmunem infundũt, vt hac ratione obtusa vis aquæ fortis calcem amplius non retineat, quo facto tota aqua protinus congelatur instar glaciei purissimæ & albissimæ: vnde quidam calcẽ istam glaciem dicunt. Postea sequitur perfecta separatio, glacies enim fundũ petit, & aqua supernatat. Alii salem addunt, vel aquã salsam calidam, sed diuersæ materiæ diuersas sæpe habẽt separationes: Vt pro argẽto solent injcere laminas cupri, ad quas naturali inclinatione Lunæ calx se dissoluit. Pro Mercurio cuius proprie præcipitatio dicitur, quando cupiunt albam calcem, aquæ dulcis infusio sufficit: si vero calx rubra quæratur, qui præcipitatus dicitur, tunc effundunt dissolutionem totã in ollam vitreatã lati orificii & super calidos cineres euaporare aquam fortem sinunt, sub finẽ augendo ignem, vt intendatur calor, vel vt elegantiorem adhuc inducant colorem, tum vt Mercurius magis fixatus quod maxime in hoc opere spectatur, per latus destillent aquam cum multis cohobiis. Aqua quoquo modo separata potest rectificari, vt iterum vsui inseruiat, ne quid perdatur.

Hoc in iusta calcinatione inprimis obseruandum est, vt vnicuique corpori suam paret aquam artifex, ne frustra operetur; Non enim eadem aqua soluit aurum & argentum. Deinde est habenda ratio finis, cuius gratia calx quæritur. Alia enim aqua opus est, cum calx paratur in vsum humani corporis: Alia cum pro Medicina transmutatoria.

Longe efficacior videtur illa calcinatio, (inquit D. Doctor Sennertus) quam per ignem potentialem appellant, qua nimirum per ea, quæ calorem ignemque, aut subtilem spiritum insitum habent, metalla & similia

milia ſoluuntur ſeu corroduntur. Inter quas calcinationes præcipue eſt ea, quæ fit per aquas ſeu ſpiritus acutos, omnemq; liquorẽ qui metalla & alia duriora corpora corrodendi & ſoluendi vim habet: quã nonnulli in genere præcipitationẽ vocant. Verum melius in genere videtur appellari ſolutio vel corroſio per aquas & ſpiritus acutos. Per aquas. n. & liquores tales, res calcinanda ſoluitur, vt in liquorem abit, adeo, vt nihil niſi aqua limpida videatur. Vbi vero metallum in forma calcis in fundum deſcendit, & ab aqua ſoluente ſeparatur, tunc ſeparatio & deſcenſio, Niederſchlagen/ nominatur. Imo nonnulli præcipitationem ſolum Mercurio tribuunt.

Aquarum ſoluentium varia genera.

Sunt autem aquarum & liquorũ ſoluentium varia genera: Acetũ deſtillatũ, ſpiritus ſalis, ſpiritus ſalis nitri, ſpiritus vitrioli, ſpiritus aceti, oleũ ſulphuris, oleum vitrioli, aquæ fortes, quæ, quoniã metalla ſeparant, vulgo ſeparatoriæ, Scheidewaſſer/ nominantur; Aquæ regis, quæ regem metallorum, aurum videlicet ſoluunt. De quib. hoc in genere obſeruandũ, diligenter eſſe inueſtigandum, quæ cuiq; rei conueniat. Multa n. ſoluit ſpiritus nitri, quæ non ſoluit ſpiritus vitrioli & contra: Quæ lunam ſoluunt aquæ, ſolem intactum relinquunt: Atq; ita de reliquis.

Acetum deſtillatum.

Primo acetum deſtillatum in ſoluendis & extrahendis rebus magnũ habet vſum. Deſtillatur aũt ab aliis aliter: Hæc primum cõmunis via eſt. Acetum fortiſſimũ ponatur in cucurbitam vitreã, & in Balneo vel cineribus lento calore deſtilletur. Primo aſcendit phlegma inſipidũ, deinde acetum. Libau. tamen, com. chym. p. 1. l. 4. c. 8. eos reprehendit, qui phlegma primum, deinde acetum ſequi exiſtimant, ſtatuitque primo ſpiritũ frigidum prodire, vt ex caphura, inde ſequi aquoſitatẽ, tertio acetoſum liquorem, quarto igneũ ſuccum. Quodcunq; autẽ primo loco exierit, vbi iam aciditatem odore & ſapore deprehenderis, muta recipiens, & continua atq; auge ignẽ gradatim, donec aceti ſpiritus omnes deſcendant. Si tamen ad extracta & vſus Medicos vſurpare velis acetum, ne nimium vrgeatur, ne ἐμπύρευμα aceto concilietur. Sed qui ad metallicos labores vti hoc aceto volunt, vſq; dum rubri ſpiritus attolluntur, nihilq; amplius ſpirituum exeat, continuant aucto igne deſtillationem. Sine tamen Empyreumate alii fortificant acetum, dum illud fecibus iterum affundunt, atque iterum deſtillant, idq; tertio faciunt. Hinc partem aliquam phlegmatis lento Balnei calore abſtrahunt.

Acetum radicatum.

Acetum, quod Radicatum appellant, à nonnullis ita conficitur: Re-

cum

cum relictarum ſufficientem ſumũt quantitatem, al quot ſcilicet libras, has in retorta, vel in patente aliquo vaſe ad ſiccitatẽ vſq; calcinant. Calcinatæ materiæ affundunt acetum deſtillatum, & per arenam deſtillant, idque eouſq; faciunt, donec omnis ſal cum aceto adſcenderit & exſtillauerit. Licet & acuere acetum, ſi vitriolũ addatur, & per retortam deſtilletur. Si magis acre optetur, in deſtillato ſal ammoniacus ſoluatur. Alii per ſalem, alii per Tartarum acuunt, addunt q; libræ aceti vnc. j. Tartari. Nõnulli acetum radicatum, quo lapides duriores ſoluunt, cum Terebinthina parant. Addunt nimirum terebinthinæ lib. ij. vel iij. aceti deſtill. lib. ij. deſtillant q; in arena primo lento igne, poſtea fortiori, & per ſeparatorium hæc ſeparant, acetumq; ſupra zingiber rectificant.

Spiritus ſalis etiam pluribus modis paratur; Nonnulli hoc modo parant: ſalis communis q. v. ſolue & coagula, ſi libet, aliquoties ſalem hunc, vel in loco humido ſolutum, vel aſpera aqua, miſce cum terra figulina ficea æquali quantitate, exẽpli gratia ana l. iij & forma inde paſtillos nucis magnitudine, qui exſiccentur. Exſiccatos retortæ inde, apteturq; Recipiens amplũ, & clauſis commiſſuris admoueatur ignis gradatim. Primo exſtillabit humor aqueus: Hinc ſequentur ſpiritus albi. Augeatur ignis, & inde eodem gradu ſeruetur, ne ſpiritus remittant, idque eouſque, donec nihil ſpirituũ amplius egrediatur. Refrigerato vaſe, inuenietur ſpiritus ſalis, qui vel filtratione, ne etiam repetita deſtillatione per alembicũ rectificetur. Si ſpiritus hic potentior requiritur, aliquid phlegmatis ſeparetur. Alii ita parant. Recipe boli communis (nonnulli bolum igne forti prius torrent, & exſiccant) vel lapidis calaminaris, vel tripelæ partes iij. ex gr. lib. vj. ſalis part j. ex gr. lib. ij. trita miſce. Inde in retortam bene luto obductam, deſtilla, vt dictum, donec ſpiritus ceſſent, & Recipiens clarum fiat. Nonnulli lib. vj. ſalis retortæ indunt, & igne aperto deſtillant: illud quod deſtillauit ſupra eundem ſalem affundunt, idque ter vel quater repetunt.

Spiritus ſalis nitri eodem modo rectiſſime paratur, ſi nimirum cum triplo boli vel tripelæ miſceatur, & per retortam, vt ſpiritus ſalis, deſtilletur. Facit quoq; ſoluentis menſtrui mentionem frater Baſilius, in repetit. p. 105. quod nonnulli aquam temperatam appellant, & paratur ex ſpiritu ſalis & ſpiritu vini, ter ſimul per alembicum deſtillatis. Nonnulli hoc ſolu[illegible]as mirifice commendant, atq; acetum acerrimum appellant, quod præparatur ex viridi æris & ſulphure, per retortã aperto igne deſtillatis. *Spiritus ſalis Nitri.*

Digitized by Google

Differentia inter aquã fortem & aquã regiã

Aquarum fortium, quas appellant, & reg's, magna eſt varietas, & paſſim apud autores magna copia. Ne actum agamus, vnam atque alteram exempli loco proponemus. Simpliciſſima componitur ex aluminis & nitri partibus æqual. quæ Lunam & Mercurium ſoluit. Vel ex vitrioli lib.ij.& lib.j. Nitri, quæ ſoluit lunam & Venerem: vel pluribus etiam vtriuſque libris. Geber de inuent.verit.p.23 ſumit lib.j. vitriol.lib.ß. Nitri & partem quartam aluminis. Quibus poſtea alii alia addunt. Paratur autem hoc modo: Recipe dictas ſpecies, & reple cucurbitæ fortis, ter vel quater bene luto inductæ, dimidiam vel tertiam partem, pone in capella, quam cineribus vel arena imple: Recipiens amplum appone: in quo ſint aquæ in ſingulas libras vnc. ij. commiſſuras claude luto bono, quod Erckerus ex duabus partibus luti vulgaris, & vna parte calcis viuæ, cum oleo lini miſtis, conficit; ignem admoue, & per ſex horas gradatim auge, & vide vt gutta vna alteram ſaltem ſpatio quinque minutorum inſequatur, ne vitrum rumpatur. Nonnulli exiguum foramen, vt ſpiritibus craſſioribus detur exitus, relinquunt. Cum ſpiritus in Recipiente apparet, & rubere incipit, nonnulli linteamina madida recipienti apponunt, ne ſpiritus vitrum rumpant, ſed à frigore cogantur. Vbi albi iam ſpiritus apparent, non amplius tantum imminet periculum, & propterea ignis augeri poteſt, dum iam nihil exeat, & recipiens clareſcat. Alii pro cucurbita vitrea fictilem ſumunt, & in ignem patentem ponunt, & circa collum tabulis lapideis vel lateribus fornacem claudunt, ſolum ſpiraculis relictis. Alii cucurbitas ferreas vſurpant. Perficitur hic labor plerumque 24. horis. Si materia ſit copioſior, etiam duo vel tres dies requiruntur. Alii vtuntur loco cucurbitæ retorta, addunt que nonnulli calcem viuam materiæ, ne ebulliat. Aquæ vero regis parantur, ſi inter deſtillandum ſal ammoniacus, vel etiam communis adiiciatur: vel ſi in aqua forti pura ſal ammoniacus diſſoluatur, atque iterum deſtilletur. Formulas habet Erckerus lib. 2. Solutio fit hoc modo: Materia calcinanda vel laminata, vel limata, vel ſi apta ſit, in puluerem trita, iniicitur in vitrũ ſatis capax, & affunditur aquæ conuenientis quãtitas ß. vt forte tribus vel quatuor digitis emineat. Plerũque, vt citius & felicius ſoluat ponitur vitrum in cineres calidos, vel aliũ locum calidũ, vt ille calor actualis vim aquæ adiuuet. Vbi ſolutum eſt corpus, & calcis ab aqua petitur ſeparatio, in aquam fortem vel aquam regis aqu.. -lida ſalſa vel communis inſpergitur. In Lunæ ſolutione, ſolent Aurifabri lami-

laminas cupreas ſubiicere, quibus calx inſidet: Aqua ſeparatur, & calx eluitur. Nonnunquam metalla ſaltem intinguntur in aquas acutas, aut liquore acuto perlinuntur. Exempli gratia ſit hoc: Recipe laminam Martis vel chalybis mundam, illinatur oleo ſulphuris per campanam facto, ſeu acido, ponatur in cellam, extrahitur ſal, vel crocus, vt nonnulli appellant, albus inſtar lanæ, quem penna ſeparato: hoc repetatur ter vel quater. Hactenus D. Sennertus, nunc Libauium audiemus. *Intinctio metallorũ.*

Corroſio per aquas fortes (inquit) duplici potiſſimum adminiſtratur modo. Quod enim ita calcinatum volumus, filamentis nectimus, & aquis acribus demergimus: demerſum madefactumque extrahimus, & ad aerem ſuſpendimus, ſinentes ibi, donec paulatim ſuperficies corrodatur. Quod calcinatum eſt, abradimus, & cum reliquo opus reuocamus. Nonnunquam tamen ſaltem rore acutæ aquæ conſpergimus lamellas, & alicubi reponimus etiam in olla vel concha. Alter modus, & quidem frequentior eſt, vt metallum diſcerptum in particulas ſeu cruſtulas inflexas, vel etiam ſcobem elimatum, penitus infundatur aquæ ſoluenti quæ debet tribus vel quatuor digitis vltra corpus eminere in cucurbita ſeparatoria, vel alia, ſatis tamen capace, ne ſi claudatur, à ſpirituum vehemẽtia diſrumpatur. Vas iſtud cum materia vel ſtatim prunis, cineribus calentibus modice adhiberur, vt efferbeſcat, & vbi deferbuit, purum effunditur, reliquiis adiecta noua aqua, donec totum ſit corroſum: vel aqua aucta locatur in cineribus modice calidis, aut fimo ad digeſtionem diuturnam, vſque ad ſolutionis finem, idque fit maxime clauſo vaſe. Si tamen non procedit ſolutio ex ſententia, mutatur aqua ſoluens in dies quinque. Solent autem metalla fortibus infuſa, etiam abſque externo calore efferueſcere & ſolui. Facta ſolutione, calx deſcenditur ſeu præcipitatur ad fundum, atque ita ſeparatur à forti, cui exacte ideo eſt permiſta plerumque, vt vbique appareat homogenia perſpicua. Separatur autem infuſa aqua dulci, aut etiam ſalſa, vel primum dulcis calida immittitur, poſtea ſal, & coagulat amiſſa perſpicuitate. Inde per quietem ſubſidet coagulum. In argenti ſolutione hoc peculiare eſt, vt vel laminæ cupreæ in patina locatæ infundatur tota miſtura, defertur enim ad eam calx, & tanquam nebula incumbit vel farina: vel etiam in vas cupreum transfundatur. Facto ſedimento *Corroſio ſiue calcinatio per aquas fortes duplex.*

a defunditur, calx eluitur dulci, & diligenter ſiccatur. Aqua vero illa vel ad medicinam in arthriticis doloribus foris adhibetur, vel ſepa-

Digitized by Google

ratur deſtillando,& fortis procedit relicta dulci. Eſt & alia ſeparationis ratio per deſtillationem ex alembico, vel diuaporationem lentam quo pacto coagulatio ſolet fieri. Illa vſurpatur cum ſeruare aquam volumus,& denuo ad opus accommodare. In hydrargyro ea res nominatur potiſſimum præcipitatio & fixio. Porro non omne omni ſoluitur aqua vt aurum,quod duntaxat Regiam requirit vel Stygiam, quæ omnia ita ſolubilia reſoluit. Et habet locum non in metallis tantum, ſed & in lapidibus,gemmis,marcaſitis,& ſimilibus. Eſt & attendendus vſus illius calcis. Alia enim aqua fit ſolutio,cum calx corpori pro medicina ingerenda eſt,alia cum foris ad quæuis alia vſurpanda: Ibi fugitur ſtygia, & quæcumque venenis eſt ſuſpecta. Nota tamen in toto hoc negotio,non meram fieri corroſionem, præterquam in auro puro,ſed vna etiam aliquam corruptionem, aut alterationem ſaltem euidentiorem,vt videre in ferro,cupro,&c. eſt.

CAPVT XV.

De fumigatione, ſtratificatione & emplaſticatione.

NON immerito præcipitationem ſequitur fumigatio, cum vtraq; perficiatur corroſiuis, verum diuerſo modo. In illa enim eſt totalis diſſolutio in aqua ſoluente & corporis immerſio: In hac vero tantum extremarum partium corporis corroſio per fumigationem,id eſt, aquæ corrodentis vaporem, vel mineralium exhalationem aſcendentem, ſeque in corpus ſupra poſitum inſinuantem,ipſumque paulatim corrumpentem & corrodentem donec in calcem reducatur.

Fumigatio. Eſt itaque fumigatio calcinatio in ſicco vapore (qui proprie exhalatio vocatur, & eſt tantum mineralium) perficitur,alia in humido,quæ eſt aquarum vel ſpirituum.

Fumigatio duplicitèr fit. Si humido vapore perficitur, tum talis eſt proceſſus. Lamellæ pertuſæ foramine vno filo ſuſpenduntur, intra ollam

Digitized by Google

ſam anguſti orificii, aceto deſtillato, vel alio ſimili liquore acri plenam, vndiquaque bene tectam & opertam in calidis cineribus vel ſimo equino collocant, vt vapor aſcendens ſeſe corpori inſinuet & corrodat. Tamdiu illic relinquitur, donec ſuperficiem corporis corroſerit, & calcem induxerit, calx abraditur, & opus iteratur. Pro hac calcinatione ſæpe inſeruit extinctio & madefactio. De extinctione ſupra dictum eſt. Madefactio eſt, quando metallum madefacimus, vel immittimus in corroſiuam aliquam aquam, aut muriam, atque deinde aeri exponimus, donec corroſum fuerit, calcem poſtea abluimus aqua plerumque dulci, vt in vitriolo Veneris. *Madefactio*

Huc referri quoque poſſunt immerſio & maceratio, in qua non eſt diſſolutio, vt quando corpus contumax eſt, vel facile non cedit vlli prædictorum vel tempus non patitur tam longam præparationem: tunc ſolemus corpus limatum immergere aquæ illicq; macerare, donec fuerit corroſum inſtar limi: ſeparata deinde aqua per inclinationem leuem corpus ſiccatur, læuigatur, & aqua dulci dulcoratur, vt fit in præparatione chalybis apud pharmacopœos. Sic ſicco vapore Saturni vel Mercurii, quæ naturali ſuo halitu omnia nobiliora metalla fragilia reddunt, vt poſtea terendo cum ſale in puluerem redigãtur, nec non Mercurius Saturnum, & Saturnus Mercurium calcinant.

Apparatus talis eſt. 1. Fuſum plumbum vel Mercurius calens ollæ anguſtæ orificio imponitur & ſuppoſito igne lento, ac appoſita lamina Solis vel Lunæ, quibus proprie inſeruit illa calcinatio (quamuis nonnunquam & aliis metallis) & aſcendens halitus ſe corpori inſinuat, & fragile reddit, poſtea ſuccedit læuigatio cum ſale ſuper marmore & ſalis eiusdem ablutio aqua pura à calce. *Calcinatio metallorum per fumigationem.*

Calcina-

Calcinatio Mercurii cũ Saturno. Calcinatio Mercurii cum Saturno talis eſt: Plumbum diſſoluitur, poſtea funditur in foueam terræ, vel vas aliquod idoneum, & cum tam fluidum fuerit, vt impreſſionem rotundi lapilli capere & ſeruare poſſit, protinus formetur fouea, in quam dum calet immittitur Mercurius frigidus: poſt refrigerationem iterum Mercurius extrahatur, Saturnus viciſſim fundatur, ac opus reiteretur, & vlterius progrediendo friabilis redditur, vt læuigationẽ cum ſale admittat. Hoc viciſſim ſuo fumo Mercurius plumbo præſtat.

Ad calcinationem (inquit Doctiſs. D. Sennertus) & ea pertinet, quã per fumum ſeu vaporem, ſeu fumigationem nominãt, quando nimirum per exhalationem ſeu vaporem rei corrodentis corpus aliquod corroditur, & in calcem redigitur. Tales autem ſunt aquæ & liquores acuti vel mineralia, quæ ſuis halitibus alia corpora corrodendi vim habẽt. Inter quæ inprimis Saturnus, Mercurius, & ſulphur, & quæ cum his participant. Exempli gratia, recipe aquam fortem, infunde in cucurbitam, in quam ſuſpende laminas ferri, ne duorum digitorum altitudine aquam tangant. Claude vitrum, ſtent per 24. horas in arena calida, & inuenies crocum adhærere laminis, quem pede leporino vel penna ſeparas, idque aliquoties repete. Eodem modo optime, ad ſacharum quod nominant, & cryſtallos Saturni conficiendos, Saturnum laminatum atque in alembico inditum vapore ac halitu aceti, ſale communi adiecto fortificati, calcinatur.

Calcinatio Martis per aquã fortẽ.

Calcinatio Saturni.

Fumigatio ſecundum Libauium. Fumigatio, inquit Libauius, eſt per fumum acrem corrodentemque calcinatio. Et fit diuerſo modo. Metalla nobiliora afflatu plumbi fuſi vel hydrargyri fragilia redduntur, & poſtea comminuuntur torrendo cum ſale. Locantur autem plumbum & hydrargyrus in cucurbita, vel ſimili vaſe colli anguſtioris, lamina auri vel argenti imponitur orificio: ſubiecto igni aſcendens halitus ſe inſinuat, & fragilem reddit laminam: vni remotæ ſuccedit alia, quoad ſatis. Alius modus eſt, cum lamellæ quadantenus pertuſæ à filo ſuſpenduntur intra ollam ſuper aceto, vel ſimilibus acrem halitum emittentibus: olla tecta locatur in cineribus calidis vel fimo, vt ſuſpiret vapor continue, ita corroditur ſuperficies paulatim: inde abraditur calx, & quod integrum eſt, denuo exponitur

nitur vapori, quoad totum est corrosum. Est & cum sine vase lamellas suspendimus super cumulos recrementorum vuarum expressarum seu gigartorum, dum in se succensi feruescunt. Par ratio est cum musti feruori traduntur: vel aeri acri aut etiam vapori decoctæ muriæ & similium.

Stratificatio & emplasticatio, veræ calcinationes dici non debent, siquidem sola & per se operationem nunquam absoluunt, sed sæpe in vsum assumuntur, vt eandem adiuuent & accelerent, vt quando S.S.S. salium vel aliorum similium partes lamillis vel etiam pulueribus metallorũ admiscentur, & pastæ forma emplastrantur. Tum materia ita præparata igni calcinationis semper imponitur. Corrodẽdo enim & corpus penetrans calcinationem accelerant, & quandoq; in vno eodemq; opere coniunguntur. Nihilominus quamuis veræ calcinationes non sunt, siquidem tamen apud quosdam ita capiuntur. Attamen emplastrationis etiam esse aliũ vsum præter calcinationis scito, vt nimirũ hac ratione artifices aurum argẽteis vasis obductum separarẽt, quod alias perderent. Apparatus talis est: vasa deaurata obducuntur aliquo emplastro corrodẽtium, ad tempus reponuntur, postea emplastrum aqua abluitur, quod vna secum aurum aufert, quod deinde ablutionibus multis, vt vel Mercurio viuo, qui auri voracissimus est, à salibus facile separatur. Propterea stratificatio nihil videtur differre à cementatione vt postea audiemus. Libauius talia refert.

Stratificatio.

Vsus emplastrationis.

Corrosio per pulueres seu stratificatio est calcinatio, & fit cum id quod corrodendum est, vicissim in vase aliquo sternitur cum pulueribus corrosiuis. Est autem id vel in lamellas ducendum frangendumq;, vel in particulas conuenientes comminuendum, veluti limaturam, &c. Fit stratum primo de sale corrosiuo, postea de illa materia, & sic quoad satis. Strata clausa locantur alicubi ad suum mensem, veluti in gigarorum cumulo, vel fimo, &c. Interdum limatura metallica aceto vrinae prius irrigatur, postea sal admiscetur. Cum corrosio facta est, in aquam

Stratificatio est corrosio per pulueres.

dulcem præcipitamus totum, eluimusque per modum dilutionis terrarum. Quod nondũ corrosum est, separatur, & officinę redditur. Nonnunquam accedit tritio & læuigatio. Interdum & cæmentatio in reuerberio, laminis vicissim cum puluere stratis in pyxide sua, &c.

Stratificatio est corrosio per pastã

Corrosio per pastam fit, cum laminæ metallorum vel lapidum, &c. inducuntur pulticula coloritii, & veluti emplastrantur. Vnde opus hoc emplastratio potest appellari. Illita lamina reponitur alicubi, donec sit corrosa. Oportet autem pulticulam esse ex separabilibus, vt salibus, calcantho, aceto, vrina, horumq; crystallis, vt elui possint denuo à calce facta: vel ob volatilitatem per sublimationem vel expirationem tolli vt ammonius, &c. Huic nonnunquam cementatio substituitur. Et si non tantum simul vna illitione corrosum est, repetitur, opera abrasa calce priore.

CAPVT XVI.

De amalgamatione & separatione.

Amalgamatio.

AMalgamatio, secundum Libauium, est calcinatio metallorum familiarium per hydrargyrum.

Secũdum nostrã Iatrochymiam: amalgamatio, operatio nobilissima, est calcinatio metallorũ propria, qua in calcem vel puluerem subtilissimum per hydrargyrum rediguntur.

Vsus amalgamationis quadruplex

Eius vsus in Alchymia multiplex est. 1. Ex Sole & Luna artifices per eam alienitates tollunt. 2. Inseruit præcipitationi Solis cum Mercurio pro turpeto aureo & aliis, vti videre est in lib. 1. Basilicæ Chymicæ. 3. Multos in Sole & Luna vsus habet, vt ferme in omni operatione occurrit in Saturno & Ioue (alia enim metalla non amalgamantur ob prorsus alienam à Mercurio naturam) pro oleo ex eis parando. 4. Aurifabris pro deauratione, sine hac enim deaurare nequeunt.

Modus amalgamationis.

Forma procedendi talis est: primum Mercurius immittitur ardenti tigillo, cum incipit exhalare, additur argẽtum limatum, vel in folia ductum (quemadmodum peculiares habẽt operationes, in quibus reseruatur Mercurius, ac cetetam

tam vtriuſque quantitatem obſeruant, at pro ſola calcinatione, in qua iterum ſeparatur omnis Mercurius, nihil refert quantitatem reſpicere) agitatur bacillo ligneo (nunquã vero admouetur Mercurio metallum) donec optime incorporẽtur, tunc ſubito extinguitur amalgama proiiciendo in vas aqua pura plenum, in quo abluitur, vſq; dum depoſuerit omnem nigredinem quam ex ligno vſto contraxerat. Tunc ſi nuda calx quæritur, abundantem Mercurium per corium ſeparamus, globũ vero in corio relictum admouemus igni in tigillo continuo baculo ligneo agitando, donec totus Mercurius exhalauerit, tunc abluitur: ſed tamen magna cura ignis eſt habenda, ne iterum fluat metallum, quod vt melius præcaueant, nonnulli ſolent adiicere parum ſalis, quod poſtea ablutione tollunt. Si vero ſubtiliſſimum puluerem cupiunt, tunc ſolent prius amalgama ſuper marmore terere cum ſale, poſt Mercurium euaporare, calcemq; abluere. Si vero præcipitatio quæratur, ſiue vt inſeruiat turpeto aureo, tunctoties reiteretur amalgamatio cũ globo relicto & Mercurio recenti, donec inſtar butyri tota tranſierit p corium.

Modus amalgamandi ſecũdum Libauium.

Quanquam enim, pergit Libauius, non ſemper eodem modo ad finem calcis contendamus, ſatiſque eſt ſolutum ita metallum eſſe, vt dici poſſit, inſtar pultis ſeu malagmatis aurifabrorũ: tamen corroſio fit per eam in puluerẽ minutiſſimum, quem item calcẽ nominãt. Eius procuratio talis eſt. Metallum in bracteas tenues vel folia, aut ſcobem elimatam ductum, commiſcetur cum duplo, vel octuplo plus minus argenti viui puri, vt fiat pulticula vndiq; ſui ſimilis, ſeu homogenea. Nonnunq; tamen non cõmiſcentur frigida, ſed metallum in calefactum argentum viuũ mergitur: & appellant iſtud aurifabri molere. Amalgama in catinũ triquetrũ fere ardentẽ, intus cera oblitũ immittit, agiturq; cũ bacillo ligneo donec fumũ exhalet, ſeu ſuſpirare incipiat hydrargyrus. Poſtea effunditur in conchã frigidæ, & lauatur donec ſecedat nigrities. Hoc facto exiccatur ad cineres calidos, vt aquea humiditas abſcedat. Traiicitur p corium vel pannũ denſum, vt abundãs hydrargyrus ſeparetur. Ita

amalgama eſt quo vtuntur aurifices. Corpus porro ipſum quod manſit intra corium, quodq; adhuc aliquid argenti viui habet, reponitur in catinum, & prunis admouetur. Dumq; fumigare incipit (cauendum ſibi à fumo eſt) agitatur continuo & celeriter cum bacillo, vt expirante hydrargyro, puluis relinquatur ſubtiliſſimus. Igneus vero is debet eſſe, ne fundatur metallum, & denuo confluat. Quod ſi cauere volumus, ſalem pulticulæ ingerimus multum, vna conterendo. Ita hydrargyros euaneſcit, & ſal relictus prohibet confluxum. Poſtea ſal tollitur elutione: & puluis puriſſimus caute exiccatur. Porro iſta potiſſimũ obſeruant in auro & argento. In plumbo & ſtanno etiã facilior opera eſt, quę tñ potius alio calcinãtur modo, q̃ analgamatione. Quanti a. habita ſit analgamatio eiuſmodi, ſatis declarãt artifices, dũ multũ boni in ea eſſe cõtendunt.

Separatio. Separatio eſt operatio, qua partes corporis ſoluti & corrupti diſtrahuntur & ſeparantur.

Separatio ſuperficialis. Eſtque duplex, ſubſtantialis & ſuperficialis: ſeparatio ſuperficialis eſt, quæ partes corporis integrantes ſolutas, & tamen à ſuo homogeno manentes diuidit & ſeparat tantum ab inuicem, ſine vlla interna aut ſubſtantiali penetratione.

Circa tria verſatur ſeparatio ſuperficialis. Circa tria verſatur, vel in ſeparatione ſiccorum, à ſiccis, vel humidiorum à humidis, vel humidorum à ſiccis.

Si ſiccorum à ſiccis fiat ſeparatio, tunc puluerisationi & læuigationi inſeruit, cribratioq; dicitur, vel nonnunquã ablatio dicitur, cum adhuc ſubtiliorem ſeparationem requirimus, vt in præparatione ſuccini, margaritarum, corallorum apud pharmacopœos: vel fumigationi inſeruit, vt ſeparet leniter adhærentem calcem, vt in ſacharo Saturni: & deterſio dicitur, pede leporino vel pluma perficitur: vel vt tenacẽ adhærentem calcem auferat, & ablutio dicitur, vt in calce Veneris, vel amalgationi inſeruit, vt nimiũ abundans Mercurius à metallo calcinato ſeparetur, & expreſſio dicitur.

Si humidiorum à ſiccis ſeparatio fuerit (vt in tinctũræ fit ſpiritibus vel olei à craſſis ſeparatione) tunc fit ſeparatio, aut à gummi, aut ab aliis quibuſuis.

Si à gum-

Si à gummi, tunc ſolo ſedimento cum inclinatione facta leui effuſione Tinctura à craſſa materia in fundo ſeparatur, aliam vero non admittit. Tinctura namque gummi percolari aut filtrari non poteſt.

Si aliorum, tunc effuſione, colatione, expreſſione, aut filtratione aut vna harum duabus, vel omnibus pro rei neceſſitate perficitur. Si humidorum ſeparatio fuerit ab humidis, tunc ſunt vel eiuſdem naturæ & generis vel diuerſæ. Si eiuſdem naturæ fuerint, tunc ex humida natura vel arte reddũtur.

Si natura humida fuerint, vt ſyrupi, iulapia &c. tunc deſpumatio inſeruit cum ouo agitato prius in patina, cui ſuccedit etiam colatio leuis ſine expreſſione.

Si arte vero humida reddantur, vt ſunt gummi & pinguia, tunc inſeruit deſpumatio & colatio cum forti expreſſione.

Si Liquores fuerint diuerſi generis, vt oleum, aqua, tunc pro ſeparatione olei ab aqua vel ſpiritu inſeruit aliquãdo deſtillatio vel euaporatio: ſin minus laboris inſumere cupiant, tunc inſeruit ſubductio aquæ vel olei per inferius foramen infundibuli, & tunc vitrum ſeparationis vocatur, vel exhauſtio aquę cum vitro anguſti orificii, quod attractorium vocatur; & ſolum obſeruatur in oleis grauibus, quibus aqua innatat, vt oleum cinnamomi: Vel vltimo cum ab omni craſſitie purum, limpidum & tenue cupimus, tũc ſolemus linteo ſubtili filtrare oleum. Cæterum notandum nullam ex iſtis præter deſtillationem ſpiritibus ſeparandis conuenire, ſunt autem iſtæ omnes ſuperficialis ſeparationis formę, vt cribratio, ablutio, deterſio, expreſſio, effuſio, colatio, filtratio, deſpumatio, ſubductio, deſtillatio, exhauſtio: De quibuſdam conſtat ex præcedentibus, de reliquis vero ex ſequentibus. Huc tandem referri poſſunt purgationes metallorum, oleorum,

& congenitorum, quibus inseruiunt & frictiones, ablutiones & agitationes in aqua destillata aceto & similibus.

Separatio substantialis.

Separatio substantialis est operatio chymica non solum externas & apparentes impuritates tollens, tum abditas & dispersas per totum corpus separans; sed etiam homogeneas partes ab heterogeneis, vt spiritum à phlegmate, oleũ à spiritu & aquam ab vtroque, tum deniq; essentiam à terra salina segregãs. Estque duplex, quarum prima essentiam & purum illud, quod ab impuro separatum cupimus, à magmate vel à capite mortuo in vase relicto separat & educit, partesque eiusdem naturæ simul coniungit, ac in vnum corpus cogit & heterogeneas seiungit. Huius quinq; sunt operationes, destillatio, rectificatio, extractio, sublimatio & expressio, de quibus ex ordine paulo post.

Separatio, Libauio est, qua partes distractæ separãtur singulis existentibus in se quidem similaribus, ad mutuas tamẽ heterogeneis: veluti cum totum commistum est ex elementis duobus, si in hæc resoluitur denuo, separatio est vnoquoque in suo similari, ad alterum tamen naturæ alterius. Et fit separatio per abstractionem aut per abscessum.

Separatio per abstractionem.

Separatio per abstractionem est, cum aliquo instrumento partes diuersæ à se mutuo discussæ, altera ab altera abstrahũtur. Et fit hoc quoque dupliciter: Ablatione, & subductione: siue sint res liquidæ, siue siccæ.

Ablatio.

Ablatio est abstractio per partem superiorem. Perficitur variis modis. In siccis, quæ leuius adhærent, deterſio fieri potest per pedem leporinum, vel similia. Quædam penna, cultellis, spathis &c. auferimus, quædam detergemus affricto panno, vel scopis, illque setaceis, ferreis, ligneis &c. Validius coniuncta distrin[illegible]gimus, [illegible]demus variis instrumentis, vt radula, lima, forcipe, uncina, [illegible]alla decussu mallei in aduersam partem absiliunt, vt flos [illegible]io, &c. Famulatur hic nonnunquam ignitio, & exstinctio,

Digitized by Google

tinctio, item fusio & similes operæ. Est & cum Amalgamatio ablationi seruit, vt in venis auri puluerulentis, vel auro impuro, &c. Est cum res attrahentes: Vt magnes ferri scobem ex cumulo arenæ separat; succinū paleas; cinabaris argenti medullam, sulphur monetas disiungit. Ablatio in humidis non minus variat. Tollitur hic quod eminet modo per depletionē seu defusionē, inclinato modice vase: modo exhauritur liquor per spongias, vellera, pannos, lanam, &c. quæ postea exprimūtur in vas suum. Est & exhaustio per siphunculos, fistulas, antlia, & similia instrumenta, quibus vel totus lacus potest exiccari. Quod si terrea subsidentia sunt in liquore, facto defessu, per lacinias abstrahitur liquor purus, quam vocant destillationem per lacinias, vel per linguam bouis. Eius procuratio est, vt gradibus diuersis disponantur conchæ cum materia. In has immittuntur ab altera parte laciniæ madentes: altera discerpta plerumq; & acuminata, dependente in vas in gradu inferiore stante: Vnde si placet, iterum exhauriri per alias lacinias humor potest. Si recipiens est orificio angustiore, infundibulum imponitur. Quæ in summo natant, facile tolluntur perforato cochleari, si quidem hærere possunt, vel etiam integro, si liquida sunt vt olea: &c. Nonnunquam & pennis vtimur caulis resciſſis, vel inclinatione & similib. Affinis his est ablatio aquosarum partium ab oleosis per panem tostum, iuncos, medullam sambuci, chartam bibulam, &c. quæ oleum viscidum præsertim non admittunt. Hyeme oleum ab aqua tollitur cōmode congelatione procurata. Quibusdā additur oui album, quod scopis diuerberatum in humore alienitates assumit, & abstractum vna ducit. Seruit hic interdum diuaporatio, destillatio, sublimatio, & aliæ operationes congruæ.

Subductio est abstractio per inferna. Et est duplex, Filtratio & clepsydria: de filtratione superius egimus, videbimus clepsydriam. Clepsydria est subductio liquoris per vasis soli- *Clepsydria.*
di subtus perforati oculum. Ea res olim fiebat in horariis machinis. Vnde nomen transferre placuit, quanquam nō aqua tantum ita subducatur, sed & oleū & fusiones metallorū &c. Oculū autem nominat metallurgi tud in suo fornace foramen, per q̄ riuus subducitur. Vnde huc appos. vocabulū est, quan q̄ in eius locum ēt tubuli, epistomiola, crenæ, canales &c. veniant. Variat administratio vt & in aliis. Potissimum ubi liquidum totum est, ex diuersarum tamen naturarum partibus, vt cum *Subductio.*

cum vna pars eſt oleoſa,altera aquea: imponitur infundibulo,vel cucurbitulæ anguſti orificii,vt phiolæ,vel ſimili vaſi,cuius orificium vel exitus inferior ſit occluſus cera,id quod in infundibulo ante infuſionem fit, in reliquis poſt: & tunc interuertuntur locanturque in orificium. Ita finitur totum quieſcere, donec in diuerſas regiones ſeceſſerint diuerſæ partes. Poſtea oculo pertuſo emittitur ille liquor qui proxime incumbit: Oleum cum adeſt,vel obſtruitur oppoſito digito,vel ſi ſolidum integrumque eſt,vas ſtatim inuertitur, & poſtea alio vaſe excipitur: poteſt tamen hoc etiam fieri per celerem translationem ad receptaculum vicinum. Si nihilominus aliquid aquei remanſit cum oleo,aliis id modis abſtrahitur,vt diuaporatione &c. In metallurgia oculus in fornace per canalem ad catinum in ſuo furno penetrat. Itaque cum fuſæ materiæ plenus eſt, ſinitur totum vno decurſu exire in præfurnium, ibique ſeparatio fit per pyragras & alia inſtrumenta. Remanet autem id, quod nondum eſt fuſum. Foramini iſti in aliis nonnunquam iungitur epiſtomium, nec ſinitur decurrere continue liquor, ſed item cum eſt collectus; vt fit in lixiuiis, nitratiis, aluminariis & ſimilibus. Aliquando dolia vel labra ita concinnantur,vt in iis obſeruetur ſedimenti altitudo,qua hoc pertingit: ibi ad latus ponitur epiſtomium; cumque requieuit,emittitur liquor inſiſtens,tanquam per depletionem. Et hoc opus ambigit inter clepſydriã & depletionem; Id obſeruari conſueuit in muria, aquis ſolutionis nitri, vitrioli,aluminis &c. Tantum infunditur doliis, quantum videtur ſatis fore ad excipiendum interuallum à fundo ad epiſtomiũ per ſedimentum craſſum. Ea res procuratur & alia ſolertia,in oleo miſto aquæ, ſubduciturque non quod vicinum eſt exitu, ſed quod innatat. Metimur quandam diſtantiam à fundo inuerſi vaſis vt occupare poſſit aqua vſq; ad oleum,tantæ longitudinis eligimus culmum, vel calamum,aut alium canalem,& circa imum inuoluimus ceræ: poſtea inſerimus in vas ſecundum longitudinem, ceramque applicamus vndique,ne quid exeat. Occludimus & foramẽ culmi; deinde vitro inuerſo ſinimus quieſcere,dum ſecedat oleum ab aqua, quo facto per redapertum culmum decurrit oleum. Solent idem procurare per culmum geminum, quorum vnus aerem ſubuehit,alter ſurripit liquorem: Et cum nihil amplius pr[illegible]currere volumus,obſtruimus aeris ingreſſum,& ſiſtitur decurſus. Non nulli vitrea infundibula cum epiſtomiolis ſibi fieri curant &c. Eſt & cum imum foramen,cum cera,vel charta, vel coacta lana vel ſimilibus obſtruitur, poſtea-

Digitized by Google

posteaque dato foramine subducitur humor, qui oleum est, si id subsidet, veluti Caryophyllaceum, &c. aqua vero si innatat, &c. Hoc Paracelso est separare per tritorium, quod vulgo scribitur pro trajectorio.

Separatio per abscessum est, cum partes naturarum diuersarum è commistione abscedunt à se mutuo, & ad regiones distinctas feruntur, absistentes mutuo. Est duplex: Discessus & dilutio: Discessus fit cum penitus vnita caloris soluentis potissimum efficacia separantur, discedunt que. Hoc perficitur expiratione, & resolutione commistorum. Discessus per euaporationem est, cum pars in spiritum attenuata discedit. Et expiratio tunc nominatur principaliter, cum in aerem liberum eleuatur dimittiturque. Quando enim excipitur, destillatio vel sublimatio nuncupatur, quæ operationes, nonnunquam etiam pro expiratione famulantur. Est autem expiratio in humidis vapidisque: de quibus supra dictum. *Separatio per abscessū.*

Separatio per dilutionem est, cum terrea humore copioso diluta ita separantur, vt grauibus subsidentibus, leuia emineant, medium occupent media. *Separatio per dilutionem.*

Et quoniam eiusmodi lotio in lutosis terreisque, vel ad hanc consistentiam redactis per pulueration em, calcinationem, & alia, locum habet potissimum, veteribus διαπλυσία recte est dicta. Ministrat autem ei abstractio, depletio, nonnunquam & Filtratio, & similes functiones. Soluta enim turbataq; & ad sua spatia delata, mox sunt deplenda transfundendaque per filtrum setaceum, alioquin confunduntur denuo. Duplex autem modus potissimum huius separationis est, primus est, in quo grauia fundum petunt; secundus, in quo ad latus incussu pelluntur. In primo res (veluti terra Lemnia, crocus Martis abrasus, talcū calcinatum tritumque) si per se friabilis, inque aqua solubilis est, vt lutum exiccatum, statim in aqua soluitur diuerberaturque: alias in puluerē prius est comminuenda: Aqua autem in catino, vel patina, aut concha fundi seu plani, seu modice rotundi, continetur. Conturbatur agitando, donec materia cum aqua exacte sit permista. Postea facto sedimento grauium, iam iam minus turbida est aqua, infunditur in vas aliud, & si opus est, per colum traiicitur. Reliquo sedimento adiicitur aqua noua, iterumque turbatur & discutitur, depleturque vt prius, donec tenuissi-

Calcinatio Mercurii cũ Saturno. Calcinatio Mercurii cum Saturno talis est: Plumbum dissoluitur, postea funditur in foueam terrę, vel vas aliquod idoneum, & cum tam fluidum fuerit, vt impressionem rotundi lapilli capere & seruare possit, protinus formetur fouea, in quam dum calet immittitur Mercurius frigidus: post refrigerationem iterum Mercurius extrahatur, Saturnus vicissim fundatur, ac opus reiteretur, & vlterius progrediendo friabilis redditur, vt læuigationẽ cum sale admittat. Hoc vicissim suo fumo Mercurius plumbo præstat.

Ad calcinationem (inquit Doctiss. D. Sennertus) & ea pertinet, quã per fumum seu vaporem, seu fumigationem nominãt, quando nimirum per exhalationem seu vaporem rei corrodentis corpus aliquod corroditur, & in calcem redigitur. Tales autem sunt aquæ & liquores acuti vel mineralia, quæ suis halitibus alia corpora corrodendi vim habẽt. Inter quæ inprimis Saturnus, Mercurius, & sulphur, & quæ cum his participant. Exempli gratia, recipe aquam fortem, infunde in cucurbitam, in quam suspende laminas ferri, ne duorum digitorum altitudine aquam tangant. Claude vitrum, stent per 24. horas in arena calida, & inuenies crocum adhærere laminis, quem pede leporino vel penna separas, idque aliquoties repete. Eodem modo optime, ad sacharum quod nominant, & crystallos Saturni conficiendos, Saturnum laminatum atque in alembico inditum vapore ac halitu aceti, sale communi adiecto fortificati, calcinatur.

Calcinatio Martis per aquã fortẽ.

Calcinatio Saturni.

Fumigatio secundum Libanium. Fumigatio, inquit Libauius, est per fumum acrem corrodentemque calcinatio. Et fit diuerso modo. Metalla nobiliora afflatu plumbi fusi vel hydrargyri fragilia redduntur, & postea comminuuntur torrendo cum sale. Locantur autem plumbum & hydrargyrus in cucurbita, vel simili vase colli angustioris, lamina auri vel argenti imponitur orificio: subiecto igni ascendens halitus se insinuat, & fragilem reddit laminam: vni remotæ succedit alia, quoad satis. Alius modus est, cum lamellæ quadantenus pertusæ à filo suspenduntur intra ollam super aceto, vel similibus acrem halitum emittentibus: olla tecta locatur in cineribus calidis vel fimo, vt suspiret vapor continue, ita corroditur superficies paulatim: inde abraditur calx, & quod integrum est, denuo exponitur

nitur vapori, quoad totum est corrosum. Est & cum sine vase lamellas suspendimus super cumulos recrementorum vuarum expressarum seu gigartorum, dum in se succensi feruescunt. Par ratio est cum musti feruori traduntur: vel aeri acri aut etiam vapori decoctæ muriæ & similium.

Stratificatio & emplasticatio, veræ calcinationes dici non debent, siquidem sola & per se operationem nunquam absoluunt, sed sæpe in vsum assumuntur, vt eandem adiuuent & accelerent, vt quando S.S.S. salium vel aliorum similium partes lamillis vel etiam pulueribus metallorũ admiscentur, & pastæ forma emplastrantur. Tum materia ita præparata igni calcinationis semper imponitur. Corrodẽdo enim & corpus penetrans calcinationem accelerant, & quandoq; in vno eodemq; opere coniunguntur. Nihilominus quamuis veræ calcinationes non sunt, siquidem tamen apud quosdam ita capiuntur. Attamen emplastrationis etiam esse aliũ vsum præter calcinationis scito, vt nimirũ hac ratione artifices aurum argẽteis vasis obductum separarẽt, quod alias perderent. Apparatus talis est: vasa deaurata obducuntur aliquo emplastro corrodẽtium, ad tempus reponuntur, postea emplastrum aqua abluitur, quod vna secum aurum aufert, quod deinde ablutionibus multis, vt vel Mercurio viuo, qui auri voracissimus est, à salibus facile separatur. Propterea stratificatio nihil videtur differre à cementatione vt postea audiemus. Libauius talia refert.

Stratificatio.

Vsus emplastrationis.

Corrosio per pulueres seu stratificatio est calcinatio, & fit cum id quod corrodendum est, vicissim in vase aliquo sternitur cum pulueribus corrosiuis. Est autem id vel in lamellas ducendum frangendumq;, vel in particulas conuenientes comminuendum, veluti limaturam, &c. Fit stratum primo de sale corrosiuo, postea de illa materia, & sic quoad satis. Strata clausa locantur alicubi ad suum mensem, veluti in gigartorum cumulo, vel fimo, &c. Interdum limatura metallica aceto vrinaue prius irrigatur, postea sal admiscetur. Cum corrosio facta est, in aquam

Stratificatio est corrosio per pulueres.

dulcem præcipitamus totum, eluimuſque per modum dilutionis terrarum. Quod nondũ corroſum eſt, ſeparatur, & officinę redditur. Nonnunquam accedit tritio & læuigatio. Interdum & cæmentatio in reuerberio, laminis viciſſim cum puluere ſtratis in pyxide ſua, &c.

Stratificatio eſt corroſio per paſtã

Corroſio per paſtam fit, cum laminæ metallorum vel lapidum, &c. inducuntur pulticula coloritii, & veluti emplaſtrantur. Vnde opus hoc emplaſtratio poteſt appellari. Illita lamina reponitur alicubi, donec ſit corroſa. Oportet autem pulticulam eſſe ex ſeparabilibus, vt ſalibus, calcantho, aceto, vrina, horumq; cryſtallis, vt elui poſſint denuo à calce facta: vel ob volatilitatem per ſublimationem vel expirationem tolli vt ammonius, &c. Huic nonnunquam cementatio ſubſtituitur. Et ſi non tantum ſimul vna illitione corroſum eſt, repetitur, opera abtaſa calceptiore.

CAPVT XVI.

De amalgamatione & ſeparatione.

Amalgamatio.

AMalgamatio, ſecundum Libauium, eſt calcinatio metallorum familiarium per hydrargyrum.

Secũdum noſtrã Iatrochymiam: amalgamatio, operatio nobiliſſima, eſt calcinatio metallorũ propria, qua in calcem vel puluerem ſubtiliſſimum per hydrargyrum rediguntur.

Vſus amalgamationis quadruplex

Eius vſus in Alchymia multiplex eſt. 1. Ex Sole & Luna artifices per eam alienitates tollunt. 2. Inſeruit præcipitationi Solis cum Mercurio pro turpeto aureo & aliis, vti videre eſt in lib. 1. Baſilicæ Chymicæ. 3. Multos in Sole & Luna vſus habet, vt ferme in omni operatione occurrit in Saturno & Ioue (alia enim metalla non amalgamantur ob prorſus alienam à Mercurio naturam) pro oleo ex eis parando. 4. Aurifabris pro deauratione, ſine hac enim deaurare nequeunt.

Modus amalgamationis.

Forma procedendi talis eſt: primum Mercurius immittitur ardenti tigillo, cum incipit exhalare, additur argẽtum limatum, vel in folia ductum (quemadmodum peculiares habẽt operationes, in quibus reſeruatur Mercurius, ac cetam

tam vtriusque quantitatem obseruant, at pro sola calcinatione, in qua iterum separatur omnis Mercurius, nihil refert quantitatem respicere) agitatur bacillo ligneo (nunquã vero admouetur Mercurio metallum) donec optime incorporẽtur, tunc subito extinguitur amalgama proiiciendo in vas aqua pura plenum, in quo abluitur, vsq; dum deposuerit omnem nigredinem quam ex ligno vsto contraxerat. Tunc si nuda calx quæritur, abundantem Mercurium per corium separamus, globũ vero in corio relictum admouemus igni in tigillo continuo baculo ligneo agitando, donec totus Mercurius exhalauerit, tunc abluitur: sed tamen magna cura ignis est habenda, ne iterum fluat metallum, quod vt melius præcaueant, nonnulli solent adiicere parum salis, quod postea ablutione tollunt. Si vero subtilissimum puluerem cupiunt, tunc solent prius amalgama super marmore terere cum sale, post Mercurium euaporare, calcemq; abluere. Si vero præcipitatio quæratur, siue vt inseruiat turpeto aureo, tunc toties reiteretur amalgamatio cũ globo relicto & Mercurio recenti, donec instar butyri tota transierit p corium.

Quanquam enim, pergit Libauius, non semper eodem modo ad finem calcis contendamus, satisque est solutum ita metallum esse, vt dici possit, instar pultis seu malagmatis aurifabrorũ: tamen corrosio fit per eam in puluerẽ minutissimum, quem item calcẽ nominãt. Eius procuratio talis est. Metallum in bracteas tenues vel folia, aut scobem elimatam ductum, commiscetur cum duplo, vel octuplo plus minus argenti viui puri, vt fiat pulticula vndiq; sui similis, seu homogenea. Nonnunq; tamen non cõmiscentur frigida, sed metallum in calefactum argentum viuũ mergitur: & appellant istud aurifabri molere. Amalgama in catinũ triquetrũ fere ardentẽ, intus cera oblitũ immittit, agiturq; cũ bacillo ligneo donec fumũ exhalet, seu suspirare incipiat hydrargyrus. Postea effunditur in conchã frigidæ, & lauatur donec secedat nigrities. Hoc facto exiccatur ad cineres calidos, vt aquea humiditas abscedat. Traiicitur p corium vel pannũ densum, vt abundãs hydrargyrus separetur. Ita

Modus amalgamandi secũdum Libauium.

amalgama eſt quo vtuntur aurifices. Corpus porro ipſum quod manſit intra corium, quodq; adhuc aliquid argenti viui habet, reponitur in catinum, & prunis admouetur. Dumq; fumigare incipit (cauendum ſibi à fumo eſt) agitatur continuo & celeriter cum bacillo, vt expirante hydrargyro, puluis relinquatur ſubtiliſſimus. Igneus vero is debet eſſe, ne fundatur metallum, & denuo confluat. Quod ſi cauere volumus, ſalem pulticulæ ingerimus multum, vna conterendo. Ita hydrargyros euaneſcit, & ſal relictus prohibet confluxum. Poſtea ſal tollitur elutione: & puluis puriſſimus caute exiccatur. Porro iſta potiſſimũ obſeruant in auro & argento. In plumbo & ſtanno etiã facilior opera eſt, quę tñ potius alio calcinãtur modo, q̃ analgamatione. Quantia. habita ſit analgamatio eiuſmodi, ſatis declarãt artifices, dũ multũ boni in ea eſſe cõtendunt.

Separatio. Separatio eſt operatio, qua partes corporis ſoluti & corrupti diſtrahuntur & ſeparantur.

Separatio ſuperficialis. Eſtque duplex, ſubſtantialis & ſuperficialis: ſeparatio ſuperficialis eſt, quæ partes corporis integrantes ſolutas, & tamen à ſuo homogeno manentes diuidit & ſeparat tantum ab inuicem, ſine vlla interna aut ſubſtantiali penetratione.

Circa tria verſatur ſeparatio ſuperficialis. Circa tria verſatur, vel in ſeparatione ſiccorum, à ſiccis, vel humidiorum à humidis, vel humidorum à ſiccis.

Si ſiccorum à ſiccis fiat ſeparatio, tunc pulueriſationi & læuigationi inſeruit, cribratioq; dicitur, vel nonnunquã ablatio dicitur, cum adhuc ſubtiliorem ſeparationem requirimus, vt in præparatione ſuccini, margaritarum, corallorum apud pharmacopœos: vel fumigationi inſeruit, vt ſeparet leniter adhærentem calcem, vt in ſacharo Saturni: & deterſio dicitur, pede leporino vel plũma perficitur: vel vt tenacẽ adhærentem calcem auferat, & ablutio dicitur, vt in calce Veneris, vel amalgationi inſeruit, vt nimiũ abundans Mercurius à metallo calcinato ſeparetur, & expreſſio dicitur.

Si humidiorum à ſiccis ſeparatio fuerit (vt in tinctũræ fit ſpiritibus vel olei à craſſis ſeparatione) tunc fit ſeparatio, aut à gummi, aut ab aliis quibuſuis.

Si à gum-

Si à gummi, tunc ſolo ſedimento cum inclinatione facta leui effuſione Tinctura à craſſa materia in fundo ſeparatur, aliam vero non admittit. Tinctura namque gummi percolari aut filtrari non poteſt.

Si aliorum, tunc effuſione, colatione, expreſſione, aut filtratione aut vna harum duabus, vel omnibus pro rei neceſſitate perficitur. Si humidorum ſeparatio fuerit ab humidis, tunc ſunt vel eiuſdem naturæ & generis vel diuerſæ. Si eiuſdem naturæ fuerint, tunc ex humida natura vel arte reddūtur.

Si natura humida fuerint, vt ſyrupi, iulapia &c. tunc deſpumatio inſeruit cum ouo agitato prius in patina, cui ſuccedit etiam colatio leuis ſine expreſſione.

Si arte vero humida reddantur, vt ſunt gummi & pinguia, tunc inſeruit deſpumatio & colatio cum forti expreſſione.

Si Liquores fuerint diuerſi generis, vt oleum, aqua, tunc pro ſeparatione olei ab aqua vel ſpiritu inſeruit aliquādo deſtillatio vel euaporatio: ſin minus laboris inſumere cupiant, tunc inſeruit ſubductio aquæ vel olei per inferius foramen infundibuli, & tunc vitrum ſeparationis vocatur, vel exhauſtio aquę cum vitro anguſti orificii, quod attractorium vocatur; & ſolum obſeruatur in oleis grauibus, quibus aqua innatat, vt oleum cinnamomi: Vel vltimo cum ab omni craſſitie purum, limpidum & tenue cupimus, tūc ſolemus linteo ſubtili filtrare oleum. Cæterum notandum nullam ex iſtis præter deſtillationem ſpiritibus ſeparandis conuenire, ſunt autem iſtæ omnes ſuperficialis ſeparationis formę, vt cribratio, ablutio, deterſio, expreſſio, effuſio, colatio, filtratio, deſpumatio, ſubductio, deſtillatio, exhauſtio: De quibuſdam conſtat ex præcedentibus, de reliquis vero ex ſequentibus. Huc tandem referri poſſunt purgationes metallorum, oleorum,

& congenitorum, quibus inseruiunt & frictiones, ablutiones & agitationes in aqua destillata aceto & similibus.

Separatio substantialis.

Separatio substantialis est operatio chymica non solum externas & apparentes impuritates tollens, tum abditas & dispersas per totum corpus separans; sed etiam homogeneas partes ab heterogeneis, vt spiritum à phlegmate, oleũ à spiritu & aquam ab vtroque, tum deniq; essentiam à terra salina segregãs. Estque duplex, quarum prima essentiam & purum illud, quod ab impuro separatum cupimus, à magmate vel à capite mortuo in vase relicto separat & educit, partesque eiusdem naturæ simul coniungit, ac in vnum corpus cogit & heterogeneas seiungit. Huius quinq; sunt operationes, destillatio, rectificatio, extractio, sublimatio & expressio, de quibus ex ordine paulo post.

Separatio, Libauio est, qua partes distractæ separãtur singulis existentibus in se quidem similaribus, ad mutuas tamẽ heterogeneis: veluti cum totum commistum est ex elementis duobus, si in hæc resoluitur denuo, separatio est vnoquoque in suo similari, ad alterum tamen naturæ alterius. Et fit separatio per abstractionem aut per abscessum.

Separatio per abstractionem.

Separatio per abstractionem est, cum aliquo instrumento partes diuersæ à se mutuo discluſæ, altera ab altera abstrahũtur. Et fit hoc quoque dupliciter: Ablatione, & subductione: siue sint res liquidæ, siue siccæ.

Ablatio.

Ablatio est abstractio per partem superiorem. Perficitur variis modis. In siccis, quæ leuius adhærent, detersio fieri potest per pedem leporinum, vel similia. Quædam penna, cultellis, spathis &c. auferimus, quædam detergemus affricto panno, vel scopis, illque setaceis, ferreis, ligneis &c. Validius coniuncta distrahimus, abrumpimus variis instrumentis, vt radula, lima, forcipe, uncina, malleo, malla decussu mallei in aduersam partem absiliunt, vt flos cudendo, &c. Famulatur hic nonnunquam ignitio, & extinctio,

Digitized by Google

tinctio, item fusio & similes operæ. Est & cum Amalgamatio ablationi seruit, vt in venis auri puluerulentis, vel auro impuro, &c. Est cum res attrahentes: Vt magnes ferri scobem ex cumulo arenæ separat; succinũ paleas; cinabaris argenti medullam, sulphur monetas disiungit. Ablatio in humidis non minus variat. Tollitur hic quod eminet modo per depletionẽ seu defusionẽ, inclinato modice vase: modo exhauritur liquor per spongias, vellera, pannos, lanam, &c. quæ postea exprimũtur in vas suum. Est & exhaustio per siphunculos, fistulas, antlia, & similia instrumenta, quibus vel totus lacus potest exiccari. Quod si terrea subsidentia sunt in liquore, facto desessu, per lacinias abstrahitur liquor purus, quam vocant destillationem per lacinias, vel per linguam bouis. Eius procuratio est, vt gradibus diuersis disponantur conchæ cum materia. In has immittuntur ab altera parte laciniæ madentes: altera discerpta plerumq; & acuminata, dependente in vas in gradu inferiore stante: Vnde si placet, iterum exhauriri per alias lacinias humor potest. Si recipiens est orificio angustiore, infundibulum imponitur. Quæ in summo natant, facile tolluntur perforato cochleari, siquidem hærere possunt, vel etiam integro, si liquida sunt vt olea: &c. Nonnunquam & pennis vtimur caulis resciss is, vel inclinatione & simili b. Affinis his est ablatio aquosarum partium ab oleosis per panem tostum, iuncos, medullam sambuci, chartam bibulam, &c. quæ oleum viscidum præsertim non admittunt. Hyeme oleum ab aqua tollitur cõmode congelatione procurata. Quibusdã additur oui album, quod scopis diuerberatum in humore alienitates assumit, & abstractum vna ducit. Seruit hic interdum diuaporatio, destillatio, sublimatio, & aliæ operationes congruæ.

Subductio est abstractio per inferna. Et est duplex, Filtratio & clepsydria: de filtratione superius egimus, videbimus clepsydriam. Clepsydria est subductio liquoris per vasis solidi subtus perforati oculum. Ea res olim fiebat in horariis machinis. Vnde nomen transferre placuit, quanquam nõ aqua tantum ita subducatur, sed & oleũ & fusiones metallorũ &c. Oculũ autem nominãt metallurgi id in suo fornace foramen, per quod riuus subducitur. Vnde huc appositũ vocabulũ est, quanq; in eius locum ẽt tubuli, epistomiola, crenæ, canales &c. veniant. Variat administratio vt & in aliis. Potissimum ubi liquidum totum est, ex diuersarum tamen naturarum partibus, vt cum

Subductio.

Clepsydria.

posteaque dato foramine subducitur humor, qui oleum est, si id subsidet, veluti Caryophyllaceum, &c. aqua vero si innatat, &c. Hoc Paracelso est separare per tritorium, quod vulgo scribitur pro traiectorio.

Separatio per abscessum est, cum partes naturarum diuersarum è commistione abscedunt à se mutuo, & ad regiones distinctas feruntur, absistentes mutuo. Est duplex: Discessus & dilutio: Discessus fit cum penitus vnita caloris soluentis potissimum efficacia separantur, discedunt que. Hoc perficitur expiratione, & resolutione commistorum. Discessus per euaporationem est, cum pars in spiritum attenuata discedit. Et expiratio tunc nominatur principaliter, cum in aerem liberum eleuatur dimittiturque. Quando enim excipitur, destillatio vel sublimatio nuncupatur, quæ operationes, nonnunquam etiam pro expiratione famulantur. Est autem expiratio in humidis vapidisque: de quibus supra dictum. *Separatio per abscessū.*

Separatio per dilutionem est, cum terrea humore copioso diluta ita separantur, vt grauibus subsidentibus, leuia emineant, medium occupent media. *Separatio per dilutionem.*

Et quoniam eiusmodi lotio in lutosis terreisque, vel ad hanc consistentiam redactis per pulueration em, calcinationem, & alia, locum habet potissimum, veteribus λιοπλυσία recte est dicta. Ministrat autem ei abstractio, depletio, nonnunquam & Filtratio, & similes functiones. Soluta enim turbataq; & ad sua spatia delata, mox sunt deplenda transfundendaque per filtrum setaceum, alioquin confunduntur denuo. Duplex autem modus potissimum huius separationis est, primus est, in quo grauia fundum petunt; secundus, in quo ad latus incussu pelluntur. In primo res (veluti terra Lemnia, crocus Martis abrasus, talcū calcinatum tritumque) si per se friabilis, inque aqua solubilis est, vt lutum exiccatum, statim in aqua soluitur diuerberaturque: alias in pulueré prius est comminuenda. Aqua autem in catino, vel patina, aut concha fundi seu plani, seu modice rotundi, continetur. Conturbatur agitando, donec materia cum aqua exacte sit permista. Postea facto sedimento grauium, iam iam minus turbida est aqua, infunditur in vas aliud, & si opus est, per colum traiicitur. Reliquo sedimento adiicitur aqua noua, iterumque turbatur & discutitur, depleturque vt prius, donec tenuissimam

mam ſubtiliſſimamque ſubſtantiam ab arenis ſeiunxerimus. In aliquib. ſedimẽtum reſiccatur, comminuiturque amplius: & poſtea denuo eluitur. Sed id fit tunc potiſſimum, cum fere tota ſubſtantia pura eſt, cumq; plus innatantia tollere volumus quam ſubſidentia: cum item abutimur dilutione ad exactam comminutionem leuigationemq;. Quod depletum eſt, ſi quid innatat ſordium, ab his repurgatur per abſtractionem, facto tamen prius ſedimento per quietem. Quod ſi aliquid craſſius vna effuſum eſt, repetitur dilutio, donec puram omnino medullam ſeparando effecerimus.

Separatio per dilatationem.

Separatio per dilatationẽ ad latus, perficitur per lintrem humili margine oblongum, & altera parte in acutum tendẽtem, qui manibus verſari, & hinc inde agitari poſſit, alteraq; parte latiore impelli. In hunc cum mediocri aqua imponitur rei eluendæ puluis, permiſcetur, & impulſu manus aqua ſecedens ſecum abripit leuia relictis grauibus. Mutanda autem aqua eſt, donec ſatis pura ſit res elota. Vſus huius ſeparationis maxime eſt in venis metallicis explorandis: Germanis eſt ſichern / & linter, ſichertrog / vena eluta, ſchlich) vbi maior copia eſt, per canales trita vena diſponitur, immiſſaque aqua, leuia abripiuntur in latus, reſiſtentibus grauibus. Aut etiam poſito plane decliui, quod eſt vel ceſpes, vel vellus, vel pannus, vel aſſeres &c. Lutum metallicum miſcitur, immiſſoq; deſuper aquæ riuo, item leuia abſtrahũtur ſubſiſtente graui vena, quæ poſtea in cupas certas decutitur. Fit itaq; hic contra ac in priore modo, quandoquidem ſeruatur hic graue ſedimentum, ibi quod in medio natat: Tantum de ſeparatione.

CAPVT XVII.

De deſtillatione & rectificatione.

Deſtillatio.

DEſtillatio eſt operatio, qua quod in corpore eſt humoris totum illud vaporis ſpecie ab eo ſeparatur, qui poſtea à frigido ambiente congelatus in liquorem ab excipiẽte recipitur. Quare tantum humida corpora (quæ talia natura ſunt ſiue actu, ſiue potentia vel per artem talia redduntur) deſtillari

lari poſſunt. Huius operationis tantus eſt vſus, vt omnibus aliis operationibus inſeruiat, vel menſtrua præparando & eadem iterum ab eſſentiis ſeparando, nec non eſſentiarum extrahendarum gratia inprimis inuenta eſſe videtur. Eſſentiæ vero vt exaltẽtur, & ſubtiliores ac ad penetrationem promptiores reddantur, debent deſtillari. Deſtillatio, inquit Paracelſus, eſt quintus gradus ad tranſmutationem omnium rerũ naturalium. Sub autem intelliguntur aſcenſio, lauatio, & fixatio. Per deſtillationem omnes aquæ, liquores & olea ſubtiliantur, ex omnibus pinguibus oleum extrahitur, ex omnib. liquoribus aqua, & ex omnibus phlegmaticis rebus oleum & aqua ſeparatur. Præterea multæ res in deſtillatione fixantur per cohobitionem, & præſertim ſi res fixandæ aquam in ſe contineant, vt vitriolum. Quod ſi fixetur, colcotar vocatur. Alumen ſi propria fixetur aqua, vocatur alumen zucchari, quod & in liquorem reſoluitur, quod ſi putrefiat per menſem, aquam parit dulcedine ſaccari, quæ quidem magnæ virtutis eſt, & præſtans Arcanum in Medicina ad reſtinguendum ignem microcoſmicum in hominibus metallariis, ſicut in libris de morbis metallicis latius deſcribimus. Et ſicut audiuiſtis de vitriolo & alumine, ita etiam ſalnitrum: Et alia aquoſa mineralia fixari poſſunt per cohobitionem: de cohobitione ſupra audiuiſtis. Deſtillatio, inquiunt Galenici, eſt humoris aquei vel oleoſi ex re quapiam vi caloris eductio.

Quercetanus ſic definit. Deſtillatio eſt liquoris aquei ſeu partis humidioris in halitus à calore extenuatio atq; eleuatio, & ob frigiditatem aeris in aquam conuerſio. Vel eſt puræ & liquidę ſubſtantiæ à diſpoſitis adhæc corporibus extractio per calorem.

Deſtillatio, inquit D. Doctor Sennertus, Græcis καταγμὸς & καλαγμὸς, inter operationes Chymicas fere frequentiſſima & maxime neceſſaria, ac pharmacopœo inprimis vtilis eſt. Etſi vero nomine deſtillationis alii aliter vtantur, atq; nõnulli deſtillationis vocabulo totam artẽ Chymicã intelligãt,

& Chymicum nomine deſtillatoris indigitent; nonnunquã etiam per filtrum, ſpongiam, chartam bibulam deſtillatio fieri dicatur: hic tamen magis proprie deſtillationis nomen ſumimus. Nonnulli, veluti Arabes, ſublimationem vocant; ſed minus proprie: Cum Chymicis ſublimatio ſit quidem deſtillationi cognita, ſed tamen ab ea diuerſa, vt poſtea dicetur.

Deſtillationem autẽ alii aliter definiunt. Albertus de Alchim. eam hoc modo definit. Deſtillatio eſt vaporum aquoſorum in ſuo vaſe eleuatio. Langius lib. 1. Epiſt. 13. Deſtillationem definit humoris per calorem in vaporem reſoluti, ac frigore rurſus inſpiſſati eliquationem. Ioann. Baptiſta Porta deſtillationem eſſe dicit humidarum partium, vi caloris in vaporem reſolutionem, quæ à frigore & conſtipatione occurſantibus in liquorem vertuntur. D. Sennerto hanc placet proponere: Deſtillatio eſt halituum è re exhalabili per calorem eleuatorum obiectu vaſis receptaculique denſi & frigidioris in liquorem collectio. Deſtillari enim poſſunt omnia, quæ caloris vi in halitum & vapores conuerti poſſunt. Nam halitus illi à vaſe obiecto retenti ſenſim in guttas colliguntur, & hinc in liquorem confluunt. Libauius hanc definitionem proponit. Deſtillatio eſt prolectatio, qua eſſentia extrahitur forma liquoris, & coagulata defertur per ſtillicidium, translata à vaſe materiæ in excipulum deorſum locatũ. Quod itaq; deſtillandum eſt, reſolubile in conſiſtentiã humidam eſſe neceſſe eſt, aut cum humore eſſe, ſiue is connatus ſit, ſiue foris adiectus: ſunt autem talia maxime vaporoſa, & quæ ſpiritus oleoſos habent. Vnde ſi deſtillanda per naturam non ſunt talia, per artem eo ſunt deducenda. Et eſt inuenta deſtillatio eſſentiæ extrahendæ gratia principaliter, quanquam & famuletur abſtractionibus, depurationib. & ſimilibus. Cum item non ſatis pura prodit ſeparataq; eſſentia, repetitur illa ſæpius, ſed cum diſtincto regimine: & vocatur ea res rectificatio per deſtillationem, de qua in ſequentibus.

Eadem

Eadem poteſt & ſublimationis officio fungi, ſi alias ſublimabile cum humore eleuante tollatur, à quo poſtea ſecernitur denuo. Cauſæ externæ, quibus artificium promouetur, eſt principaliter calor attenuans, inde frigus coagulans. Sed ex accidente deſtillatio à frigore procuratur loco caloris externi. Sunt enim quædam, quæ externo frigore glaciei, &c. adhibito, in ſe incaleſcunt & eleuantur. Fit ſtillicidium etiam in circulatione, ſed differt extractione & vaſorum diſpoſitione. Materia debet comminui prius, antequam imponatur ad deſtillandum, ita tamen, vt cuiuſque deſtillationis modus requirit. Nec eſt excedendus iuſtus modus, aut vas nimis implendum. Ita quædam ſola imponitur, quædam cum additamentis, quæ deſtillationem faciliorem faciunt, aut laudabiliorem. Nonnulla ſingulariter præparantur digeſtionibus, macerationibus, circulatione, putrefactione & ſimilibus. Res flatulentæ magnis vaſis ſunt deſtillandæ. Variæ quidem ſunt deſtillandi formæ, ita vt vix omnes præceptis poſſint comprehendi: hactenus Libanius.

Cum autem rerum harum magna ſit diuerſitas, aliaque in halitus & vapores ac ſpiritus facile conuerti poſſint, ex aliis non niſi maiore ignis vi halitus eliciantur, atq; halitus illi caloris beneficio vel eleuati, vel facile in ſublime ferãtur & ſurſum tendant, vel ob grauitatem deorſum ferantur, vel medio modo ſeſe habeant, & in ſublime quidem nonnihil eleuentur, ſed tamen in locum nimis altum non aſcendant: Varia hinc ortum habet deſtillandi ratio, varietate fornacum mediorumque differens: per aliam fornacem & vaſorum conſtitutionem vapores in altum eleuantur: per alia ad latus aguntur: per alia ad fundum deprimuntur. Ignis patens dat maiorem calorem, minorem arena, adhuc minorem cineres, adhuc minorem aqua. De quo Geber lib. 1. ſum. perfect. par. 4. cap. 50. Cum cineribus deſtillatio maiore perficitur igne: quæ autem cum aqua, manſueto igne & æqua. Subtilior ergo fit ſeparatio per eam quæ aqua perficitur, quam quæ cineribus elicitur. Veruntamen hæ differentiæ omnes ad tria genera non incommode redigi poſ-

sunt, & triplex constituitur destillatio, per ascensum, ad latus, & per descensum.

Destillatio per ascensum.

Destillatio per ascensum est, cum humor vrgente calore inferiore ascēdere ex corpore cogitur specie aeria in alembicum, vbi congelatur perque rostrum destillat, alias plerumque dicitur destillatio per balneum Mariç, per cineres, per arenam: quo referuntur etiam destillatio per campanam, qua oleum sulphuris præparatur, & destillatio per patinam, quæ vna cum floribus odoriferis (quibus præcipue inseruit) super fornacem cum lentissimo igne collocatur & supponitur alia patina per quandam inclinationem cùm interposito linteo, quod recipiens vapores ascendentes per linteum in oleum suppositum guttatim demittit.

Per ascensum nominatur destillatio, (inquit D. D. Sennertus) quando halitus & vapores in altum ascendentes ab alembico seu capitello cucurbitæ, vesicæq; seu vasis, quod materiam destillandam continet, impositò excipitur, atque in eo in liquorem, qui guttatim per rostrum vel nasum (ita enim appellant canalem ab alembico in vas recipiens tendentem) in recipiens destillat, atq; in eo colligitur: Libauius hanc destillationem sic definit.

Destillatio per ascensum est, cum antequam destillet extractum, sublimatur specie aerea. Debetque ea esse continua ab initio ad finem, cum opere interrupto vix ascendat, id quod reliquum est. In vasis peragitur variis, pro artificis industria, scopo ac natura rerū. Vas materiç ita locatum sit, vt subtus administretur calor, sitq; via spiritibus sursum: vnde iterū in decliuia, facta plurimū coagulatione in humorem, ferantur, excipiaturq; liquor conceptaculo suo. Et hoc interdum per breue spatium fit, & vnicum excipulum: Interdum per longos gyros, qui serpentinis dictis absoluitur: vbi consultum est, vt quoties serpentinæ ab alto decurrunt (non autem nimis extolli debent ab initio vasis, ne delabatur coagulatum) redituræ sursum, toties sit receptaculum, à quo continuo ductum iterum ascendant gyri, donec perue-

niant

niant ad vltimum excipulum. Et hic diſtinctis locis etiam ſua ſunt refrigeria, quibus aquâ frigidam continentibus ſpiritus tenuiores, feruidioreſq; coagulent citius, nonnunq; tamen ſine anfractu lapſuq; multiplici ſtatim à principio decurrunt anguinæ per dolium refrigerans in excipulum. Sublimatoria deſtillatio dupliciter fit: per alembicum & per inclinationem. Quæ per alembicum, rectam habent cucurbitam vel veſicam, cui imponitur alembicus roſtratus, iſq; vel ſimplex vel multiplex, cum totidem roſtris ad diuerſos liquores vna opera excipiendos. Eſt & roſtrum vnum vel plura in vno alembico, ſi ſerpentinæ anfractuoſæ applicandæ ſunt, plerumq; pro roſtro fiſtula è vertice aſſurgit, & committitur ſerpentinis. Nonnunquam alembico accommodatur vas refrigeratorium, in quo quia aqua facile incaleſcit ſæpe eſt mutanda. Si res tenuis eſt, collum cucurbitæ debet eſſe exilius & prolixius: alias ſi craſſa, capacius. Ita ſi ſæpius res eximenda, & alia reponenda, matula vtimur. Quæ facile ebulliunt, vel ad ſummum exundant, minore imponuntur quantitate, & cum additamentis, veluti arena, ſale, & ſimilibus. Nonnunquam & ſpongiæ, ſuber, pergamena, interponitur inter alembicum & materiam cucurbitæ, quod ita penetret ſpiritus ſubtiliſſimus, & prohibeatur aſcenſus materiæ. Sed & tunc calor moderandus eſt, & nonnunquam ſpumæ per cochlear diſſipandæ retecto vaſe: quanquam in talibus etiam non ſolet claudi, antequam diſpulſæ ſint bullæ. Interdum res non in cucurbita tantum ponitur, ſed & in alembico, ita tamen vt vel in limbo diſponatur, vel interuentu ligneæ craticulæ detineatur in alto, vt ſit tranſitus ſpiritibus. Euadunt tunc deſtillata validiora, & non raro etiam ita aromatizantur. Eſt & cum liquida res in imo ponitur, ſicca in alembico, vt vapor permeans vim trahat: id quod tunc fit potiſſimum, cum prius deſtillatum volumus roborare. Opere deſtillatorio etiam iunguntur ſpiritus ſicci humidis, & forma olei cum aqua prodeunt, per alembicum. Tunc in ſummo cucurbitæ collo calix cum aqua diſponitur: in fundo collocatur res halabilis. Dato igni itaque ſuſpirantes hàlitus vaporibus copulantur, & vna coagulati deſcendunt. Quod ſi metus eſt, ne aqua calicis ante finem operæ deficiat, per ſummum foramen in vertice alembici calida ſufficitur demiſſo infundibulo. Cæterum à fornacibus & catinis aliiſque nonnunquam hæc deſtillatio nomina accipit varia. Dicitur deſtillatio per balneum Mariæ, vel maris, cum ſit in fornace cum

Deſtillatio per balneũ Mariæ.

cum aheno balnei, cuius calor plerumque est primi gradus: Et eiusmodi destillatio congruit rebus leuioris compagis, vt herbis & similibus, quæ præmacerata oportet in suo, vel proportionali succo, & minutim concisa. Destillantur ita & succi, fitque separatio tenuium spirituum à crassioribus partibus.

Destillatio per balneū roris. Destillatio per balneum roris est, cum non aqua vas continens tangit, sed eius duntaxat vapor, quo pacto flores potissimum destillantur. Sed cauendum est, ne nimis leni calore vtamur, & non tam essentiam, quam phlegma inutile eleuemus.

Destillatio per cineres. Destillatio per cineres vel arenam est, cum fit in catinis cinereis vel arenatiis, qui conueniunt rebus consistentiæ firmioris, cum ignem præbent fortiorem.

Destillatio per B. siccū. Destillationem per balneum siccum, seu stufam siccam nuncupant, cum sine catino res imponuntur vesicæ amplæ ex cupro stannato, cuius operculum est alembicus instar campanæ turritæ è stanno, vel etiam vitreus rotundus rostratus. Fit in furno aceſiæ cum minore molestia: alias etiam in simplici destillatorio: quanquam plebs eius compendium faciat per figulinam compagem coniuncto foco & ergastulo, cui imponitur pileus coniformis cum rostro.

Destillatio per vesicam Per vesicam autem non tantum destillantur tenuia, sed & firmiora, præmacerata tamen in suo menstruo.

Destillatio per cacabos. Destillatio per cacabos est, cum fit in fornace cacabaria, & sic de aliis. Interdum destillationes plures ascensoriæ concurrunt, veluti cum eodem opere per balneum maris & roris destillamus, eodem per balneum & arenam, siquidem duo catini diuersas res continentes sibi inserunt mutuo: vel in eodem catino aqua est & arena simul, & tunc etiam calor augetur. Sunt & vicariæ huius destillationis ascensoriæ. Nam cum pro fornace solis calore vtimur, destillatio ad

Balneum maris & roris.

Destillatio ad solem.

solem

ſolem fieri dicitur, vbi attendendum eſt, vt calor vas materiæ verberet eo gradu, qui requiritur, non autem tangat receptaculum. Vocatur deſtillatio per parabolam, cum ſpeculo collecti radii repercutiuntur ad conceptaculum: vel deſtillatio per cryſtallos, cum à globis cryſtallinis radii iidem ad vas diriguntur. *Deſtillatio per parabolam.* *Deſtil. per cryſtallos.*

Eſt & deſtillatio per patinam, quæ ſuper fornace fit, vel ad ſolem. Si ad ſolem, res conciſæ humectæque in patina vel concha collocantur, & ſurſum alia patina diſponitur, quæ vapores ſuſcipit, & coagulatos per quandam inclinationem demittit in ollam vel aliud vas commode applicatum. Si ſuper fornace aut foco, perinde fit ac in balneo, vel ſtufa ſicca. Nam vas continens in aqua locatur, vt inde vapores aſſurgant in imminentem patinam vel campanam, vel immediate igni admouetur, idemque peragitur. Nonnunquam coniungitur deſtillatio per patinam & balneum ſeu maris, ſeu roris: (niſi duplex balneum fieri velis, humidum & ſiccum) operculum enim balnei ita informatur, vt ſit inſtar patinæ, à qua procedit roſtrum. Si itaque res immerguntur aquæ aheni, & poſtea cucurbita cum alia materia imponatur, duplex vno opere peragitur deſtillatio. Eſt & cum vaſa deſtillatoria fimo, doliis aquæ calidæ, vel labris, &c. inſeruntur, & ſic multiplicibus alembicis ſimul deſtillare poſſumus. Quædam ollæ incluſa infodiuntur terræ. Collum prominens munitur alembico, datoque igni circulatorio per gyrum deſtillatio aſcenſoria, in qua tamen interpoſito quodam cauendum eſt, ne alembicum feriat ſpiritus ignis. Ita deſtillari poſſunt ſpirituoſa & tenacia, quæ facile exundant. Sed & opus tunc eſt canalibus ſerpentinis & refrigeriis. *Deſtillatio per patinã & balneũ.*

Deſtillatio per latus eſt, cum vaſe in latus inclinato deſtillatio perficitur, cumq; illud vas plerumq; retorta ſit, deſtillatio per retortam vocatur. Hæc præcipue vſum habet *Deſtillatio ad latus vel per retortam.*

in mineralibus, nonnunquam etiam in vegetabilibus quibuſdam, vt in lachrymis arborum & gummi & eiuſmodi, quæ quia grauia ſunt, ægre aſcendunt: Hæc deſtillatio tam humido quam ſicco calore perficitur. Hæc Iatrochymia noſtra.

Doctiſſimus Dominus D. Sennertus ait: Aliud genus deſtillationis ad latus vel per inclinationem vocant, quod ſcilicet halitus & ſpiritus non ſurſum recta in alembicum aſcendunt, ſed per latus atq; oblique in recipiens tendunt. Vas per quod hæc deſtillatio peragitur, ſeu vitreum ſeu terreum ſit, retortam vulgo ſeu cucurbitam incuruam, alii Bociam cõtra Bociam nominant. Nonnulli loco retortæ vtuntur etiã cucurbita recta, verum illã oblique in fornace ſtatuunt, vt alembicus deorſum inclinet. Habet hoc deſtillationis genus locum præcipue in iis, quæ ægre in altum attolluntur. Ponitur autem retorta plerumque in ignem patentem, interdum in cineres, ſæpius in arenam: vnde fere ſecundo, tertio, aut quarto caloris gradui hæc deſtillatio apta eſt: Aliquando etiam in balneo roris retortam locant, de qua deſtillatione vide Baptiſt. Portam lib. 10. Mag. Nat. cap. 9. Audiamus & Libauium de hac deſtillationis methodo.

Deſtillatio per inclinationem.

Deſtillatio, inquit, per inclinationem eſt, quæ fit vaſe continente materiã in latus inclinato, roſtro deorſum vergente. Illud vas cum plerumque ſit retorta, etiam deſtillatio per retortam opus nominatur. Nonnunquam & deſtillatio per deſcenſum dicitur, quod parua ſit eleuatio, indeq; mox deorſum reflexio, vel quod ſpiritus mox deorſum reuocentur, & ſine alembico in curuatura coagulantes deſcendant. Inuenta propter ea eſt, quæ firmæ ſunt compagis, & ſpiritus grauiores difficulter in altum ſcandentes reddunt. Poſtea vero accommodata etiam tenuioribus eſt. Diſpoſitio variat. Retorta ſiue alembico proboſcide vltima iungitur inferius locato receptaculo, idque vel immediate, & tunc ſimpliciter deorſum ſpectat cornu, vel per ſerpentinas: & tunc reuocatur extremitas roſtri ſurſum, vt in altum elatis canalibus recte reſpondeat, ipſeque venter retortæ in ſuperiore parte fornacis decumbit ſepultus in catino cinereo vel arenario. Hoc tunc potiſſimum fit, cum oleoſa tenuia deſtillantur. Ibi vero in medio

Digitized by Google

medio fornacis reuerberatoriæ venter ponitur, ita vt à latere promittat collum per rimam, quæ obturanda est exerto eo. Et hoc modo firma mineralia destillantur sine catino, retorta tamen crasso luto, eoque duplici vel triplici nonnunquam obducta & probe resiccata. Quod si catino cinereo vel arenario libet vti, quod fieri potest in minus solidis, etiam hoc locum habet: nonnunquam tamen saltem pasta cineria pro catino & luto est, tuncque minor datur ignis. Cum destillantur ea, quæ spiritus acres fundunt, in receptaculo fontana ad tertias plena esse debet, quam postea rectificando auferre denuo possis, si placet (non enim semper id fit) Interdum idem mergitur in vase aquæ frigidæ ad partem tertiam, vel quarti digiti altitudinem, & desuper admouentur lintea madida, vt spiritus eo citius coagulentur. Ignis datur per gradus, vt primus plerumque duas horas duret, reliqui pro rei modo. Est & rectificatio per retortam, sed igni leni. Si res imposita facile eleuatur spiritibus crassis, quales sunt in sublimatione, adiicimus salem vel farinam silicum, aut laterum, vel quod potius est, fragmenta horum instar seminis canabini. Cum retortæ locantur in aheno balnei, etiã imbecillia possunt p inclinationẽ destillari. Sed & tunc coniungi potest destillatio per alembicum è medio aheni assurgente cucurbita, & per inclinationem ad marginem dispositis tribus vel quatuor retortis, pro capacitate aheni, quarum colla per plicas prodeant. Affinis destillationi inclinatoriæ est destillatio per lacinias, quam separationibus accensuimus, cum per eam tum abstractio aquositatum à pulueribus elotis fiat, tum separatio succorum, in quibus à fecibus & parte crassa subtilior segregatur. Nominatur autem destillatio, cum fiat per stillicidium.

Destillatio per descensum est, quando vi ignis suppositi humor cogitur descendere. Potissimum vsurpatur in iis, quæ calor ascensorius corrumperet, & quorum fortis spiritus nimio calore in ascensu dissiparetur: Hunc modum Libauius sic describit. *Destillatio per descensum.*

Destillatio per descensum est, cum absque eleuatione prolectatus humor deorsum destillat. Itaque & sic est apparatus eius, vt non detur sursum ascendendi via, sed seu resolutus & colliquefactus potentialis humor, seu prolectatus, aut etiã vaporis quidem

forma productus, at dum deorsum reuocatur coagulatus, per inferna prodit more stillicidii. Potissimũ vsurpatur in his quæ calor ascensorius corrumperet, aut quæ fortibus spiritibus dissiparentur prius, quã consistere possent. Vnde metallicis statim à liquatione subducendis, &c. & alias imbecillibus, quibus seruatas vires cupimus, congruit.

Ea est duplex: Descensio & desudatio. Descensio est, cum eliquatus è re succus essentialis per suffurnium subducitur & descendit. Er huius modi sunt duo: Vnus per fusionem, alter per deliquium. (Est & tertius modus per diuaporationem, cum scilicet venæ sulphuroſæ aut bituminoſæ in perforatam laminam ferream stratæ, & supra incensis lignis vruntur, quo facto spiritus in siccum solum delatus concrescit instar pompholygis. Sed artifices eius loco vtuntur sublimatione.) Ille vsitatus est in fusilibus mineralium, potissimum vero metallorum venis, postea etiam in adipibus, resinis, & similibus: Et à Gebro tunc maxime vocatur descensio, cum calces metallorum fusione reducuntur, conueniens excoctioni metallorum per canales, vel super ligno, (ita enim appellant) in qua è furno prodit canalis obliquus, & tendit sub furnum in peculiarem catinum: nec expectatur fusio totius, sed vt primum quid fluxit, mota materia per lignum incuruum, (vnde alterum operi nomen) descenditur in suffurnium, ne ab igni iacturam patiatur. Ita eliquari & arborum ramenta possunt, aliaque pinguia, quæ tamen etiam in cortinis, lebetibus, ahenis, &c. elaborantur. Loco liquoris descendit nonnunqum vapor vnctuosus deorsum compulsus, qui excipiendus est aqua lebetibus contenta, vbi coagulat. Solet autem plerumque tunc ferrea lamina perforata pro fundo vasis esse. Famulatur eiusmodi descensio cum cõmistionibus metallicis exactis, quibus tum metalla noua artificiosa producuntur, tum in se transmutantur extrinsecus, tum etiam gemmæ conficiuntur nonnullæ.

Descensio per deliquiũ

Descensio per deliquium est, cũ impuræ calces, sales, vel similia liquabilia, seu per se, seu in sacculo, similiue cõceptaculo inclinatæ crenatęq; tabellę imponũtur, vt in aere vapido tabescentes purum succum emittant. Apud veteres & hæc operatio sudoris nomine explicata est: Sed nunc destillatio per tabulam vocatur. Perficitur etiam per ouorum acetabula suspensa,

Destillatio per tabulã.

Digitized by Google

ſpenſa, vel ſuper bacillis diſpoſita, dato foramine ſubterlabendi, aut in rimam recompoſita illa collocantur. Solent bacillos ſuper ſartagine exceptura liquorem collocare, & per fiſcellam in puteum demittere, vt peragatur deſtillatio prope aquam. Nonnunquam calces ſacculo incluſæ coquuntur in aqua, vt diffluat, quod ſolubile eſt. Aqua coagulatur. Coagulum tritum cucurbitæ iniicitur, quæ inuerſa ponitur ſuper infundibulo, quod intus filtro charraceo ſit ſtratum, & locatum ſuper recipiente. Ita in aere vapido paulatim deſcenditur, quod purum eſt. Cæterum hæc operatio vicina valde eſt ſolutioni per deliquium, & coagulationi. Itaque & illa ſemper concurrit, hæc nonnunquam. Diſtat tamen deliquiũ ſimplex à deſtillatione per formam propriam, quod hic extractio eſſentialis partis fit ab impuritatibus, ſoluta eſſentia deſtillante, manentibus vero illis, quæ ſunt inſolubilia; ibi vero intelligitur ſolutio per diffluxum duntaxat, ſiue fiat ſegregatio vna, ſiue non. Abutimur etiam hac deſtillatione contra ſcopum, cum relicta eſſentia, deſtillamus per deſcenſionem aquoſitatem proiectilem.

Tranſudatio eſt, cum in deſtillatione deſcenſoria eſſentia prolectata tranſudat, guttatim q; in receptaculum defertur, calore ſupra admoto.

Focus enim ſupra eſt circa Ergaſtulum; vnde & igne circulari agi dicitur. Furno fit deſcenſorio, Balneo deſcenſorio, arena deſcenſoria & ſimili arte. Modis fit pluribus, ex quibus primus ſic ſe habet: Res vegetalis & animalis, non admodum firmæ compagis, tuſa & craſſiuſcule conciſa, iniicitur phiolæ ſphæricæ colli anguſti aliquantum prominẽtis. Debet illa eſſe ex vitro duplo, vel argilla tenaci, aut luto armata. Et cum inuerſa, ventre ſurſum ſpectante, orificio deorſum ſit locanda, ne excidat materia, conglomerata ferrea filamenta intruduntur, vel ſi latius paulo eſt orificium etiam opponitur craticula vel lamina foraminulenta, quæ diligenter affigatur. Sit autem illa in medio concaua inſtar lancis, & cõprehendat vtriusque vaſis colla exacte. Fabricetur fornax cum camera in imo, in quo poſſit ſine impedimento intrare receptaculum. Huic incumbat pauimentum in medio tantum peruium foramine, vt tranſmitti poſſit canalis tubæ inuerſæ, in quem inſeratur collum phiolæ. Muniatur poſtea pauimẽtum iſtud pariete ex omni latere, ita tamen, vt anterior ſit humilior, quo ſit aditus ad ventrem vaſis, & ignem. Iam demit-

tatur collum phiolæ, ſique explet tubam, ſatis eſt, ſi non, luto infarciantur inanitates. Promineat autem collum infra pauimentum, vt poſſit excipulus adaptari, & pro libitu remoueri. Itaque & lapidi mobili debet imponi receptaculum cum committitur collo phiolæ, quo ſubducto queat extrahi, & mutari. Inde omnibus ſiccis, ignis accenditur circularis, primum eminus, poſtea cominus, donec ſufficiens & peracta ſit deſtillatio. Plerumq; prius exit aqua, poſt ſequitur oleoſus liquor, quæ permutatis receptaculis ſunt excipienda. Pro fornace illa cõficitur etiam ſcamnum cum ærea concha, vel ferrea lamella reclinata à margine inſtar diſci patinarii, vel cum patina terrea. Per medium demittitur canalis ad caua loca ſub ſcamno, vbi eſt receptaculum. Omnibus rite iunctis, ignis circa has circularis accenditur, vt ante. Pro hoc igni etiam feruor vel calor ſolis miniſtrare poteſt. Sed tunc opponendæ ſunt valuæ, ne radii receptaculum tangant: Et hoc ipſum ſtare in frigida debet. Poteſt & pro ſcabello tabula lapidea concinnari ad dictum modum. In imbecillioribus ſolet calor ſolis adhiberi, in firmioribus ignis prunarum. Pro calore tamen ſolis etiam vas tegimus cineribus, & poſtea prunas apponimus, quæ reſpondeant ſolari temperiei. Quin & ſicubi balneum deſcenſorium in promptu eſt, hoc vtimur ſecurius.

Inhumatio deſcenſoria.

Secundus modus tranſudationis deſtillatoriæ, eſt Inhumatio deſcenſoria. Scrobs vel fouea in terram demittitur, latera eius incruſtantur argilla.

In hanc ponitur olla firma, quæ quidem, ſi oleum excipere volumus, tertia parte ſit impleta frigida aqua, alias vacua. Hæc ſit pro receptaculo. Orificio eius annectatur fundus alius ollæ pertuſus minutis foraminibus, & adaptetur, agglutineturque probe. In hac ſit materia deſtillanda, clauſo orificio per operculum commodum. Nonnunquam tamen à figulo hæ duæ ollæ ſolide iunguntur, relicta fiſtula laterali in excipiente. Sed & inuerſa alia imponitur intercedente patina ferrea, vel cuprea pertuſa, cuius margo limbum reclinatum habeat, vt ſuperioris ollæ collum excipere rite poſſit: quæ ſi deeſt, lamina perforata, vel craticula lignea, &c. locum explet. Vaſis ita compoſitis, terra aggeritur vſque ad ventrem ſuperioris, vt commiſſura ſub terra ſit, vel etiam altius interdum. Ignis datur circularis per gradus, donec etiam obruatur venter ſuperioris. Si res ſolidiores ſunt, augetur calor,

Digitized by Google

lor, donec etiam excandeſcat olla externa. In reſina ex ſcapis ferulaceis proliciendа, variat apparatus nonnunquam. Sunt enim qui vaſe vitreo, cuius forma ſit inſtar tubuli, amplitudine palmari, fundo foraminulento, includunt materiam. Fundo accommodatur infundibulum, cuius fiſtula in excipulum deſinit. Ignis è palmari diſtantia lentus datur. Quidam duas ollas compingunt, & inferiorem collocant in aqua feruente, vt vapor feriens ſuperiorem, pro foco ſit.

Tranſudatio per ſartaginem.

Tranſudatio tertia per ſartaginem, perficitur ope ſartaginis, in qua contineantur prunæ. Adminiſtratio eſt huiuſmodi: ſit olla vel catinus ampli orificii. Super hoc extendatur plaga, ſeu linteum in medio quodammodo dependens, vt ſit veluti patella ad capeſſendã materiam. Alligetur per funiculum ollæ collo. Locetur in aqua frigida fere vſq; ad collũ. Linteo immittatur ſtratum materiæ deſtillandæ, quæ plerumq; eſt frigidæ qualitatis & imbecillis fugacisq; ſaporis & odoris, quales ſunt herbæ quædã & flores recentes depurati, in vmbra aliquantulum reſiccati, vt flacceſcant, tuſi &c. Hæc materia tegitur charta, quã aſperge cineribus, vel arena rara. His peractis ſartaginẽ cum prunis admoue, operã dans, ne calidior ſit iuſto, nec diutius immoretur. Ducito hinc inde, & humor per linteũ trãſudans deſtillat, retinens odorẽ & colorem ſui floris. Ne vero nimis multã impone, vt permanere color poſſit. Vbi exoleuit virtus, muta eam, quoad ſatis. Per vitrum fit hæc deſtillatio: ſi pro linteo vitta muliebris crinalis accipitur, & demittitur in vitrum, poſtea operculo vitreo ſupra accõmodato exponitur radiis ſolaribus, & ſimiliter fit deſtillatio. Eſt & per patinas ſimilis elaboratio. Sit patina ahenea, in qua ponantur res teneræ, vt roſæ, violæ &c. Super eas extendunt linteum, & alligetur: Inuertatur vt res dependeat, ſubiiciatur patina alia altior paulo, collocata in aqua frigida; Ita adaptata vaſa exponantur ſoli, & deſtillabit liquor. Eſt alius modus in vaſe eodem: Hydrochoum, ſeu vitrũ anguſti orificii, impletur materia tenera, obſtruitur & apricatur. Liquor ad fundum vaſis colligitur: vel duo eiuſmodi vitra coniungantur, ita tamen vt inferius ſit amplius. Agglutinantur luto, fitque deſtillatio perinde, vt vini aſcenſio ſeu ſublimatio per aquam.

Deſtillatio deſcenſoria per lignũ.

Quartus modus eſt deſtillatio deſcenſoria per lignum. Eligitur lignum poroſum, & torno excauatur in formam vaſis, cuius fundus ſit rarus, & pene perſpicuus. Refertautem ex

quo

quo sit ligno: Nam transiens liquor eius vim assumit. Fundo subiicitur olla recipiens, & agglutinatur. Calor lentus supra & ad latera accõmodatur. Liquor transudat per lignum: Si ollam istam ligneam illeueris alumine, non facile ab igne corrumpetur. Loco ollæ globum philosophicum complicatilem vsurpa, vel etiam figulinam futim, qualis in separatione aquarum salsarum aut lutosum vsurpatur. Est & cum cera patella orificio ollæ ligneæ obiicitur, atque ita inuersa illa per ceram fit destillatio, quæ tunc suscipitur potissimum, cum aliquid alterationis simul à cera quærimus. Posse vero transudare liquorem, arguit modus separationis aquæ dulcis à salsa marina, per capsulam ceream vndique clausam.

Finis destillationis. Finem destillationis Geber habet sum. perfect. cap. 50. lib. 1. part. 4. Causa vero quare inuenta sit destillatio, & causa generalis inuentionis cuiuslibet destillationis, est purificatio liquoris à fece turbida, & conseruatio illius à putrefactione. Videmus enim rem destillatam quocunq; destillationis genere puriorẽ effici, & melius à putrefactione custodiri. Quid vero in specie præstet, suo debito loco in sequentib. dicetur.

Causa destillationis.

Rectificatio Ad destillationem pertinet, seu potius vsus quidam destillationis est rectificatio, quæ nihil aliud est, quam repetita rei destillatio, qua materia purior redditur, fecibus in fundo relictis; aut phlegma ab oleo, vel spiritus à phlegmate separatur: audiamus nostrã latrochymiam. Rectificatio nihil aliud est, quam repetita destillatio, vt perfectum reddatur opus. Vsum habet tantum in liquoribus (quanquam nunquam reiteratio sublimationis rectificatio nuncupatur) nimirum vt alienitates separentur, vt phlegma à spiritu vel oleo, vel è cõtra. Est tam necessaria operatio, vt sine ea raro perfectum Medicamẽtum à destillatione producatur. Magnum etiam in separandis spiritibus ab essentijs & extractis destillatis, vt iterum inseruire possint, vsum habet. Veruntamen nihil aliud est, nisi mera destillatio, alia appellatione ab artificibus donata, respectu effectus, quem producit. Quare eundem omnino

Vsus rectificationis.

omnino inſtrumentorum & operationis habet apparatum, quem deſtillatio tam per aſcenſum, quam per latus, nunquam vero per deſcenſum.

CAPVT XVIII.

De ſublimatione, extractione & expreſſione.

DEſtillationi per adſcēſum affinis eſt ſublimatio, & in eo ſaltem differt ab ea, quod ſicut in deſtillatione vapores, qui in altum tolluntur, in liquorem concreſcunt: Ita in ſublimatione exhalationes ſiccæ adſcendunt, & in altum ſublatæ, alembici lateribus inſtar atomorum adhæreſcunt. Vnde Geber lib. 2. ſum. perfect. part. 4. c. 40. ſublimationem eſſe dicit, rei ſiccæ per ignem eleuationem cum adhærentia in ſuo vaſe. Quapropter & in eodem fornacis genere & in iiſdem fere vaſis, in quibus deſtillatio per adſcenſum fit, etiam ſublimatio perficitur, quæ ſunt vel cucurbitæ vitreæ, vel terrea vaſa, quæ in ſpecie ſublimatoria appellari ſolent, & vbi vehementiore igne opus eſt, tutius adhibentur, quam vitrea, quæ igne maiore liqueſcunt. In hoc ſolum differunt, quod alembico non roſtrato ſeu cæco vtendum eſt; niſi in principio aliquid humoris, quod in ſublimatione ſulphuris fieri ſolet, exſtillet. Tunc n. roſtrato vtimur, & poſtea vbi humidi vapores ceſſant, cum cæco permutamus, aut roſtrū claudimus. Interdum in vertice alembicus & perforatus, vt vapores humidi exhalent, quo facto, foramen clauditur. *Sublimatio ex Gebro*

Sublimatio, ex Iatrochymia, eſt operatio, qua corpus halitus ſpecie vi ignis in ſublime propellitur, ibique ab ambiente frigido congelatum ſubſiſtit, & à forma operationis ſublimatum vocatur & præcipitationi opponitur. Vt ſublimatio fiat, duo plerumq; requiruntur. 1. Vt corpus cum alia materia graui ſuper marmore incorporetur, quæ ipſum tardare poſſit, ne ignē nimis cito effugiat, & ante iuſtam & purā ſeparationem, tum quæ feces ſiue corporis impuritates ſecum quadam affinitate retineat: Vel vt ſua acrimonia corporis mutationem, corruptionē & tandem ſeparationē adiuuet, q̄ tamen talis eſſe debet, quæ nullā alienam qualitatē *Sublimatio Bernetti.* *Imperfecta ſublimatione 2. requiruntur.*

corpori ſublimando imprimat. 2. Requiritur, vt léto prius igne humor omnis tollatur, modo talis materia, quæ in vtili humore abundet (vt in ſublimatiõe ſulphuris phlegma ſalis & vitrioli ſeparandum eſt) alioquin nulla erit deſtillatio, vel ſaltem impurior. Sublimatio autẽ eſt aut vnius materiæ ſublimandæ, aut pluriũ. Si vnius, tũ duplex eſt intentio. 1. Quæritur corporis tantum à ſordibus purgatio, vt corpus purum reddatur, vt in ſublimatione ſalis Antim. 2. Aut vna cũ purgatione requiritur corporis mutatio in alienã formã operationibus magis obnoxiam, vt in Mercurii ſublimatione.

Sublimatio eſt vnius materiæ, aut pluriũ.

Si plurium, tunc requiritur incorporatio in vnam ſubſtãtiam, vt inde ſublimatum cõpoſitum emergat, & nouũ Medicamentum, vt in cinnabari. Vel requiritur eſſentiæ extractio, & tunc alterum corpus q; ſublimatur, pro vehiculo tantum inſeruit, ad quod opus perfectũ iterum ſeparatur. Tale corpus q; vehiculum hic dicitur, ſal Armoniacum plerumq; eſt, vt in extractione tincturæ ex calce auri cũ aquila volãte. Hic notãdum quod in iſtis duabus poſteriorib. ſublimationis formis nullum requiratur additamẽtum, prẽter ipſa corpora ſublimanda, vt in prioribus quæ fæces ſecum retinent.

Sublimationis vehiculum ſal Armoniacum.

Duplex ſublimatio.

Sublimatio eſt duplex: vna qua ſublimatum ad aliquam diſtantiã à capite mortuo ſeparatur. Eſtq; tum ſiccorũ tum mineraliũ. (Quamuis Libauius deſcribat aliã deſtillationẽ aquæ, quæ nihil aliud eſt, quã mera rectificatio, aut circulatio, aut ſaltem nullus eſt eius vſus, cum multo melius ſit aquam deſtillare quam ſublimare: ci amus quidem frequenter Libauium, ſed ideo non conſentiunt omnia noſtris, ſed vt ſtudioſus verum à hæſitante poſſit ſecernere.)

Apparatus ſublimationis.

Apparatus ſublimationis eſt: Res ſublimanda cum materia cõpetente fæcesq; retinente, vel cum calce cuius tinctura expetitur, ẽt optime conteratur, & ſuper marmore incorporetur, ollę deſtillatoriæ vel vitro, q; Aludel vocatur, imponatur & poſt euaporationẽ aquoſitatis, lento igne appoſito operculo vel alẽbico, ne quid expiret, augeatur ignis grada-

Digitized by Google

tim, donec totũ aſcẽderit, poſtea per ſe refrigerari permittatur, deinde exẽplum ſublimatũ ſi opus fuerit, iterũ lęuigetur ſubtiliſſime, & deſtilletur cum noua materia fæces ſeparante & retinente, totusq; proceſſus hic repetatur, donec purum ſatis & perfectum reddatur ſublimatũ. Alia ſublimatio eſt, qua ſublimatũ ad vitri ſuperficiẽ tantum aſcendit, eiq; inſidet, quæ efflorescẽtia potius eſt: In iſta ſublimatione ſolent artifices q̃ ſublimationẽ adiuuant addere. Celebris eſt hæc ſublimatio philoſophica in Arbore Hermetis. Hic addit Libauius ſublimationẽ in humidis, quæ certe nihil aliud eſt, quã digeſtio aut maceratio quædã per quas ſeparatio partiũ perficitur, vt in digeſtione oleoſi corporis, cũ menſtruo illi adiecto ſeparatur oleum ex corpore mẽſtruoq; innatat, quæ illi ſublimatio dicitur. Et viciſſim tinctura corporis p menſtruũ extracta ſublimatio apud eum vocatur, ſed nimis lata ſignificatione: illa ambiguitas in cauſa eſt, cur Libauiũ hoc loco nolim citare, quẽ tamen ſuperius ſæpiſſime adduxi in probatũ teſtimoniũ, qui volet legat eũ li. 1. Alchym. de Encheria c. 38. 39. & 40. fol. 24. 25. 26. &c.

Philoſophica ſublimatio.

Ambigua Libauii ſublimatio.

Vaſa ſublimatoria q̃ attinet, nunc altiora, nunc humiliora ſunt, prout materia ſublimanda magis vel minus volatilis eſt. Si n. ſit volatilis, adhibendum eſt ſublimatoriũ altius, ſin minus alte aſcendat, humilius: Et cum interdũ mox laterib. cucurbitę adhæreſcere ſoleat materia ſublimata aliquo modo, ſæpe ad collum vſq; cucurbita cinerib. tegi debet. Vidẽdum tamẽ vt collũ ſatis exſtet, ne calore collecti flores iterũ liquẽtur, ſi ſint liquabiles. Nõnunquam plures Alembici vel ollæ in hunc vſum paratæ adhibẽtur, & altera alteri imponitur, q̃ omnes in parte ſuperiore ſunt pforatæ, ſuperior ſolum clauſa eſt, vel roſtrata, vt ſi quid humidi adſit, exſtillare queat. (hęc ſublimatio occurrit cũ florib. Antimonij per ſe facti, vel florib. Iouis cum nitro p̃fecti) adhibentur n. eo fine tot alembici vel ollæ, vt materia illa ſublimata diſtingui poſſit. Quæ enim leuior & volatilis magis eſt, in ſupremum aſcendit Alembicum: quæ grauior eſt, in imo ſubſidet.

Vaſa ſublimatoria.

Sublimatio vel cum vno Alembico, vel pluribus.

Porro propter diuersitatem spirituum sublimandorum, diuersificatur, vt loquitur Geber, sublimatio. Quædam enim fit cum igne forti, quædam cum mediocri, quædam cum igne remisso: ideoque sublimatorium nunc supra ignem patentem ponitur, nunc in cineres, nunc in arenam vel scobem ferri.

Institutio sublimationis ex Gebro

Quomodo sublimatio instituí debeat, in genere præcipit Geber lib. 1. part. 4. summ. perfect. cap. 42. Primo ignis lentus est adhibendus, & talis solum, qui aqueum & humidum, quod inest, euocare possit. Si quid iam per illum gradum sublimatur: ignis non augeatur, vt ita subtilissima pars adscendat igne debili, quæ seorsim, si placet, colligi potest. Cũ iam nihil vel parum adscendit, quod ex turunda vel Elychnio in foramen alembici immisso deprehendi potest, ignis augeatur tantum, quantũ opus esse ex lana deprehenditur. Si enim parum adscendere deprehendes, augeatur: si multũ & immundum adscendat, nimius est ignis: si mundũ & multum, iustus est ignis gradus. Accidit etiam interdum, vt Alẽbicus totam materiam sublimatam capere non possit. Tum itaq; vel cum nouo permutari debet, vel euacuari materia, vt nouis floribus succedentibus locus detur, vt ne prius collecti ex alẽbico in cucurbitam decidant. Si quæ alia in genere de his sublimationib. dici possunt, de iis consulatur Geber. allegato loco cap. sequenti.

Sublimationis finis.

Habet autem sublimatio varias vtilitates: Primo n. separat partes subtiles, puriores & volatiles à crassiorib. impuris & fixis: Deinde ad essentiæ, & Tincturæ extractionem vtilis est sublimatio. Atq; vbi finis hic est propositus, volatile aliquid, q; rei sublimandæ vehiculi loco sit, misectur, quo sublimatione peracta iterũ separatur per resolutionẽ in aquã; cum talia vehicula plerumq; è volatilium saliũ genere sint.

Tertio

Tertio interdū eo fine adhibetur ſublimatio vt nō fixum figatur. Quarto ſublimatio aliā quaſi formā aliaſq; qualitates ſublimatæ rei confert, vt in Mercurio ſublimato apparet. Denique & per ſublimationem res diuerſæ iunguntur, vniuntur & incorporantur, vt vnum compoſitum fiat. Plerumque autem ſæpius repetenda eſt operatio, vt finem illum, quem cupimus, aſſequamur. Neque enim prima ſublimatione res mox ſatis depuratur, ſeparatur & eo, quē cupimus, modo elaboratur: Audiamus & Theophraſtū Paracelſum.

Sublimatio ſecundum Paracelſum & eius ſpecies.

Sublimatio, inquit Paracelſus, eſt ſecundus gradus etiam valde principalis ad tranſmutationem multarum rerum naturalium, ſub quo intelligitur exaltatio, eleuatio, & fixatio, eſtque non adeo diſſimilis deſtillationi. Nam ſicut ab omnibus phlegmaticis & aqueis rebus aqua in deſtillatione aſcendit, & à ſuo corpore ſeparatur, ita in ſublimatione ſpirituale à corporali, volatile à fixo, & in rebus ſiccis, vt ſunt omnia mineralia, attollitur & ſubtiliatur, & purum ab impuro ſeparatur. Præter ſublimationem enim multæ bonæ virtutes & mirabiles res reperiuntur in mineralibus, multæque res fixantur & conſtantes fiunt, ita vt igni permaneant hoc modo: ſublimatum cum ſuis fœcibus iterum teratur & miſceatur, & vt antea ſublimetur, quod toties fiat donec nō amplius ſublimetur, ſed omnia ſimul in fundo maneant & fixa ſint. Ita poſtea fiet lapis & oleum quando & quoties velis, nēpe ſi infrigidatum in aere vel vitro ponas, ibi enim reſoluitur ſtatim in oleum. Si autem iterum in ignem ponas, iterum coagulatur in lapidem, qui mirabilis & magnæ virtutis eſt. Hoc autem habeas pro magno ſecreto & myſterio naturæ, ne ſophiſtis manifeſtes. Porro vt in ſublimatione multa corroſiua dulcia fiunt in cōiunctione duarum materiarum, ita cōtra multa dulcia corroſiua fiunt: Multa dul-

Fixatio mineralium in lapidem, vt fiat.

Myſterium naturæ.

cia fiunt acerba & auſtera vel amara, & contra multa amara dulcia, vt ſacharum. Notandum quoq; hic eſt, quod quodlibet metallum, quod per ſal armoniacum in ſublimationem perducitur, poſtea in frigore vel in aere ſoluatur in oleum, & cõtra, in igni coaguletur in lapidem. Quæ quidem vna eſt ex maximis & ſummis tranſmutationibus in omnibus rebus naturalibus, nempe metallum in lapidem tranſmutare: hæc de ſublimatione, ſequitur extractio.

Notela de ſale armoniaco.

Extractio.

Omnis expreſſio (inquiunt præceptores Galenici) quædã extractio eſt, ſed non contra: Nam multa extrahuntur ſine expreſſione, vt ſucci & reſinæ ex plãtis inciſis vel percuſſis: ſic enim euphorbium ex Lybica arbore conto vulnerata extrahitur, nam ſuccus è plaga cõfeſtim ſtillat in pelles ouinas arbori circumligatas. Tanta ſiquidẽ eſt eius acrimonia, vt guſtũ & olfactum moleſtiſſime feriat, & ardorem ori naribuſq; maximum excitet. Propterea ruſtici quidam vocant ad huius ſucci collectionẽ, qui ſpe mercedis allecti corticẽ arboris feriunt è longinquo, vt min' ab acerrimo euphorbii feruore lædantur, nunq; tamen tuti ac illæſi diſcedunt. Ex fructu cucumeris agreſtis *Elaterium* extrahitur conſilio Dioſcoridis c. 148. li. 4. hoc modo. Decerpti cucumeres q tacti protinus exiliunt, ſeruantur vna nocte. Poſtridie impoſito ſupra craterẽ aut peluim rariore cribro, vtriſq; mani-b. p̃henſi, ſigillatim ſupino cultro, ſurſus verſus aciem habẽte findũtur, atq; p cribrum humor in vas ſubiectũ exprimitur, & q carnoſum cribro hæſit, vt facilius exudat, eliditur. Humor in pelui agitatur, dein reſidere finitur. Tum linteo opertus ſoli exponitur: & cum ſteterit, ſupernatãs aqua identidem effunditur, qua partim effuſa, partim exhauſta, q remanet ſedimentũ in mortario teritur, & cogitur in paſtillos. Ex plantis integris, vel earũ partibus extrahuntur nõ modo ſucci, vt hypociſtis ex germinib. adnatis ciſti radicib. ſuccus glycyrrhizę & laſerpitii ſeu Cyrenaic', ſed alii quoq; varii liquores ex inciſis arborũ & frutĩcũ cortice, & ſtipitibus, vt gummi, reſinę, lacrymæ. In gumi erasu numerantur ammoniacum, ſagapenũ, opoponax, galbanum, bdellium, myrrha, ſtyrax, thus, & alia multa, quæ pro varia cuiuſq; natura facilius aut difficilius extrahuntur. Nonnulla ſine arboris vulnere, dehiſcente p calores ęſtiuos cortice ſponte defluunt. Reſinæ extrahũtur facilius quia magis fluxiles, & fere ſine manuum auxilio deciduæ, vt quæ ex terebintho la-

Elaterii præparatio iuxta Dioſcoridem.

Digitized by Google

tho lachrymatur, quę reſinis omnibus antecellit, ait Dioſcorides. Proxima leniſcina, dein quæ è pinu & abiete extrahitur. Inter lacrymas multa locum habent, vt aqua è vite reſecta defluens, lactithymalorum omnium, & papauerum ſuccus ille craſſior, qui dum plene coaluit, *Opium* nominatur. Sauciatur ergo in plantis multis tantũ cortex, inde deſtillat δάκρυον, hoc eſt, lacryma in peluim aut aliud vas appenſum. In multis radix vulneratur, vel ſecatur omnino: Interdum & rami. Ita balſamum extrahitur cortice fruticis præciſo, cultello quodam eburneo. Ferrum n. ſine magno ſui diſpendio tolerare minime poteſt. Fit adhuc oleorũ extractio, ſed modo multifariam artificioſo. Vel n. extrahuntur deſtillatione, quæ fit per aſcenſum vel deſcenſum, vel expreſſione, vel infuſione, &c. Pergunt nunc Galenici. Non paruum eſt diſcrimen inter extractionem pharmacopœorum & chymicorum: Illi enim liquorem tantũ quendã, vt lachrymã, reſinam & gumi, vel qd ſimile ac fluidũ extrahunt, ſecernuntq; à ſubſtantia craſſiore ac ſolidiore. Hi vero nõ modo corpus illud craſſum deſerunt, ſed & tenuiorẽ ſubſtantiã exhalant, relicta eius portione craſſiuſcula ac paucula, cui, vt ſubiecto virtus vnita adhęreſcit. Vnde extractũ quaſi eſſentiam à corpore ſeparatã appellant. Eiuſmodi enim extractum parua mole vires habet eximias, illiuſq; drachma non minoris eſt efficaciæ, q̃ vnica medicamenti tota cum ſua ſubſtãtia craſſiore exhibita. Solent vero his extracta dari, quorũ nauſeat ventriculus ſup pharmacopœorũ medicinis, & qbus maxima eſt rei familiaris vbertas. Extractũ n. rhei aut vnionũ pauperi præſcribere, vitã illi eripere eſt. Fiunt a. extracta ex medicamentis tam ſimplicibus q̃ compoſitis ſæpius hoc modo. Immergitur medicamentum minutim inciſum, vel ſi fuerit maſſa cataportiorũ aut electarii, diſſoluitur in aqua vitæ optima, vel alio liquore idoneo, ita vt ad duos digitos emineat, in vaſe bene obturato, tũ relinquitur duos aut tres dies in loco calido, dein valida fit expreſſio, q̃ poſtea in B. M. ponitur, vt ſeparatur aqua vitæ à facultate medicamẽti, ꝙ exigua quantitate craſſiuſculũ remanet in fundo vaſis, tũcq; colligitur, & reponitur in vaſe vitreo, aut fictili, ſed vitrato. Cum validus quis extractũ parare voluerit, in priore expreſſione aliud eiuſdẽ generis medicamẽtũ macerabit, & poſt diutinã ac pfectam, infuſionẽ exprimet, vt ante. Idq; ter, aut quater, ſi extractum potẽtius expetierit, tandẽq; facta expreſſione vltima, vel ignis calore blãdo, vel B. M. ſegregabit aquã vitæ, vel inſolatu diſſipabit, ſolo remanẽte extracto, ꝙ exiguo corpore viribus

Galenici diſtinctionem faciũt inter extracta pharmacopœorum & chymicorum.

Extracta Galenicorum ſimplicia & compoſita.

igitized by Google

tibus eſt eximium. Rhabarbarum & alia medicamenta pretii maioris, poſt primam macerationem & expreſſionem abiicienda non ſunt, vt vulgaria, ſed bis, aut ter, vel etiam quater, in alia aqua vitæ infundenda, donec colorem & ſaporem prorſus amiſerint, & quicquid illis inerit virtutis in aquis ipſis reliquerint: Tunc enim fieri debet vltima expreſſio, quæ aliis miſcetur, à quibus omnibus aqua vitæ ſeparatur per B. M. quouſq; ſubſidentia, ſeu extractum relinquatur. Non vero ſemper extracta fiunt per aquam vitæ, ſed multoties per herbarum decocta, aquas ſtillatitias, & aliquando per aquam pluuiam vel fontanam. Maſſæ enim pilularum nonnunquam macerantur in aqua pluuia per octiduum, adhibitis, ſi videtur idoneum, ſuccis bugloſſi, vel betonicæ, vel alterius pro exigentia rei. Poſtea igni lentiſſimo coquuntur, filtrantur & coagulantur. Hoc modo rhei optimi minutim conciſi libra j. maceratur per diem integrum in lib. ij. ſuccorum depuratorum borraginis & fumariæ, deinde igne lentiſſimo coquitur, donec ſucci abſumantur: tunc fit expreſſio fortis, quæ denuo coquitur igne lento in diplomate ad mellis craſſitudinem. Sunt qui ſachari duas vncias adiiciant, ſed augetur moles, & hebeſcit extracti facultas. Multis aliis modis extracta parantur, quos pluribus perſequi Galenicorum non eſt inſtituti, quandoquidem pharmacopœi inſtituendi methodum, non artificioſi chymici ac ſpagyrici meditantur.

Extractio ſpagyrica artificioſa eſt.

Extractio Libauio eſt ſegregatio eſſentiæ, qua è corpore ſuo extrahitur.

Nobis extractio eſt eſſentiæ ex corpore per menſtruum ſeparatio, vnde oritur tinctura & poſtea ſeparato menſtruo vel euaporatione vel deſtillatione corporis eſſentia in fundo relinquitur, quæ extractum vocatur. Huic peculiariter inſeruit maceratio, quamuis non ſemper quibuſdam etiam extincto idonea menſtruo, vt in calcinatione dictum eſt. Menſtruum vel eſt corpus connatum vel aſcititium, ſiue extrinſecus corpori adiectum. Si connatum, tunc inſeruit herbis recentibus, quarum ſuccus prælo expreſſus vna eſſentiam herbæ ſecũ defert, poſtea depuratur & ſuperfluus humor (quem ad ſimilitudinem veri menſtruum dicunt, aliquando

quando etiam vehiculum vocant) nuncupari ſolet, quod impurior & crudior ſit extractio, quam quæ ex ſiccis. Si aſcititium fuerit menſtruum, omnibus ſiccis vegetabilibus & mineralium calcibus nec non animalibus præparatis, vt ſunt cornua, inſeruit. In quo opere, vnicuiq; corpori ſuum menſtruum eſt eligendum. Extractum etiam conſiſtentiam recipit vel fluidam, & tunc tinctura tantum dicitur, vel conſtantem & firmam inducit, idque ex ſententia artificis vel medici præſcribentis & tunc ſpecialiter extractum vocatur vel ſuccus inſpiſſatus. Nunc de expreſſione dicemus, ſupra cap. 10. audiuimus ſententiam D. Sennerti & Libauii: nunc audiemus mentem Bornetti. *Differentia inter tinctauram & extractum.*

Expreſſio (inquit Iatrochymia noſtra) quæ hic tractatur, longe diuerſa eſt ab illa, quam in ſeparatione ſuperficiali explicauimus. Illa enim expreſſio ſuperficialiter tantum ſeparabat partes à ſe inuicem hactenus diſtractas & diuiſas, purum ab impuro (nihilominus integro minimeq; ſubſtantialiter corrupto medicamento) ſegregabat & menſtruum tinctum à fæcibus corpus fluidum ab impuritatibus innatantibus, vel ad fundum præcipitatis.

Hæc vero ab omni parte corporis tam interna quam externa (non autem ſordes) ſeparat, corpuſque mortuum relinquit. Eius duplex eſt vſus: alius vt ſucci herbarum expreſſione extrahantur, & tunc extractioni, vt ſupra dictum eſt, inſeruit, alius eſt oleorum ſeparatio, qua olea ex ſeminibus & nucleis exprimuntur per prælum. Eius procedendi modus melius explicabitur in præparationibus.

CAPVT XIX.

De digeſtione.

TAnta inter digeſtionem & macerationem eſt affinitas, vt plerumq; maceratio ſæpe ab autoribus digeſtio dicatur, eam omnino expe- *Affinitas inter digeſtionem & macerationem.*

stionem & maceratio-nem.

dit enucleare, cum tãta sit digestionis vis & efficacia, vt corpora alioqui durissima, quæ nullo modo macerari possunt, mollia, vt si hoc non admittant, ad penetrationem saltem cogat, vt tinctura per menstruũ educatur. Quando igitur eiusmodi corpora contumacia occurrunt, vel calces mineralium exuberans, tunc maceratio adiecta digestione semper absoluitur. Digestio enim coniuncta cum maceratione admoto competente calore, vt ventriculus concoquit ad vim suam vel essentiã exercendã disponit, contumacem materiã mitiorem & tractabilẽ ad operationẽ aptam reddendo, vt abundantior essentiæ messis sequatur. Atq; hæc ex his cuiuis facile est videre, quando digestio pro maceratione sumatur, vt quando liquidà cum siccis duris coniunguntur, quæ soli macerationi non cedunt. Quare additur digestio in calore, & tunc maxime apparet, cur digestio hic plerumque vocetur, cum tantum scopus operationis sit maceratio & corruptio, vt essentiæ extractio sequatur.

Aliquando digestio pro maceratione.

Digestio cũ circulatione aliquando cõuenit.

Definitio digestionis.

Verum digestio proprie dicta versatur tantum circa liquorẽ vel si circa siccum corpus, liquore tamen adiecto non expectatur essentiæ alicuius extractio, sed vt digestione abluatur aliena aliqua qualitas ex corpore præparando, vt iam audiemus. Præterea digestio non minorem etiam cum circulatione habet cognationem, de qua vide generationẽ in Iatrochymia nostra. Digestio vt hic capitur, alienitatis tantum separationẽ quærit, & hic definitur operatio, qua alienitates tum substantiæ tum qualitatis tolluntur. Humores enim spissos subtiliat, aquositates & cruditates in succis cõcoquit, opaca illustrat, omnesque fæces & imputitates quæ in interioribus occulte ante latebant, separat, ad fundum grauiores & terrestres precipitat, leuiores, vt spumã superficiei innatare cogit, idque vi & efficacia externi caloris concoquentis, continuitatem totius penetrantis calidum innatum (cuius virtute præcipue opus absoluitur) in actum redigentis facit. Vnde alia apparet inter eam & maceratio-nem differentia, quod nimirum maceratio proprio & stricto sumpta corpus ad separationem tantum parat, digestionis vero

vero proprium non tantum corpus ad hanc parare, sed etiam in parato separationē facere, quod etiam præcipue quæritur in digestione, quanquam & alterum necessario faciat.

Eius vsus est duplex: vel vt imputitates graviores, terrestres & substantiales separentur, vel vt alienæ qualitates tollantur. Si primum tunc vsum habet in comparandis succis & menstruis saturatis ac oleis per expressionem factis: si secundum, tunc vel versatur circa prorsus liquida, & quidem quæ à terrestreitate hactenus sunt depurata, vt nimirum digestione cum menstruo idoneo empyreuma oleorum tollatur, vel vt secundum nonnullos ignea qualitas spirituum, aquarum & aliquando oleorum digestione in loco frigido vt in fouea subterranea cellæ frigidæ tollatur. Vel circa sicca cum liquidis admixta, qualia sunt turpeta mineralia vel calces seu olea mineralium in puluerem præcipitata, vt nimirum digestione cum aliquo menstruo appositio digeratur, donec tandem insipidum exeat, quod est signum bene dulcoratum esse medicamentum. *Vsus digestionis duplex.*

Est & alia digestio, quæ eandem operationem cum dicta, quoad vasa & manualem operationem, requirit, parum etiam in igne differt, nisi quod in iam dicta strictiorem curam in ignis regimine adhibere oporteat, siquidem hic error in igne operationem multum impedit. Per digestionem illam sola operatio quæritur. *Digestio generationi subiecta.*

1. Vt noua qualitas introducatur, & prioris medicamenti forma seu consistentia seruata.

2. Vt consistentia corporis mutetur, & qualitates nouæ introducantur vna vel alterentur antiquæ. Si noua tantum qualitas introducenda expectatur, tunc inprimis vsum habet in extractis corrigendis & fortificandis, cui inseruiunt frequentes cohobationes & coagulationes.

Apparatus digestionis.

Eiusque apparatus talis est: Si corrigere cuperet artifex nimiam frigiditatem & facultatam narcoticam, qua laboret extractum opii, hyosciami aut papaueris, aut tollere, lenire vel supprimere venenosam qualitatem extracti Hellebori albi, vt malitiam suam in corpore non tantum non exerat, sed bonum, quod potest potenter efficiat, sic procedet: Tincturas cordialium quæ vi partes vitales corroborandi valent, venenosos fumos & qualitates infestas supprimere, vel sopire possum, compararet, quas effunderet extracto supradicto, vase digestorio optime clauso secundum artem: Et in fornace digestoria locaret dies aliquot, donec vrgente calore externo humor ascendens & descendens, sicque omnes partes penetrans, tincturam extracto, & extractum tincturæ commisceret, vt ad minimas partes (vt ita dicam) sese inuicem tangant, corpusque prorsus homogeneum appareat, ita vt ne vel minima pars extracti sit, quæ tincturam non abunde sapiat.

Narcoticorum correctio.

Quare hic obseruandum est, si materiæ fuerit magna qualitas & grauis, vt facile fundum petat, vt quotidie bis terue vase digestorio è fornace exempto diligenter coagitetur, ad meliorem commistionem, postea menstruum lento balneo separetur, materiaq; relicta in fundo siccetur, siue vt aiunt, ad iustam consistentiam coaguletur, huncque processum toties repete, vsquequo omni sapore & odore priuatum insipidum menstruum exeat, sicque opus absoluisti: Eodem prorsus modo potes acuere & vires purgantibus extractis addere.

Correctio mineralium turpetorum.

Hac ratione solent corrigere mineralia turpeta solo spiritu vitrioli rectificato & puro, cui sæpe in his accedere solet spirituum super turpetis combustio: hac vero ratione non tantum vis spiritus illis imprimitur, sed etiam volantes turpeto-

turpetorum mineralium ſpiritus figuntur, vel ſaltem noxæ euaporantur, vnde minus animalibus partibus nocent, vomitumque prouocant. Si formæ & qualitatis etiam mutatio quæratur, tum vſum hunc habet, vt calces mineralium in oleum redigantur. Apparatus eius talis eſt: Liquor aliquis inſtituto inſeruiens affunditur, digeritur, ſeparatur, coagulatur, cohobatur, & ſicut in priori proceditur, donec tandem calx à menſtruo ſeparata & attenuata in oleum cedat, quod ſic cognoſcitur, cum coagulationem amplius nõ admittit: huic operationi plerumque inſeruit aqua fortis vel oleum vitrioli, acetum & alia huiuſmodi diſſoluentia menſtrua. Denique ſequitur Medicamenti producti frequens digeſtio cum ſpiritu vitrioli vel aliquo dulcorante menſtruo vt liberetur à corroſiuitate menſtrui ſoluentis, & ſic opus eſt abſolutum. Si antiquæ qualitatis alteratio tantum quæritur, tunc vſum habet in generatione non vera, vt nimium imperfectæ qualitates eius ad perfectionem alterentur & perducantur, quod concoctione partium crudarum in digeſtiuo calore abſoluitur, quamuis idem præſtare ſolent artifices per inſolationes, vt apud omnes videmus in præparatione aquarum ſtillatitiarum: Hactenus noſter Bornettus, audiatur & D. Doctor Sennertus lib. 5 part. 3. ſect. cap. 14. de digeſtione, vbi ſic ait: Digerere Medicis idem eſſe quod coquere, & digeſtionem ſignificare omnem coctionem, quæ lento & tali calore fere, quali coctiones in animalibus, perficitur. Vide eundē lib. 5. Med. inſtit. part. 3. ſect. 2. cap. 10. de deſtillatione pag. 1066.

Calces mineralium ſic redigũtur in oleũ.

Cum autem (pergit cap. 14.) talis digeſtionis latiſſime acceptæ triplex præcipue in chymia ſit finis, tribus etiam operationibus nomen digeſtionis attribuitur à Chymicis. Primo enim blanda illa coctio, quæ feces à liquore, quæ alias nullo ingenio ab eo ſeparari poſſunt, ſeparantur, digeſtio appellatur; cuius exemplum habetur in vino nouo, cereuiſia, oleo & ſimilibus, de qua vide cap. dictum 10.

Triplex finis digeſtionis ſecundũ Sennertum.

Deinde digeſtio etiam inſeruit rei diſſolutioni, lentoque calore externo

Digeſtio diſſolutioni inſeruit.

terno in internum agente, rei vincula, quibus cohæret, dissoluuntur, & ad separationes alias res præparatur; vnde & putrefactio & fermentatio digestio nominatur, de qua cap. 7. actum. Tandem est digestio, de qua hic agimus, quæ inter reliquas est nobilissima, qua rei iam elaboratæ & præparatæ noua qualitas, & noua quasi forma inducitur, ita vt si quid alieni aut vitiosi res obtinet vel contraxit, illud deponat, aut si quid ei deest, illud nanciscatur, summamque omnino perfectionem acquirat; sicut videmus vinum diuturnitate temporis, vt & Theriacam, atque alia Medicamenta, etsi nihil ab eis amplius separetur, nihilque iis addatur, reddi præstantiora.

Digestio noua forma inductio.

Digestione scilicet hac cruda concoquuntur, amara dulcia reddunturacida & acria temperantur, crassa attenuantur, malignæ qualitates tolluntur. Nonnũquam tamen vna & eadem digestione separamus inutilia, & rem exaltamus: sed plerumq; res iam ante purificatæ digeruntur. Ita & alia Medicamenta præparantur, & purgantia etiam cum Tincturis corrigentium Medicamentorum digeruntur, vt cum illis per minima misceantur, qualitatesq; noxias deponant.

Digestio crudorum correctio.

Agens in hoc opere primarium est virtus alteratrix, atque calor insitus ipsi rei. Et propterea vasa in hac operatione exactissime claudenda sunt, nec quis calor aut spiritus, totius huius operationis artifex, exhaleret. Calori vero interno, eum fouendo & excitando, inseruit calor externus, qui propterea, si quo alio in opere, hic blandus, vt spiritus rei insitos saltem excitet, non vero expellat & abigat, perpetuus, & æqualis esse, & propterea accuratissime regi debet. Quapropter & fornax tali calori fouendo conueniens & peculiaris requiritur. Et licet sæpius balneũ maris, roris, vel etiam cineres ad digestionem adhibere liceat: tamen si opus, quod tractamus, sit nobilius, & æqualem omnino calorem requirat, accommodatissimum est fornacis genus, quod Athanorem, seu fornacem aut furnum Philosophorum seu Physicorum nominant.

Calor digestionis instrumentũ.

Fornax digestioni inseruiens.

Vasa huic operi inseruientia sunt vel cucurbitæ duplices, cucurbitæ cum alembico cæco, vel oua philosophica, vel ea etiam, quæ in specie circulationi inseruire dicũtur & pelicani nominãtur: Hactenus D. Sennertus, audiatur & chaos D. Libauii: qui sic ait: Digestio est maturatio simplex, qua in calore digestorio res inconcoctæ digeruntur. Id enim est digerere, ad modum digestionis naturalis ciborũ in ven-

Vasa digestoria.

Digestio est concoctio.

in ventriculo, competente cuiuis calore, concoquere, & disposito ad vim exerendam reddere. Ita etiam intractabilia digerendo euadunt operibus apta & mitiora: & si quid inest semicoctum, perducitur ad partium absolutarum conditionem, vt postea eo abundantior sit essentiæ messis. Hoc nomine inseruit nonnunquã digestio elaborationibus: & alio vocabulo ẽt maceratio appellatur. Apud Mesuen etiã nutritio (velut cũ scoria dicitur din aceto nutriri, pro macerari, vt exponit Manardus.) Immixtis n. parsseu succus quasi edomatur, vt mitis fiat, & non tantũ essentiã augeat, sed & facile abstrahi à fecibus inertib. possit. Nam maceratio quandam vim habet penetrandi, reserãdi, & ab impuritatib. liberandi. Porro digestio spissos humores subtiliat: aquositatem restantem in succis concoquit: acerbitatem mitigat (vt videre est in vino) opacat illustrat. Et tunc famulatur ei etiam separatio. Quando n. feces subsederunt, aut aliquid impuri enatauit, & antea in interiorib. erat occultatũ: id tollendum est per modos separationũ. Ita digestio pro rectificatione est, non tantũ vt modo dicta tollantur, sed si quid empyreumatis contractum est. Eadem ministrat interdum coagulationi & fixationi, &c.

Libanio vocabulum digestionis ambiguum.

Administratio eius talis est: Res digerenda vasi tanquam ventriculo ineluditur, vndiq; stipatis accessibus, nisi cum diuaporatio est coniuncta, vt in empyreumatis correctione, coagulatione, & similib. Tunc n. exiguum foramen in operculo relinquitur & iustũ tempus obseruatur, ne quid de substantia pereat. Quod si est merus succus aut liquor, res plana est. Si minutal herbarum & similium, vel proprius succus relinquẽdus est, vel foris analogus humor addendus, quod tamen nõnunquam fit etiã in diuersi generis liquorib. (veluti cum olea digeruntur, cum vini spiritu &c.) Vbi procliuitas est ad putredinẽ, nec adiectum mẽstruum ei satis cauere potest. Non enim debet fieri putrefactio cum quid digerimus, licet digestio possit esse ad eam via: sal adijciendum est. Ita apparatum vas colloceturin loco digestorio caloris competentis, ibique sinatur vsque ad quæsitum finem, qui diuersus est: pro multiplici vsu digestionis. Exempli gratia: herbæ recentes suo succo madidæ, è quib. destillatione elicienda essentia est, macerantur triduo: siccę vino respersæ, septendio: semina & aromata dimidium mensem: Radices per mensem, siquidẽ sunt siccæ: Mineralia p mensem philosophicũ, qui est dierũ 40. aut ẽt diutius, pro firmitate & ratione menstrui. Quædã bis macerantur aspersõ vino græco, vt aromata aliquãdo, quę irrigata vsq; ad siccitatem

Modus digestionis.

Diuersus finis digestionis.

Digestio inseruit rectificationi.

citatem digeruntur: postea puluerata, & denuo conspersa, macerantur secundo. Ita soliditas & raritas etiam discrimẽ facit. Aquæ destillatæ digerendo ad solem, rectificantur per medium mensem, vase clauso, ita vt duæ partes sint plenæ, tertia vacua: & nonnunquam arenæ infodiatur parte vitri tertia, id quod in frigidis potissimum spectare iubẽt artifices. Calidæ vero aquæ & olea rectificantur in arena frigida, item parte tertia sepulta, &c. in cella vapida per mensem. Si humor alienus est addendus, talis esto, qui digestionem iuuet citra corruptionem substantiæ. Et hic si est alienior, separatur officio peracto; sin paucus, & familiaris, aut etiam alterabilis in naturam digesti, relinquitur. In densis is est acrior, & nonnunquam etiam erosiuus, vt acetum, aqua mellis, vini spiritus, vinum forte &c. In aliis mitis, vt aqua destillata pluuia, rosacea &c. Nonnunquam oleum certi generis. Interim quæ alienæ naturæ sunt, & per digestionem secessum fecerunt, separantur. Digestio etiam elutioni & dulcorationi succurrit. Itaque per vini spiritum prius acredinem eluimus è pulueribus seu calcibus per aquas soluentes præparatis: Postea per dulcem stillatitiam edulcoramus, vtrobique factis digestionibus & repetitionibus quot opus est. Semper autem vbi menstruum acre factum est, abstrahitur repositio alio, donec non amplius mutetur noxia qualitate. Digestio concurrit & cum inceratione & extractione essentiæ. Nam per eam à menstruo assumitur essentia, & vna segregatur, vt in his quæ per oleum sunt extracta, quæ exceptam essentiam reddunt vini spiritui, à quo postea iterum separatur; Ita in succis & aliis &c.

Digestio succurrit edulcorationi.

Digestio cõcurrit cum inceratione & extractione.

CAPVT XX.

De Coagulatione.

CVm hisce operationibus cõiuncta est coagulatio, inquit D. Doctor Sennertus, aut potius eas insequitur, adeo vt peculiaria hac de re præcepta dare vix opus sit. Si enim corpus aliquod sit liquidum & fluidum, atque id ad formam ficciorem & consistentiam reducere velimus: per euaporationem aut exhalationem, separatis iis, quæ id fluidum reddebant, consistentiam adipiscitur. Vnde & Geber lib. 1. part. 4. summ. perfect. cap. 53. definit coagulationem, quod sit rei

Coagulatio secundum Gebrum.

sit rei liquidæ ad solidam substantiam per humidi priuationem reductio. Hoc modo sal, sacharum, vitriolum & alia coagulantur: Sed in vitriolo, nitro & similibus, vbi aqua pura fuerint dissoluta, & filtratione purificata, non est opus totam aquam euaporatione separare, sed satis est, si dimidia saltem pars euaporet: reliquum in cellam vel alium locum frigidum ponitur, vbi sponte in sui generis crystallos tales sales concrescunt, idq; commodissime, si virgæ vel baculi lignei, quibus adhæreſcant, iniiciãtur. Coagulatio secundũ Paracelsum, est sextus gradus: Et est duplex coagulatio, vna per frigus, altera per calorem, hoc est, vna aeris, altera ignis: & harum quælibet iterũ est duplex, ita vt sint quadruplices coagulationes, duæ frigoris, & duæ ignis. Ignis quidẽ coagulationes fixæ sunt: Reliquæ frigoris non. Vna quidem solummodo à cõmuni aere fit, vel extra ignem: Altera fit à superiori firmamento stellarũ hyemalium, quæ omnes aquas in niues & glacies coagulant. Ignis vero coagulatio, quæ hic sola notanda est, fit per artificiosum & graduatum ignem Alchymistæ, estq; fixa & permanens. Nã quicquid talis ignis coagulat, id ita permanet. Altera coagulatio fit ab Ætnæo & minerali igne in montibus, quem quidẽ Archæus terræ regit & graduat haud absimiliter Alchymistæ, & quicquid per talem ignem coagulatur, ẽt fixum est & constans, vt videtis in mineralib. & metallis, quæ quidẽ initio mucilaginosa materia sunt, & ab Ætnæo igne in montib. per Archæum terræ & laboratorẽ naturæ coagulantur in metalla, lapides, silices, salia, & alia corpora. Sciendum vero etiã est, ignem nullam aquam neq; humiditatem coagulare, sed solũ liquores & succos omniũ rerum naturalium. Propterea etiam nullum phlegma coagulari potest, nisi in principio fuerit materia corporea, in quam quidẽ industria periti Alchymistæ redire potest. Ita quælibet mucilaginosa materia, vel spermaticus lentor per calorẽ ignis & in corpus & in corporalẽ materiam coagulari, sed nunq̃ in aquam iterũ resolui potest. Et sicut de coagulatione audiuistis, ita etiam sciatis de solutione, nẽpe quod nulla corporalis materia in aquam resolui possit, nisi ab initio fuerit aqua, ita se res habet in omnibus rebus mineralibus.

Coagulatio secundum Theophrastum.

Coagulatio quadruplex

Coagulatio ab igne minerali.

Ignis non coagulat aquam.

Ex quo quid cõstat in id potest resolui.

Coagulationi, inquit Iatrochymia nostra, inseruiunt euaporatio & exhalatio, sicut & ipsæ digestioni: nec non pro euaporatione & exhalatione sæpius coagulatio accipitur.

Definitio coagulationis.

Est igitur coagulatio corporis è consistentia tenui & fluida ad solidam reductio, siue id resolutione aquea, aerea aut ignea dissolutum fuerit. Vnde euaporatio, exhalatio, destillatio & sublimatio coagulationi latiore significatione acceptæ inseruiunt, vt postea perspicuum erit.

Coagulatio duobus absoluitur modis.

Coagulatio duob. modis absoluitur: Alia fit separatione & segregatione, alia vero sine vlla segregatione, quæ totalis aut totius coagulatio dicitur, & proprie ad generationem spectant.

Coagulatio per separationem.

Coagulatio per separationem est, cum separatis iis, quæ fluidum corpus reddebāt, ad priorē consistentiā reducitur.

Ex quib. liquet, coagulationē semper sequi dissolutionē, siue illa fuerit in menstruo aliquo, vt in Mercurio, siue sine menstruo, vt in deliquio salium. Huius coagulationis ingens vsus in corporum depuratione & purgatione, quo frequenti dissolutione & coagulatione (interpositis nimirū separationib. superficialibus secundum rei necessitatē) omnes impuritates deponunt. Cum idcirco quod supra dictum est de euaporatione, nonnunquā coagulatio dicitur, tum artifices finē pro via ad finē accipiunt, sed omissa varietate vocabuli, qua ratione depurationi & corporū purgationi inseruiat, leuiter dicā. Coagulatio alia perficitur vt supra, ablatione humoris vel totius, q̄ fit in euaporatione extractorū, & nōnunq̄ etiā saliū: sed tunc minus ꝓprie, & rarius coagulatio dicitur.

Alia fit separatione tantū, maxime humoris præsentis, vel quēadmodum ad coagulationē per se sine vlteriore euaporatione vel alia quadā euaporatione humorē separante sæpius in frigido, aliquando tamē in calido loco, breui secuturā (quæ vere est coagulatio, cum naturæ sit opus ad vltimam formam præparantis solum arte adiutæ) sufficit.

Apparatus coagulationis.

Eius Apparatus talis est: sal vitrioli, sacharum, alumē, cum in aqua

in aq̄ pura diſſoluuntur, diſſolutio filtratur, ad medias vel tertias partes prout diluta eſt, coquitur in cella, deinde frigida locatur (ſi fuerint coagulabilia, vt vitriolū, ſacharū, iniiciuntur bacilli lignei quib. coagulatum adhęret: ſi vero non vt in ſalibus bacillos ligneos imponere non eſt opus) vſq; dū totum coagulatum fuerit. Si vero aliquid in Menſtruo ſelectum ſit, euaporetur vt ante, inq; cella locatur vt prius. Ratio huius coagulationis in frigore eſt, quod menſtruum euaporatione diminutum corporis quod ſuſtinebat facile calore (quia menſtrui ſufficientis ad ſuam conſiſtentiam redeuntis tanquam onus) pondere grauatum deponit.

Si vero coagulatio in calore fuerit, tunc eſt talium corporum quæ frigore diſſoluuntur, calore concreſcunt. Atq; ex his apparet, quando euaporatio & deſtillatio coagulationi inſeruiunt. Exhalatio vero illi officium ſuum præſtat in Amalgamis nimia Mercurii copia fluidis. Sublimatio in iis prȩcipue mineralibus, quę cum Mercurio in cella diſſoluū-tur, cuius ſublimatione ad ſiccam cōſiſtentiam reducuntur. Quamuis in hac ſublimatione vna requiratur euaporatio, vel ſaltem deſtillatio (alioquin coagulatio nunquam ſequeretur) nihilominus per ſublimationem fieri dicitur, quemadmodum ſublimatoriæ fieri dicuntur: Et ſublimatio prȩcipue in oculos occurrit Mercurii ſublimati nimirū, qui præcipua diſſolutionis cauſa extiterat: Hactenus Bornettus, audiatur & Libauius, qui ſic ait: Coagulatio eſt rerum eiuſdem naturæ è conſiſtentia tenui fluidaque ad ſolidam coactio.

Itaque quæ reſolu ione aquea, aerea, ignea, ſunt attenuata, per hanc in corpus homogeneum reducuntur. Et ſic coagulatio comitatur multas operas, veluti diuaporationem, exhalationem, ſublimationē, deſtillationem &c. Fit duobus omnino modis: ſegregatione vel comprehenſione. Coagulatio per ſegregationem eſt, cum quibuſdam ſegregatis reliquum concreſcit.

Digitized by Google

Itaque & concretio, σύμπηξις appellari principaliter poterat. Peragitur calore, quo diuaporat ſeu exhalat paulatim humor, qui erat cauſa fluoris. Et quidē ſi humor multus vna fuit, coctione diſſipatur vſque ad conſiſtentiam craſſiorē: Reliquum ſinitur tempore leui expirare. Inſtrumenta ſunt ollæ, ahena, ſartagines, labra, pro cuiuſq; rei conditione. Inſeruit & deſtillatio. Nonnunquā vbi grauia ſunt concretilia, & ſubſidēt innatante humore, depletio famulatur, aut clepſydria à latere. Eſt & cū coquuntur quædam ad medias vel tertias, prout dilura ſunt. In reliquo cōſiſtunt, quæ ſunt coagulabilia inſtar glaciei, vnde & congelatio hoc opus vocatur. Cōſiſtunt aūt per ſe, vel circa funiculos & bacillos. Quod ſi à prima conſiſtentia item nimium humoris reſtat: iteri ū coquendo diuaporare ſinitur, ad ſpiſſitudinē iuſtā: iterumq; expectatur congelatio. Plerumq; hic vas eſt ligneū vel figulinum quadratum: cum tranſtris, ſeu foris tabulatis ab anguſto fundo inæqualiter dilatatis, & collocantur quædam in frigore vapido cellarū: quædam etiā ad teporem vaporarii ficci. In nonnullis idē efficitur per vitreas conchas abſq; bacillis. Quædā fimo includuntur ad ſuum menſem. Attendendū omnino eſt, vt liquor prius ſit pure filtratus. Quod ſi aliquid impuritatis relictū eſt, idq; coagulo adhęret, abluitur celeri manu. Succi extracti coagulātur expiratione ad ſpiſſitudinē iuſtam, & vocatur nominatim inſpiſſatio. Peragitur p ſolem vel ignē &c. Nonnullis vt facilius coagulent, adijcitur ſacharū, & ſimiles ſucci. Ita inſpiſſatur mel, gummi, reſinæ &c. Aliquib opus eſt ſeparatione per coctionē, vel iniectam Medicinā, vt poſſit coagulū ab humore æqualiter miſto ſecedere. Ea autem varia eſt, vt in nonnullis acetum, coagulum vitulinum, aqua dulcis, aqua ſalſa &c. Et in lacte cū cogitur pinguedo, peculiariter denſatio inſtituitur per piſtillū foraminuler tum. Quædā coagulare ſeu conſiſtere nō poſſunt, niſi corpus, in quo figantur, accipiant, idq; in aquis aluminoſis, nitroſis, vitriolatis, ſalſis, ſulphureis &c. ſpiritualiorib. euenit: veluti ſi chalcāthinæ aquæ adiiciatur aliquid ferri vel cupri, vt in Hiſpania & Italia coagulat in vitriolum, quo tamen in corpulentiorib. non eſt opus, vt in Hungaria. Similiter ſtatuendum de reliquis. Inſeruit hic aliquando putrefactio, & alii feceſſus. Ita tranſudatio per ollam coagulationis cauſa eſt in aliquibus.

Coagulatio per comprehenſionem.

Coagulatio per comprehenſionem eſt, cum totum ſimul comprehenſum remiſtumque, ad vniformem ſubſtantiam coagulat. Fit &

Fit & hoc variis modis: Quædam consistunt frigore solo, quæ reducuntur à calore, vt gelatinæ, vnde glaciatæ, olea quædam condensata, veluti oliuarum, anisi, &c. Eodem pertinent pinguedinum & fusorum à feruore concretiones, quanquam eam comitetur exilis quædam expiratio: Nonnullis additur aliquid viscidi & fixatorii, vt eo celerius gelascant, vt Ichthyocolla, alumen & similia, coinciditq; glutinatio. Coagulant & halitus vaporesque in sublimatione & destillatione, item per frigus analogum. Aer tamen vaporosus etiam foris concrescit ad quoduis frigidũ, quod alluit, adeo vt in valde frigidis lapidibus etiã in pruinam congelascat, vel glaciem. Alia coagulatio est per coctionem elixationemque, vt in ouis, albo ouorum, quibusdam resinis, &c. Alia per fumum & corrosionem, quomodo coagulatur hydrargyrus ab aquis fortibus & fumo metallorum, cum qua si incidit fixio philosophica, arcanum completur. Fit idem etiam à medicina proiecta. Cum vero occiditur hydrargyrus per remistionem cum siccis, apparens coagulatio est, concurrens cum cõglutinatione. Itaque cum coagulatione est fixio ea, quam possis coagulatoriam dicere, cuius nomen in hydrargyro aqua forti coagulato est præcipitatio, qua ita indurescit per cohobia, præsertim aquis fixatoriis ex alumine, talco, oui albo, testarum calce, &c. additis, vt etiam igniri queat.

Coagulatio per segregationem.

CAPVT XXI.

De cementatione & fulminatione.

CÆmentatio est operatio metallorum propria, qua vitia & impuritates metallorum auferuntur, quo nomine præcipue huc pertinent, quamuis (quatenus stratificatione perficitur corpusque vna friabile reddit, quod plerumque semper facit, si talis sit) ad calcinationem referri possit.

Cementatio.

Eius vsus duplex est: vnus vt metallorum vitia separentur, quo aliis separationibus inseruire queant, alius vt adulterata metalla & fucatæ tincturæ discernantur. Nam leues & superficiales tincturas facile tollit, fucumque aperit, quan-

Vsus cementationis duplex.

quam, (eadem etiam) quidam vtuntur ad fucatas tinctu-
ras reducendas, vt cum metallum alioquin ignobile cum
aliis cæmentant, quæ in metallum cæmentandum tinctu-
ram deponere ſolent, quod nihilominus poſtea alia purga-
Materia cementationis. toria cæmentatione facile ſeparatur, vt prius. Materiæ qui-
bus perficitur cementatio, ſunt metalla quædam fugacia, æ-
rugo, chalcantum, varii ſales, farina laterum, flores æris, &
multa alia, quæ ab autoribus in ſingulis operationibus de-
ſcribuntur, ſiue metallum purgare, ſiue tincturam induce-
re velint.

Apparatus cementatorius. Apparatus talis eſt: pixis ſeu olla cementatoria circa fun-
dum cæmento ſternitur vel ſpargitur digiti vel calami alti-
tudine, prout durities, vel impuritas metalli cæmentandi
requirit, ſtrato deinde imponitur aliud ſtratum metalli la-
minati, vel limati (cum exacta cæmentatio quæritur) inter-
dum cum alio cæmento commiſti, vel paſta cæmentatoria
emplaſtratum ſiue iniunctum illi viciſſim aliud ſtratum cæ-
méti adiiciunt, & ſic per vices, vſq; dum ea impleatur, hoc
tamen obſeruato, vt ſuperiorem & inferiorem locum occu-
pet cæmentum.

Pyxis deinde armatur luto & operculo tegitur, relictis ta-
men ſpiramentis quibuſdam, ſi ſales fugaces in cæmento
fuerint, alias vas diſrumperetur, poſtea, omnibus rite ſic-
catis imponitur furno reuerberii ad iuſtum tempus quod
ſemper nominatur, vel ſi opus fuerit cæmentatio priori
proceſſu reiteratur. Ex quibus manifeſte apparet ad cæ-
mentationem, ſtratificationem & emplaſtrationem perti-
nere, quia nihil aliud ſunt, quam forma & apparatus cæ-
mentationis. Nam neque emplaſtratio, neque ſtratifica-
tio per ſe calcinationes ſunt, ſed eam tamen adiuuant, ſi-
quidem etiam igne reuerberatorio opus neceſſario abſol-
uitur:

Digitized by Google

uitur: Nihilominus tamen cæmentatio, cum per eam tantum metallorum purgatio, non autem calcinatio requiratur, ad ſeparationem referri poteſt.

Cæmentatio inquit Libauius, eſt gradatio per cemẽtum. Cæmentum autem eſt materia mineralis acuta & penetrans, cum qua ſtrata metalla, ad cæmentandum reuerberantur. *Cæmentatio ſecundum Libauium.*

Ea vel ſimplex eſt, vel miſta, & forma puluetis vel paſtæ. Materię ſimplices ſunt primum metalla fugacia, quæ illiquari etiã ſolent perfectis, vt cuprum, &c. Poſtea ærugo, chalcanthum, varii ſales, ex quibus ſi ammoniacus ſeu in paſta ſeu puluere præcipuas tenet, cemẽtum dicitur regale, & congruit auro nominatim, tanquam regia auis (vocant n. aquilam) regi: inde farina laterum, vel puluis etiam craſſior: flos æris, bolus armenus, caput mortuũ aquę fortis, crocus Martis, cinabaris, ſublimatus & præcipitatus hydrargyrus, calx viua, limatura chalybis, arſenicũ, tartarum, &c. & omnino quæ variis ſcopis inſeruire varie poſſunt: & ſunt in cęmentis etiam liquores, vt muria, vrina, acetum, oleoſitates mineralium, aquæ & ſpiritus eorundem, &c.

Qui cæmento ſine fuco vtuntur, potiſſimum hoc ſpectant, vt metallorum vitia obiter adhærentia tollantur, ipſaque per ſe optima in ſuo genere euadãt. Deinde vt eadem opera etiam adulterata á veris diſcernantur. Verum enim vero cum magna ſit varietas ſophiſticationum per medicinas varias, etiam hoc quæſitum eſt per cæmenta, vt conditiones nobilium metallorum inurantur ignobilibus, & ſic hæc pro illis ſe gerant, quod quidem ſi ornatus & oblectamenti ſeu ingenii gratia fit, non eſt culpandum. Fines itaque cæmentandi dependent ab artificis conſilio, qui eodem etiam dirigit cementum, vt ſcilicet depuretur metallum, colore & conſtantia exaltetur, itaque de cæteris.

Inſeruit nonnunquam cæmentum etiam præparationibus. Nam per id venæ immaturæ & volatiles poſſunt figi, vt igni facile reddant metallum, ita etiam auferuntur cæmentando corroſiua mineralia & rapacia, quæ alioquin cum venis, vt poſtea inde opus ſuum magnum poſſit recte inſtituere excoctor, &c. Nec raro confuſa metalla cæmento ſeparantur, ſed altero plærumque perdito.

Porro cęmentationis ratio hęc eſt, pixis (vel olla, catinus, ouum, &c. prout res eſt) cæmẽtatoria cæmento circa fundũ ſterni altitudine conueniente

ueniente (vt culmi, &c.) imponitur ei ſtratū metalli laminati & ad modum groſſorum fracti: interdum etiam limati, quod nonnunquam alio etiam eſt confuſum, vt aurum cupro pari: poſt metallum iterum ponitur, & ſic fit ſtratum ſuper ſtratum, vt loquuntur artifices, vſq; ad ſummum vel circiter, pixis luto armatur, tegitur operculo & agglutinatur, ferroque reuincitur, dato tamen ſpiraculo in ſummo, vel etiam pluribus, ſi ſales fugaces, vt ammonius, ſalpetræ, &c. ſunt in cemento, alias opus diſrumpitur. Siccata omnia immittuntur in furnum reuerberii, aut etiam in anemia, igni per gradus exercentur quouſque res exigit.

In hoc opere nonnunquam duplex eſt cementum, paſta ſcilicet & puluis, ita vt cum acerrime exactiſſimeque ſpectare alicuius ſinceritatem bonitatemque volumus, vnum metalli ſtratum permutetur duplici cemento. Idem etiam fit, cum tingere penitius volumus. Interdū metallicæ bracteæ, melle, albumine, aut ſimili liquore tenaci illinuntur, & aſpergitur puluis cementatorius. Nonnunquam cementi forma abutimur ad colliquationes, veluti cum ſit orichalcum ex Cadmia foſſili, vbi in ſummo operculo latius foramen ad verſandam materiam eſt. Finem inducit fumi ſpecies certa, vt in orichalco luteus, &c. Aurum diutiſſime in cemento manet. Vnde & eo perfectius iudicatur. Poſt argentum cætera in fauillam rediguntur cementis acribus, mitibus vero etiā durant ad ſuum tempus, vltimo etiam aurum corrumpi (imperfectum) poteſt. Plerumque ex fumi ceſſatione argumentum perfectionis ſumitur. In quibuſdam is modus eſt cæmenti, vt intra fluxum ſubſiſtamus, ſeu caueamus ne fluant. Itaque igni paulatim vtuntur. Quædam poſtquam leni igni ſunt agitata, poſtea ſtrenue fundūtur, vt regulum in pixide relinquant. Eſt & cum cæmentum repetitur ſæpius in metallo vno, vt cum aurum adducere ad dignitatem fermenti volumus, &c. vel optimum argentum auri bonitati ſimile facere. Cementationis alius modus eſt per tegulas lateritias excauatas, & poſtquam incluſum metallum cum cemento eſt, ferro reuinctas luto que armatas. Huius vſus eſt etiam ad torrendum, vrendumque quo conteri in puluerem poſſit. More metallorum nonnunquam etiam alia apparantur, & nominatim colores ad tingendum, & ſimilia.

Fulminatio. Fulminatio eſt in cineritio purgatio metalli, qua non ſolum ſordes & alienitates metallo adhærentes ad vaſis extremitatem ſeparantur à metallo, ſed etiam omnia volatilia &

imper-

imperfecta metalla (ſolo auro & argento, quæ perfecta ſunt excepto) in fumum ſeu halitum diſcedunt: ipſum vero metallum, quod fulminandum erat, nebulæ puriſſimæ inſtar in medio coruſcat, vnde nomen accepit.

Eius vſus magnus eſt in purgatione Solis & Lunæ (vnde probationi inſeruit) quod omnia alia metalla, præter illa à cineritio conſumantur & in fumum diſſipentur. *Vſus fulminationis.*

Sed de ea multa dicere non opus habeo, cum vſum præcipue habeat in tranſmutatione metallorum, & plena eius explicatio habetur apud Libauium, qui ſic ait:

Fulminatio eſt gradatio metallica, cum excoctione ad purum in cineritio, cuius perfectio veluti effulgente indicatur ſplendore. Inde etiam nomen operi eſt, quod coruſcatio, veluti in fulmine apparente fulgure, fiat.

Nam poſtquam abſumptæ ſegregataeq; ſunt alienitates, (veluti fluores adiecti, plumbum, mineraliaq; coniuncta) nubecula quædam ſulphurea obequitat per ſuperficiem, vnde poſtea purpureus elucet ſplendor quem fulgur vel fulmen, aut etiam florem nuncupare ſolent, qui cum diſparet, regulus relictus refrigeratur.

Variat autem nonnihil adminiſtratio in magnis & paruis maſſis. In magnis, per officinas metallurgicas metallum nobile (nam ad aurum & argentum potiſſimum vſurpatur) iunctum plumbo, vnde etiam excoctio per plumbum nominatur, forma paſtillorum ſuper furno cineritio reuerberante ponitur, aſperſis nonnunquam pulueribus fluxuum conuenientium (plerumq; cineritium vitro trito, vel ſcoriis, vel plumbagine, aut lithargyro puluerato conſpergitur) ignique per folles ſufflato funditur, excoquiturq; ſubſidente metallo homogeneo, fulmen apparet, à quo paulo poſt ne diſſipetur aliquid de eſſentia, quod in argento vi ignium & ſufflationis fieri facile poteſt, remoto igni, cereuiſia vel etiam aqua, in focum per canalem immittitur, à qua paulatim refrigeſcit, induraturque regulus. Is poſtea extrahitur, & ferreis ſcopis repurgatur. Grana quæ in cineritium deſederunt, effodiuntur: & cum adhuc aliquid impuri coniunctum ſit, (nam magnæ maſſæ citra iacturam in cineritio non poſſunt penitius depurari) vritur, donec volatilia plane diſ-

Digitized by Google

ceſſerint. (In auro pro hoc opere interdum ſeruit amalgamatio, ſed ab artificibus induſtriis non plane probatur.)

In parua copia, veluti cum venarum valor exploratur, &c. additur plerumq; plumbum granulatum, vel etiam laminatum, cum fluxibus, pro natura mineræ. Non enim omnes parẽ plumbi copiam deſiderant, neq; etiam omnes eoſdem fluxus. Nonnunquam & per ſolos fluxus ſine plumbo fit fulminatio. Peragitur in fornacula probatoria in cruſibulo, in cuius defectu, vtimur etiam catinis triangularibus, aurifabrorum more ante folles in fornace ſua, vel etiam anemia: vbi cum pellere ſtrenue volumus, non ſubtus tantum, vel ad latus ſufflamus, ſed & ſupra. Cum apparuit fulgur, paulum adhuc finimus: poſtea in aquam coniicimus, ſcòpis mundamus, fluores adhærentes decutimus, ſiq; ſulphurei halitus ſunt reſidui, eos tollimus vrendo, vel in aqua tartari coquendo.

Quod ſi primo plumbo, aut fluxu, non ſat pure funditur, iniicitur nouus, quoad ſatis. Si venæ ſunt rapaces, plumbũ augetur, ſi refractoriæ, fluxus copioſior & ſæpius adiicitur, ſi teneræ, mitis eſt fluxus, vt borax, fel vitri, &c. Ita etiã inſtituitur ignis regimẽ. Carbones ſolidi eliguntur, vel quilibet immiſſi in aquam ſalſam, poſteaq; reſiccati cõducunt.

Eiuſmodi probatoria fulminatio adhiberi poteſt in omni genere venarum & metallorum confuſorum. Vtimur item fulminatione in reductionibus calcium metallicarum. Per eam emundamus, nobilitamuſq;. Per eandẽ etiam interdum figimus, abſumpta humiditate volatili. Eadẽ ſequitur non raro cementationes. Inſeruit item ad cõfundendum metalla, vt ita aduerſis operationibus congruat. Nã aurum & argentũ per fulminationem cum fluxibus ita illiquari poſſunt, cum vtrumq; ſit cõſtans in igni fulminatorio. Quin & adulteria metallorum per eam iudicantur. (Cum magnæ induſtriæ ſit bene fulminare quælibet genera venarũ & metallorũ, tam in magnis operib. quã in probatione, illuſtrationis maioris gratia apponam, quæ Fuchſius de probationib. reliquit ὡς ἐν γράμμασι. Ita vero ille: Quomodo agnoſcendũ ſit, frigidiuſne an feruẽtius iuſto ꝓcedat, opus in examine ꝓbatorio, multa poſſent dici. Sed rectius exercitio & vſu iſta diſcuntur, quã literis. Scito tamen & attende, cum vti voles cruſibulis ea debere ante in fornacula per dimidium horæ aut circiter, prout magna ſunt vel parua, calefieri, quod num dextrè peractum ſit, ita explora. Calefactę copellæ impone maſſulam plumbi, & ex-

& excoque. Quod si strepit, & resilit: nondũ satis calent. Itaque diutius in igni eas detineto. Id vocant Germani *abgradempt* vel *abgedehmet*, quasi vapore vel habitu calido vaporatum afflatumque diceres.

Cũ examinas venas fœcũdas obserua modum excoctionis. Cum n. incipit feruere & fumigare, refrigerandæ sunt, mitigantusque calor. Alioquin hoc neglecto vel prætermisso, vix pure excoquentur: & quanquam id aliquando euenit, non tamen est certi & infallibilis iudicii. Nam calor nimius aliquid argento adimit, præsertim si venæ sunt diuites. Est & in venarum probationibus attendendum, num, cum iam coqui incipiunt flores per superficiem discurrant.

Inde enim coniicere possumus quænam mineralia sint venis coniuncta. Colores enim illi seu flores arguunt plumbum cinerum, arsenicum, sulphur, hydrargyrum, vel stibium venis commista esse, quæ cuiusmodi sint, alias cognosces porro industria, vt fusores certiores facti in magno opere absque damno laborent, & recte excoquant torreantque mineras.

Pastillo in crusibulo posito fusoque, si fumus in altum consurgit: feruet opus; sin reflectitur caditq; friget. Si materia incipit nitere, ignem intende, ne corrumpatur caloris defectu, præsertim sicubi dives est, quanquam interdum niteat etiam propter impuritates adhuc in ipsa residuas.

Si tarde excoquitur, calorem intende, vna atque altera pruna posita in ostiolo superiore. Ita crusibulum nigredine fuscatur, plumbo combibito, calor augendus est. Præterea si velut circulus obscurus, nitens tamen quodammodo opus ambit: refrigescet plane. Recreandum itaque est aperto ostiolo inferiore, & prunis admotis. Quod si refrixit, particulam plumbi adiice, & iterum coqui incipiet. Hoc itaque facto, debite iterum refrigera, & fine fulgurare, inueniſque excoctum granum propter additum plumbum aliquanto leuius. Cum instat fulmen, auge calorem, ne quid alluvieculæ & halituum è plumbo remaneat, & grauius iusto exhibeat granum.

Fulmine facto, relinque materiam parumper in fornacula: remoue autem prunas è superiore ostiolo. Ita fit vt granum recte possis crusibulo expedire, & à scoriis liberare:

Hactenus Fuchsius.

CAPVT XXII.

De generatione.

QVandoquidem rationem & modum corpora corrumpendi earundemque partes diuidendi alienitatesque separandi, hinc deniq; ad eam perfectionem deducendi, vt natura idonea fiat, quo generationi subiiciatur, demonstrauimus. Tempus est, vt inde quomodo nouum corpus instituatur, pura noua medicina producatur, declaremus, sed prius cum duplex sit omnino medicamentorum generatio, vel potius productio, eamque distinguere, & in qua significatione hic accipiatur, ostendere volumus. Generatio in lata significatione est ex impuro & crudo corpore noui ac propositi medicamenti productio.

Generatio in lata significatione.

Generatio duobus perficitur modis.

Quod duobus modis perficitur vel mediate vel immediate, sic enim manifestioris doctrinæ gratia distinguere oportet.

Si immediate, nihil aliud est, quam fructus & finis corruptionis & separationis, qui illis cessantibus citra præterea laborem necessario relinquitur.

Cæterum generatio est quidem secundum priorem & generaliorem definitionem, sed non vera: siquidem generatio proprie dicta non tantum corporis separationem requirit, sed materiæ etiam inde productæ præparationem in aliam formam, alterationem, & si opus fuerit, cum aliis compositionem, vt postea apparebit.

Præterea hęc potius est vera generationis materia, quam ipsa generatio, cum ab illa semper vera generatio initium sumat.

Quod

Digitized by Google

Quod reliquum est, quamuis negari non possit hanc esse medicamenti naturam quam propositi productionem, tum quo in eadem forma citra aliquam præparationem medici vtuntur: Cum tamẽ ita producta medicamẽta rudiora sint, quam vt locum in vera generatione hic mereantur, siquidem non facile in vsum sumuntur, vel saltem ad vsum diu reseruati non possunt, sine vlteriore aliqua præparatione, nũquam ea pro perfectis & absolutis medicamentis habentur.

Vnde facile liquet, ex istis medicamentis imperfectis veram generationem, vt medicamentum perficiatur, suas habere necessario operationes. Quare non immerito hoc loco hæc generatio improprie dicta excluditur: attamen quia pro medicamento vsurpatur inde productum, & proinde generatio, licet non vera, quæ finis & scopus omnium operationum veræ generationis ostendant, quib. modis exaltetur medicamentum istiusmodi, ac quomodo ad perfectissimam in suo gradu præstantiam perducatur.

Si vero quibusdam mediis inter veram corruptionem & generationem interpositis sequatur medicamentum, tunc proprie & vere dicitur generatio, de qua hic præcipue (cum altera vt dictum est præceptis non egeat) quæ sic definitur, nouæ formæ vel qualitatis, cum virtutis exaltatione in materiam præparatam introductio.

Quare cum noua forma vel qualitas in materiam quamuis puram sine alteratione introduci non queat, omnino necessarium est scire, quibus operationibus id efficiatur, & quomodo à separatione, quæ idem non minus præstat, eædem distinguantur.

Quinque igitur sunt istæ operationes, quæ generationi, seu noui medicamenti productioni inseruiunt, vt digestio, *Quinque inseruiunt generationi.*

coagulatio,inceratio,circulatio & fixatio,quarum quædam corruptioni non minus inſeruiunt,quam generationi, verũ diuerſo modo.In hoc igitur primo conueniunt,quod vtraq; corpus diuidunt, in minimas partes ſecant, ac etiam diſſoluunt.

Differunt vero quod illa id in illas diuidant, vt ſequatur ſeparatio,corporiſque purgatio:ad hæc vt vel corporis in aliam formam ſiue conſiſtentiam alteratio, aut multorum & præparatorum incorporatio & miſtio,vt perfecta poſtea ſequitur vnio.

Præterea cum in definitione materiæ quoq; mentionem fecerim,quid per formam intelligi velim, breuiter explicabo, deinde ad operationes iſtas accedam, vt huic ſecundæ parti finem imponam. Per materiam igitur intelligere debetis non ſubſtantiam adeo puram, vt nullis ampliùs impuritatibus ſcateat:hoc enim ad ſummum & vltimum medicamentum tantum requiritur, ſed cum diuerſi ſint gradus ſibi materiam competentẽ & idoneam requirere, quæ eius medicamenti gradus productionem ſine vlla ſeparatione aut purgatione facile admittat, alias enim non eſſet vera generatio.

Atque hæc eſt illa, quam in ſingulis gradibus intelligere debetis materiam vt E.G. Mercurius præparatus à nigredine purgatus eſt,apta materia ad recipiendam formam Mercurij ſublimati vel præcipitati, quæ non eſt vera generatio, viciſſim Mercurius ſublimatus non ſine vlla præterea impuritatis abſtractione formam olei vel butyri induet. Quare nondũ eſt illa pura materia,q̃ huic generationi ſubijcitur.

Paracelſus de generatione ſic ait:tom. 6. lib. 1. de generationibus rerum naturalium cap.1.pag.200.

Naturalis generatio eſt duplex.

Generatio omnium rerum naturalium eſt duplex; Vna quæ

quæ natura fit sine arte, altera quę fit arte, nempe per Alchymiam. Quanquam in genere dici posset, natura omnia ex terra generari auxilio putrefactionis. Nam putrefactio est supremus gradus & primum initium ad generationem. Putrefactio autem initium suum sumit ex humido calore. Nam perpetuus humidus calor parit putrefactionem & transmutat omnes res naturales à prima sua forma & essentia, similiter & viribus & efficacia, in aliud. Nam sicut putrefactio in ventriculo omnes cibos in stercus transmutat & redigit, ita etiam extra ventriculum putrefactio in vitro, omnes res transmutat ab vna proprietate in aliam, ab vna essentia in aliam, ab vna forma in aliam, ab vna essentia in aliam, ab vno colore in alium, ab vno odore in alium, ab vna virtute in aliam, ab vna vi in aliam, ab vno odore in alium, ab vna proprietate in aliam, & prorsus ab vna qualitate in aliam. Nam euidens est, & quotidiana experientia probatur, multas bonas res, quæ sunt salubres & medicina, post putrefactionem malas, insalubres & merum venenum fieri. Ita contra multæ sunt malæ, insalubres, venenosæ, & nociuæ res, quæ post putrefactionem suam fiunt bonæ, perdunt omnem suam malitiam, & fiunt nobiles medicinæ. Quia putrefactio res magnas parit, sicut huius rei pulcrum exemplum in sacro Euangelio habemus vbi Christus dicit: Nisi granum tritici in agrum proiiciatur, & putrefiat, non potest centuplum fructum ferre. Ex hoc sciendum est, multas res in putrefactione multiplicari, ita vt nobilem fructum pariant. Putrefactio enim est mutatio & mors omnium rerum, & destructio primæ essentiæ omnium rerum naturalium, vnde nobis prodit regeneratio & noua generatio millies melior, &c.

Putrefactio mutatio & mors omnium rerum.

Cum igitur putrefactio sit primus gradus & initium ad generationem: summe necessarium est, vt putrefactionem bene cognoscamus. Sunt autem multiplices putrefactiones, & vna generationem suam aliter quam altera profert, vna quoque citius quam altera. Diximus etiam humidum & calidum esse primum gradum, & initium ad putrefactionem, quæ omnes res procreat, vt gallina sua oua. Quapropter per & in putrefactione omne mucilaginosum phlegma & materia viua fit, quidcunque tandem id sit. Exemplum videtis in ouis, in quibus est humiditas mucilaginosa, quæ quolibet perpetuo calore putrefit & ani-

& animatur in pullum viuum, non ſolum calore gallinæ, ſed quolibet tali calore. Nam in tali gradu ignis poſſunt oua in vitro & cineribus maturari, & viua auicula fieri: etiam quilibet homo ſub ſua axilla ouum maturare poteſt, & pullum procreare tam bene ac gallina. Et hic notandum eſt aliquid maius, nempe, ſi iſta auis viua in ſigillata cucurbita in puluerem vel cinerem comburatur tertio gradu ignis, poſtea ita clauſa putrificetur putrefactione ſumma ventris equini in phlegma mucilaginoſum, tunc iterum illud phlegma maturari poteſt, atque ita renouata & reſtaurata auis fieri: nempe ſi illud phlegma rurſum in priorem ſuam teſtam vel receptaculum includatur. Hoc eſt mortuum reuiuificare per regenerationem & clarificationem quod quidem magnum & profundum miraculum naturæ eſt. Hoc proceſſu poſſunt omnes aues occidi, & iterum viuificari, renouari & reſtaurari, & hoc eſt ſummum & maximum miraculum & myſterium Dei, quod Deus mortali homini patefecit. Sciendum etiam eſt hoc modo poſſe generari homines ſine naturali patre & matre, hoc eſt, non ex muliere naturali modo, ſed per artem, & induſtriam periti Spagyrici poteſt homo naſci & creſcere, ſicuti apud Paracelſum dicitur.

Poſſibile etiam eſt naturæ homines naſci ex animalibus, & hoc habet cauſas naturales, ſed tamen ſine impietate & hæreſi id fieri nequit: nempe ſi homo commiſceatur animali, & illud animal vt fœmina ſperma viri cum appetitu & libidine in ſuam matricem receperit, conceperit, & concluſerit: tunc ſperma neceſſario putreſcit, & per continuum calorem corporis rurſum homo & non animal inde naſcitur. Nam ſemper quale eſt ſemen ſeminatum, talis etiam fructus inde naſcitur, & niſi hoc fieret, contra naturalem lucem, & contra Philoſophiam fieret. Quare quale ſemen eſt, talis herba naſcitur inde. Ita ex ſemine cepæ rurſum gignitur cepa, non roſa, non nux, non lactucæ, &c. Ita fit & cum omnibus aliis fructibus, qui ſemen habent & ſeminantur, &c.

Similiter etiam eſt poſſibile, & non contra naturam, ex muliere & viro naſci animal irrationale. Neque eſt hic de muliere iudicandum vt de viro, hoc eſt, non propterea debet haberi pro hæretica, quaſi contra naturam egiſſet, ſed imaginationi ipſius id eſt tribuendum. Nam imaginatio ipſius eſt fœpiſſime in cauſa. Et prægnantis mulieris imaginatio eſt tam efficax, vt in concipiendo ſemen in corpus ſuum, fœtum variis viis tranſmutare poſſit: quoniam aſtra ipſius interiora tam fortiter dirigun-

diriguntur in fœtum, vt pariant impreſſionem & influentiam. Quare infans in vtero materno in formatione ſua poſitus eſt in manu & voluntate matris ſuæ, ſicut argilla in manu figuli, qui inde format & facit quod vult, & ipſi libet: ita mulier prægnans format fructum in corpore ſuo iuxta imaginationem, prout aſtra ipſius ſunt. Ergo ſæpe accidit, vt ex ſemine virili pecudes aut alia horrenda monſtra gignantur, prout imaginatio matris fortiter in embrionem dirigitur, &c.

Sicut autem iam audiuiſtis per putrefactionem multas & varias res generari & viuificari, ita etiam ſciendum eſt, quod ex multis herbis per putrefactionem varia naſcantur animalia, quod harum rerum periti ſciunt. Hic quoque ſciendum eſt, quod talia animalia quæ in & ex putrefactione naſcuntur & fiunt, omnia aliquid veneni contineant, & venenoſa ſint, attamen vnum longe plus & efficacius altero, & vnum in alia forma quam alterum, vt videtis in ſerpentibus, viperis, bufonibus, ranis, ſcorpionibus, baſiliſcis, araneis, apibus ſylueſtribus, formicis, multiplicibus vermibus, vt erucis, muſcis, bruchis, &c. Quæ omnia in & ex putrefactione naſcuntur. Naſcuntur etiam multa monſtra inter animalia. Sunt autem & monſtra illa, quæ non per ſe ex putrefactione naſcuntur, ſed per artem fiunt in vitro, vt dictum eſt, quia illæ ſæpiſſime in valde mirabili ſpecie & horrenda aſpectu forma apparent, vt ſæpe cum multis capitibus, multis pedibus, multis caudis, multis coloribus, ſæpe vermes cum caudis piſcium, vel pennis prædiți, & alia inuſitata forma, ita vt ſimiles viſi non ſint. Propterea non ſolum omnia animalia, quæ parentes non habent & ex ſibi ſimilibus non naſcuntur monſtra ſunt, ſed etiam quæ ex aliis rebus naſcuntur. Ita videtis de baſiliſco, qui etiam eſt monſtrum, & quidem monſtrum ſuper omnia monſtra, & quo nullum eſt magis metuendum, propterea quod quemuis hominem ſolo aſpectu & viſu occidere poſſit: quia habet venenum ſuper omnia venena, cui in toto mundo nihil comparari poteſt: & hoc venenum occulto modo gerit menſtruoſæ, quæ etiam occultum venenum gerit in oculis, ita vt ſolo aſpectu ipſius ſpeculum maculas acquirat & inficiatur. Ita etiam ſi vulnus vel vlcus inſpiciat, inficit illud ſimili modo, & curam eius prohibet: ita etiam ſuo afflatu, vt viſu, multas res inficit, corrumpit & inualidas reddit, & ſicta ctu. Nam videtis ſi tractet vinum tempore menſtrui, quod illud cito mutetur & pendulum fiat: a-

cetum quod tractat, perit & nihil valet: ita etiam vinū ardens ſuam vim amittit: ſimiliter zibetta, ambra, muſcus, & ſimilia bene olentia ab ipſarum mulierum geſtatione & attactu ſuum odorem amittunt: ita etiam aurum, & coralli ſuum colorem, etiam multæ gemmæ, vt ſpecula, inde maculantur, &c. Vt autem ad propoſitum meum redeam ſcribendi de Baſiliſco, qua ratione & quo modo venenum in ſuo aſpectu & oculis gerat, ſciendum eſt, quod iſtam proprietatem & iſtud venenum habeat ab impuris mulieribus, vt ſupra dictum eſt. Baſiliſcus enim naſcitur & creſcit ex maxima impuritate muliebri, nempe ex menſtruo, & ex ſanguine ſpermatis, ſi illud in cucurbita vitrea ponatur, & in ventre equino putrefiat, in qua putrefactione baſiliſcus naſcitur. Quis autē eſt tam alacer & audax, qui velit eum facere, vel eximere, & rurſum interficere, qui nō prius ſe ſpeculis veſtiat & muniat? Nemini ſuaſerim, imo omnes hic monitos velim vt ſibi caueant &c. Plura apud eundem dicto ſuperiori citato loco.

CAPVT XXIII.

De incratione, & circulatione.

Incratio. INceratio eſt humoris miſtio cum materia ſicca per lentam imbibitionem, ad conſiſtentiam vſq; ceræ emollitæ, vnde inceratio alias imbibitio dicitur.

Vſus item cum digeſtione, ſed hic ſemper requiritur totalis coagulatio.

Apparatus incerationis Apparatus hic eſt: Res inceranda eſt ſpecialiter puluerizanda ſuper marmore & guttulis aliquot liquoris macerandi aſpergenda, qui vel proprius eſt (& tunc ſolent philoſophi dicere ſerpentē vorare ſuam caudam propriam) vel improprius, conterunturq; ac perfecte incorporātur, tunc vaſi digeſtorio diligenter includuntur, lentiſſimo igne coagulā. tur, quouſq; ſiccata materia appareat, tunc reſerato vaſe exempta materia iterum teritur vel læuigatur, vt prius inſeratur & coaguletur, is proceſſus eouſq; reiteratur, donec plus imbibere nequeat, quod ſic cognoſcitur.

Si fue-

Si fuerit puluis, in quo tantum requiritur virtutis exaltatio aut correctio, cum qualitatis alicuius vt volatilitatis alteratione in eo incinerando sistendum est, cum igne digestorio (fortior enim huic operationi non conuenit) siccari non poterit.

Quare hæc vltima inceratio humotis, videlicet quæ siccari non potest lentissimo calore est separãda, ne vna secum hactenus inceratos spiritus vel liquores auferat.

Si mutatio corporis quæratur, vt in calcibus mineralium opus absolutum (mutatio corporis in oleum) sistendi tempus indicabit: Deinde post exactam inceration em in vtrisq; digeritur materia ad maiorem operis perfectionem, tum etiam, vt certum fuit, opus absolutum esse constat.

Est præterea alia quædam inceratio metallis propria, quę Mercurio incerantur, quo fluxibilia reddantur. Ista inceratio incipit ab amalgamatione, à qua spiritus per destillationem cum multis cohobiis separatur, donec metallum mollescat, vt ad candelæ calorem instar ceræ fluere possit.

Inceratio, secundum Libanium, est mistio humoris cum re sicca, per combibitionem lentam ad consistẽtiam ceræ remollitæ. Inde enim vocatur ἐπ' ἄρωσι: Alias etiam imbibitio, quæ fit per irrigationem, re sicca potante humidam. Nec alia est nutritio medicorum, qua sarcocolla, lithargyrus, & alia paulatim succo quodam porantur, & ad vsum euadunt commoda.

Apparatus est huiusmodi: Res inceranda in puluerem comminuta quantum fieri potest, ponitur super marmore læui, vel in concha planiore. Irroratur conspergiturq; guttis paucis sui, qui dudum inde est abstractus aut prolicitus, vel alterius, qui habeat familiaritatẽ & ingressum liquoris. Totum vna teritur, vt exacta fiat commistio, & vndique appareat homogenia. Postea concluditur vase digestorio, lentissimoque igni paulatim fit vnio, dum res appareat pene sicca. Vase reserato, exemptæ materiæ tritæque nouus datur potus, quantum in præsens queat combibere. Digeritur iterum, & reperitur idem, donec vel totum

absumpserit, vel nihil amplius susc ipere seruata consistentia duriusc-la possit, seu incipiat fluere. Tunc massa eousque digeritur, donec figatur totum.

Ita inceratio via est ad fixationem: & si proprius liquor redditur vt combibatur, quod plerumque fit in cohobiis super capita mortua: aiũt suam caudã vorari à serpente, maxime si est colcotar, vel simile aliquod. In lapidis coagulatione etiam lactatio appellatur, cum lacte virgineo pascitur infans philosophorum, seu terra potatur imbre cælesti, vel rore matutino, quod est, Mercurio philosophico, qui extractus est ex corpore eodem.

In metallis quæ cum hydrargyro incerantur, ratio paulo est diuersa. Soluuntur enim ea per amalgama: exprimuntur per corium: hydrargyrus destillatur inde & redditur, donec emolleſcant illa, possintque ad calorem candelæ fluere, vt cera.

Quædam per fumum hydrargyri incerantur, quo pacto & nonnulla vegetalia vapore aquarũ calentium fiunt irrigua. (Vulgus Gallica scabie laborãtium ossa ita incerat odore cinabaris, vel hydrargyri inunctione, quo pacto & destillationibus flexilia fiunt: &c.) Vicina est inceratioui mollefactio.

Circulatio. Circulatio, vt in separatione dictum est, tantam cum digestione affinitatẽ habet, vt vna sæpe pro altera promiscue sumatur. Veruntamen circulatio hæc à digestione differt, quod digestio semper separationẽ quærat (vel vt impuritates & alienitates separentur, & tunc corruptionis est operatio: vel vt separatæ facilius in cõiunctione iterum aliam formam & consistentiam admittant, & tunc generationis propria est, vti supra,) circulatio vero nunquam.

Est igitur circulatio liquoris puri per circularem destillationem exaltatio. Dico, liquoris puri, quia circulatio versatur circa aquas spiritus & olea destillata (& tunc inseruit generationi improprie dictæ) vt videlicet ad summam perfectionẽ & subtilitatem perducantur, vel circa quintas essentias seu tincturas essentiales, & tũc præcedit digestio, vt omnes impuritates, q̃ vel fundũ petere, vel superficiei innatare solent,

Digitized by Google

solent, tollat, tum demum tincturam puram excipit circulatio, quæ absoluit & perficit. Ascendēdo enim tanta menstrui cum tinctura, & tincturæ cum menstruo fit vnio, vt non amplius diuersis virib. polleant, sed tanquā nouum & vnum corpus, vnum & commune habeant temperamentum, per quod nō diuersas, sed vnas easdemq; vires in corpore humano exerant, tantamq; subtilitatē acquirunt, vt sine vllo impedimento per totum corpus transeant. Circulatio etiā ad figendum vsurpatur, vt in circulatione quintæ essentiæ vini apud Dornæū, quod etiāin circulatoria sublimatione obseruatur, in qua toties vertendo, sublimatoriū circulariter sublimatur Mercurius vel metallorum flores, siue mediorum mineralium vt Antimonii, &c. donec tandem figantur.

Circulationis apparatus omnino idem est cum digestione, in Pellecano videlicet, vel alio quopiam vase, quod pro eo substituitur. *Circulationis apparatus.*

In circulatione hæc requiruntur, corporis nimirum ad naturale temperamētum reductio, quod fortasse vitia tum habet in præparatione, vel eiusdē exaltatio & per totū corpus æquatio. Calor enim naturalis ab extremo excitatus, ex quo totum corpus pertransit, tingit, ac perficit: Vnde aquæ destillatæ circulatæ diutius à putrefactione seruari possunt, vel vt tincturæ, quibus præcipue inseruit, sublimiores, leuiores & penetrantiores reddantur. Libauius de circulatione sic ait: Circulatio est liquoris puri, per circularem solutionem, & coagulationem in Pelicano, agente calore, exaltatio.

Liquidarum enim rerum quæ attenuari, seu resolui in aerem, indeq; vicissim in liquorem redire possunt, est tantum: & sequitur potissimum extractiones, quibus fiunt essentiæ. Itaq; & rectificationis officio non raro fungitur, cum per eam non tenuiores duntaxat euadant liquores, sed & puriores, efficaciores, magisque perspicui.

Concurrunt in eius administrationes plures, veluti digestio: (vnde

interdum digeſtio in pelicano & circulatio ſunt pro eodē) ſublimatio, deſtillatioq; vicario. Nam quod ſpecie vaporis vel aeris in vaſe eleuatū eſt, poſtquam frigore loci coagulauit, & cōſtitit, defertur iterum, deſtillatque, & ſic etiam coagulatio quædā vna fit, & reſolutio ratefactoria. Hinc intelligitur quæ ſit eius procuratio. Pelicanus ſeu vas Hermetis, aut quodcunq; ad eius imitationem factū ad manum eſt, impletur liquore extracto attenuabili, ad tertias. Ponitur in fimo, vel huius vicario, ad mediū aut etiā ad tertiam extantem, vt duæ tertiæ ſint in foco, vbi calor eſt, vna vero extra focum in aere frigidiore, vt ibi fiat attenuatio, hic coagulatio. Ita finitur per menſem ſuum, hoc eſt, donec quæſita exaltatio reſpondeat voto. Si quid impuri aut feculenti adhuc in liquore fuit, id plerumq; ſolet ad fundum ſubſidere. Quod vbi euenit, refrigerato opere effunditur puritas in aliud circulatorium mundū, iterumque imponitur ad exaltandū. Calor debet eſſe moderatus, & cōtinuus.

Summa eius excellentia eſt in quintis eſſentiis faciendis. Abutimur tamen eadem etiam ad figendum. Res enim volatiles cum ſeu pelicano, ſeu matrici, quæ ſuſtinet vicem illius, includuntur, eleuari ſinuntur & iterum deferri quouſq; figantur, & totæ in imo maneant, id quod etiam per ſublimationem nonnunquam procuratur.

Quod ſi adhæret in ſummo, vel etiam in ſuperficie fixorum moratur, inuertitur vitrum. Et hic pro rei natura calor etiam intenſior quam pro gradu primo eſſe poteſt: Nunc audiatur D. Sennertus. Inter ſpecies ſeu modos digeſtionis eſt inprimis circulatio, quam nonnulli etiam Pelicanationē à vaſe, in quo perficitur, nominant. Hac, adhibito, externo calore blando, materia, quæ circulatur, continuo forma vaporum attollitur, iterumq; condenſatur, atq; ita per coctionē illam continuam, & circularē hunc reſolutionis & condenſationis motū ad ſummum perfectionis in ſuo genere gradū peruenit. Vlſtadius, cap. 6. differentiam inter digeſtionem & circulationem conſtituit, quod nimirum digeſtio requirat vaſa amplioris orificii, per quod etiā craſſior materia immitti poſſit, cum in circulatione anguſtius orificium ſufficiat, p quod liquor ſaltem infundi poſſit: quod in digeſtione totum vas tegatur, in circulatione ſuperior pars emineat. Verū ex illo ipſo accipit Vlſtadius digeſtionem pro fermentatione & putrefactione, non pro hac digeſtione, quæ ad vltimam rei perfectionē tendit. Adhibetur autem circulatio iis liquoribus, qui iam ab omnibus fecibus ſunt depurati, quorum ſumma ſal-

Digitized by Google

ma ſaltem quæritur ſubtiliatio. Ita ſpiritus vini iam rectificatus circulatione in optimam, quam quintam nominãt eſſentiam, tranſire dicitur.

Inſtrumenta autem, in quibus fit circulatio, ſunt varia, pelicanus, geranium, & his ſimilia, quæ paſſim depicta exſtant. In hæc includitur res circulanda, adhibeturq; calor circa vaſis fundum & latera, in parte vero ſuperiore aeri frigidiori paret. Atque ita ſemper à calore ſurſum aliquis vapor attollitur in altum, & à frigore & vitri denſitate coagulatum per canales vel ἀπ' ὄψεως, vel latera deſcendit, qui motus cum in orbem ſeu circulum redeat, dicitur circulatio.

CAPVT XXIV.

De fixatione.

FIxatio eſt quo volatilia fixa redduntur.

Eſtque duplex: alia eſt, quę volatile quid corpori fixo affigit, alia quę totum corpus volatile figit, & permanens conſtanſque reddit. *Fixatio.* *Fixatio duplex.*

Vtraq; per cæmentationes, cum rebus fixantibus, macerationem aut extinctionẽ cum aquis fixatoriis, vel alias huiuſmodi incorporationes, tandem in nonnullis per leuem & aſſiduam calcinationem perficitur. Vſus eius eſt, ne ob nimiam leuitatem partes animales feriat, vt ſymptoma inducat, vel vt quintas eſſentias perficiat, & tunc circulatione abſoluitur.

Huic affinis eſt alia operatio, quę fixa volatilia reddit, quę nomine caret, cuius tamen non minor ferme eſt vſus, quam alterius.

Niſi enim medicamẽta à calore noſtro moueantur (quod nullo modo fiet, ſi prorſus fixa fuerint) corpus nunq̃ mutabunt. Vnde inuẽtę ſunt omnes operationes, quæ huiuſmodi fixa medicamẽta, vt ſunt aurum, argentũ, gemmæ, margaritæ, corallia etiã in minutiſſimas partes redigerẽt, quo facilius calori natiuo cederent, tanquã cauſæ ſine qua non. Quanto igitur magis efficacia erunt, ſi leuia reddantur & fluxibilia, mollia

mollia, & tractabilia (quæ enim eadem sunt classe cum his, quemadmodum & induratum cum fixis) efficiantur, non tantum vt facile à calore nostro vincantur, sed etiam vt cum eo tanquam vehiculo per totum corpus fluant, viresque exerant.

Iisdem fere operationibus absoluitur, quibus fixatio, quæ sunt extinctiones, macerationes, sublimationes, solutiones & similia.

Verum diuersa medicamenta siue media promouentia ad has operationes perficiendas ab illis, quæ ad fixationem requiruntur, adhibere oportet, cum contrarium prorsus in hac superiore quæratur. Hic enim restauratio humoris absumpti vel deficiens aut asperitatis sublatio necessaria est, in illa vero contraria.

Nihilominus tamen istæ operationes merito recensentur in generatione, cum separationes istæ insensibiles sint, ac potius alteratione, quam separatione perficiantur.

Cæterum omnes prædictæ operationes tam corruptionis, quam separationis generationi inseruiũt, verum diuerso respectu. Nihilominus tamen in generatione omnes explicare superuacuum esset, siquidem nullam operationem diuersam ab eo omnes habent, quas antea in corruptione & separatione declaraui.

His tertium Librum Antidotarii Medicochymici absolutum volumus, quod igitur prospere cadat, accingimus nos Dei auxilio ad quartum, qui agit de formis & diuisionibus medicamentorum, &c.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIDOTARII MEDICO-CHYMICI

LIBER IV.

CAPVT I.

De præludiis quibuſdam Medico-Chymico neceſſariis.

ABSOLVTIS & enumeratis pleriſque aut certe præcipuis, & pharmacopœo & medico cognitu vtilibus operationibus: proximum eſt, vt jam ad ipſam medicamentorum, quæ illis operationibus perficiuntur, præparationes accedamus. Qua in re, quod in operationibus fecimus, & chymicas, & vulgares medicamentorum formas coniungemus, vtpote quæ omnes eundem finem ſpectent, & æque medico neceſſariæ ſint. Sæpe enim ii affectus incidunt, in quibus clyſteres vel ſimilia medicamenta non minus ſunt neceſſaria, quam ſpiritus aliquis, tinctura, extractum, vel ſimile quid ſubtiliſſime paratum.

Medicamentorum diuiſio eſt interna & externa: Interno- *Medicamentorum diuiſio.*
rum medicamentorum formæ ſunt variæ, alia ſunt fluida, alia non fluida, & quidem hæc rurſum duplicia, vel mollia & liquida, vel plane ſicca. Fluida ſunt, aquæ deſtillatæ, ex floribus, herbis, radicibus, corticibus, ſeminibus & li- *Medicamenta interna.*

Digitized by Google

gnis, &c. ſpiritus, decocta, infuſiones, vina medicata, mel cratum, mulſum, oxymel, ſyrupi, aqua hordei, olea, julebi, emulſiones. Mollia, ſed non fluida ſunt, tincturæ, balſama, extracta varia, ſucci medicati, conſeruæ, eõdita, electuaria, opiatæ, antidota, eclegmata, boli, miſturæ, &c. Non fluida & plane ſicca ſunt: Pulueres diaphoretici, diuretica, croci, trageæ, ſales, calces, flores, præcipitata, confecta, rotulæ, morſuli, marcipanes, trochiſci, pilulæ, &c.

Medicamenta externa. Externa vero vel quibuſdã corporis partibus immittuntur, vel corporis ſuperficiei ſaltem applicantur & adhibentur. Aluo iniiciuntur & immittuntur glandes, & clyſteres: vtero clyſteres & peſſi: peni & veſicæ etiam quidam liquores iniiciuntur: ori adhibentur gargariſmi, apophlegmatiſmi, dentifricia: naribus errhina, ptarmica, odoramenta, ſuffitus: auribus iniectiones peculiares: oculis adhibentur collyria.

Corporis ſuperficiei ſaltem adhibentur & applicantur olea, balſama, linimenta, vnguenta, cerata, emplaſtra, cataplaſmata, dropaces, ſinapiſmi, phænigmi, epithemata, fomenta, ſacculi, embrochæ, lotiones extremorum, balnea, ſmegmata, cauteria: quę omnia iam ordine, quantum compendii ratio patitur, videbimus, ordiemur autem ab operationibus vulgarioribus, & apud ipſosmet pharmacopœos communibus, initium ſumentes à deſtillatione, ex cuius reformatione benignus lector, ſummam tum iucunditatem, tum vtilitatem percipiet.

Superius ſatis ſufficienterq; diximus quid ſit deſtillatio eiuſq; operatio in chymia & medicina, ſed cum deſtillationis modi tam ſint diuerſi pro diuerſis rationibus, modis atque ſubiectis, vnde etiam tot diuerſæ deſtillationis differentiæ exurgunt, paucis prius admonendi medicinæ ſtudioſi veniunt.

Quinque deſtillatio- Quinque ſunt obſeruandæ differentiæ in rebus quæ deſtillare

ſtillare volumus. 1. Eſt à rebus, è quibus humorem vel liquorem elicimus. Nam alio modo mel, alio ſulphur, alio vinum, alio cera, alio terebinthina, gummi, vt maſtiche, euphorbium, ſtyrax, & reliqua eiuſmodi, alio herbæ, alio ſales, alio radices, alio flores, alio denique ſemina deſtillantur. *Nè differentiæ. Prima à rebus.*

2. Ex differentia liquoris ſtillatitii deſumitur: Nam aliter aquæ ſeu ſtillatitii liquores, longe autem diuerſo modo olea ipſa eliciuntur. Exempli cauſa ex herbis, floribus, radicibus & ſeminibus non ſiccis, ſed virentibus aquæ per ſimplicem deſtillationem eliciuntur ſine admixtione alicuius liquoris. At ex radicibus, herbis, floribus, & ſeminibus ſiccis, & odoratis præſertim, mediante aqua aut quouis aliquo alio liquore admixto, olea ſupernatantia eliciuntur. *Secunda ex differentia liquoris.*

3. Differentia à materia & figura vaſis dependet. *Tertia à materia & figura vaſis.*

A materia: Nam aliud eſt terreum, aliud plumbeum, aliud æneum, aliud vitreũ. A figura: alius namq; modus deſtillationis per alembicum, alius per cornutam, alius per matratium, alius per Pellicanum, &c.

4. A vaſis ſitu: ſit n. vel recta cucurbita, vel incurua aut inclinata, cuiuſmodi deſtillationes per aſcenſum dicimus, ſeu cum vnius matracii ſeu cucurbitę collũ in alterius collũ immittitur, q; bociam contra bociam, aut botum barbatum deſtillatores chymici nuncupant. Nimirũ quando per cõcurſum vaſa ita iunguntur, vt alterum alterius os excipiat, idq; diuerſo poſitu & ſitu recto, obliquo, procumbente, &c. Atque his fere deſtillantur, quæ difficile aſcendunt, ſuccique minus habent. Multa etiam per deſcenſum deſtillantur, vaſe eo, quod materiam continet, inuerſim alteri impoſito, qui modus per deſcenſum vocatur, & contrarius *Quarta à vaſis ſitu.*

est ei, qui fit per ascensum. Per descensum destillantur gagates, & varii generis ligna, vt Guaiacum, juniperus resinæ, &c. Quod si vero latius destillationis nomen, vt sit humidi eductio à calore, ad hanc etiam referri poterit ea, quæ per descensum fit inuerso cucurbitæ ore.

Quinta à gradibus ignis.

5. A gradibus ignis, qui sunt quatuor: primus, secundus, tertius, quartus. Primus est lentus, qualis est ignis balnei aut vaporis: Secundus cinerum: Tertius arenæ vel scobis ferri: Quartus est ignis nudus, vt vocamus. Cum primo aut secundo ignis gradu destillatus per ascensum: cum tertio & quarto, per concursum & descensum. Sic destillantur olea ex salibus, vt sale communi, vitriolo & reliquis huiusmodi.

Operationes chymicæ tam medico quam pharmacopæo cognitu necessariæ sunt.

Verum cum non solum sufficit pharmacopœo simplicem tenuisse destillationis modum, de quo iam egimus, sed opus habet insuper, vt præparationes sibi inseruientes exacte cognoscat, si vt industrius pharmacopœus debet, suas res ex arte parare velit. Eiusmodi sunt fermentatio, concoctio atque digestio, &c. Quas operationes si rite intellexerit, naturam quodammodo imitatus, varias pulchras atque vtiles præparationes efficere poterit. Nec pharmacopœum tantum eadem nouisse par est, sed ipsum etiam medicum pharmacopœis præcipientem, si suo honori & ægrotantium saluti consultum velit.

Hanc medico.

Sed talia hodie ita in despectum abierunt, vt vel negligant ista multi, vel certe supercilioſe contemnant, nescientes nimirum, quid vtilitatis eiusmodi preparationes in recessu habeant.

Et certe non videmus, cui potius causę eiusmodi pertinacissimum despectum tribuamus, nisi merę ignorantię, cum satis notum sit, non contemni aliquid, nisi ab ignorante.

Necessi-

Digitized by Google

Neceſſitatem aſpiciant vitæ noſtræ, vt diſcant eam coegiſſe nos quærere præparationes ciborum ad alimenta corporis neceſſariorum, in quibus tamẽ præparandis tanta neceſſitas forte nõ fuit, quanta debet eſſe in pręparatione Medicamentorum ſanitatis cauſa generatorum.

Reſpiciant frumenta, quæ non cruda, qualia ex terra emerſerunt, ſtatim pro cibis offerũtur, ſed ſeparata prius palea & furfure in farinam rediguntur, quæ etiamnum nõ cruda, ſed fermentata rite probeque ſubacta pinſitur & coquitur, vt fiat panis aptus nutritioni. Non itaq; vnica tantum & ſimplex præparatio eſt panificium, ſed multiplex, artificioſa, & inſigne Magiſterium. *Panificij præparatio.*

Nam fermentationem conſidera, qua panis leuis & ad nutritionem aptiſſimus fit, tantoq; leuior & ſalubrior, quanto magis fuerit fermentatus. Ponderoſior vero tanto, nutritioni ineptior & inſalubrior, quanto magis fermentatus fuerit. Quæ ſane præparatio ſi non præcedat, ſed farinæ ſimplici aqua affuſa, & ita cocta, pro pane, glutinum naturæ noxium parabis.

Nunquid vides, vt Amylum, res tenaciſſima, ſola aquæ infuſione paretur? aut panis non fermentatus, ſi cum modico aquæ irroretur, digitisque ſubigatur, in tenacem, ceream, & prorſus glutinoſam ſubſtantiã abeat? Quid igitur putas futurum in ſtomacho atque viſceribus, præſertim debilioribus, ſi eiuſmodi offeratur? nempe talis nihil aliud, quam obſtructiones, materiam calculoſam, & plurimorum morborum ſeminaria procreare poteſt. Quapropter in Regimine Therapeutico eiuſmodi vſum, cuiuſmodi ſunt placentæ farinaceæ piſtæ, piſtoria opera & ſimilium paſtarum non probe fermentatarum curioſe interdicere ſolent. Nec tamen, quod mirum eſt, ſatis attente ad cauſas, cur id faciant, aduer-

tunt. At sciant, eam solam ob causam fieri potissimũ, quod pastæ, ex quibus eiusmodi pānes fiunt, non rite sint fermentatæ. Tantum prodest hæc præparatio, vt pharmacopœo omnino cognitu sit necessaria.

Necessaria fermentationis cognitio.

Hæc quippe attenuat omnem substantiam, hanc soluit à suo corpore & impuritate terrestri, vt apta fiat postea ad producendum verum Balsamum Radicalem atque spiritum viuificum. Huius solius fermentationis beneficio, vt infra etiam patebit, eliciuntur aquæ vitæ ex omnib. seminibus farinaceis atq; adeo ex ipsis etiam rosis, deniq; ex omnibus floribus, herbis, & in vniuersum vegetabilibus cunctis.

Per hanc fermentationem seu fermentum hoc naturæ pari modo omnes corporis nostri humores attenuãtur subtilianturq;. Hinc cognoscas licet, quemadmodum vel modicum acidi fermenti, & panem leuissimum, atq; concoctu facilimum reddit, qui alioqui futurus erat grauis, & ad digestionem ineptus: Ita etiam per eandem viam fermentationis, quæ cõsistit in liquore quodam acetoso naturæ, nostros humores attenuari, atque ad excretionem disponi, ideoque sunt quædam acida, quæ sudores mouẽt, quamuis & ex Medicorum vulgari sententia sint frigida.

Et sane qui eiusmodi præparationem quæ per fermentationem fit, panificio non adhiberet, sed tantum grana frumenti, sicut à natura producta sunt, aquæ incoqueret, quid quæso gratię tam nobili alimento conciliaret? Quid vtilitatis adferret naturæ? Imo quid nõ molestiæ eidem ex re alioquin nobilissima vtilissimaque crearet? At parãtur hoc modo, atque hucusque Medicamenta in officinis. Non dicam homines absque panificio etiam fermentato viuere non posse: Notum enim est, & tradunt historiæ, plures nationes magna ex parte simplici hordei, aut leguminum vel Radicum

Digitized by Google

dicum (vt hodie ſolent Indi Americani) decocto viuere. At noſtros homines abſque eo æque commode atque ſalubriter victitare poſſe, illud vero pernego. Digni ſunt profecto, qui allia comedant, qui nolũt meliora. Nimis craſſa hercle iſta medicatio & ſuis cultoribus tantum digna. Referamus, exempli gratia, quod omnib. notũ eſt, quid agatur cum vino. Huius pulchrã præparationẽ qui non attento & philoſophico animo contemplatur, non meretur ſane vt bibat. Primum ſeparãtur racemi, vinacea, pelliculæ, tum exprimitur ſuccus, hic rurſus in doliis ſuamet natura efferueſcit, ſpumam eiicit, fæces deponit atq; tartaream materiam, donec depuretur perfecte. Quæ profecto præparatio, licet naturalis quodãmmodo ſit, iuuatur tamen ab arte. Fruſtra namque vinum à natura præſtoleris, ſi non exprimas ſuccum, & rite præparatum in dolia infundas. Nec ſimilis vtilitas ex vuis, q̃ ex vino. Helueticos milites nouimus, ceu ſtrage quadã, vineta obruiſſe, vuaſq; magna voracitate depauiſſe. At quid accidit? Nimirũ crudum nõ coctũ nec rite fermentatũ vinum, quod vorare, quam bibere maluerunt, voracitatis incõſideratę (licet forte ob famem vtrumq; neceſſariæ) dederũt pœnas. Nam dyſenteria paulo poſt maxima eorũ pars interiit. Salubrius & lætius egiſſent, ſi quo vnice gaudent, merum pfectum & rite fermẽtatum fuiſſent præſtolati. Quid dicam de reliquis cibis? Carnes non crudæ, ſed debite coctæ atque conditæ comeduntur. Eadem quoq; ratio eſt in aliis cibis.

Ad vini cõfectionem quales requirantur operationes.

Nunquid vides, vt induſtriæ percupidæ mulierculæ non nullæ, ſuis ægrotantibus ex carnib. & volatilibus, parare norint colaturas, gelatinas, cõſummata? At hęc extra sũt. Separantur quippe terreſtria à laudatiori ſubſtãtia, & ægro cõducibiliora. Cur non idẽ facimus de medicamẽtis? Ægri certe natura, iã plꝰ ſatis pſtrata, crudos iſtos cibos ſuſtinere neqt, ſed ab-

Mulierculis haud ignota ratio extractorũ præparandorum.

ſed ab iis patitur aut etiam ſuccumbit. Quando iſtud magis fiat à medicamentis non rite præparatis, & ab impuriori ſua ſubſtantia ſeiunctis? Nihil profecto aliud, quam impedite iuſmodi impuritas, quo minus medicamẽti vis gemina cum hoſte ſuo, morbo, inquam, eiuſq; cauſa congrediatur, eumq; vincat commode atque peſſundet.

Quid igitur fiet de iis medicinis, quæ non tantum cruditatem in ſe continent, ſed malignam quoque qualitatem aliquam: & talem non ſeparatam autrito præparatam, vel caſtigatam etiam porro exhibere audebimus? Solent, & (proh dolor) ſolent ac nimis vere ſæpe, inquam, ſolent, eiuſmodi decocta, puluerata, mixta, nec alio vllo artificio parata medicamenta ægris plus moleſtiæ (ne quid grauius dicam) adferre, quam ſolatii atque auxilii. Non itaque ſpernendæ aut negligendæ ſunt eiuſmodi præparationes, cõcoctiones, inquam, digeſtiones & fermentationes. Nam hæc ſi fiant, ad imitationem fient naturæ, quæ iiſdem vtitur operationibus ad perfecte maturandos fructus, reſque, quas producit, vniuerſas. Sed pergamus.

Crudorum pharmacorũ, & ſine artificio digeſtorum quanta incommoda.

Concoctionũ differentia.

Ariſtoteles in quarto Meteorũ tres conſtituit πέψεις ſiue concoctionis ſpecies. Prima eſt πέπανσις quæ eſt humoris in humido ſemine exiſtentis & indefiniti à calore naturali facta concoctio. Modus autem hic concoquendi, maturãdi atque perficiendi plantarum & reliquarum rerum ſemina, vt germinent, & fructus vberrimos producere poſſint, eſt opus ſolius naturæ, quæ pro inſtrumento vtitur illo calore viuifico, qui elemento ſtellarum proportione reſpondit, vt idemmet ait Ariſtoteles. Hunc ars ſi non imitari, ipſius tamen ſequi veſtigia poteſt. Secunda concoctionis ſpecies eſt ἕψησις ſeu Elixatio, quæ eſt indefiniti in humore exiſtentis concoctio, ab humido calore facta. Tertia & vltima eſt ὄπτησις

ſeu

seu assatio, quæ est eiusdem interminati à calore arido, & alieno facta concoctio.

Hæ duæ vltimæ cõcoctiones ab arte præsertim fiunt, circa quarum moderationem diligentes pharmacopœos erudiemus, diligentes, inquam, & verorum Medicorum artisq; obseruantes, nõ nugiuendulos, qui candelas, faces & nescio quid ridiculi conficere, atque diuendere malunt, & mercatoria merce officinas suas opplere, quam veris artis operibus incumbere, suamque & artis, quam temere profitentur, dignitatem tueri. Sint igitur liberalibus Mercenarij & sordidi, non artifices artisque (quotquot sunt humano generi summe necessariæ, & almæ Medicinæ famulæ) cultores, sed mercatores mechanici, spem in pompa collocantes, atque lucro. Hostem in vrbe malim videre quam hos nebulones. Ab illo enim cauere norunt sibi ciues: at ab istorum perfidia, quam vel ignorantia, vel malitia, vel sane negligentia sua præstant, quis sibi cauebit, nisi qui eosdem extra vrbium pomeria eijciet atque exterminabit? De impostoribus hoc dico, & pharmacopœi titulum falso vsurpantibus mercatoriam auaritiæ causa cum ea confundentibus, non de candidis, bonis atque diligentibus, ad quos hic noster labor pertinet, quibusque hæc nostra studia & admonitiones in salutem plurimorum, ipsorumque laudem & emolumentum dicata sunto.

Legitimi & veri pharmacopœi à spuriis distinguũtur.

Sed latius digressi sumus, ac forte extra ipsa etiam instituti pomeria: placuit tamen in re non parui momenti, vtrumque hoc loco arrepta occasione & nostram sentẽtiam proferre. Nunc vero ad propositum redeamus, ad digestiones, inquam, tantopere operibus pharmaceuticis necessarias, quarum vtilitates ad purificationes & exactas atque veras omnium rerum concoctiones facile percipient,

Necessitas & vtilitas digestionis.

qui eas rite adhibebunt. Opus est tantum vel vnico Balneo Mariæ, vel saltem cacabo pleno aqua, quæ vel tepida, vel calida ad ignem, si opus sit, reddi possit. Nam differentias & earum regimen postea trademus. Hoc medio apozemata atque decocta pura & clarificata parabuntur, non vt illa, quæ vulgo oui albumine repurgata, hoc est, crasso illo modo parata, vel vnius quartæ horæ spatio omnem fæcem in fundum deponunt, quam tamen iterata agitatione cum liquore perfusam misero ægro obtrudere non erubescunt. Has fæces paucis aliquot horulis separabimus per digestionem, viribus nihilominus integris seruatis, aut certe etiam longe valentioribus redditis, dempto nimirum eo, quod laudatioris essentiæ vim atque actiones obtundere, obfuscare, aut penitus impedire posset. Sic solatio erimus ægris, sic naturam eius tuebimur, morboque minore eius molestia fræna iniiciemus, donec à natura specifici medicamenti ope adiuta penitus extirpetur exterminetur-que.

Eadem porro digestione perfecto depurantur succi radicum, foliorum, florum, vti docebitur in progressu. Et quod magis etiam est, dum digeruntur, coquuntur etiam, hoc est, dulcorantur, atque per Balneum Mariæ, humido liquore seu vapore separato in syrupi consistentiam redi-guntur, quem diu seruabis absque melle vel saccharo. Vt vel hinc constet verissime ab Aristotele prolatum, omnia concoctione dulcescere, id quod experientia vere confirmat. Aut ne quid noui introducere videar in officinas, & à Pharmacopœorum communi methodo, duas tertias tamen sacchari minus, quam solent, in rite digesto atque concocto succo addendas suadeo, vt palato magis deseruiam. Exempli gratia, in quo syrupo antea posuerunt sac-

Omnia concoctione dulcescunt.

chari

chari lib. iij. iam vnam tantum adiicient, eritque talis ſyrupus minoribus paratus ſumptibus, nihilominus longe vtilior, & qui longe minori poſſit exhiberi doſi, quæ tamen communibus illis longe ſit efficacior. Nam Cochlear vnicum ſyrupi de ſucco roſarum pallidarum hoc modo parati ſufficiet ad euacuationem ſufficientem moliendam. Cum interim ſyruporum, vt vulgo ſolent confici, vix plures vnciæ ſufficiant. Nec mirum, quid enim aliud fere in iis, quam ſaccharum cum minima ſucci quantitate? At notum eſt ſaccharum nec purgare, nec refrigerare, quod tamen conditio ſyrupi Roſarum pallidarum maxime requirit. Sed de his prolixius ſuo loco agemus; ad rem accedamus propius.

CAPVT II.

De Aquis & ſpiritibus deſtillatis.

VT ſeparatorum Medicamentorum (inquit Iatrochymia noſtra) præparationes inueniamus: ſcire expedit, quæ & quot Medicinæ ſpecies arte extrahi poſſint: quæ duo omnino ſunt, aut enim quod extrahitur natura ſua ſiccum & ſolidum eſt, interueniente tamen aliquo corpore fluido, vt Menſtruo fluidum redditur, & ſic nonnunquam ad vſum reſeruatur, vt in Tincturis apparet, aut fluidum & humidum eſt (humida enim & ſolida ſubſtantia omnia Medicamentorum corpora conſtituunt) ſi fluidum eſt tum humoris conſiſtentia à corpore ſeparatur, qui in omni corpore duplex eſt, & ſub duplici forma ab eodem ſeparatur, Aquoſus & oleoſus: Aqueus rurſus eſt, aut elementaris aut alimentarius.

Elementaris humor, eſt elementum aquæ omnibus mixtis tam animatis quam inanimatis, commune ſoliditatis vinculum, cuius ſolius beneficio tanquam viſco corporis firmitas & continuitas manet, & cohæret.

Hic cum exiguus eſt, in omni corpore & non niſi prius conſumpta omni alimentari humiditate, corporeque ad cineres redacto ſeparetur, raro aut nunquam ab artificibus experientiæ ſubiicitur.

Alimentarius vero humor eſt aduentitius & extrinſecus ex alimentis extractus & comparatus, qui ſucceſſu temporis poſt factam concoctionem in ſubſtantiam corporis ceſſurus eſt, atque hic eſt ille humor, qui communi deſtillandi ratione à pharmacopolis præparatur, vnde non adeo efficax eſt, cum parum de virtute corporis ſapiat, quandoquidem nondum ſit vera eius pars, licet, ſi artificialiter deſtilletur aliquid de eſſentia ex corpore ſecum portet, vnde magis minuſue efficaces præparationes reſpectu huiuſmodi aquæ inueniuntur.

Verum quando poſſit corrigi, vt plus de eſſentia ſecum deferat aquæ deſtillatæ, poſtea dicetur.

Cæterum hic aqueus humor, quamuis nondum ſit ex eſſentia corporis, hic quatenus ſpiritus & caloris vinculum eſt, per quod & cuius miniſterio calor influens defertur per totum corpus vegetabilium, non longe aliter quam ſanguinis vehiculo in animatis corpore quodam modo aliqua eius pars, de eſſentia corporis participat, vnde duplex eius differentia oritur, in omni corpore diuerſis nominib. donata, alius enim ſpiritus eſt, alius aqua quæ adhuc comparata phlegma dicitur, de quarum præparatione initio facto ab aqua agam.

Aqua quid ſit. Eſt igitur aqua alimentaria & phlegmatica corporis humidi-

miditas, caloris vi in vapores extenuata & destillatione per alembicum separata, estque duplex: simplex & composita.

Simplex est, quæ ex vna re simplici separatur & soluta ex recentibus extrahi potest, cum in siccis absumpta sit. Ex iis tamen quæ semper humiditate scatent, nec quamdiu specificam suam differentiam seruant, siccari possunt, quouis tempore copiosa satis elicitur, vt ex melle, vrina, butyro, sanguine, illa ex herbis recentibus, itaque destillata aqua. *Aqua simplex & composita.*

Hoc solum obseruandum est, ne nimis crasse inspergantur cucurbitæ propter adustionem, alias forma destillandi omnibus satis est nota, & ex prioribus patet.

Verum quod antea pollicitus sum, ita solent hanc aquam destillare, vt aliquid de essentia secum deferat.

Quidam in aqua destillata ex herbis alias eiusdem speciei herbas macerare solent, hoc sæpius repetere interpositis destillationibus multisque cohobiis, sed hoc præcipue obseruatur in calidis vt rore marino, maiorana, &c. quæ cum calida sint, facilius in iis separatur spiritus, quam in frigidis, & si quæ immiscetur.

Alii solent herbas recens collectas vasi putrefactorio protinus immittere & putrefacere ad iustum tempus, deinde ad siccitatem destillare, idque sine refrigeratorio alembico, & aliquando cohobare.

Hac enim ratione omnes spiritus & essentiam herbarum cum aqua recipiunt.

Humor enim ille aquosus tanquam menstruum extrinsecus adiectum corpus ipsum separat eiusque essentiam in se haurit, sed hæc illustratione per exempla opus non habent.

Huic aquæ analogum ex aliis siccis per macerationem in

Digitized by Google

menſtruo extrinſecus adiecto elicere ſolent, eadem prorſus procedendi methodo, quæ in ſuperioribus obſeruata.

Ex animalibus etiam, vt lacte, vrina, butyro & ſanguine, tum etiam ex mineralibus haud diſſimili modo aquæ eliciuntur. Verum in mineralibus quædam diuerſitas in forma deſtillationis obſeruatur, per latus enim pleraque propter grauitatem deſtillãda ſunt, nec enim in regimine ignis, propter rationes ſequẽtes, maior cura eſt adhibenda. Nam mineralia multum in hoc differunt ab animalibus & vegetabilibus: quod pauco phlegmate ſcateant præcipue metalla, nam tot annorum ſpatio, quo metalla in viſceribus terræ perficit & abſoluit natura, vnde tãtum omnes tenuiores partes aquæ exhalant (vnde illa phlegmatis inopia in illis) ſed etiam propter diuturnam & tam lõgam inſpiſſationem & temperatiſſimam in minera decoctionem fortiſſimæ & duriſſimæ, euadunt compoſitiones, vnde difficilimæ ſunt reſolutionis, & propter continuam & longam decoctionem, tam perfecta corporis cõpoſitio, & partium omnium connexio oritur, vt ęgre & non ſine magno negotio diſtrahi ſepararique poſſint, inde fit, quod quædam mineralia tota fundantur, vt metalla fere omnia, alia cum humore cooperante ſimul tota ſũblimentur, vt in marcaſita videre eſt, & ſic de cæteris.

Secus vero ſe res habet in animalibus & vegetabilibus, vt puta quæ tam arcto commixtionis vinculo non cohærent, ſed facile patiuntur partium reſolutionẽ. Metalla vero propter longam decoctionem, in qua vt ſupra tenuiores partes exhalant, parumq; veri aut puri phlegmatis reddunt, idque lentiſſimo calore, alias phlegma cum perfecte propter ſupradictam commixtionem non poſſit ſeparari, ſemper aliquid de eſſentia corporis defert, & ſpiritus plerunq; admixtos

Digitized by Google

tos habet, vnde reſpectu aquarum, animalium & vegetabilium ſpiritus dici poſſet, & ſi conferatur cum ſpiritibus propriis, merito phlegma vocatur, triplici ratione. 1. Reſpectu debilitatis, cum ſpiritus multo ſint fortiores. Leuitatis: nam longe aliter ſe habent, quã in animalibus & vegetabilibus, in quibus maxime ſpiritus leuiores exiſtunt, contra vero in mineralibus, in quibus propter optimam partium commixtionem, quo minus de eſſentia corporis participant, eo citius à corpore ſeparantur, vnde fere exit phlegma, deinde ſpiritus & vltimo oleum, quod partis rationem habet, vt in aqua aluminis apparet, quæ ſic præparatur.

Recipe: Alumen rupeum pulueriſatum, retortæ lutatæ indatur, addito magno recipiente, iuncturis etiam vndiquaque bene ſtipatis: nam aqua mineralium eſt fortior aqua vegetabilium, ſubiiciatur lentiſſimus calor, vt vix alumen diſſoluat, lento igne ſubmittatur, iſque gradus ignis continuetur, vel paulatim augeatur, vt opus exigere videtur, donec omnis aqua deſtillata fuerit, quod dignoſcitur à mutato fumo (nam in quibuſdam, quæ fortes habent aquas, egrediuntur fumi forma) vel maxime quando eo vel paululum auctiori ignis gradu non amplius exit, atque ita habebis aquam ſalis.

Spiritus eſt igneus ſeu vitalis corporis calor halituoſo vapore & tenuiore aquæ parte ad conſiſtentiam reductus, vnde quemadmodum humor in arteriis animantium contentus propter admixtum calorem naturalem & vitalem ſanguis ſpiritualis dicitur, ſic eadem ratione hic humor in aliis corporibus aqua ſpirituoſa nuncupari poteſt, cum ſit vehiculum & proprium inſtrumentum vitalis caloris, eſſentiam corporis ſemper ſecum defert. *Definitio ſpiritus.*

Quare ſpiritus dignoſcitur calore & fragrante corporis, ex quo

ex quo extrahitur, odore & ſapore, vel etiam cum fit propter affinitatem, quam habent cum oleoſo humore, in quo tanquam proprio ſuo loco vel pabulo reſeruatur calor vel ſpiritus naturalis: in quibuſdam præterea leuitate, vt in vino & vegetabilibus fere omnibus, in aliis grauitate, vt in aceto & mineralibus. Omnia enim illa ſigna vel ſaltem plurima ad veros ſpiritus requiruntur.

Spiritus ſimplex & compoſitus.

Spiritus ſimplex eſt, qui ex vna re ſimplici ſeparatur, vel compoſitus, qui ex multis, &c. hæc Iatrochymia.

Dominus D. Sennertus ſicait: Deſtillata variorum ſunt genera, quæ tamen omnia ad duas claſſes referri poterunt. Vel enim deſtillata formam aquæ, vel olei referunt. Quæ aquæ formam referunt, duplicia rurſum ſunt. Vel enim ad naturam aquæ propius accedunt, & aquę ſimpliciter appellantur. Vel ſpirituoſa plane ſunt, & ſpiritus nominantur. Atque ita ſpiritus inter aquam & oleum, ſicut aer inter aquã & ignem quodammodo ambigit. Verum hæc nomina ſæpe confunduntur. Non raro enim quod ſpirituoſum eſt, aqua nominatur. Sic ſpiritus vini aqua ardens nuncupatur, ſic ſpiritus nitri, aqua nitri: ſic aquas fortes dicimus. Nimirum ſpirituoſa eſſentia vix ita ſeparari & purificari poteſt, vt nihil aquæ ſecum retineat. Ita enim in corporibus plantarum & animalium hæc miſcentur, vt aqua quaſi ſpirituum illorum vehiculum ſit, ſpirituſque toti aquæ permiſti ſunt, vt ægre & non ſine magno labore ſeparari queant. Quod in ſpiritu vini videre eſt, qui etiamſi optime rectificatus ſit, vt accenſus totus diffiagret, & nihil omnino aquæ continere videatur: Tamen ſi artificioſe illud ſpirituoſum, quod in eo eſt, quodque ſalem vini ammoniacum nonnulli nominant, ſeparetur, quod fit, cum ſali Tartari affunditur, multum adhuc aquæ ipſi ineſſe deprehenditur. Ita etiamſi ſpiritum vitrioli

trioli optime rectificatum, & à quo omne phlegma separatum putes, sumas, eumque cum terra sigillata Silesiaca aliquoties per retortã vitream destilles: Tandem sal illud acidum vitrioli totum cum terra relinquetur, & nihil nisi aqua, cuius maxima pars est, exstillabit. Contra aquæ destillatæ aliquid spirituum continent: alias inutiles essent & nullius efficaciæ. Ita etiam in mineralibus & metallicis sæpe olea appellantur, quæ potius sunt spiritus, vt oleum salis, nitri, vitrioli. Magis tamen proprie si quis loqui velit, aquam destillatam illud appellet, quod quidem de essentia medicamenti aliquid continet, verum illud aquea humiditate dilutum & mistum: spiritum verum nominet illum liquorem, qui spirituosis, & essentiam medicamenti continentibus partibus abundat, atq; à quo humiditas aquea maxima ex parte separata est: oleum vero illud, quod pinguem oleosamq; naturã participat. De his tribus destillationũ generibus primo hoc libro agemus: vbi si semper hanc nominum proprietatem non obseruauerimus, vulgi consuetudinem nos sequi monemus: inprimis vero antequam ad ipsorum liquorum formas quæ destillatione fiunt parandas, nos accingamus, generales chymicorum canones, præmittendi videntur, quorum primus iam sequitur.

Destillatio spiritus vitrioli cum terra sigillata.

1. Vasa in quibus destillatio fit, non sit plumbea.

Canones chymicorũ ad destillationis doctrinam necessary.

Hæc enim qualitate maligna liquores inficiunt, sapores immutant natiuos, & nonnunquam ipsamet à vaporibus acribus ex re destillanda exspirantibus, corroduntur.

Et si Galenus, aliiq; medici sapientiores, aquam, quæ per canales plumbeos fluit, improbant, propter malignitatem, visceribus internis valde infestam, quam inde contrahunt: de aquis in vasis plumbeis destillandis quid sentiendum sit, patet, præsertim cum non raro, quãdo per aliquot dies, eius-

modi ſtillatitii liquores immoti ſteterunt, in fundo ceruſſa ex plumbeo alembico abraſa, inprimis ſi experiundi gratia, guttam vnam aut alteram ſpiritus vitrioli infundas, reperiatur. Quod autem de plumbeis vaſis dictum eſt: pari ratione & de ſtanneis, æneis, ferreiſque intelligi debet: niſi fiat deſtillatio in veſica ænea, vbi quæ deſtillantur, cito effluunt.

2. Vitra, quo altiora, eo meliora in ſpirituoſis deſtillandis: ſic enim vna deſtillatio plus præſtat, quam tres rectificationes: ſint autem in hac deſtillatione cucurbitæ vt plurimum altæ duos cubitus. Sed notabis fixa non libenter aſcendere magnas cucurbitas, ſpiritus vini vero libenter. Deinde grauia ac denſa non omnia per alembicum colli longioris, ſed breuioris deſtillantur, &c.

3. In omni deſtillatione, vaſa non nimis refarcienda. Tutius operaberis: ſi cucurbitas ex quarta parte: & retortas ex media aut circiter: (veluti vitriolum) veſicam vero æneam, ex tertia parte repleueris.

4. Res flatulentæ, vt cera, reſina & ſimilia, ſicut & ea, quæ facile ebulliunt, minore imponantur quantitate, & amplis vaſis deſtillentur, & quidem ſale, arena, cinere, argilla, ſilicibus, puluere laterum, bolo, ſcobibus ferri, aut ſimilibus additis.

5. Deſtillatio per balneum, conuenit rebus leuioris compagis. Cauendum tamen in herbis maxime calidis: vt in abſinthio, ſaluia, roremarino & ſimilibus, ne nimis leui calore vtamur, & nõ tam eſſentia: quam phlegma inutile proliciamus. Sed in lactuca, endiuia, & ſimilibus tenuioris ſubſtantiæ, calor moderatus adhibendus: & ſufficit interdum balneum roris, quod neque empyreuma imprimit, neq; partes aereas tenuiores diſſipat.

6. Deſtillatio per cineres vel arenam, competit rebus conſi-

Digitized by Google

conſiſtentiæ ſolidioris, vt ſeminibus, lignis, radicibus, &c.

7. Per veſicam non tantum tenuia deſtillantur, ſed & alia, quæ firmioris texturæ, in ſuo menſtruo tamen præmacerata. (Abſinthium, ſaluia, quædam ſemina.)

8. Deſtillatio per retortam, non tantũ ſpiritus grauiores è mineralibus elicit, veluti nitro, alumine, tartaro, vitriolo, ſale, &c. Sed etiam è tenuioribus, vt lignis, ſeminibus, radicibus, gummis, reſinis, &c. aquas & olea extrahit. Sic eſſentia aloes per retortam deſtillatur igne ſuppreſſionis.

9. Herbæ recentes ſucculentæ cũ deſtillādæ ſunt, tundantur, ſuccuſq; exprimatur, (putrefaciendo p tres dies ac noctes) & poſtea per calorẽ balnei in cucurbita alta deſtilletur.

10. Herbæ, vel ſua temperie, vel tempore ſiccæ, tundantur: Et aqua communi, vel propria, vel roris Maij, vel vino irrorentur. Copia autem menſtrui tanta ſit, quæ macerationi ſufficiat: ſin plus affundatur, tota quantitas non abſtrahenda. Facta maceratione ad placitum, per balneum deſtilletur: aut ſi per veſicam deſtillationem inſtituis: adde ad libram quamlibet herbarum, libras ſex aquæ, & deſtilla vt artis eſt.

11. Eodem modo per veſicam, quicquid eſt aromaticum, ſiue ſint radices, ſiue cortices, ſiue ligna, ſine ſemina, ſiue folia, ſiue flores, deſtillantur: & oleum ſimul cum aqua elicitur. (ad libram j. cinnamomi, fœniculi vel piperis accipe libras ſex aquæ.)

12. Sunt quædam, quæ vehementem ignem poſtulant: ſed tamen ea non nimis violente vrgenda ſunt: ne natura eorum prorſus corrumpatur.

13. Detur opera: ne lutum, quo vaſa deſtillatoria conglutinantur, expiret, & liquorem aliena qualitate inquinet: præſertim cum ignis violentior adhibendus.

14. Acidorum deſtillatio hoc peculiare habet: quod ignobilior pars ſemper prius egreditur & nobilior vltimo. Vnde in eorum rectificatione, quod primo elicitur, tanquã phlegma ſeparãdum. (Nota ſpiritus quaiaci acidus eſt, idem buxi ſpiritus berberum, & ſuccus limonum, ſuccus de ribes, ſi hęc rectificantur, primo phlegma, poſtea ſpiritus.)

15. Si aquæ empyreuma ſeu fomitẽ quendam igneũ valdeq; calidum, per exiguas partes diſperſum, redoleant: corrigitur illud: ſi vitrũ in locum frigidum humidũ collocetur, vel in arenã humidam frigidam in cella per æſtatẽ, apertũ.

16. Cum liquores in B. M. deſtillati inſolatione (ponẽdo in ſole) rectificandi ſunt: tum vitra ex duabus, vel ad ſummũ tribus partibus repleantur, & membrana, qua ea claudi conſueuerunt, acu pertundatur, ne vitrum rumpatur.

17. Deſtillatio tamdiu continuetur, donec liquor egrediens non amplius ſapiat rem impoſitam: Hi ſunt canones à nobis allati generaliores, non ſolum de aquis deſtillandis intelligendi, verum de omnibus, adverſum deſtillatorium medicum homogeneis.

Primum autem ſibi vendicant locum aquæ, quare has in ſimplices & compoſitas diuidemus.

Ex ſimplicibus aliæ ſunt calidæ, aliæ frigidæ, aliæ deniq; mediæ inter vtraſque qualitatem retinent.

Calidis ad humoris pituitoſi ac melancholici (quos frigidos putamus) præparationem vtuntur: frigidæ vero ad bilis omnes ſpecies, (quę calidæ igniſque in homine naturam retinere exiſtimantur, quemadmodum pituita aquæ, & melancholia terræ) præparandas vſurpantur.

Aquæ autem calidæ, quas pharmacopœus in officina ſua paratas adſeruare, omniquetempore deſtillare debet, ſunt hæ ſequentes.

AQVÆ

AQVÆ CALIDÆ.

Abrotani,
Allij,
Anethi,
Abſynthij,
Ambroſiana,
Artemiſiæ,
Baſiliconis,
Bardanæ,
Betonicæ,
Calamenti
Chamomillæ,
Carduibenedicti,
Centaurij,
Cepærum,
Chelidoniæ,
Ebuli,
Eſulæ minoris,
Enulæ Campanæ,
Euphragij,
Fœniculi,
Hyſſopi,
Iridis;
Iuæ Arthetica,
Iuniperi,
Lauendulæ,
Maioranæ,
Marrubij,
Matricariæ,
Meliloti,
Meliſſæ,
Nucum Viridium,
Florum Nucum,
Origani,
Petroſelini,
Pœoniæ,
Pulegij,
Raphani,
Roriſmarini,
Rutæ
Sabinæ
Saluiæ
Satureiæ
Serpilli &c.

HERBÆ FRIGIDÆ.

Acetoſæ
Porraginis
Buglóſſi
Ceraſorum acidorum
Ceraſorum nigrorum.
Cichorij
Succi citri
Cucumeris
Cucurbitæ
Endiuiæ
Fructus Fragariæ
Lactucæ
Limonum
Melonum,
Nymphææ,
Papaueris albi,
Papaueris rubri,
Plantaginis,
Portulacæ,
Pyrorum agreſtium,
Ranarum aut potius ſpermatis illarum.

Digitized by Google

Roſarum,
Semperuiui,
Solani,
Sorborum,
Violarum.

AQVÆ TEMPERATÆ.

Adianti.
Agrimoniæ.
Alchimillæ.
Alkikengi.
Althææ.
Argentariæ.
Aſparagi.
Barbæ hircinæ.
Burſæ Paſtoris.
Calendulæ,
Caprifolij.
Caſei recentis.
Cerefolij.
Ceterach.
Citoniorum.
Conſolidæ vtriuſq;
Ebuli,
Eupatorii Auicennæ.
Filicis.
Fraxini.
Fumariæ,
Geniſtæ,
Halicacabi.
Iuæ arthetica.
Lapathi acuti.
Lilij conuallium.
Lupuli.
Malvæ.
Mercurialis.
Milij ſolis.
Nucum viridium.
Parietariæ,
Primulæ veris.
Polytrichi.
Pomorum Redolentium
Prunellæ.
Sambuci.
Scabioſæ.
Scolopendrij.
Senecionis.
Tamaricis.
Tapſi Barbati.
Tuſſilaginis.
Valerianæ.
Verbaſci.
Verbenæ.
Vermium terreſtrium.
Veronicæ,
Vlmariæ.
Vrticæ.
Verrucariæ.

Inter enumeratas aquas aliæ ſunt cephaliæ, & cerebri affectibus accommodatæ, ſiue hi generales ſint, ſiue particulares & proprii, & aurium, oculorum, & reliquarum capitis partium morbi.

Aquæ

Aqua cephalica sive cerebrales sunt. *Aquæ cephalicæ.*

Aqua Basiliconis, veronicæ, calendulæ, calamenti, Iuniperi, lilii conuall. maioranæ, melissæ, pæoniæ, primulæ veris, Rorismarini, satureiæ, serpilli, florum tiliæ arboris, visci querni. Omnes hæ aquæ frigidorum humorum, qui in cerebro existunt, pituitæ nempe, ac melancholię præparationi inseruiunt, ac potissimum quidem aquæ basiliconis, betonicæ, saluiæ, rorismarini, stæchados, serpilli, Apoplexiæ, reliquisque eiusmodi soporiferis affectibus ex pituita & humore crudo natis dicatæ sunt. *Aqua antapoplectica.*

Aquæ calendulæ, granorum iuniperi, primulæ veris (quæ & herba paralysis dicitur) mire ac specifice ad paralysim conducunt. *Contra paralysin.*

Aquæ pœoniæ, lilii conuall. florum Tiliæ arboris, visci querni Antepilepticæ nominantur, vt ipsa etiam ceraforum nigrorum aqua. *Antepileptica.*

Aqua fraxini cum suo sale mixta specificum est ad surditatem non inueteratam remedium. *Contra surditatem.*

Aquæ chelidonii, euphrasiæ, fœniculi, Rosarum & peculi rosarum, caprifolii ophtalmicæ sunt, ac aliæ quidem oculorum inflammationib. aliæ reliquis eorum affectibus, imo & acuendæ ipsorum aciei conseruandæque accommodatæ sunt. *Opthalmicæ.*

Aquę bardanæ, chamomillæ, enulæ campanæ, Iridis, Hyssopi, vrticæ, peti, adianti, scabiosæ, tussilaginis, buglossi, borraginis, violarū, papaueris rubri, pectoris vitiis mirifice conducunt, ex quib. quidē aliæ humori crasso viscido q; bronchiis pulmonum contento attenuando, & iuuandæ expectorationi; aliæ vero tenuiori ac subtiliori incrassando per se, aut syrupo conuenienti immixtæ mirum in modum conferunt. *Pectorales.*

Aqua papaueris rubri, specificum singulare est in intensissimo rubore notum, ad peripneumoniam, pleuritim, cæterasque pulmonum inflammationes remedium est. *Pleuriticis.*

Aqua peti generosissimum est ad Asthma, vt & ipse etiam syrupus, qui ex illo conficitur, de quo suo loco. Aqua purgat etiam. *Asthmaticum.*

Aqua granorum ebuli & sambuci serosos humores deturbant, & ascitis conueniunt. *Ad ascitis.*

Aqua destillata ex foliis & floribus tapsi barbati, prius in vino per triduum maceratis, est aqua valde efficax ad sedandos arthriticos dolores ex quacunque causa suborros.

Aquæ barbæ hirci seu candelariæ ad idem mirifice prodest. *Ad Arthriticos dolores.*

Aqua

Ad ſanguinem concretum. Aqua Vermium terreſtrium contra ſanguinem ex caſu concretum confert.

Cordiales. Aquæ meliſſæ, ſcabioſæ acetoſæ, ſucci citri, ſucci limonum, Granatorum, Carduibenedicti, Roſarum & violarum corroborationi cordis ſunt ſaluberrimæ, peſtilentibuſque febribus, ſyncopis, palpitationibus, tum aſſumptæ forma Epithematis extrinſecus admotæ medentur.

Stomachales. Aquæ Abſinthii, Menthæ, Ambroſianæ, Coroneorum ſtomachales ſunt.

Hepatica. Aquæ cichorij, Endiuiæ, adianti, hepaticæ, Agrimoniæ, Eupatorij, Auicennæ, lapathi acuti, Hepaticæ ſunt, intemperieſque iecinoris humores præparando, ipſumq; corroborando corrigunt.

Splenetica. Spleneticæ ſunt aquæ ceterach, ſcolopendrii, geniſtę, Tamaricis, pomorum redolentium.

Renales. Aquæ Raphani, Halicacabi, granorum iuniperi, Limonum, parietariæ, milii ſolis, eſulæ minoris, verrucariæ calculum comminuunt, arenulaſque & materias Tartareas in renibus accumulatas diſſoluunt.

Diuretica. Aquæ maluæ, Biſmaluæ, cucurbitæ, melonum, cucumeris, Nymphææ, renes ipſos leniunt, vrinæque ardorem & acrimoniam contemperant.

Aquæ pyrorum agreſtium & ſorborum alui fluoribus omnibus conducunt.

Vulneraria. Aquæ plantaginis, Burſæ paſtoris, Alchimillæ, veronicæ, pyrolæ, caudæ equinæ, conſolidæ vtriuſque renum vlceribus ac excoriationi conferunt, ſuntque aquæ vulnerariæ.

Diaphoretica. Aquæ Carduibenedicti & vlmariæ, petaſites ſunt aquæ ſudoriferæ, ac peſtilentibus affectibus conducunt.

Hyſterica. Aquæ Artemiſiæ, matricariæ, marrubii, Mercurialis hyſtericæ ſunt, vterumque iuuant, & affectibus ipſis proſunt.

Et hæ quidem ſunt aquæ, quæ ſingulas corporis noſtri partes reſpiciunt, ſinguliſque ipſarum pathematis ſiue affectionibus medentur. Et inter eas quidem ſunt, quæ diuerſis, tam internis, quam externis, præter ſupra enumeratas, morbis ſpecifica quadam qualitate accommodantur, videlicet aquæ anethi, florum chamomillæ, ſambuci, florum nucũ, rutæque colicis doloribus ex vento profectis, leuamen tribuunt.

Ad Colicã.

Ad morſum canis rabidi Aqua ceparum ad morſus rabidi canis per os exhibita multum conducit; prodeſt etiam ad calculum.

Aqua

Aqua ex ſucco corticum viridium nucum extracta ad calculum tum renum, tum veſicæ comminuendum pellendumque expertiſſima. Aliorum aqua ad idem confert. *Ad calculũ.*

Aqua Hyperici & portulacæ puerorum lumbricos enecant. *Ad lumbricos.*

Aquæ ceraſorum acidulorum, fructus fragorum, papaueris albi, florum centaurii Tertianis febribus & bilioſis non mediocre ferunt ſolatium. *Ad Tertianam.*

Aquæ ebuli, Iuæ artheticæ, verbaſci arthriticos ſedant, ſi partibus dolentibus linteamina, ſupradictis aquis imbuta, tepide apponantur.

Aqua ex foliis & radice filicis deſtillata omnibus aduſtionibus ex linteaminibus ea imbutis tepide applicata, ſingulari virtute confert. *Aduſtionib.*

Aqua ſpermatis ranarum menſe Martio deſtillata, antequam excludantur, excellens eſt ad omnes oculorum, faciei, totiusq; corporis partium phlegmonas, eo, quo dictum, modo admota, Remedium. *Ad phlegmonas corporis.*

Ecce hic aquarum ſtillatitiarum, quibus nullo tempore carere debent pharmacopœi, catalogum: Ecce inquam ſpecificas verasque vniuſcuiusque proprietates. Nec ſane ſatis eſt illud noſſe, verum & ipſas deſtillandi, ſeruatis integris virtutibus, atque proprietatibus, modus tenendus eſt, qui quidem alia longe ratione perficitur, quam vulgari illa deſtillatione, qua phlegma ſolum, & inutilis quædam aqua cito putreſcens extrahitur. Primo itaque varios deſtillandi modos ſecundum authores adducemus, deinde nouam vtilioremque methodum deſtillandi aquas introducemus. *Deſtillationis Methodus varia.*

Aquæ primo deſtillatæ ex variis rebus deſtillantur & parantur. Ex herbis & floribus omnes fere per adſcenſum deſtillantur. Atque ex virentibus floribus inprimis, aliisque tenerioribus, quarum vis facile euaneſcit, & frigidioribus plerumque per Baln. Mar. in cucurbita vitrea aquæ ſatis bonæ deſtillantur. Ita Ioannes Baptiſta Porta ex Roſis incarnatis, quas vocant, ſeu rubentibus ſelectis & mundis aquam elicit. Quam ſi nobiliorem reddere cupis, aquam deſtillatam ſuper recentes alias Roſas affundito, & iterum deſtillato, idque tertio facito. Tum enim aqua tantum odorem acquirit, vt vna pars decem fontanæ aquæ partes odoratiſſimas reddat. Quam, vt & aliorum florum bene olentium, *Aqua Roſarum correcta nobilior.*

lentium, si adhuc odoratiorem cupis, in Alembici canali, vel extremitate rostri granum moschi ponatur, per quod aqua exstillans moschi odorem imbibat. Ita & aquam ex violis purpureis destillat & iniectis nouis floribus eandem destillationem repetit: Cuius odorem nonnulli augent appensa rostro alembici portiuncula radicis Ireos. In qua è floribus caryophyllorum destillata si odorem augere velis, aliquid puluetis caryophyllorum aromaticorum in alembici canalem ponito. In quibus omnibus id obseruandum; quo ex herba facilius odor exspirat & euanescit, eo tepidiore balneo vtendum, & interdum tantum solum calorem admouendum, vt flores vix contabuisse videantur.

Destillatio aquis comparare odorem.

Hoc enim modo, & calore ita moderato, ita etiam ex floribus liliorum alborum aquam odoratam idem promittit Porta. Vt vero etiam color florum, qui & ipse plerumque euanescit facile retineatur, alembicus quoque floribus & ipse replendus est. Ita enim aqua transiens per flores in alembico colorem secum trahit. Verum tales aquæ non diu durant, ob crudum illud, quod secum ex floribus in alembico positis rapiunt.

Aqua calorē retinentes.

Secundo alii flores herbasque destillandas contundunt, atque ex iis succum exprimunt, ex illo vero succo destillatione per alembicum in Balneo Mariæ aquam eliciunt. Quod si & odorem & colorem in aqua retinere cupiunt, flores integros, vt dictum est, in alembicum ponunt. Feces calcinant, atque ex iis per aquam destillatam sal eliciunt, seu sale aquam destillatam imbuunt. Ita enim à corruptione integra seruatur, & vires salis in se continet. Verum, vt dictum, herbæ frigidiores, & quarum vis facile euanescit, in B. M. rectius destillantur; sed calidiores, aromaticæ, & quarum vis non ita facile euanescit & profundius hæret, non ita vtiliter & commode per B.M. destillantur. Neque enim aliquid olei cum iis exstillat, neq; etiam eam vim habent, ac si in vesica destillentur; inprimis si rectificentur, vt dicetur.

Aqua cum odore & colore.

In hac autem per vesicam destillatione etiam quædam obseruatur diuersitas. Alii herbas ipsas contundunt aut minutim concidunt & quartam partem vesicæ præter propter iis replent; inde affundunt aquam puram, vt tertia pars vesicæ iis impleatur, & vna quarta fere vacua maneat, adhibitoque refrigeratorio vase, & serpentinis etiam, si spirituosa plane aqua quæritur, vel suo alembico cum suo refrigeratorio, & commissuris clausis, igneque accenso, & conueniente adhibito sub

Herbarum destillatio cum aqua communi frigida.

Digitized by Google

ſub veſica, lente ac guttatim aquam deſtillant. Nonnulli affuſa aqua calida, vaſe bene clauſo, prius per diem ac noctem macerant herbas. Plerique commodiſſimum cenſent, ſi herbæ & non ſolum aqua calida per diem ac noctem macerentur, ſed contuſæ in fimo equino, vel balneo roris, præcipue illo, quod in vaſculo illo cum fœno apparatur, per dies 10. vel 14. in digeſtione & putrefactione ſtent, poſtea deſtillentur. Aqua quæ primo exſtillat, optima eſt, quæ vero vltimo loco exſtillat, pura puta aqua fere eſt; Quapropter cauendum, ne nimium aquæ exſtillet, & ita aqua ipſa inefficacior reddatur, herbæque adurantur, & veſicæ fundo adhæreant, vnde aquæ ἐμπύρευμα contrahunt. Itaque exempl. gr. ſi ſex aquæ cantharos affundas, ſatis eſt, ſi duo, aut minor etiam adhuc quantitas exſtillet. In hac deſtillatione plerumque vna oleum elicitur, de quo poſtea. Aqua deſtillata ſi libet, nouis herbis affundi poteſt, digeri, atque iterum deſtillari. Eodem modo ex herbis ſiccis aquæ deſtillantur, affuſa prius aqua calida, in qua aliquandiu macerentur. Et plerumque ex herbis calidis & odoratis meliores aquæ & olea deſtillantur ex ſiccis, quam ex viridibus; cum ex viribus ob humiditatem aqueam, qua adhuc ſcatent, non facile ſpiritus & olea ſeparari poſſunt. Vtile & hic eſt macerationem ſeu fermentationem adhibere; quæ vt felicius fiat, & partes inuicem rectius diſſoluantur, nonnulli aliquid ſolis vel Tartari, vel fermenti admiſcent. Etſi vero ſi ignis recte gubernetur, ſpiritus inprimis adſcendant: tamen cum ſpiritus etiam aquam ſecum vehant, & calore alias aqua adſcendere facile vna poſſit: Illa per rectificationem, quantum fieri poteſt, ſeparanda eſt; quod commodiſſime fit per balneum. Aqua nimirum tota in cucurbitam vitream infundenda, & lento calore ſolum ſpirituoſior pars deſtillanda. Qua deſtillatione ſi calor recte gubernetur, vnica forſan opera ſeparatio fieri poteſt: Tamen ſi id prima vice non ſuccedat, repetenda eſt rectificatio, &c. Nunc ad nobiliorem methodum deſtillandi aquas accedemus.

Herbarum deſtillat. cũ aqua calida

ἐμπύρευμα aquarũ

Aquæ ex ſiccis herbis

Fermentatio herbarũ.

Rectificatio aquarum deſtillatarũ

Itaq; vt eam methodum plane cum D. Quercetano reſtituamus, aliamque longe vtiliorem introducamus, herbas, flores, aut reliqua eiuſmodi integra in Alembicum conijciantur, deſtillandi loco, flores deſtillandos conteremus,

Noua nobiliorq; methodus deſtillandi aquas.

mus,eorumq; iure torculari expreſſo & in commune Alembicum infuſo, virtutem eius integram ſubſtantiamque more ſolito extrahemus.

Quæ quidem vt efficacior euadat,vegetiorque,excipiendæ ſunt fæces, & quæ poſt ſuccum expreſſum, & quæ in Alembici fundo remanſerunt, quas in vas terreum impoſitas, igni ardentiſſimo calcinabis, donec omnino in cinerem abeant. His peractis cineres iſtos in manicam Hippocratis iniicies: quibus infundes prædictam aquam deſtillatam, vt omnem ſalem recipiat,reaffuſione ſæpius repetita:Et ita quidem habebis aquam ſuo ſale imbutam,præcipuisque ſtirpis ex quibus emanauit,virtutibus præditam,

Aquæ huius incorruptio.

Aquam,inquam,quæ multos menſes, imo & annos integra incorruptaque conſeruari poteſt, cuius etiam vel vncia vnica plus præſtabit, quam plures illius, quæ communi via extrahitur.

Nec ſane labori parcendum, aut ab ea operatione abſtinendum, cum tantæ rei tamque pretioſæ, ſanitatis nempe humani corporis,gratia fiat.

Color ac odor ſic comparatur vt ſupra.

Quod ſi prædictæ aquę colorem & odorem propriũ imprimere ſit animus,ingentem eorummet florum copiam in roſtro alembici impones, vt inter deſtillandum aqua ſurſum aſcẽdens ex iſtis,vt ſupra dictum eſt, alliciat & odorem ac colorem retineat. (Non adeo videtur neceſſarium, quia iſtæ aquæ ſic deſtillatæ facile pereunt.)

At vero ſi vnico pharmacopœo omnes ſupra enarratas aquas præparare per ocium ac commoditatem non liceat, plures eiuſdem vrbis inter ſe conuenire deberent (vti fit plerisque in locis ac potiſſimum in Italia) vt vnusquiſq; ſibi partem earũ prępparandã aſſumeret,aliiſq; ſi opus fuerit,mutuo ſuppeditaret. Et ita quidẽ artis medicæ dignitas conſeruaretur

Digitized by Google

uaretur, illorumque gloria & honos non ſine ingenti populi vtilitate augeretur. *Medici dignitas, ac pharmacopœi gloria.*

Porro non nobis ſatis eſſe duco primam illam & ſimplicem, aquas cum integris virtualibusq; qualitatibus deſtillandi reſtituram methodum inſtituiſſe: qua quidē methodo (præter ipſius aquæ bonitatem) ſi furni vaſaque propria & commoda ſuppetant, plus vno die, quam alias pluribus, & faciliori longe negotio deſtillabis, vt cuiuis experto facile patebit.

Quinimo etiam eadem ratione, ſi per balneum vaporoſum aquam extrahere in mentem veniat, totum pene ſuccum, prædictum deſtillabis, ita tamen, vt aqua ne minimum quidem fumum aut vſtionem ſuboleat: Neque hoc ſolum verum etiam eadem methodo ex omnibus plantis calidis ac odoriferis præſertim (quas ſulphure ac oleo ex odore illo abundare conſtat) vna cum aquis olea puriſſima, clariſſimaque elicies, quæ quidem quod aquis ſupernatare percipiantur, facili negotio ſeparabis. Sed & vltra progredi, ac certam facilemque aquas vitæ, & ſpiritus ex plantis, floribus ſeminibuſque, cuiuſcunque generis ſint, extrahendi modum tradere eſt animus. Et id quidem per digeſtionis & fermentationis viam, qua ſane cuiuis candidi ſincerique ingenii viro iudicare perfacile erit, nos non perperam ſupra omnes operationes iſtas tantis laudibus & encomiis extuliſſe. *Alia aqua extrahendæ ratio per B. vaporoſum.* *Aquæ extrahuntur per digeſtionis & fermentationis viam.*

At ipſe quidem altius penetrare (niſi ſtupendo prorſus, ac hebeti ſit ingenio) philoſophariq; poterit & percipere quam ſcite, quamque commode alibi de ſignaturis internis rerum, ſanguinis noſtri analogiam cum vino, ipſiuſque aquæ vitæ cum nectare vitæ noſtræ, balſamoque radicali contulerimus. Cum ex omnibus rebus, ac iis potiſſimum, *Ex omnibus rebus.*

Digitized by Google

alimentosis aqua vitæ siue spiritus elici potest.

quæ in alimentum veniunt, sola prædictarum digestionum & fermentationum ope, imo etiam & in iis, quæ frigidę existimantur, aqua vitæ elici possit, quæ sit vera rei quinta essentia.

A qua, inquam, vitæ, quæ de natura cœlesti ætherea participat, flammaque non secus ac ea, quæ ex vitro elicitur, concipiet Experientia etiã ipsa satis planum faciet, quomodo non tãtum vinum, sed & triticum, omniaque cerealia & semina alimentosa, multo plus nectaris illius viuifici, quam reliqua vegetabilia alendo corpori nostro inepta contineant.

Hanc autem methodum, vt tandem aperiamus, ordiemur primo à rosis, quæ frigidæ esse existimantur, ex quibus tamen odoratissima aqua vitæ & spiritus extrahitur adeo excellens, vt vnica eius guttula ingenti satis aquæ copiæ odorem suum communicare, eamq; vtilissimam iucundissimamq; reddere possit.

Rosarum spiritus.

Rosæ igitur tempestate, nec ea quidem pluuiosa roridaque, cum scilicet plãtæ madido rore humescunt, sed exspectandum, donec sol radiorum suorum vi omnem istam roridam humiditatem dissipauerit, copiosa satis quantitate

Rosæ quomodo colligendæ.

colligi debent. Rosas itaque collectas, & quam fieri potest diligentissime tritas, in vase terreo vitreato, aut paruo dolio querno includes, & quam optime manibus premes, quo

Fermentatio rosarum

vas prædictum pene impleatur. Quod quidem vas clausum obturatumque, vt facilius fiat digestio, repones in cellam vinariam, per mensem vnum, aut diutius, si opus fuerit donec materiam prędictam vinum acetatum subolere odoratu percipias, quo argumento iam absolutam fermentationem esse cognosces, & eo quidem protelanda est, donec prædictum signum appareat.

His

His peractis, assume tibi quartam, quintamue rosarum fermentatarum partem pro vasis tui magnitudine, quod sane necessario tale esse debet, qualia ea sunt, quibus destillatores chymici olea sua & aquas vitæ eliciunt, quæ quidem ampla, æneaque potius quam plumbea sunt, refrigeratoriisque suis instructa, quibus aqua plenis spiritibus frigore condensati facilius commodiusque eliciuntur, assumptam illam rosarum fermentatarum portionem, more solito destilla: quo facto, fæces residuas in fundo alembici subsidentes separa, & tantundem prædictarum rosarum fermentatarum eidem vasi repone, hisque prius extractam aquam affunde, omnia rursus vase Hermetice clauso ad siccitatem vsque destillando.

Destillationis huius processus cum vasis & igne.

Collige iterum resiccatas fæces & alembico eandem-met prædictarum rosarum quantitatem, quam prius iniice, quibus denuo totam aquam destillatam reaffundes, & toties iterabis, donec omnes prædictas rosas fermentatas destillaueris.

Rectificatio aquæ rosarum superfacti.

His rite, vt decet, absolutis, vniuersam, quam elicueris aquam assumes, & lento igni in vase colli oblongi, siue matratio, siue quo aquæ vitæ extrahi solent, duodecimam tantum eius partem (quę omnium pene spiritualium quantitas est) destillabis.

Ita vt, si verbi gratia, duodecim aquæ libras habueris, vnicam tantum aquæ, odoriferæ tamen & iucundissimæ, spiritualisque, atque flamma coque, ac ea, quæ ex vino est, concipientes elicies. Quam etiam, vt magis virtualis reddatur, adhuc rectificari poterit. Reliqua vero aqua, quæ in fundo alembici subsidebit, odorifera, longeque suauior & melior existet, quam ea, quæ communi & vulgari modo destillatur: cui etiã sal suum imprimere poteris,

Aqua fortificata cũ sale.

tis, si prædictis fęcibus in puluerem redactis, & manicę Hippocratis impositis, eam sæpius affundas, quo salem suum facilius alliciat, retineatque.

Eadem plane ratione ex violis aliisque floribus, aciis potissimum, qui calidi odoriferique existunt, vt roris marini, saluiæ, betonicæ, ceterisq; eiusmodi aquas vitæ elicies, quæ multo præstantiores efficacioresque sunt ad morbos propulsandos, quam si communi illo vulgarique tramite id perficiatur.

Adde quod vel minima quidem quantitate exhiberi possunt, vel admirandos prorsus & incredibiles affectus pariant. Ita etiam ex stirpibus (cuiuscunq; generis sint, sed vt plurimum calidis) tritis, ac dicto modo præparatis, prædictę aquæ vitæ facilime extrahuntur. Idem fit ex fructibus optime fermentatis, vt satis abunde testatur experientia in pomaceo, pyraceoque quæ ex pomis pyrisque in vase proprio (non secus ac vinum) præparãtur, quodammodo virescunt, ac tunc ex iisdemmet aqua vitæ extrahitur.

Aqua ex stirpibus destillatio.

Aqua vitæ ex tritico, granis, seminibus, &c.

Eademmet aqua vitæ ex tritico, granis juniperi, lauri, seminibusque farinaceis calidis omnis generis elici potest. At quoniam iisdem seminibus non tanta inest, quãta floribus, foliisque liquoris Mercurialis, seu aquæ copia, trita, crassoq; modo puluerisata, in paruulũ dolium, quod ex ligno querno sit confectum, iniici, & aqua tepida, donec in liquidiorem quandam consistentiam abeant, imbibi debent. Quibus etiam ad digestionem accelerãdam tantillum fermenti communis, aquam vulgari distemperati, adiicere poteris.

His peractis, vaseque optime clauso, in loco frigidissimo reponantur, donec acescere, vinumque redolere præsentias. Tunc eadem methodo, destillandique ratione procedes,

Digitized by Google

cedes, quam ſupra in extractione aquæ vitæ roſarum docuimus.

Sunt etiam alii ex doctiſſimis viris, qui in ſequentem modum ex floribus, herbis, radicibus, corticibus, ſeminibus, & lignis, &c. parant aquas & ſpiritus: pergamus in deſtillatione aquæ roſaceæ.

Varii modi deſtillandi aquam roſarum.

Aqua roſarum variis præparatur modis: Alii ſumunt roſarum q.f. eaſq; per triduum in balneo digeſtas, vapore aquæ calidæ deſtillant. Alii abſq; digeſtione præcedanea, aquam, ex iis in alembicum conjectis, eliciunt.

Alii per cineres deſtillant: vbi tamen maxima opus eſt cautione & circumſpectione, ne empyreumate liquor ſtillatitius inficiatur.

Alii lucro magis quam valetudini hominum intenti, eas integras, vt decerptæ ſunt, cum magna aquę copia, per veſicam æneam deſtillant: ac ex triginta roſarum libris, centum aquæ odoratæ venalis extrahunt.

Alii flores fuſos, abſq; menſtruo, aut eo ſaltem tam pauco, vt ad irrigationem ſufficiat, modico balnei calore deſtillant: & ad vim refrigerantem, tanto expeditius euocandam, vna deſtillatione, quam præcedit irrigatio, ex aqua communi vel roſacea veteri, aut ad virtutem confortantem & fragrantem prolectandam, pluribus in deſtillata aqua infuſionibus vtuntur.

Diſtinctio roſarum.

Beguinus ait: nos ita eam parandam ducimus: Diſtinguendo inter roſas albas & incarnatas. Ex illis enim vt plurimum vis refrigerans petitur: ac propterea pauca aqua pluuiali irroratæ in mortario marmoreo contundendæ ſunt: Inde torculari ſuccus exprimendus & deſtillandus.

Roſa alba.

Roſa incarnata.

Incarnatæ abſque irrigatione contuſæ, reponuntur in magno vaſe vitreo in collum: poſt triduum ſuccus exprimitur, qui per balneum deſtillatur. Hæc aqua eſt fragrantiſſima, quæq; vel multos annos odoris ſui fragrantiam conſeruat.

Nonnulli recrementis eius aquam puram ſuperfundunt, & ita per octiduum maceratam, vel balneo, vel veſica deſtillant, quæ communi venali viribus & efficacia non cedit.

Nonnulli fermentationem laudant roſarum cum pauco ſale correcto, vel ſacharo, prius obſeruare vidi, poſte-

rius vero magis placet ſi non ſumatur quantitas nimia, &c.

Idem Beguinus ſic facit aquam ardentem ex roſis, quando ait: ſicut ex aliis rebus omnibus præſertim autem alimentoſis, aqua flagrans & fragrans, fomentationis beneficio, educi poteſt: Ita etiam ex roſis, quæ vulgo ſtatuuntur frigidæ.

Spiritus roſarum ardens Beguini.

Porro recipe roſas incarnatas, cœlo ſereno, cum rorido madore deſtituuntur, collectas: eas tere accuratiſſime, & in cucurbitam vitream, quæ poſtea bene clauſa, in cellam reponatur, vt ibi fiat earum fermentatio immitte. Cum iam acidum quiddam redolere videantur: ſume de floribus tritis quantum vis & per balneum deſtilla: aquam inde extractam ſuperaffunde parti roſarum alii: & rurſus deſtilla, ſimilem in modum pergendo, donec omnis roſarum fermentatarum quantitas, per alembicum tranſierit, fecibus, quæ in fundo remanere ſolent, ſemper ſegregatis. Tandem omnem aquam ex roſis elicitam, per balneum deſtilla: & duodecimam ſaltem partem aut circiter abſtrahe, eamque ſi vis, rectifica. Sic aquam habebis gratiſſimam & odoratiſſimam, quæque non minus prompte, quam ſpiritus vini, flammam concipiet.

Spiritus abſinthy.

Sic ſpiritus fit abſinthii ſecundum D. Sennertum. Accipe ſummitates abſinthii quantum vis, affunde aquæ ſ. q. ſtent in digeſtione per dies aliquot, poteſt quid & ad fermentandum adiici. Deſtilletur per veſicam. Exibit aqua olei quippiam continens. Oleum per filtrum vel per ſeparatorium diligenter ſeparetur. Aqua tota cucurbitæ vitreæ indatur, atque in B. ſemel atque iterum rectificetur, & ſaltem pars ſpirituoſior abſtrahatur, quæ odorem & ſaporem

porem abſinthii retinet. Si libet, poſſunt in rectificatione flores abſinthii noui ſicci in alembicum poni, (vel adhuc ſemel deſuper rectificari & præſertim per phiolam vt artis eſt, quod ego cum reliquis floribus etiam laudarem) ſed vt dictum, iſtæ aquæ non diu durant.

Spiritus & aqua ex ſeminibus.

Ex ſeminibus aqua & ſpiritus eodem modo per veſicam deſtillantur, ſicut ex herbis ſiccis. Macerantur nimirum, addita ad ſingulas lib. vnc. j. vel vnc. j. ſem. ſalis: deſtillantur: oleum ab aqua ſeparatur, & poſtea per balneum vix duodecima, vel decima ſexta pars, quæ ſpiritus loco eſt, aut aqua certe efficaciſſima, deſtillatur. Nonnulli in aniſo, & fœniculo peculiariter per primam in veſica deſtillationem fecibus ſeu omni illi, quod in veſica relictum eſt, addunt in vaſe ligneo feces vini vel cereuiſiæ, ſingulis libris ſeminum dimidiam vel quartam partem canthari, & ſinunt fermentari, deſtillant per veſicam, & deſtillatum, addito M. j. ſalis rectificant.

Ex granis & fructibus, vt hordeo, tritico, auena, baccis juniperi, ſambuci & ſimilibus eodem modo ſpiritus elici poteſt.

Spiritus ſambuci.

Spiritus ſambuci ita paratur: Recipe baccas ſambuci puras & maturas, exprimatur ſuccus, vel conquaſſentur ſaltem, ſtentque in vaſe ligneo, donec incipiant fermentare: adde ſecum vini vel cereuiſiæ partem duodecimam vel octauam vel quantum lubet, & ſinito fermentari: poſtea deſtillentur per veſicam & rectificentur. Vulgo noſtri homines hac via vtuntur: polentam ſumunt ex hordeo vel tritico, affunduntque aquam calidam, quæ vbi tepida euaſit, aliquid ſecum cereuiſiæ addunt, fermentarique ſinunt, & poſtea per veſicam deſtillant & rectificant.

Digitized by Google

Spiritus baccarum juniperi.

Ex baccis juniperi talis fit ſpiritus: Recipe baccas juniperi, contundantur, affundatur aqua, ſtent in vaſe clauſo per quatuor dies. Poſtea affundantur feces cereuiſiæ. Iterum ſtent in digeſtione per quatuor vel quinque dies. Poſtea deſtillentur per veſicam, extillat aqua cum oleo, ſeparentur. Aqua iterum baccis in veſica reſiduis affunditur & rectificatur. Quidam materiæ poſt primam deſtillationem relictæ in vaſe ſatis capaci, cuius latera prius fermento oblinunt, affundunt feces vini vel cereuiſiæ, nimirum in decimam ſextam partem modii vnum cantharum, & fermentari ſinunt dies quatuor vel quinque. Poſtea deſtillant per veſicam, & rectificant.

Spiritus à ligno.

Eliciuntur & ſpiritus ex lignis, vt ligno Guaiaco, viſco querno, junipero, Guaiaco, buxi & ſimilibus: per retortam inprimis: vt recipe ſerraturam quercus, aut ſcobem juniperi, Guaiaci, aut particulas buxi: deſtilla in retorta vſque ad ſiccitatem: Separa poſtea oleum ab aqua per chartam emporeticam: aquam rectifica in arena, ſuper colchotar, aut ſalem marinum, aut proprios cineres: poſtea phlegma deſtillatione ſepara, tertiam ſaltem eius partem aut circiter vltimo aſſeruando. Vſus eius eſt in corallis & perlis diſſoluendis, ad tincturas extrahendas.

Poteſt etiam deſtillatio & per balneum roris, vel vaporem aquæ calidæ ad vegetabilia adhiberi mirumque in modum à nonnullis commendatur, inprimis ea, quæ per retortam ad latus fit, vtpote cuius beneficio ex aromatibus, atque omnis generis plantis ſiccis efficaciſſimus liquor elici poſſit.

Aqua ex aromatibus.

Sic ex aromatibus cum aqua communi vel menſtruo idoneo maceratis aqua extrahitur. Vulgatiſſima inter illas eſt aqua cinamomi. Cinamomum craſſiuſcule contuſum maceratur

ceratur vini ſufficiente quantitate per dies aliquot,& deſtillatur per veſicam. Nonnulli ſingulis libris cinnamomi adjiciunt vnc.j. ſalis communis, affundunt aquam tepidam,vas bene claudunt, & in loco frigido per octiduum macerari ſinunt. Hinc pro ſingulis libris cinamomi affundunt dimidium cantharum vini boni,& deſtillāt per veſicam. Ex qualibet libra poteſt elici lib. j. aquæ bonæ; reliqua eſt ignobilior, quæ vltimo loco exſtillat; ad cætera eſt inutilis, poteſt tamen aſſeruari, pro noui cinamomi infuſione.

Sunt qui recipiunt vini dulcis & aquæ partes æquales. Nonnulli ſumunt dimidium aquarū deſtillatarum cordialium,& dimidium generoſi vini. Quidam hunc modum vſurpant: Recipiunt cinnamomi lib. j. ſalis communis, Tartari ana vnc. j. (quo plus Tartari adieceris, eo plus olei prouenire creditur, aqua autem ita non prodeſt) fæcum cereuiſiæ cochlearia iv. aquæ q. ſ. deſtillant per veſicam. Nonnulli non per veſicam ſed per cineres eandem aquam deſtillant hoc modo. Recipiunt cinnam. opt. lib. j. contundunt craſſiuſcule, indunt cucurbitæ vitreæ, & affundunt aquæ Roſ. lib. v. adglutinantque Alembicum cæcum,& in capella ſuper cineres calidos per 14. dies digerunt: poſtea pro cæco roſtratum Alembicum imponunt, & per arenam lento igne deſtillāt. Vbi aquæ Roſarum dimidia exſtillauit,effunditur deſtillatum in ſeparatorium,& oleum ſeparatur, Aqua iterum in cucurbitam funditur, & iterum deſtillatur. Aquæ quæ in quauis fere deſtillatione cinamomi primo deſtillat, fere lactea eſt, ideoque recipiens mutandum, cum color lacteus deſinit,& quæ poſtea deſtillat aqua, vt ignobilior ſeorſim excipienda. Si oleum quis ſeorſim habere cupiat, aqua deſtillata per dies 14. in cellam ponatur, & oleum ſubſidet, quod ab aqua ſeparetur.

Aqua cinnamomi.

Aquam cinnamomi ſic præparat Quercetanus: Recipe cinamomi vnc. IV. quod craſſiuſcule conquaſſatum, & in æquis vini albi generoſi, & aquæ roſarum partibus duorum vel trium dierum ſpatio infuſum in alembico deſtillant, atque ſic aquam lacteam, quæ ſimul in ſe partem ſulphuream & oleaginoſam cinamomi continet, eliciunt accurateque adſeruant. Quod ſi magnam eius quantitatem componere velis, vtere æneo vaſe maiuſculo, cui refrigeratorium annexum ſit. Vulgo pro ſingulis cinamomi libris vini albi & aquæ Roſarum, ana libræ duæ adiiciuntur. Quia vero non multum olei ex cinnamomo extrahi poteſt propter partium illius tenuitatem, vnde fit, vt cum aqua commiſceatur, propterea vinum album & aqua roſarum peculiariter & præcipue vſurpantur, quorum loco in aliorum aromatum, herbarum, florum & ſeminum deſtillationibus aquam duntaxat communem aſſumimus. Exempli gratia.

Aqua caryophyllorũ cum aqua vulgari.

Recipe caryophyllorum conquaſſatorum lib j. aut ij. Aquæ fontanæ tepefactæ quadruplum, imo plus, ſi viſum fuerit: Hæc recipiantur vaſe æneo commemorato, cui vaſculum refrigerans adhæret, macerentur vnum, duos aut tres dies: poſt mediocris ignis ſupponatur ita, vt aqua bulliat, tũ euaporantem conſpicies, ſecumq; oleum caryophyllorum deferentem, quod quia quouis alio grauius eſt, totum vero imum petit. Ab aqua vero ſecernitur cum infundibulo, & lagenula rite occluſa reconditur. Aqua, quæ remanet poſt olei ſui ſeparationem, turbida eſt & oleaginoſa: Odor & ſapor caryophyllorũ impreſſi tam vegeti exiſtunt, vt ſi ea hauriatur, aut naribus admoueatur, qualitates caryophyllorum quam maxime indicabitur.

Beguinus ſic deſtillare iubet oleum cinnamomi: Recipe cinamomi optimi craſſe triti libram vnam: cui affunde aquæ

quæ roſaceæ & vini albi ana libras tres: Macera in calore congruo fimi vel eius vicarii q. ſ. deinde deſtilla per balneum, ſeparando aquam primam, quæ eſt optima: ſecundam item ſeorſim, vt & tertiam colligendo. Secundæ vſus poteſt eſſe ad macerationes pro menſtruo. Tertia, eſt phlegma inutile.

Aqua cinamomi compoſita.

Aqua eiuſdem cinamomi compoſita: Macera & deſtilla cinamomum, vt ſupra: addendo radicum dictamni, Angelicæ, ana vncias duas. In hac aqua diſſolue ſacharum album, quantum poteſt, & digere per diem naturalẽ: poſtea aquam ſuperfluam deſtillatione ſegrega: donec ſyrupus placeat; cui adde aquæ vitæ rectificatæ vncias duas, & probe miſce. Eſt virtutis admirandæ in peſte & paratu difficili.

Aqua ſerpilli.

Hic præterire nõ poſſum egregiam illam deſtillationem virtuoſam ſerpilli cum vino: ſerpillum integrum cum vino maceratum poſtea per alembicum deſtillatum liquorem producunt omnibus fluxionibus in corpore humano tollẽdis & exſiccandis perquam vtiliſſime. Doſis cochlear ſ. ſingulo die mane ieiuno ſtomacho, catharroſis tutiſſimum eſt remedium, vbi paralyſes, conuulſiones, Apoplexia &c. præcauenda ſunt.

Hoc modo ad ſuos affectus ex omnib. herbis poteſt aqua ac ſpiritus elici. Supra dedimus modum deſtillandi cinnamomum & Caryophyllos, ſecundum quam artem ex qualibet aromatum ſpecie, vt pipere, nuce moſchata, Zingibere, mace, cubebis, & huiuſmodi cęteris, vt etiam ex omnibus ſeminibus, & baccis calidis, lauri ſcilicet, cumini, dauci, pœoniæ &c. item herbis & floribus calore pollentibus & ſimilibus poſſunt deſtillari aquæ, cum quibus aquis poſtea ſyrupi componi poterunt, qui longe melius vires ſimplicium, ex quib. concinnantur, ſibi concreditas ſeruant, genuinaſque facul-

Syrupi Egregia virtutis.

facultates mùlto efficacius referunt, quam eorum aquæ & decoctiones gregaria via paratæ, vt paulo poſt dicemus.

Spiritus maſtiches. Præterea & gummata ſuppeditant aquas ac ſpiritus, veluti D. Sennertus ſpiritum maſtiches deſcribit lib. inſtitut. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 5. de aquis & ſpiritibus deſtillatis. Recipe maſtiches lib. j. ſalis vnc. IV. miſce. Adde ſilicum vſtorum & contuſorum libram j. ß. Alii ſumunt cineres vel arenam, de quorum proportione poſtea in oleis dicetur. Imponantur retortæ vel cucurbitæ vitreæ, collocentur in arenam vel cineres, accẽdatur ignis, & primo exſtillabit liquor cum oleo flauo, quæ vbi exſtillare ceſſarint, ſeparetur ſpiritus & oleum, & ſpiritus rectificetur. Ex animalium partibus, & iis, quæ ab animalibus deſumuntur, parantur quoq; aquæ & ſpiritus per deſtillationem.

Aqua è cornu cerui. E cornu cerui recenti aut recenter nato per retortam aqua deſtillatur, vt ex lignis: quo modo etiam ex aliis oſſibus ſpiritus & oleum deſtillari poteſt. Sic ex ſphæra microcoſmi, oſſibus hominis, mandibulis equorum deſtillatur aqua, ſpiritus & oleum, de quibus vide Baſilicæ noſtræ chymicæ lib. 7. de animalibus.

Aqua mellis ſpirituoſa Mel ſic deſtillatur: Recipe mellis lib. j. adde ſalis communis vel ſilicum mundorum contuſorum vnc. iij. (alii addunt ſegmenta ligni iuniperini magnitudine dimidii digiti) impone retortæ, & ignem gradatim admoue, & exit aqua & ſpiritus, quæ aliquoties rectificantur. Alii hoc modo deſtillant. Primo per balneum aquam in cucurbita deſtillant. Remanenti in cucurbita melli addunt arenam ſubtilem, vel ſilices calcinatos contuſos, & vitreæ retortæ imponunt, atque gradatim ignem admouent, atque exſtillat aqua flaua cum oleo. Hæc in B. M. vel loco alias calido per 5. vel 6. dies digerunt, iterumque deſtillant, tandem oleum ab aqua

Digitized by Google

ab aqua ſeparant. Vide noſtras deſcriptiones in eadem citata Baſilica chymica lib. 7. de animalibus.

Dant ſuos ſpiritus & Reſinæ. Ex Terebinthina ſpiritus hoc modo elicitur. Recipe Terebinth. lib. ij. inde cucurbitæ terreæ vel vitreæ humiliori, affunde duplum vel triplum aquæ puræ. Nonnulli iniiciunt ſilicum contuſorum, vel arenæ lotæ M. ij. vel iij. impone alembicum, & deſtilla per cineres vel arenam, atque exſtillabit aqua & liquor puriſſimus ac limpidiſſimus aquæ innatans. Eundem ignem continua, donec ſpiritus omnis adſcendit, quod viſu dignoſci poteſt, & fiet forſan per horas 12. Tum muta recipiens, & exſtillabit oleum flauum; aut ſi ſimul excipere placet, poſtea ſeparentur. Et ſpiritus & oleum ab aqua per infundibulum vel ſeparatorium ſeparantur. Reſina ſeu Colophonia reliqua adhuc fluens effunditur ex cucurbita & aſſeruatur pro oleo rubro parando. Nonnulli Terebinthinam prima vice ſine additamento, affuſa ſaltem aqua, deſtillant. Vbi ſpiritus albus exſtillauit, omne, quod reliquum eſt, effundunt in ollam, & refrigerari ſinunt: poſtea pro qualibet libra addunt vnc. iv. ſalis, arenæ vel farinæ laterum lib. j. & iniiciunt per retortam, & per arenam gradatim oleum deſtillant, vulneribus conglutinandis commodiſſimum. Plura in noſtra Baſil. Chym. Beguinus eius deſtillationem ſic deſcribit: Recipe Terebinthinæ claræ q. p. Inde in veſicam æneam cum refrigeratorio aqua propemodum repletam. Sic elicitur ſpiritus, qui aquæ innatabit, & per B. M. rectificari poterit. *Spiritus Terebinthina.*

Vſus eius in Medicina multiplex eſt. Tuſſim, phtiſin curat: Ventriculum ab illuuie ſordida & viſcida mundat; Vrinam prouocat odoratam, inſtar violarum: Calculum & arenas pellit: ſtranguriam & vlcera veſicæ ſanat: Neruoſas par- *Vſus Spiritus Terebinthina.*

ſas partes aperit & confortat: Vaſa ſpermatica calefacit, & libidini ſtimulos addit, ſanguinem coagulatum diſſoluit: Vterum purificat, ac propterea ſuffocationi matricis valde vtilis eſt. Extrinſecus in contuſionibus maximus eius vſus & vtilitas.

Spiritus ligni quaiaci. Spiritus ex Ligno quaiaco ſic fit: Recipe ſcobem de ligno quaiaco, ac deſtilla ex retorta, primo igne lento, deinde fortiori & deſtillabit oleum ac ſpiritus, hæc ab inuicem ſepara, ſpiritum vero cum phlegmate rectifica ſuper ſalem tartari, vel per ſe, & egregium habebis atq; efficaciſſimum liquorẽ. Diaphoreticum, purificat ſanguinem, vtilis in peſte, conuenit febribus ardentibus, omnibuſq; putrefactionib. corporis, cum vino ſumptus, quod erit vehiculum. Eodem modo deſtillatũ ſpiritus ex ligno quercino, ad omnes fluxiones & Diarrheas corporis humani perquam vtilis, conſolidans vulnera & adſtringens membra læſa. Pari & modo deſtillantur cipreſſus, ſantalum, &c. quarum deſtillationes nõ ſolum etiam ab intra, ſed etiam ab extra in vnguentis applicantur & appropriantur.

Aqua panis ſpirituoſa. Sic fit aqua ardens ex pane: Recipe Medullam panis recentis, è furno extracti, adhuc calentis, atque vitreis organis deſtilla. Huius aquæ vnc. iv. Epilepticis magno vſu præbentur: Eius etiam vſus eſt ad ſurditatem, reſtituit etiam vires cerebri ac cordis, ſi nonnihil croci addatur.

Poteſt & panis calens, vt dictum eſt, generoſo vino vel Maluatico aut Rhenano antiquo infundi, inde ſtatim vitreis organis, tepente balneo, rimis optime glutinatis, deſtillari liquor, quem plerique denuo eiuſdem calore balnei deſtillant: aſſeruntque opportunum huius aquæ vſum, ſtomachum roborare, putredinem arcere, ſanitatem tueri, &c.

Spiri-

Digitized by Google

Spiritus & aqua ſanguinis humani: Recipe ſanguinis humani puriſſimi iuuenis ſani quantum vis vel lib. j. Digere cum æquali pondere ſpiritus vini ad menſem, deinde deſtilla recte procedendo & accipies aquam, ſpiritum, ſalem ac oleum. Nonnulli deſtillant cum æquali pondere medullæ bouis. Alii deſtillant cum ſalis decima parte, macerant per 40. dies: deinde deſtillant, cum fecibus rectificant, ſic per multas cohobationes fit laudabilis ſpiritus & nobile oleum de hoc vide 1. cap. lib. 7. Baſilicæ Chymicæ. *Spiritus & aqua ſanguinis humani.*

Spiritus vrinæ ſic fit: Recipe vrinam vel eius feces in matula appoſito pileo roſtrato, ponatur in balneo, deſtilletur lento igne, vt paulatim à phlegmate relicto ſpiritus ſeparentur, quod hinc dignoſcitur, quam diu per latera alembici inſtar linearum continuarum vel venarum deſcendit, tamdiu ſpiritus exit, quando vero guttulæ tanquam roris dependent, phlegma egreditur. Hoc in vrina & in aliis quæ ſpiritus leuiores habent, obſeruandum eſt. Tunc remoueatur recipiens & optime obturetur. Alias enim ſpiritus relicto vaporoſo halitu ex quo conſiſtentiam habuit, euaneſcent in auram. Hic ſpiritus toties rectificandus eſt, donec purus fuerit, quod dignoſcitur in iis quæ inflammari poſſunt, ſi omnes comburantur, relicta nulla humiditate in cochleari. Nonnulli cum vitriolo vrinam deſtillant: Alii vero cum ſpiritu vini, &c. vide deſuper etiam Crollii Baſilicam fol. 214. & 215. *Spiritus vrinæ.*

R. Tartari albi puri libras quinq;, pone in retortã vitreã eiq; in ignem cinerum collocatæ recipiẽtem ſatis capacem adapta. Dato igne per gradus, primo ſpiritus egredietur, poſtea oleũ, quæ rectificari debent, addito ſale tartari, & poſt ab inuicẽ ſeparari. Eſt egregiũ aperiẽs, vnde in mẽſtruis retẽtis, in paralyſi, ictero & ſimilib. affectib. mira p̃ſtat. Vtuntur etiã *Spiritus Tartari.*

in hydrope, cum aquis aliis hydragogis: in lepra, morbo Indico: pleuritide: angina: & exhibent à ſcrupulo vno ad duos, in aquis conuenientibus.

Spiritus Tartari Crollianus.

Crollii deſtillatio hæc eſt: Recipe lib. ij. Tartari albi crudi, affunde menſuram Spiritus vini, clauſo vaſis orificio in calido hypocauſto, per quatuodecim dies vna digerantur: poſtea deſtilla in lento cinerum igne, donec incipiant guttę flauæ oleoſæ egredi, vbi ceſſandum. Egreſſum ſpiritum ſeorſim ſerua, caput mortuum permitte, vt igne forti tam diu euaporet, donec Tartarus mediocriter calcinatus ſit, non tamen ad albedinem, ſed in colore nigro deſinendum: ſupra hunc Tartarum affunde priorem ſpiritũ egreſſum, ſtet per tres dies in balnei putrefactione, poſtea deſtilletur primo in arena, deinde in aperto igne fortiſſimo, per alembicum lutatum non nimis altum, ſic requiſitus Tartari ſpiritus elicitur. Nonnulli per multa cohobia hunc ſpiritum à colcothare rectificant.

Spiritus ſalis.

Spiritus ſalis eiuſdem: Recipe ſalis Cracouienſis natiui, vel ſalis marini exiccati vel calcinati lib. 4. affundendo aquam pluuialem, impaſta vel malaxa cum albæ argillæ figulinæ recentis & per ſetaceũ cribratæ libris duabus (vel quod melius, argillæ loco ſumatur matrix ſi haberi poſſit, ſeu cortex terrã ſigillatam inuoluens & proxime ambiens, & è qua terra ſigillata tanquã nucleus eruitur, ſic enim efficaciorem liquorem ad vſus medicos habebis) inde facias orbiculos rotundos ſeu oblõgos, quos retro fornacem ad duritiem exiccatos impones retortæ terreæ luto obductæ, vix ad dimidietatem impletæ: Iungatur recipiens ſatis capax, & ſeruatis ignis gradib. donec phlegma egreſſum eſt, vltimo pelle forti & indeſinenti igne aperto cõtinuando, donec ſpiritus albi omnes egreſſi ſunt. Deſtillatio eadem quæ in paranda aqua forti

Digitized by Google

forti adhiberi ſolet. Vſus & doſis. Duæ vel tres guttæ in aqua cardui benedicti & parietariæ ſubito remoratam pellunt vrinam, ſicuti etiam aqua vitæ per ſe optime à phlegmate rectificata facit. Eius vſum ac vires vide apud Crollium in ſua Baſilica Chymica fol. 150. 151. 152. &c. Si plura de ſale expetis, vide li. 5. noſtræ Baſilicæ Chymicæ cap. de ſale. Spiritus ſalis nitri ſic deſtillatur: Nitrum ſiue ſal petræ miſceatur cum tribus partibus boli communis: & deſtilletur per retortam, ſpatio 10. vel 12. horarum. Ex libra j. ſalis petræ, accipies libram vnam ſpiritus: ſi bene operatus fueris. Spiritus hic eſt verus ignis naturæ Balſamicus: Et prodeſt in colica, pleuriſi, angina, &c. Sic vult Crollius: Spiritus ſalis nitri eodem plane modo, ex ſimili ignis regimine deſtillatur, qui per fumum rubicundum egreditur. Hoc ſaltem notandum quod ad j. partem ſalis petræ purificati, tres partes argillæ figulinæ admiſceri ſolent, pro efformandis globis oblongis, poſt exiccationem demum ad opus adhibēdis. Vſus ac doſis in colica: Et hoc nemini videatur mirum, ſiquidem in ſimili affectu crudum nitrum nonnulli offerunt: Nam ſpiritus ſalis microcoſmi efferueſcentia & malignitas ex huius debito vſu mire inhibetur & reprimitur. In pleureſi, prunellæ miſcetur cum ana ſpiritus vini, & de illa mixtura dantur ſcrupuli duo vel drachma integra in hauſtu aquæ fontanæ tepidæ. Si in colica vtimur, tunc ab extra vmbilicus oleæ nuciſtæ expreſſo cum tantillo zibeti admixto inungitur: intolerabiles cruciatus & dolores confeſtim non ſolum ſedat, ſed & diſcutit & reſoluit malignos, crudos, nitroſos humores, qui niſi impediātur, ne ad partes neruoſas & articulos repant, quod non raro fit per certam ſympathiam, qua cum talibus membris habent illi humores aliquid admixti, condolenda ſequitur articulorum impoten-

Spiritus ſalis nitri.

tia, laxatio, & resolutio, circa finem enulæ campanæ vsus salem resolutum efficaciter expellit. Porro nitri seu salis fusilis vires reconditæ à filiis Hermetis semper in magno pretio fuerunt habitæ.

Spiritus sulphuris. Spiritus sulphuris sic fit à Beguino: Ponatur sub campana vitrea, vas terreum cum sulphure, quod accendatur. Ita vero vas subiectum ad campanam adaptetur: Ne fumi egredientes flammam suffocent, sed libere in illam subiecti in liquorem densentur, qui in scutellam appositam destillet. Ex libra j. elici potest vnciaj. (non semper) tantæ efficaciæ vt Leonhardus Fiorauant. eius intra corpus assumti vires non satis admirari possit. Dari vero potest cum aquis appropriatis vt syrupis, ad guttas quatuor, quinque, sex: & commisceri cum electuariis & pilulis, tam in morbis calidis quam frigidis. Exterius etiam prodest ad dentium dealbationem, vlcera luis venereæ, gingiuarum: verrucas: ani & cæterorum membrorum fistulas. Appellatur etiam oleum: sed κατ' ἐχρησιάς. Destillatur etiam sulphur cum ære viridi ad externa: Etiam cum sale nitri, sed hæ destillationes sunt corrosiuæ, &c.

Spiritus vini. Vini spiritus destillatio hæc est secundum D. Sennertum: Ex vino vel etiam fecibus vini per vesicam pars optima, quod gustus & sapor indicabit, abstrahitur: quod exstillauit, aliquoties per B. rectificatur, & saltem dimidia vel tertia, aut quarta pars destillatur, idque eo vsque, dum accensus spiritus vini nihil relinquat aquositatis. Subtilius adhuc ita rectificari potest. Cucurbitæ orificium tegatur quadrupliciter charta subtili, imponatur alembicus, & lento B. calore tertia vel quarta pars separetur. Ita enim saltem spirituosissima & subtilissima pars per papyrum penetrat, aquosior & phlegmatica iterum decidit. Idem fieri potest per phiolam longi colli, cuius tertiã aut ad summum dimidiam saltem

Digitized by Googl

ſaltem partem replent. Sic enim ſubtiliſſima ſaltem pars adſcendit, aquei vero vapores ad latera colli phiolæ condenſantur & delabuntur. Nonnulli cucurbitæ vel phiolæ orificium ſpõgia oleo imbuta obſtruunt. Ita enim aqua hæret, tranſit vero per eam ſolus ſpiritus. Licet quoque per vas ſerpentinum ſpiritum vini rectificare. Per anfractus enim illos canalium ſolum ſubtiliſſimus ſpiritus penetrat, phlegma vero in vaſe inferiore ſubſidet.

Alii panem triticeum recẽtem calidum iniiciunt in ſpiritum vini ter rectificatum, ſic coniungunt per aliqualem circulationẽ, deinde ſubtiliſſimum ſpiritum exinde deſtillant.

Bornettus ſic vult: Digere vinum generoſum in fimo vel eius vicario, in vaſis circulatoriis iuſtæ amplitudinis, per octo vel decem dies: poſtea vaſe refrigerato, effunde illud in cucurbitas altas, quibus ſuperpone alẽbicos roſtratos, iuncturis cũ veſicis porcinis vel bouinis bene munitis, deſtilla, vt artis eſt, per B. M. primo egredietur ſpiritus, quem ſepara, mutato recipiente: deinde vrge phlegma vſq; ad mellis liquidi ſpiſſitudinem: feces per retortã deſtilla, dando ignem per gradus: & accipies oleum pingue. Ex capite mortuo ſalẽ elicies, phlegma ſuperfundẽdo, digerendo, filtrando & coagulãdo. Quod ſi præſtantiorem ſpiritũ vini deſideras: rectifica eum, deſtillationib. ſæpius repetitis. Optimum hunc judico ſpiritum vini, qui ſimulac artificioſa ſpargyrica manu p phiolã deſtillatur, & ille ſi recte proceſſeris nulla indigebit correctione: Vide lib. 2. Baſil. philoſophicæ cap. de vaſis ſublimatoriis: eo in loco videbis ſingulare artificium ad S. vini recte deſtillandum. Nonnulli macerant vuas cum vino, vel aqua & fermẽto, deinde deſtillant ſpiritum exinde dulcem &c. Vide ſi placet plura in libro 6. Baſilicæ Chymic. cap. de vino: vbi etiam de ſpiritu vini tartariſato.

Spiritus

Spiritus vitrioli. Spiritus vitrioli ſic paratur: Recipe vitriolum Hungaricum, ſeu Cyprum vel Romanũ, perinde eſt, ſolue in aqua deſtillata vel rore majali, & ſolutum cola, poſtea collocetur in digeſtionem cinerum ſeu arenæ vel fimi, in alembico ſaltem negligenter ſaltem obturato, quia nil euaporat: ſtet per menſem, tunc ad ſuperficiẽ eiicit feces ſeparandas: iterum ponatur in digeſtione tamdiu donec nullas feces amplius reiiciat, poſtea coletur, & q. clarum eſt in lento igne balnei vel arenæ deſtilletur, ſpatio aliquot horarũ duarum vel triũ phlegma egreditur, quod auferendum eſt, poſtea ſequuntur ſpiritus (vbi hi incipiunt aſcendere, quod guſtando poteris deprehẽdere, ſenties enim aciditatem, & videbis vt in deſtillatione aquæ vitæ fieri ſolet, ſtriarum inſtar in alembicum aſcendere) qui mutato vaſe recipiente ſeorſim colligendi ſunt. Hic ſpiritus vitrioli ad odoris ſuauitatem & dulcis aciditatis gratiam reductus, in quo nec ſenſibilis corroſio in lingua apparet, nec tarda auſteritas, ſed ſpiritualis aciditas, vtile eſt medicamẽtum & curationibus neceſſarium. Qui volet vlterius perſequi deſtillationem, auctiori igne oleum profluens, ad ſuos vſus ſeorſim colliget, & huius rectificati olei partem vnam cum quatuor vel ſex partibus ſpiritus vini alcoholiſati in balneo rorido, per aliquot menſes digeret, & poſtea deſtillabit, habebit oleum vitrioli ſupernatans aquę ſuauiſſimi odoris & iucundi ſaporis, ſeparatur per tritorium: vſu in medico maximæ eſt efficaciæ.

Vel recipe vitrioli crudi ac purificati, duas ſaltem libras, deſtilla & pelle fortiſſimo igne, vt ſpiritus & oleũ egrediantur: liquori egreſſo adde duas partes aquæ pluuialis deſtillatæ, & in B. M. noua deſtillatio inſtituatur, tunc ſubtiliſſimus ſpiritus vitrioli cum aqua pluuiali eleuatur in hac rectificatione & egreditur, relicto acidiſſimo oleo in fundo. Ille egreſ-

egreſſus ſpiritus aqua pluuiali immixtus ſumme penetrans eſt, & in febri Vngarica & aliis febribus ardentibus efficaciſſime operari ſolet: Hactenus propinquus noſter Crollius.

Beguini præparatio ſpiritus vitrioli hæc eſt: Recipe vitrioli libras 12. calcina in vaſe terreo, igne moderato: Donec omnis humiditas abſcedat. Vaſe refrigerato, maſsāq; erit ſeptem circiter librarum, reduc in puluerem ſubtilem, cum libra vna circiter particularum eiuſdem teſtæ: & impone retortæ firmæ lutatæ: ita tamen vt tertia ad minimum pars ſit vacua. Eam in fornacem colloca reuerberii: adhibito receptaculo amplo, collique breuis deſuper lutato, & commiſſuris retortæ cum recipiente, luto ſalſo diligenter munitis. Deinde paropſidem terream latam, pedem vnum altam, & in fundo quadrangulariter perforatam, retortæ, vt æqualiter os fornacis claudat, ſuperſtrue: atq; ad extremitates fornacis, cuiuſcunque illa ſit formæ, quadratæ rotundæue, lateres altitudine paropſidem adæquantes adapta: ſpatiumq; inter lateres & paropſidem, quod intercedit, cineribus vſq; ad ſummum obrue. Tunc fac caminū ex quatuor laterum particulis, ſuper teſtæ foramē quadrangulare, vt flamma, mediante tali vehiculo, liberius, cum tempus fuerit, queat euolare. Orificium camini, ſicut & cineritii oſtiolum ita claudantur, primis quatuor horis, vt carbones furno impoſiti ſaltem ardeant, & non extinguantur: quo paulatim & ſucceſſiue retorta calefiat. Exinde ſequētibus quatuor horis vt carbones furno impoſiti ſaltem ardeant, & nō extinguātur quo paulatim & ſucceſſiue retorta calefiat. Exinde ſequentibus quatuor horis, calor augeatur, foramina iis ſingulis, ſupra & infra paulatim aperiendo: donec flamma per ſuperiora incipiat erumpere, & retorta vndique candeat. Quod cum fit: cineritio & camino omnino aper-

Digitized by Google

tis: per octodecim & viginti horas ignis intendi debet: donec omnes ſpiritus egreſſi fuerint. Poſt biduum lutum falſum & valde induratum, quod retortæ collũ cum recipiente colligatum, linteo madido, per horam donec recipiens, abſque vitri fractione, abſtrahi poſſit, humecta: & poſtmodum phlegma à ſpiritu, deſtillatione per balneum, aut blanda cinerum, ſepara. Sunt qui poſt phlegmatis ſeparationem ſpiritus ſuper corallos tritos ex arena rectificant.

Spiritus hic in febribus ardẽtibus, cum aquis appropriatis miſtus & hauſtus refrigerat: ſitim extinguit: humorum putredini reſiſtit: per vrinas & poros cutaneos operatur: phlegma conſumit, craſſos & viſcoſos humores incidit: languentem appetitum excitat: & ſuccos roſarum, violarum, aliorumque florum pulcherrime tingit.

Alii hoc modo ſpiritum vitrioli deſtillant: vitriolum aliquot coagulationibus & ſolutionibus optimum purificant: purificatum imponunt cucurbitæ vitreæ luto obductæ, affunduntq; Sp. vini: hanc imponunt in ignem apertũ aptato recipiente amplo, & primo lento igne deſtillant ſpiritum vini, mox aucto igne exſtillat phlegma, tandem cum ſpiritus apparere incipiunt, augetur ſenſim ignis, donec vitrũ quod forte ſit, liqueſcere incipiat, tandem in B. M. ſpiritus vini ſeparetur à phlegmate & ſpiritu vitrioli: per cineres vero phlegma à ſpiritu.

Spiritus vitrioli compoſitus.

Spiritus vitrioli Quercetani: Accipe vitrioli optimi ſiue Vngarici ſiue Romani, q. v. ex eo phlegma educito dum ſpiritus deſtillatione egredi incipiant: tum mutetur recipiens, & aliud recens ſubſtituatur, in quod ſpiritus omnes traducantur. Quo peracto nouum accipe vitriolum, ex quo phlegma rurſum ſpirituſq; ſeorſim prolicito, qui ſeponantur ſeparatim, tantamque vitrioli quantitatem extillato, quæ phlegmatis & ſpirituum copiæ, quam deſideras, ſa-

Digitized by Google

tis esse possit, hoc est, ex vtrisq; lib. ij. aut etiam amplius. In phlegmate macerẽtur in B. M. ad quatuor aut quinq; dies, semina hyperici & pœoniæ, viscus quernus, flores lilii conuall. tiliæ, calendulæ, rosmarini, hyperici, & rasuræ eboris, cornu cerui, & cranii humani pro libitu: quorum postea fiat expressio, quæ destilletur. Hac destillatione tres aut quatuor recẽtis vitrioli Vngarici libras imbuito, quas præter aut quinquies fæcibus reaffundito, singulis vicibus liquorem in B. M. feruente extillando, vt sic vitrioli corpus melius reseretur: cui tandem spiritũ ipsum asseruatum adiicies, cõponendo omnia in matratio satis capace, tubis vitreis lõgis instructo quorũ vltimi extremitas in latũ diffundatur, in formã infundibuli, cui alembicus adaptetur, firmissime iũctus. vase in B. M feruẽte locato: sic si bene opereris, solus spiritꝰ cum virore elicietur, vsq; adeo subtilis ac penetrans, vt vini spiritũ potẽtia æquet. Cuius etiã solius si gutt. xv. vel xx. exhibeantur, tutissimum cõperiatur esse epilepsiarũ remediũ, siue insultus ipse epilepsiæ fuerit expugnandus, siue venturus arcendus. Spiritus vitrioli antepilepticus eiusdem: *Spiritus vitrioli antepilepticus compositus.* Recipe vitrioli Romani vel Vngarici lib. xv. liquoris pœoniæ, camphoræ, rasuræ eboris, spodii ana Vnc. ß. Destilla per retortam in colchotar. Recipe huius liquoris lib. iij. Alcool vini correcti, aquarum melissæ, Valerianæ ana lib. ß. colchotaris lib j. reduc denuo per retortam: Recipe huius liquoris lib. j. colchotaris recentis lib. ij. Destilla demum per cornutam totam diem ac noctem, & exibit phlegma, spiritus & oleum: postea in B. M. separabitur phlegma & per cineres liquor seu Mercurialis spiritus: per arenã vero, fortiori igne, oleum extrahetur. Phlegmatis dosis infantibus est drach. j. ante paroxysmum. Spiritus in adultis est scrup. j. iis qui 40. annum superant, dantur olei grana aut guttæ iij. cum aqua chelidoniæ, vel maioranæ.

Digitized by Google

De ſpiritu vitrioli, qui cum vrina deſtillatur, vide Baſilicæ Chymicæ librum de mineralibus capite de vitriolo: vbi etiam mentio fit ſpiritus vitrioli philoſophici, & ſpiritus vitrioli Paracelſi qui cum aqua forti pręparatʒ, item & ſpiritus vitrioli, qui deſtillatur per phiolam, &c. nunc addere placet nonnulla de his, qui ſpiritus vitrioli vſum plane improbant.

Inter eos qui ſpiritũ vitrioli improbant, eſt Io. Bapt. Syluaticus, qui controuerſ. 48. oleũ vitrioli reiicit, eorumq; audaciam illa cõtrouerſia ſe damnaturũ promittit, qui oleum è chalcanto peſtilente febre laborantibus propinare nõ verentur. Cura. hoc medicamentum vereatur, ac timeat, cauſas has affert. Cum, ait, Galenus & Dioſcorides erodentis ac ſepticę facultatis particeps vitriolũ eſſe dicãt: In morbo calido & pernitioſo ſine periculo exhiberi nõ poſſe videʒ. Deinde cũ maxime moleſtũ & efficax medicamentũ ſit, & eius minima quoq; portiũcula magnas corporis perturbationes faciat: ſi eiuſmodi febre correpto offeratur, & naturæ moleſtiã afferet, & eam ab opere ſuo diſtrahet, eiuſq; cum morbo pugnã impediet: inprimis cum metallicũ ſit medicamẽtum & ea de cauſa venenoſi quippiã in ſe habeat, & teſte Dioſcor. vomitũ cieat. Præterea cũ medici antiqui plurimi calidiſſimũ eſſe affirment remedium: In ea febre, quæ vehemẽs admodum eſt, nullo pacto conuenire poteſt. Augeret n. caliditatẽ febrilem. Diſerte quoq; Galenus lib. 11. Meth. medẽdi c. 9. Aquarum vitriolatarum vſum reiicit in febribus putridis. Et tandẽ toti antiquitati hoc medicamentum incognitũ eſt. Et ſunt alia medicamenta, quibus tuto ac ſine periculo excellẽti huic putredini occurrere eamq; emẽdare licet.

An ſpiritus vitrioli in febrib. malignis vtendus.

Verum enimuero ſi autoritatib. certare liceret, Syluatico, cui ſpiritum vitrioli incognitũ fuiſſe non ſine cauſa ſuſpicamur, multorum Doctiſs. Medicorum, Geſneri, Matthioli,

Cratonis,

Cratonis, Donzellini, Zwingeri, Hor. Augenii, Heurnii, aliorumque plurimorum autoritatem opponere poſſemus, qui omnes ſummis laudibus ſpiritum vitrioli efferunt, & cum in aliis morbis, tum in malignis & peſtilentibus febribus ſummopere commendant, vt qui in iis ſanandis parem Medicinam vix habeat; verum rationes eius potius penſitemus. Atque hoc in genere monemus, male Syluaticum ea omnia ſpiritui vitrioli tribuere, quæ antiqui chalcanto adſcripſerunt. Præparatione enim illa multæ partes vitrioli videre eſt, qui in integro conſpiciuntur; & alii in ſpiritu cõprehenduntur, quos in vitriolo vix animaduertere licet. Quod enim primo ſepticam vim ipſi à Galeno & Dioſcoride attribui dicit; falſum id eſt. Et neque crudum vitriolum, neque ſpiritus eius è ſepticorum proprie dictorum numero ſunt. Acrimoniam quidem aliquam habet ſpiritus vitrioli: Verum eo nomine reiici non debet. Nam quamuis alias res externas erodat: Corporibus tamen viuentibus recte exhibitus nullam noxam infert, ſed illud ſaltem, quod vitioſum eſt, aggreditur: quod in aliis etiam Medicamentis plurimis videre eſt. Annon enim ſuccus citri, Limonum, Berberorũ, acetum & alia gemmas ſoluunt, & ipſa etiam metalla arrodunt, quibus tamen ſatis copioſe tum in Medicamẽtis, tum in cibis condiendis vtimur? Quid igitur ſpiritum vitrioli tãtopere timeamus, præſertim ſi diluatur? Id faciendum non eſſe vel acidulæ docent, & thermæ nonnullæ, quæ aciditatẽ ſuam & effectus illos, ob quos commendantur, & à pluribus cum magno commodo ſat copioſe bibuntur, ex vitriolo obtinent. Neque etiam moleſtum eſt Medicamentum ſed ſine moleſtia, imo ſi permiſceatur rebus conuenientibus, cum grata aciditate ſumitur; neque vllam in corpore perturbationem efficit, aut vomitus excitat, quod de crudo ſcribitur.

Vnde opus non eſt metuere ne naturam in opere ſuo, & pugna cum morbo, impediat. Si enim Medicus naturam non impedit in ſuo opere, ſed potius adiuuat, dum ea Medicamenta exhibet, quæ putredinem tollunt, & vitio humorum occurrunt: quid peccabit, dum id Medicamentum exhibet, quod maxime putredini reſiſtit, & ad eundem ſcopum cum natura tendit? Nec eius caliditas permiſcenda eſt. Neque enim facile inflammatur, aut putredinem, vnde calor febrilis oritur, auget: Sed putredini reſiſtendo & efficiendo, ne humores inflammentur & incendantur, calorem febrilem exſtinguit, nullumque damnum affert. Vitriolarum vero aquarum, quas Galenus improbat, longe alia ratio eſt. Externum enim eorum vſum Galenus reijcit, quod poros cutis cõſtringant, & retentis fuliginib. calidis, putredinem ac caloré augeant. Etſi quoq; antiquis nõ perſpectus fuerit & cognitus ſpiritus vitrioli: nihil id refert. Ob hanc tamen cauſam ſi reiiciendus eſſet: plura alia etiam præſtantiſſima medicamenta, quæ nunc in vſu ſunt, eſſent reiicienda. Et quamuis alia etiam Medicamenta dentur, quæ febribus his vtiliter adhiberi poſſunt: non tamen hoc ideo negligẽdum & reiiciendum eſt; Præſertim cum ſummi etiam Medici ei in hoc genere primas facile tribuant, de his ſupra in Baſilica Chymica & lib. 1. Antidot. huius dictum ſatis eſt.

Spiritus Saturni.

Spiritus ardens è Saturno: Calx Saturni ſiue minium, aceto deſtillato, vel eius ſaltem phlegmate perfunditur: poſtea per diem naturalem ſæpius agitando, ne in fundo vaſis concreſcat, digeritur: Menſtruum detrahitur: aliudque, donec omnis ſalſedo abſtrahatur, ſubſtituitur. Depletiones filtrantur, & ex duabus circiter partibus euaporantur: Cryſtalli loco frigido exſpectantur, ſeparantur: in nouo aceto diſſoluũtur: filtrantur: & toties vt ſupra, coagulantur: donec ſufficiẽter ſa-

ter ſale aceti Armoniaci, tanquam proprio fermento impręgnentur. Tali corpore balnei, per menſem digeruntur: vt perpetuo inſtar olei in liquorem reſoluantur. Deſtillẽtur per retortam, in arena: ſeruatis ignis gradibus, adhibitoque recipienti amplo, qui niſi diligẽtiſſime cum retorta lutetur: tanta fragrantia totum laboratorium replens deperit: vt nõ dubitem: quin ea omnium vegetabilium odoratorum ſimul congeſtorum & miſtorum odores lõge ſuperet. Poſt deſtillationem, omnib. frigefactis: Caput mortuum reperies nigerrimum, nullius momenti. E liquore egreſſo, ſeparabis oleum flauum ſupernatans, & oleum ſanguinis inſtar rubicũdum, fundum petens. Phlegmate per reiteratas deſtillationes, ab aqua ardẽte ſeparato: ſeruabis ſpiritum Saturni odoratiſſimum, tanquã balſamum pretioſiſſimũ ad varios morbos, tam intra, quã extra corpus vtiliter adhibendum. Cęterum non è Saturno tantum arte chymica, ſpiritus eiuſmodi fragrans elici poteſt: verum etiam ex omnibus aliis metallis, mediante aqua illa viſcoſa minerali, quæ ſolius Vulcani beneficio, abſq; vllius rei externæ additione, breuiſſimo tẽporis ſpatio, educitur, & de qua Rhodianus in tractatu triũ verborum: Mutatur iſte ſpiritus fumoſus, aquoſus & aduſtiuus in Nobiliſſimum corpus, & non fugit amplius ab igne; ſed currit, vt oleum &c. Recipit enim omnes qualitates metalli, cui induſtria ſagacis artificis immiſcetur, odorẽ, colorem, ſaporem, cum conſeruatione facultatis vegetantis: Et ſicut Rhaſes dicit: Prout mutatur, mutat. Vnde cõſtat: quã turpiter rerum Phyſicarum ignari ſunt vulgares Miſochymici, qui odores, ſapores & reliquas virtutes Medicas ſolis vegetabilibus vendicant, & metallica tanquam humano corpori infructuoſa, cane peius ac angue fugienda exiſtimant.

Spiritus

Spiritus corallorum.

Spiritus coralliorum ſic fit per deſtillationem : Acetum radicatum fiat cum aceto vini deſtillato per Tartarũ & ſalẽ petræ præparatæ, hoc eſt, quater Tartaro cum nouo ſale petræ vſto, vt moris eſt, & deinceps aceto vini deſtillato probe imprægnato & tandem igne violẽto deſtillato. Deinde cum hoc aceto corallia optima & rubicũdiſſima in balneo diſſoluãtur. Diſſolutio filtretur per charram emporeticam, vt ſola ſolutio tranſeat relictis fæcibus, poſtea acetum inde auferatur vel exhalando vel deſtillando, remanebit in fundo corallorum ſubſtãtia albicans: ſupra quam fiat exhalatio aquæ roſarum vel alterius, ita vt 2. digitos ſupernatet: Demum ſiccentur ad ignem; Hæ diſſolutiones & euaporationes per aquam roſarum ſæpius inſtituatur, vt habeatur puluis omnino niueus. Hunc puluerem ſine additamento iniice retortę loricatæ & igne nudo deſtilla in recipiens: Totus puluis deſtillabit, nec quicquam in fundo vaſis manebit. Aqua hæc eſt limpida & ſpirituoſa, vrit inſtar aquæ vitæ ſeu ſpiritus vini, inque ſe continet veram corallorum eſſentiam. Tali & modo cum margaritis, & aliis gemmis prius ſolutis procedere poteſt ſpagyricus.

Spiritus perlarum & gemmarũ.

Spiritus Aceti.

Acetum etiam deſtillatur vt inde exeat ſpiritus, & quidẽ ſine digeſtione eodemque modo vt vinum: niſi quod phlegma vt in omnibus aliis acetoſis aliis primo egrediatur; ſpiritus autem vltimo.

Spiritus Mercurii.

Spiritus Mercurii: Accipe Mercurii viui lib. j. ſolue per aquam fortem, deinde præcipita: præcipitatũ deinde coque in deſtillato aceto per quatuor horas, vt ſoluatur, aceto ſatis ſoluto, affunde recens acetum, coque viciſſim vt ante hoc tantiſper continua, donec præcipitatus ab aceto omnis ſit ſolutus, tunc deſtilla inde acetum per B. Mariæ puriſſime, & reſidebit maſſa in fundo inſtar ſalis, cui affundes aquam pluuialem

Digitized by Google

uialem quater deſtillatam, coqui permitte in vitro obturato per dimidium diem, poſtea fac ſubſideat, & quando inclarescit, effunde & deſtilla inde omne phlegma per balneum, ſic reperies in fundo inſigniter claram maſſam, quam ſicca & ſuperfunde ſpiritum vini, digere per octiduum, deinde per retortam in cineribus deſtilla, & tranſibit primo ſpiritus vini, deinde ſpiritus Mercurii, in fundo vero remanet terra nigra: poſt deſtillationem abſolutam, relinque vaſa ne aperiãtur, inter 12. v. horas vitrum aperi, & S. V. in balneo abſtrahe leniter, ſic remanebit ſpiritus Mercurii inſtar olei cineritii, continens eſſentiam Mercurialem.

Vel: Recipe ſalem armoniacum & calcẽ viuam, in ea quãtitate q. p. verum ana: conterendo tenuiter miſce, inque olla calidæ aquæ plena vitroue ſoluãtur, vt bis vel ter ebullire incipiant, poſtea vt a. eſt filtra: Filtratum & clarum coagula in vitro in calcẽ, quæ in crucibulo per quadrantem horæ fluet: effunde in calidum mortarium, contunde tenuiter dũ calet, pone in tabulã vitreã, aut ſuſpende cum manica ad ſoluẽdum in cellã, quo in oleum euadat. R. Huius olei ſalis p. j. Mercurii à ſua minera ſexies ſublimati p. ij tere Mercurium tenuiſſime, & funde poſtea in oleum, impoſito vitro in calidã arenã aut cineres, ſoluetur Mercurius in oleum clarum. Hoc oleum adhuc calidum miſce cũ papyro, vt omne ab illo abſorbeatur, & fiat maſſa cõpacta: Quã poſtea per cucurbitam appoſito alembico deſtilla in cineribus aut arena primum leniſſime, & deſtillabit primo aqua dulcis, hęc quando tranſiit guttæ deſtillantur acidæ, tum muta recipiẽs & auge ignẽ vt totalis deſtillatio abſoluatur, hunc liquorẽ aliquoties rectifica in B. M. propter feces à papyro attractas, tandem ſpiritus eſt perfectus, qui ſoluit calcem auri, & gerit etiam adhuc ſecum eſſentiam Mercurii, ſed eſt corroſiuus.

Spiritus aquæ Theriacalis compositus.

Spiritus aquæ Theriacalis camphoratæ hoc modo præparatur: Recipe ſpiritus vini optime rectificati, inque tenuiſſimam eſſentiam redacti vnc.ij. ß. Theriacæ Andromachi veteris vnc.v. Mirrhæ rubeæ, Croci orientalis ana vnc.ß. Omnia indantur cucurbitæ erectæ, apponatur alembicus (in quo drach.ij. Camphoræ ſint poſitæ) & vas recipiens, iuncturis clauſis ponatur in B.M. dando ignem, quantũ fieri poteſt, lẽtiſſimum & tali calore tepidiſſimo, ſtent ſpatio trium vel quatuor dierum, ita vt ex toto tempore exiguum quiddã tantum deſtillet, tandem igne lento, vt inter ſingulas guttas in recipiens vas illabẽtes ad ſeptẽ minimum numerare poſſis, extillatur liquor, donec nihil amplius ex gradu ignis extillauerit, tandẽ augetur ignis ad ebullitionẽ aquæ in B.M. cumq; etiã hoc ignis gradu nihil amplius extillauerit, ſinuntur vaſa refrigerari, refrigeratis vaſis & apertis clauſuris eximitur liquor exſtillatus, & reaffunditur materiæ à qua euocatus fuerat, clauſisq; iuncturis, prior labor tam digerendo quã deſtillando repetitur, idque ter, ita accipies ſpiritum aquæ Theriacalis omnium præſtãtiſſimum cum aliquot guttulis olei Theriacalis penetrãtiſſimi & optimi, quod per infundibulum ſecernitur & reſeruatur tanquã pretioſiſſimus balſamus, contra omnis generis venena & peſtem. Spiritus vero ſeorſim reſeruatur.

Spiritus vini cum auro Diaphoreticus.

Spiritus vini cum auro Diaphoreticus taliter deſtillatur: accipe ſexaginta vel ſeptuaginta aureos florenos Vngaricos hos ſtratifica cum panno lineo cõciſſo ſecundum artẽ, tandem ẽt cum panno cooperi; ſuperfunde deinde Alcohol vini, ſeu ſpiritum rectificatum vini, hunc demum fortiter deſtillando inde abſtrahe, idque ter repetendo cum nouo Alkohole, & habes quod petis: Alii aurum ſtratificant cum ſale & deinde eliciunt cum v. ſpiritu eſſentiam, ſed prior modus

Digitized by Google

dus melior est. Aurum fit molle inde instar Saturni, hoc vicissim indurescit, si inter Laminas plumbi fuerit repositum, & cum malleo Saturnus fuerit tractatus vel percussus.

Corpus solis etiam fit volatile per aquam regis, quæ resplendet de tinctura antimonii, & abstracta est ab oleo eo, ex quo Mercurium vitæ, item Bezoarticum minerale &c. conficimus; super hoc auri corpus sublimatũ instar rubini, funde Alkohol vini rectificati, & destilla lento igne, aliquoties nouo repetendo & habebis eodem modo spiritum ex auro cum essentia: Sin vero spiritus vini essentificatus fuerit cum nobilissimo spiritu essentificato sachari, arcanũ certe in natura ad curandum morbos, habebis ineffabile, de quo plenius vide nostram Basilicam Chymicam.

Spiritus essentificatus argenti.

Sic extrahitur ex floribus vel calce argenti per spiritum Therebintinæ attenuata, Tinctura Lunæ, hæc separato mẽstruo, per Alkohol rectificatum destillatur in spiritum cum essentia imprægnatum. Tali modo fiunt spiritus, essentiæ & olea ex vitriolo Veneris vel vitrolo Veneris & Martis, item Ioue, Saturno, Mercurio, gemmis, crystallo &c.

Spiritus Antimonii essentificatus

Spiritus essentificatus Antimonii sic fit: Flores albi per sublimationem ex regulo induntur vitro oblongo, quod hermetice clauditur, clauso vitro tamdiu reuerberatur, dãdo ignem per gradus, donec fiant rubini instar rubicundissimi, quibus affunditur acetum destillatum, vt supernatet octo digitis; simul sinuntur stare, dum acetum colorẽ rubrum contraxerit, quod demũ effunditur: Affuso nouo aceto peragitur vt prius; isq; labor tamdiu repetitur, dum omnis tinctura euacuata fuerit: Tunc totum coloratum acetum in cineribus vel arena à Tinctura abstrahitur: ea edulcoratur aqua communi stillatitia: Dulcorata digeritur Alkole vini per mensem, deinde destillãtur igne fortissimo ac graduato.

Digitized by Google

Si non placet ex floribus hanc operationem conficere, tum recipe ſulphur Antimonii : Eodem modo ex ſulphure vitrioli fit elegans ſpiritus eſſenſificatus cum ſpiritu vini, qui maximarum etiam ſane eſt efficaciæ ac virtutis.

Spiritus terræ ſigillatæ. Spiritus etiam fit virtuoſus ex terra ſigillata : Accipe terræ ſigillatæ octo vel nouem libras, has proiice in retortam ex modo, artificio ſpagyrico, applicato ſimul recipiente & perlutatis vaſis, deſtilla primo lẽto igne, ſic phlegmata prius prodibunt, tum ignem adauge, vſque dum retorta incandeſcat, & deſtillabitur ſpiritus albus intra 6. horas, deinde opus perfeciſti, poſtea vaſa fac refrigeſcant : deinde exime liquorem deſtillatum & in balneo leni igne phlegma ad tertiam partem abſtrahito, & remanebit ſpiritus flauus generoſus cõtra omnia venena, epilepſiam, peſtem, dyſenteriam etiam male vulneratis &c. Doſis drach. j. ad ij.

Spiritus antimonii purgans. Spiritus Antimonii purgans : Miſce Antimonium cum ſale marino calcinato, vel ſale gemmæ, deſtilla exinde ſ. flauum, de quo aliquot guttulæ hauſtulo vini inſtillentur, & vinum lacteſcet, relinquatur per noctem vt ſubſideat puluiſculus albus: Hoc vinum mane ſequenti bibatur, & ſepties ſine nauſea vel etiam octies aluum mouebit. In hydrope cõfert. Puluis albus ſi cum ſpiritu nitri corrigatur, fit citrinus & diureticus.

Vel Recipe antimonii florum p. iij. Sachari clarificati optim. albiſſ. p j. Hæc coque cum aqua florum ebuli in ſyrupum bene craſſum : cui poſtea affunde ſpiritum vini optime rectificatum, & digere per 8. vel 14. dies ac noctes, deinde deſtilla per retortam vitream, & exibit ſpiritus cum oleo rubicundo purpureo.

Spiritus aquæ theriacalis alius. Spiritus aquæ Theriacalis à multis ſic probatur : R. Theriacæ Alexãdrinæ ℥viij. Myrrhæ, Aloes ana ℥.ß. Spiritus vini lib.ß.

Digitized by Google

lib. ß. croci ʒ. ß. miſceantur ac ponantur in retorta vitrea ad digeſtionem cinerum, deinde applicato recipiente & orificiis vaſorum probe lutatis, continuo igne deſtilletur aqua ſpirituoſa theriacalis præſtantiſſima.

Vel ſic etiam fiet: Recipe theriaces opt. lib. j. ß. myrrhæ lib ß. croci ʒj ß. zedoariæ lib. j. diptamni albi vnc. jv. camphoræ ʒ. ß. caſtorei ʒij. olei caryophyllorum ʒ ß. olei ſuccini ʒj. olei terebinthinæ tantundem, commiſceantur omnia ac deſuper fundatur ſpiritus vini optimus, ad eminentiam duorum digitorum, poſtea adaptato alembico fiat deſtillatio, ſic aqua theriacalis fit ſpirituoſa, eſſentialis ac prægnans cum multis virtutibus. Datur in peſte, & omnibus morbis venenatis ac contagioſis. Nonnulli loco ſpiritus vini accipiunt acetum vini optimum, deſtillant vt iam dictum, hoc deſtillatum ſummopere commendant in omnibus febribus venenatis, peſtilentialibus ac contagioſis.

Hactenus de aquis & ſpiritibus, reſtat nunc vt de compoſitis verba faciamus, vtileſque quarundam deſcriptiones tradamus, quas pharmacopœi non modo ſcire, verum quaſdam ex parte ſemper habere, aliiſque quam plurimis aquis nullius aut parui momenti præferre debent.

Aqua Bezoartica, ſeu alexipharmaca contra peſtem Iacobi Theodor.

Recipe Rad. Angelicæ
Valerianæ ana ʒiv.
Gran. Iuniperi,
Dictamni albi
Tormentillæ,
Serpentariæ,
Gentianæ,
Pimpinellæ
Ariſtol. rot. an. ʒij.
Enulæ,
Aſclepiadis an. ʒj. ß.
Cort. citri.
Boli armeni an. ʒj.
Croci

Zedoaria	Calamin. Italica,
Doronici	Scabioſe,
Sigilli Lemnij an. ʒ. ß.	Baſilicæ
Coralli albi & rubri	Veronicæ
Sem. Thlaſpi	Majoranæ an. M. ij.
Oxalidis an. ʒj.	Fumariæ
Myrrhæ elect. ʒij.	Scordij an. M. j. ß.
Cornu C. vſt. ℈ij.	Flor. Borraginis
Saluiæ,	Bugloſſæ
Rutæ,	Violarum
Pulegij,	Roſmarini an. P. j.

Terantur omnia in puluerem craſſiuſculum, & ponantur in vaſe vitreo mundo, addendo

Theriacæ Androm. ʒjv.	Mithridat. ʒiij.

Miſceantur probe, & affunde

Vini ſublimati, rectificati lib. IIX.

Aquæ Oxalidis, Carduibened. ana lib. IV.

Miſce & pone ad ſolem per dies XIV. Deinde deſtillentur per veſicam magna diligentia, vel in Balneo M. poſtea

℞. Cinnam. electi ʒ. ß.	Caryophyllorum
Spec. Diamarg. frigid.	Ligni aloes an. ℈j.
Macis	Spec. Letitiæ Gal.
N. Moſchatæ an. ʒij.	Letitiæ Rhaſis,
Santali rubei	Spec. Diagemmæ an. ℈j.
Santali citrini	Moſchi
Zedoariæ an. ʒj.	Ambræ an. G. ij.

Terenda terantur craſſiuſcule, & probe cum reliquis miſceantur, & in ſindone nubea colligata, cum filo in prædictam aquam dimittantur. Doſis eius ʒiij. per ſe. Miſcetur etiam cum aliis medicamentis.

Aqua Bezoartica Ioannis Langij.

℞. Chelidoniæ cum radicibus lotis M. iij. ß.

Rutæ M. j.	Rad. Angelicæ an. ʒiij.
Dictamni Cretici,	Cort. malicitri
Carduibened. an. M. j.	Scordij M. ij.
Zedoariæ	Cort. limonum an. ʒij. ß.

Flor.

Flor. Tunica	*Cinnamomi* ʒij. ß.
Roſarum an. ʒj.	*Caryophyllorum* ʒj.

Incidenda incidantur, & triduum macerentur in lib. ij.

Vini ſublimati fortißimi,
Vini Maluatici, Aceti Flor. Tunica an. lib. ß.

Tandem lento igne per B. M. deſtillentur, cui adde

Theriaca Alexand. ʒiij.	*Caryophyll.* ʒij. ß.
Mithridatii ʒj. ß.	*Conſ. Flor. Tunica* ʒij.
Caphura ∋j.	*Cardnibened.* ʒj.
Trochiſ. de vipera ʒj.	*Speci liberantis* ∋v.
Macis ʒj.	*Vnicornu vel ceruini*
Cinnamomi ʒiij.	*Cornu* ʒj. ß.

Macerentur in priore deſtillatione per biduum, & lentiſſimo igne per B. M. deſtillentur bis vel ter. Approbata contra Peſtem.

Aqua Imperialis Ioſephi Quercetani.

℞. Cort. arantiorum	*Maiorane*
Limonum exſicc. an.	*Thymi*
ʒ. ß.	*Hyſſopi an. M. j.*
Nucis moſchatæ	*Saluiæ*
Caryophyllorum	*Anthos*
Cinnamomi	*Calendulæ*
Flor. Meliſſæ	*Betonicæ an. P. j.*

Inciſis ac contuſis omnibus, quæ incidi ac contundi, aut imminui quoquo modo debent, ponantur in alembicum affundendo.

Aquar. roſarum, Vlmariæ a. q. ſ.

Vt ſupernatent materiam duobus tribuſve digitis, digerantur vaſe optime clauſo ad calorem B. M. per octiduum: dein per cineres deſtillentur, vt artis eſt, & fiat aqua Imperialis: cui ſi proprium ſalem addideris, validior efficaciorq; reddetur. Hæc aqua cerebrum, cor, ſtomachumq; imbecillum roborat: Si guttulæ aliquot per ſe vel cum juſculo exhibeantur. Specifica quoq; præſertim eſt ad juuandam in ſterilibus conceptionem, huic adiecta prius copioſa ſatis teſticulorum leporum quantitate, ex quibus prædicta aqua per viam digeſtionis ſalem alicere poterit & præſtantior reddi.

Elixir

Elixir vitæ, Leon. Fiorananti.

Recipe Caryophyllorum
Nucis moſchatæ
Zedoariæ
Zingiberis
Galangæ
Piperis albi
Piperis nigri an ℥ij.
Bacc. Iuniperi.
Cort. mali citri
Cort. mali aurant.
Saluiæ
Baſiliconis
Roriſmarini
Menthæ
Maioranæ
Bacc. Lauri
Pulegij
Calaminthæ
Flor. ſambuci
Roſarum Rub. & alb.
Spicanardi
Cubebarum
Ligni aloes
Cardamomi
Cinnamomi
Calami aromatici
Stœchados,
Chamædryos
Chamæpityos
Granorum paradiſi
Macis
Thuris maſculi
Aloes Hepaticæ
Sem. Arthemiſiæ
Maioranæ ana ℥ij.
Ficuum
Paſſularum
Dactylorum,
Amygdalarum
Pinearum an. ℥vj.
Mellis albi lib. j.
Moſchi ℥j
Sachari albiſſ. lib. iv.
Spiritus vini circulati lib. xv.

Terenda terantur, miſceantur & macerentur per dies 10. in vitrea cucurbita optime clauſa: Inde calore B. deſtillentur: demum per menſes duos circuletur aquæ: & habebis elixir. Quo facto materia in cucurbita relicta eximatur: ac denuo deſtilletur calore cinerum vehementiſſimo, & emanabit aqua rubea, ſicut ſanguis fœtida, fumoſa, & turbida: quæ etiam circulanda eſt, vt prima. Eſt enim pars ignea, & tantæ virtutis, vt quaſi mortuos reſuſciret. Atq; hæ duæ aquæ ſeorſim ſeruandæ ſunt in vaſis vitreis optime obturatis. Prima à multis morbis hominem præſeruat, ſi bis in hebdomada ʒj. ſumpta fuerit. Valet ad vulnera: Viſum confortat: Venerem excitat; Mulierum ſterilitatem remouet. Secunda vero quæ rubra eſt, conuenit dolori matricis, pleuritidi,

Digitized by Google

tidi, doloribus colicis, dentium, curat & ſanat omnia genera febrium: loquelam amiſſam reſtituit, ſi drach. j. huius aquæ ſumatur.

Aqua Imperialis Monſpelienſium.

Recipe Cinnamomi
Caryophyllorum
Nucis moſch.
Cyperi an. ℥ij.
Roſmarini
Hiſſopi
Maiorana
Lauendula
Meliſſæ
Roſ. rubearum
Fol. Lauri
Cort. arantiorum an. M. ij.

Conquaſſentur omnia & infundantur diebus quinque cum aquæ Roſ. lib. ij. Vini albi optimi lib. vj. deſtillentur omnia in alembico vitreo lento igni.

Elixir vitæ Thadei Florentini.

Recipe Caryophyllorum
N. Moſchatæ
Macis
Zedoariæ
Galangæ
Piperis longi
Pyrethri
Cort. citri
Maiorana
Saluiæ
Ammi
Nardi Indici
Xyloaloes
Cubebarum
Cardamomi
Cinnamomi
Mentha
Lauendula
Coſti
Pulegij
Origani
Calaminthæ
Calami odorati
Stœchados
Chamedryos
Chamepytios an. P. Æ.

In puluerem redacta, vino optimo macerentur, inde leuiſſimo igne, vitreis organis aqua excipiatur. Primus liquor perſpicuus, optimuſque erit: quemadmodum & ſecundus: Tertius abiicitur. Poteſt & nonnihil moſchi lineo panno inuoluti, addi, aſſidue autem in ipſa aqua moſchi nodulus appenſus maneat. Cochlearis menſura bibitur ieiuno ſtomacho: confert autem tremori, paralyſi, coli dolori, quem frigus humor, aut ſpiritus genuerit. Tardat canitiem, iuuentutis robur conſeruat, calculum in renibus minuit.

Elixir Ioſephi Quercetani Maiſn.

℞. Rad. Zedoaria	Saluiæ
Angelicæ	Pæoniæ
Gentianæ	Stœchados
Valerianæ	Calendulæ
Tormentillæ	Lauendulæ
Scorzonetæ	Gran. Lauri
Galangæ	Iuniperi
Ligni aloes	Cort. Limonum,
Santali citrini an. ℥iij.	Aurantiorum ſiccorum
Flor. Meliſſæ	Sem. pæoniæ
Mentharubeæ	Seſeleos
Maiorane	Anethi
Baſiliconis	Faniculi
Hyſſopi	Aniſi
Thymi	Cierij
Chamadrios	Carduibened. an. ℥ß
Chamepytios an. M. ß.	Caryophyllorum
Macis	Cinnamomi
Zingiberis	Hyperici
Cubebarum	Centaurij minoris
Cardamomi	Betonicæ
Piperis longi	Lilij conuall.
& rotundi	Tiliæ arboris an. p. ij.
Spicanardi ana vnc. j. ß.	Flor. cichorij.
Myrrhæ	Roſ. rubearum.
Benioini	Bugloſſæ an. p. j.
Olibani	Mellis granati
Succini	Sachari albi an. lib. j.
Maſtiches an. ℥vj.	Aquæ vitæ optimæ rectificatæ
Flor. Roſmarini,	lib. x.

Incidenda incidantur, contundenda contundantur. Omnia hæc in matracium capax, & Hermetice clauſum, ne quid exhalet, iniecta in fimo equino mediocriter calido per 8. aut 10. dies putrefiant: putrefacta fortiter exprimantur: expreſſio vero per cornutum, vel alembicum ad con

Digitized by Google

ad conuenientem ignem deſtillentur: ponendo in limbo alembici moſchi 3ß. ambræ griſeæ, croci ana 3j. Aquam quæ primum ab expreſſione illa effluet clariſſima pretioſa, ſeorſim aſſeruabis, cum vero recipiés obſcurari, ſpiritibuſq; ſubalbidis offerciri ꝓcipies, aliud eius loco aut idẽmet repones, niſi prius extillatũ illum primum liquorem ſeorſim aſſeruandũ ſeparaueris. Iunctoq; denuo optime, vt prius, cum collo cornutę recipiente, ignẽ ꝓ gradus vt artis eſt, pedetentim augebis, quo prædicti ſpiritus ſubalbidi nõ amplius appareant. Dein aufer tuum recipiens, vt eam, quæ ſecundo elicita eſt, aquam ſeorſim etiã ſepares, adſerueſq; & hæc quidẽ tum ad plures morbos extirpãdos, tum ad cõſeruandã ſanitatẽ mirabili ꝓfectu conducit. Accommoda rurſum prædictum recipiens, ſicut feciſti antea, ꝓ gradus auge, donec deſtillato primo oleo ſubflauo, deinde rubicundo, materię in fundo ſiccæ remaneant, nec tamen perfecte aridæ, ne qui extillarit liquor aduſtionẽ ſuboleat. Quibus peractis aſſume tibi aquam illam clariſſimam, q̃ primo ſatis copioſe elicuiſti, affunde reſiduis fecibus, & fac vt ſimul per 6. aut 7. dies digerãtur ad caloré B.M. donec aqua coloretur, & flaueſcat, attracta magis ſc. ignea & oleaginoſa materiæ portione. Fæces reſidentes, cum ſc. omnẽ tincturam ſuam prædictæ aquæ impreſſerint, ſeorſim ad dicendos vſus aſſeruentur. Poſt omnes prædictos liquores & eum quoq; ipſum liquorem, q ex fecibus tincturam attraxerit, ſimul miſcebis, vt inde pretioſiſſimũ, longeq; prædictis excellẽtiorem elixir vitæ elicias, vt ſequitur ꝓcedendo. Tres itaq; prędictos liquores ſimul mixtos per cornutã, aut alembicum vitreum (nulla tamen præmiſſa digeſtione præter mixtionẽ illam) deſtillabis, eademq; plane ratione qua prius elemẽta principiaq; liquorum ſeparabis. Elicies namq; primã aquam clariſſimam, q̃ ſeorſim reſeruabis, cum ſcilicet recipiens fumo nubiloſo obſcurari percipies: Dein mutato recipiente, accommodatoq; vt prius, ignem eo continuabis, donec liquorem ſubflauum effluere percipias, quem etiam ſeorſim, vt priorem adſeruabis. Interim dum prædictæ deſtillationes, aut elementorum ſiue principiorum duorũ ſeparationes fient, reſeruatas ſuperius fæces ad ignem reuerberii calcinabis, ex quibus in cineré redactis, ſal, vt artis eſt, cum prima tua aqua clariſſima, allicies, quæ quidem aqua ſale ſuo imbuta, cum duobus reliqs adſeruatis liquoribus permiſceatur, vt tandẽ ex triangulo facias circulũ, vt loquuntur philoſophi, nempe vt ex tribus illis diſtinctis aquis per circulationem in Pellicano, ea qua decet,

arte, factam, vna essentia erumpat. Fiatque ea ratione magnum illud elixir vitæ, arcanum admirandum. Eius virtutes vide apud Iosephum Quercetanum in Pharmac. Dogmat. Restit. lib. 1. cap. 7. De Aquis.

Elixir vitæ Coloniensium.

Recipe Caryophyllorum
Nucis moschatæ,
Zingiberis
Galangæ
Piperis longi
Zedoariæ
Gran. Iuniperi
Cort. Arantiorum
Citriorum
Maioranæ
Rosmarini
Menthæ
Baccarum Lauri,
Pulegii
Aristolochiæ rot.
Starchados
Sigilli Beatæ Mariæ
Cardubenedicti
Flor. cheiri
Primulæ veris
Rosarum rub.
Flor. sambuci
Spicæ Nardi
Ligni aloes
Cubebarum
Nigellæ
Cornu cervini
Raturæ eboris
Chamedryos
Chamapityos
Melilotæ
Masticis
Thuris albi
Aloes Hepaticæ
Myrrhæ,
Florum chamomillæ
Anethi
Artemisiæ
Betonicæ aa. ℥ij.
Flor. Borraginis
Buglossæ
Melissæ
Sem. Anisi
Fœniculi
Carui aa. ℥ij.
Spec. Elect. de gemmis
Diarrhodon
Triasantali
Aromat. ros. aa. ʒ. ß.
Diamoschi dulcis
Diambræ
Cardamomi
Cinnamomi electi
Calami aromatici
Saluiæ
Basilici
Gentianæ
Calamenti
Santalorum omnium
Rad. Acori
Pœoniæ
Gran. pœoniæ

Macis

Digitized by Google

Macis	*Filicis an. ℥.ß.*
Diagemma	*Chelidonia maioris cum radicibus à terrestri immunditia repurgatis, & resectis foliis marcidis ℥.j.*
Theriacæ	
Diacori	
Dianthos an. ℥.ß.	*Rhabarbari electi ℥.j.ß.*
Flor. lychnidis altilis rub.	*Olei Terebinthine lib.j.*
Calendulæ	
Rad. Bardanæ	

Omnia supradicta bene pulverisata ponãtur quælibet & singula suo tempore (incipiendo à vere continuandoque per æstatem) in qua aqua vitæ optima quæ facta sit ex vino generosissimo, per alembicum vitreũ, fermenteturque in ea toto singulorum præsertim florum & herbarum colligendorum tempore, obturando quam exquisitissime vas vitreum, operculo vitreo circumlutato. Aqua autem vitæ, in qua macerabuntur dictæ species, sit ad pondus librarũ 26. plus minus. Si in tres diuersas botias diuideres aquam, similiter species, & res ad ratam diuide: quia securius destillabis tribus in vicibus, quàm in vna. Et pone botiam cum superimposito Alembico in B. M. sub moderato igne. Primum exibit elixir vitæ: Et serua illud per se, bene obturando vas vitreum, ne respiret. Deinde destillabit aqua grossior, quæ solum ad viliores vsus valet. Fœces vero quæ remanebunt in Alembico, cucurbita vel vesica, æquivalent Theriacæ, & seruiunt pauperibus ad plures infirmitates.

Elixir vitæ minus Ioſ. Quercetani.

Rad. gentianæ in talcolas sectarum & exsiccatarum.

Centaurii minor. an ℥iij.	*Flor. saluiæ*
Galangæ	*Hyperici*
Cinnamomi	*Rosmarini an p. ij.*
Macis	*Vini albi generosissimi lib. vj.*
Caryophyllorum an. ℥j.	

Macerentur in matracio vitreo bene clauso per octo dies ad ignem B.M. lentum. Deinde fortiter exprimantur, & per alembicum vitreum destillentur per cineres ad siccitatem. Aquam destillatam fæcibus reafunde, vt ex his in B. M. tepido totam tincturam elicias: Fæces post tincturæ extractionem reducantur in cineres, ex quibus salem elicies aqua cardubenedicti vel vlmariæ, salemque illum ex artis præscripto

Digitized by Google

optime depuratum prædictæ suæ propriæ aquæ iam tinctæ addes. Ex hoc elixire quarta cochlearis pars aut per se, aut ex liquore conuenienti diu exhibeatur. Specificum est remedium ad omnes Cachexias, stomachi imbecillitates, quem à viscidis & mucilaginosis humoribus, huic adhærescentibus tartarum expurgat, mundificatque, vermium generationem prohibet, corpusque sanum cōseruat, & ab iniuriis tuetur. Hoc autē bis tantum in hebdomade, sed tamē longo tempore vtendum est.

Elixir vitæ Fiorananti.

R. Caryophyllorum	*Calamenthi*
Nucis moschatæ	*Fol. Sambuci,*
Zedoariæ	*Rosarum albarum*
Zingiberis	*Rosarum rub.*
Galangæ	*Spicæ nardi*
Piperis albi	*Cubebarum*
Piperis nigri	*Aloes Hepaticæ*
Bacc. Iuniperi	*Sem. Arthemisiæ*
Cort. Citri	*Maioranæ an. ʒ j.*
Cort. Arantiorum	*Ficuum*
Saluiæ	*Passularum*
Basiliconis	*Dactylorum*
Rorismarini	*Amygdalarum*
Menthæ	*Rinearum an. ʒ vj.*
Maioranæ	*Mellis albi lib. j.*
Bacc. Lauri	*Moschi optimi ʒ j.*
Pulegij	*Sacchari fini lib. IV.*
Gentianæ	

Misce, contusis omnibus contūdendis, & in aquæ vitæ lib. xv. infundantur. Stent ita in bocia bene obturata 10. diebus aut amplius: postea in B. destillentur ad fæcum vsque exiccationem. Postea aquam extrahe è recipiente ponaturque in pellicano, & circuletur in fimo equino per duos menses continuos. Post circulationem tuum Elixir habebis paratum. Posthæc accipe bociam cum reliquiis fæcum & destillentur in cineribus fortissimo igne, & iam exstillabit aqua rubra instar sanguinis, quæ admodū fætet & turbida est: quæ & ipsa circuletur, vt prior: & hæc est ignea substantia, quæ etiā semimortuos suscitare potest. De priore aqua, quæ per B. est extracta, si tertio quoq; die per os ʒ j. accipiatur, corporis

Digitized by Google

poris integritatem conſeruat,& à morbis tuetur. Si vulnera ea madefiãt bis terue ad ſummum curantur: Oculorum morbis omnibus apprime conuenit,& gutta vna inſtillata viſum conſeruat. Facies & pectus hac aqua ſæpius lota iuuentutem conſeruat. Per os aſſumpta,Venerem ſtimulat,& mulieres infœcundas ad conceptum diſponit. Poſterior aqua rufo colore prædita, dolorib. matricis medetur:per os ſumpta ʒij.pleuritidem ſoluit,colicos dolores inunctione curat,ſimiliter & Lienis duritiem,dentium dolorem,fœtorem anhelitus, & alia huiuſmodi ſanat. Omnis generis febres tollit, quia potenter omnes humores diſcutit & diſſipat.Si cui ægroto vocis acciderit priuatio,dabit huius ʒj. cum altera ʒ prioris aquæ intra os,& loquetur: quod millies, inquit author,expertus ſum.

Elixir aliud Ioſephi Quercetani.

R. Ligni aloes	*Cardamomi,*
Rad. Galangæ	*Dictamni,*
Zedoariæ	*Corticis citri an.ʒ ß.*
Scorzonera ana ʒj.	*Coriandri præparati*
Macis	*Granorum Alkermes*
Caryophyllorum	*Iuniperi an.ʒiij.*
Cinnamomi	

Craſſo modo contuſa,in vas vitreum cum collo oblongo,quod matratium nuncupamus,ponantur: ſuperinfundatur aqua vitę fortiſſima, ex vino canariæ deſtillata vt materiam 4 aut 5.digitos ſupernatet, macerentur omnia in loco frigido per ſpatium 8.dierum, agitando vas bis vel ter in die: Aqua interea temporis cunctas ſimplicium virtutes extrahet,ac iiſdem imprægnabitur & tingetur: Tunc id quod clarefactũ, eorundemque ingredientium proprietatibus tinctum & imprægnatum fuerit,ſeparabis per Inclinationem,ſtudioſeque in phialis probe clauſis ſeruabis, ac tempore neceſſitatis eiuſdem exhibebis, cochleare dimidium,vel vnum integrum ad ſummum. Ex reſidua materia ſiue ſpiſſamento illo formari poterunt linimenta ad Apoplexiam,paralyſin, coronali ſuturæ,ſpinæ ceruicis,& partibus ex cauſa aliqua frigida dolentibus applicata in forma cataplaſmatis ſiue Linimenti, addendo olea cõuenientia. Vel ex his omnibus etiam aquam in modum aliarum aquarum modo deſcriptarum componere licet,ſi libet.

Elixir

Elixir magnum ad Phthiſin.

R. *Limacum, ſeu cochlearum mundatarum & inciſar. lib ß.*
Carnis caponis inciſæ lib. j.
Cauderum cancrorum mundatorum & inciſor. ℥iij.
Pinearum mundat:
Amygdalar. dulcium an. ℥iij.
Sem. Melonum
Cucurbitæ
Citrulli
Cucumeris an. ℥ß.
Sem. Papaueris albi ℥ij.
Paſſularum
Ficuum
Sebeſten
Rad. Conſol. maior. lib. ß.
Herbæ Nicotianæ M. ij.
Conſerv. Violarum
Violarum
Borraginis
Irios
Enulæ an. ℥j.
Pulmonis vulpis ℥vj.
Sang. Draconis ℥ij.
Spec. Diagemmæ
Iuiubarum
Glycirrhizæ an. ℥ß.
Gummi Tragacanthi
Arabici ana ℥ij.
Thuris
Maſticis an. ℥j.
Boli Armeni
Terræ ſigillatæ an. ℥vj.
Diamargarit. frig.
Lætitiæ an. ℥ij.
Oſſis de corde cerui ℈j.
Roſ. rub. ℥iij.
Aquæ conſolidæ maioris
Tuſſilaginis, Nicotianæ
Meliſſæ, Bugloſ. an. lib. ß.
Capillorum Veneris tantundem
Medullæ panis albi in vino
Maluatico infuſæ q. ſ.

Contundenda contunde, miſce, & in B. M. vel cineribus lento igne deſtilla, ac conſerua.

Elixir vitæ confortans maximum.

R. *Ligni aloes*
Coſti dulcis
Santali albi
Sant. Citrini an. ℥iij.
Rad. Angelicæ
Leuiſtici
Pimpinellæ
Imperatoriæ
Carlinæ
Meu an. ℥ij.
Valerianæ
Dictamni albi
Pæoniæ
Viſci querni
Tormentillæ
Cort. Citri
Arantiorum
Limoniorum an. ℥ß.

Seru

Digitized by Google

Sem. Citri	*Iuniperi*
Carduibenedicti	*Pæoniæ*
Baccarum Lauri	*Rad. petaſit. an.* ℥vj.

Omnia pulueriſata infundantur in vini Græci boni lib. ij. vel iij. per menſem, deinde coquantur paucis in diplomate per dimidium diem, poſtea vero

R. Nucis Moſchatæ	*Schœnanthi*
Macis	*Roſmarini*
Piperis longi	*Betonicæ*
Galangæ	*Bugloſſæ*
Zedoariæ	*Borraginis an. M. ß.*
Caryophyllorum an. ℥v.	*Herb. maiorana*
Sem. Amomi	*Baſilici*
Maiorana	*Pulegii*
Ocymi an. ℥ij.	*Mentha*
Croci ℥j. ß.	*Saluiæ an. Mj.*
Flor. ſaluiæ	

Aromata primo infundantur, cum ſeminibus conciſis ac contuſis in ſufficiẽte S. V. & relinquãtur in digeſtione tepida, per 10. dies ac noctes, poſtea cola atq; exprime, in liquore macerentur reliqua item comminuta per quinq; dies, rurſus cola & exprime coniunctis iam expreſſionibus adde hæc ſequentia

R. Mithridatii ℥j.	*Gallia moſchata*
Theriacæ	*Confect. de gran. Tinctorii an.* ℥vj.
Aureæ Alexand. an. ℥ß.	

Macerentur triduo, poſtea deſtillentur, interim feces collectas reuerbera in cinerem, & cum aqua Betonicæ ſalem elice, quem deſtillato miſce, ſimulque adde

Sachari in aqua roſacea diſſoluti lib. j.

Ol. Caryophyllorum,	*Cinnamomi*
Macis	*Cort. Citri an.* ℈j.
Ambra griſea quantum vis.	

Miſceantur omnia & digerantur, Ambram vero cum panno ſerico ſuſpendes tantum in elixir: ſic habes Theſaurum,

Elixir vitæ aliud.

R. Pulæ Moribani ℥ij.	*Sem. Petroſelini*

Pimpinellæ *Anisi an.* ℥ß.
Fœniculi *Scordii pulueriſati* ℥vj.

Digerantur omnia cum aqua cinnamomi,& Angelicæ an.lib.ß. Digeſtione peracta, deſtillentur, ex fecibus fiat alkali ſiue ſal cum aqua ſcordii,in deſtillato ſoluantur hæc ſequentia.

R. Salis Abſinthii *Tinctura croci* ℈ß.
S.Scordii ſinguli Sicilici *Liquoris ſolis* ℈j.
Ligni Quaiaci ℥j. *Eſſentiæ ſachari* ℥iij. *in aqua flor. tunicæ lib.ß. diſſoluta*
Liquoris coralliorum
Margaritarum an. ℥ß.

Stent in circulatione donec vniantur in Elixir perfectum & arcanũ.

Elixir confortans aliud

R. aq.Deſtill.caponũ *Liquoris ſolis* ℈j.
Sanguinis ſatyrii an.lib.j.ß. *Spiritus vini* ℥ij.
Eſſentiæ carnis gallinaceæ *Aq. Cinnamomi* ℥ß.
Eſſ.panis an. ℥iij. *Sachari depurati optimi quantum ſufficit.*
Liquoris Margaritarum ℥ß.

Fiat digeſtione artificioſa ac ſpagyrica Elixir magnum inſtaurans.

Elixir vitæ confortans aliud Baniſteri.

R. Vini Maluatici lib.ij. *Salis Cinnamomi* ℥ ß.
Spiritus vini Hiſpan.lib.ß. *Extract.Ligni aloes*
Aq. Cinnamomi ℥iij. *Zingiberis*
Theriacalis ℥ij. *Caryophyllorum an.* ℥ß.
Roſacea lib.j.

Commiſta digerantur per 7. dies ac noctes,indiesque agitentur, inde fiat deſtillatio,vt eſſentiæ ſimul per Alembicum deſtillentur:Deſtillato adde

Tinctura corall. *Santal.rubeorum q. p.*
Eſſent.ſachari an. ℥j. *aq. flor.lil.conuall.q.v.*

Circulentur prius vt bene vniantur,deinde deſtillentur vt artis ſpagyricæ requirit Fundamentum.

Elixir deſtillatum virtuoſum ad phthiſin Fiorananti.

R. Conſ.Borraginis *Diarrhodon Abb.*
Violarum *Triſantali abſq; camphora*
Roſarum an. ℥j.ß. *Diamarg.frigidi an.* ℈ij.
Electr.de gemmis ſine ſpe: *Margaritarũ* *Coral-*

Digitized by Google

Coralliorum
Succini an.3j.
Paſſularum
Ficuum
Myxorum
Glycyrrhiza an. 3vj.
Pinearum mundatarum
Amygdal.dulcium an.ʒ ß.
Gummi Tragacanthi
Arabici an.3ij.
Sem. Aniſi
Fœniculi
Vrticæ
4.Sem.frigida com.

Papaueris albi an.3j.
Sigilli Lemniæ
Boli Armeni
Roſarum ſiccarum an.ʒ iv.
Aquar.Pimpinellæ
Tuſſilaginis an. ʒ iv.
Decoct.Limacum, cancrorum,
Gallinarum an.lib.j.
Carnis vnius capi iuuenis.
Carnis vnius perdicis
Micæ panis in vino odorato infuſi
a. q. ſ.
Sacchari albiſſimi lib.j.

Fiat iuxta Methodum ſpagyricam & lege artis Deſtillatio.

Aqua Theriacalis cordialis ac Bezoartica Ioſephi Quercetani.

R. Rad. Angelicæ
Zedoariæ
Caryophyllatæ
Barbæ Hirci
Tormentillæ
Petaſitis
Enulæ campanæ an. ʒij. ß.
Raſ.cort.ligni Indici ʒvij.
Santali citrini
Cinamomi
Macis
Gran.Iuniperi
Sem.Carduibened.
Citrii
& Cort.eiuſdem an.ʒj.

Diptamni albi
Scabioſæ
Menthæ rub.
Chelidoniæ
Scordii.
Rutæ
Meliſſæ
Scorzoneræ an. m.j.
Flor.centaurii min.
Hyperici
Geniſtæ
Calendulæ
Borraginis
Bugloſſæ an. p.j.

Macerentur per quatriduum ad ignem balnei Mariæ in

Vini maluatici lib. iij.
Succi Limonum
Aq. nucum viridium

Meliſſæ
Vlmariæ
Carduibened.ana lib.ß.

Digitized by Google

Deinde exprimantur artificioſe. Expreſſioni adde

Theriacæ ℥iij.	*Diamargarit. frigidi*
Confect. de Hyacintho ℥j.	*Diacoralliana* ʒiij.
Diambræ	*Croci*
Diamoſchi an. ʒij.	*Myrrhæ an.* ʒ ß.
Confect. Alkermes ʒvj.	*Sacchari candi l. b.* ß.

Macerentur denuo per duos treſue dies ad eundem met ignē balneī. Dein deſtillentur per cineres ad ſiccitatē, fiat aqua Theriacalis. Vt præſtantior & efficacior fiat, extrahendus eſt ſal ex fæcibus reſidentibus, ea, qua decet, arte, atq; cum aqua prædicta cōmiſcendus. Si velis, non opus erit deſtillatione: ſed de ſecūda infuſione exhibebis ℥ij. Validius namq; & præſtantius erit remedium, & prouocandis ſudoribus magis idoneū.

Aqua Theriacalis Crollij.

R. Theriacæ Venetæ vncias quinque,
Myrrhæ rubeæ Alexandrinæ vncias duas & ſemis,
Cinnamomi ſelecti,
Croci Orientalis integri ana vnciam dimidiam,
Camphoræ drachmas duas.

Affunde optimum vini ſpiritum diligēter rectificatum, vel ſi ad manus ſit è ſemine vel radicibus Angelicæ præparatus qui efficacior eſt, ad eminentiā trium vel quatuor digitorum, ac in vitro clauſo in leni calore cinerum Tincturam extrahe: Per inclinationē tinctum ſpiritum aufer, & affunde recētem ſpiritum tamdiu, donec non amplius tingatur: Spiritum vini tinctum poſtea ad medietatem ſaltem abſtrahe, reliquum maneat cum eſſentia extracta, cui addes vncias ſex ſpiritus Tartari, ſicque ſimul per octiduum vel 14. dies circulabis & digeres.

Vires, vſus ac Doſis. 1. In peſte eius maximus eſt vſus, & talis, vt infectus intra 12 horas ſumat cochl. j. in tribus cochlearibus vini optimi, ſudet horis tribus, & ab hac potione ad cibum ac potum capiendum ad minimum ſex horæ interponantur.

2. Purgat caput, pectus, & omnia corporis membra principalia, illaque confortat, & ſi quæ labes illis aſperſa, delet, & in priſtinum naturalemque ſtatum ea reducit, & præcauet, ne in poſterum facile lædantur.

3. Illis bene confert, qui Hydrargyro fuerunt inuncti, ſua enim penetratione omnes neruos, muſculos, medullam penetrat, & quicquid noxium reperit, corrigit ac expellit.

4. In

Digitized by Google

4. In rectificatione ſanguinis: Lue Venerea, putredine, vermibus, puncturis laterum: Tremore cordis: Febribus & ictero. Poteſt etiam cum aliis diaphoreticis miſceri. Doſis à cochleari ſemis ad cochlear integrum in aqua appropriata, in hauſtu vini, aqua meliſſæ, carduibenedicti, &c.

Aqua theriacalis cephalica alia Ioſephi Quercetani.

Recipe Rad. pæoniæ	*Caſtorei ʒ. ß.*
Viſci querni:	*Flor. ſtœchados*
Atori vulgaris an. ℥iij.	*Calendulæ*
Gran. Iuniperi maturorum,	*Betonicæ*
	Anthos
Sem. pæoniæ an. ℥j.	*Saluiæ:*
Caryophyllorum	*Lilij conuall.*
Macis an. ʒvj,	*Tiliæ arboris an. p. ij.*

Incidenda incidantur, contundenda contundantur & per triduum macerentur ad ignem balnei calidi, in

Vini albi generoſiſſimi ac dulcis lib. ij.
Aquæ pæoniæ, ſaluiæ
Calendulæ ana lib. j.

Deinde exprimantur fortiter: Huic expreſſioni adde

Theriacæ Alexandrinæ ʒiiij.
Confectionis Anacardinæ Meſ. ℥j. ß.
Diamoſchi, Aromatici Gabrielis an. ʒ. ß.

Macerentur denuo per duos treſve dies ad ignem lentum B. M. Deinde exprimantur & deſtillentur per cineres ad ſiccitatem, fiat aqua theriacalis. Datur ex paruo cochleari argenteo, ad inſultus epilepticos, apoplecticoſque & morbos multos mirifice conducens.

Aqua Theriacalis Syluij.

℞. Scobis ebeni li. ij. vino maluatico macera. Et vino albo ana lib. j. per duos dies in loco calido, clauſo vaſe, ſæpe agitando, adde

Cinnamomi:	*Piperis an. ℥j. ß.*
Granorum Paradiſi,	*Rad. pæoniæ*
Carui	*Nigellæ*
Caryophyllorum	*Iuniperi an. ℥j. ß.*

Digitized by Google

Zingiberis	*Gentianæ*
Rad. Angelicæ an. ℥ij.	*Polypodij*
Asari	*Lapathi*
Croci ana ℥ij.	*Cort. Rad. Fraxini,*
Viſci recentis ana ʒij.	*Epithymi*
Cort. Rad. Capparorum.	*Ceterach. an. q. ſ.*
Tamaricis	*Theriacæ Alexand. lib. ß.*
Enulæ	

Deſtilla. Doſis ℥j. cum ſero lactis caprini, purgato prius corpore. Valet etiam plurimum in morbo Gallico.

Aqua Theriacalis Ioſephi Quercetani alia.

℞. *Theriacæ Alexandrinæ* ℥iij.
Myrrhæ ℥j. ß. *Aquæ vitæ,*
Vini odoriferi ana lib. ß.

Miſceantur ac digerantur, deſtillentur etiam ad ſiccitatem in balneo vaporoſo. De hac aqua exhibe vnc. ß. cum aqua rutæ vel fumariæ, potenter ſudores mouet, valet ad peſtilentes omnes affectus.

Sic fit aqua peſtilentialis D. Hartmanni: R. Spiritus vini alkoholiſati q. v. camphoræ tritæ quantum in ea ſolui poteſt, (ſpiritus vini ℥. ß. camphoræ ℈j. impone & croci integri, in petia ligati, tantum quantum ſufficit vt aureo colore tingatur. Doſis cochlear integrum, ad cochlear j. ß. cum appropriatis.

Aqua Theriacalis Andernaci.

℞. *Rad. Angelicæ*	*Santalorum omnium an.* ℥j.
Carlinæ	*Theriacæ optimæ*
Gentianæ	*Mithridati an.* ℥iij.
Tormentillæ	*Camphoræ* ℈ij.
Zedoariæ	*Moſchi* ℈j.
Genitalis cerui an. ℥ij.	

Radices inciduntur, miſcenturq; reliquis: Deinde vitro impoſita, vini generoſi optime deſtillati lib. iij. perfunduntur, & vaſe diligenter obſerato, macerantur per menſem, ſic vt quotidie commoueantur: poſtea colantur per linteum triplicatum, & vaſi conduntur ad vſum. Præſeruandi gratia ſumuntur guttæ ij. mane cum pane albo: curandi vero

vero datur vncia ex aqua carduibenedicti, Hirundinaria, ſcordii, vel ſimili.

Aqua Diaphoretica eiuſdem.

℞. *Pimpinella*	*Galangæ an.* ℥v.
Tormentilla	*Piperis longi*
Dictamni albi	*Caryophyllorum, macis an.* ʒj.
Serpentaria	*Theriacæ Alexandrinæ* ʒij.
Gentianæ	*Caphuræ* ℈j.
Zedoariæ	*Cornu cerui vſti* ʒ ß.

Triduo ex vini generoſi, & aquæ ſcabioſæ æquis partibus macera: in duplici vaſe deſtillantur. Ex hac vnciæ iij. aut plures pro ægri viribus & natura dantur.

Aqua Theriacalis Medicorum Baſilienſium.

℞. *Calendulæ*	*Rutæ, ſalviæ an. M.* j.
Verbenæ	*Rad. perſonat. recent.* ʒij.
Scabioſæ fol. recent. an. M. ij.	*Enulæ camp. rec.* ʒj.

Incidentur omnia, affunde vini optimi antiquiſſimi fului lib. ij. Eliciatur aqua B. M. vel igne cinerum: Seruetur ad vſum.

℞. *Huius liquoris lib.* ij.
Electr. peſtilentialis (Med. Baſilienſium) ʒij.
Theriacæ optimæ vnc. j.

Stent in vaſe diligenter obturato vitreo, in loco tepido per dies aliquot, quotidie agitando, donec aqua aureo colore tincta, vim omnem medicamenti in ſe traxerit, tunc ſenſim à fæcibus ſubſidentibus effundatur in aliud vas vitreum, in quo obturato diligenter ad vſum ſeruetur. Vel materiam ſupra dictam mox poſt commiſtionem in B. M. vel cineribus deſtillato, & aqua ſeruetur vſui. Dantur viris & mulieribus vnc. ij. & pueris vnc. j. ad ſudorem eliciendum.

Aqua Diaphoretica in Peſte Ioan. Bauhini junioris.

℞. *Ligni Guaiaci lib.* ß.	*Imperatoriæ*
Rad. Angelicæ	*Zedoariæ*

Iridis

Iridis
Gentiana an. ʒ. ß.
Cinnamomi ʒj.
Bacc. Iuniperi ʒij.
Fol. Dictamni veri ʒj.
His in vino maceratis adde
Rad. Caryophyllata, Helenij
Valeriana viridium an. ʒj.
Rad. petasitidis ʒvj.
Herb. viridium scordij
Rutæ, Pulegij,
Melissæ, ocimi an. M. j.
Carduibenedicti
Borraginis, scabiosæ,
Acetosæ an. M. iiij.
Linientum, malorum cit. an. p. iij.

Omnia minutim incisa misceantur ac destillentur in B. M.

Alia eiusdem Banhini.

℞. Rad. Buglossæ
Bardanæ, Carlinæ,
Cyperi, Angelicæ
Gentianæ an. ʒij.
Sem. Carduibenedicti
Oxalidis, Citri
Portulacæ an. ʒ. ß.
Herb. Scabiosæ
Pimpinellæ, Rosarum
Oxalidis, scordij
Corticis nuclei fraxini,
Morsus Diaboli cum toto
Florum verbasci an. M. j.

Contundantur omnia & macerentur in vino albo & aqua rosarum per noctem, addendo

Coralli rubri
Cornu C. præparati
Rasuræ eboris vsti an. ʒij.
Croci ʒj.
Santali citrini ʒ. ß.

Destillentur vt artis est, deinde exponatur aqua soli per aliquot dies. Hæc est Geneuensium aqua.

Aqua Pestilentialis Hieron. Rubei.

℞. Nucum recentium nu. xxxv.
Rad. Helenij Tormentillæ
Chamæleonis albi
Zedoariæ an. ʒij.
Carduibened. lib. ß.
Scabiosæ, Hyperici
Rutæ an. M. ß.
Caryophyllorum
Cinnamomi
Macis ana ʒ. ß.
Calendulæ
Dictamni an. p. ij.
Rad. Borraginis
Bugloß. oxalidis an. ʒj. ß.
Aquæ Ardentis lib. IIX.
Vini Cretici lib. vij.

Terantur,

Terantur, quæ terenda ſunt, macerentur, vaſe diligenter clauſo, per dies 10. inde aqua igne leui extillet, repetita ter deſtillatione, fæcibus ſemper extillatam aquam affundendo: quarta vice, reiectis fæcibus, earum loco ponantur.

Theriacæ optimæ lib. ß.	*Conſeruæ Borraginis,*
Mithridatij optimi ℥iij.	*è Nymphæa*
Conſeruæ Roſarum	*Violarum ana* ℥j.

Inde deſtillet liquor: cuius æſtate ℥ij. vel ℥iv. aquæ oxalidis: Hyeme vero ℥iij. cum ℥iv. juris pulli præberi poſſunt: Sic tamen, vt ne ætatis, temperamenti, ac cæterarum huiuſmodi rerum ratio prætermittatur.

Aqua Peſtilentialis Geſneri.

℞. *Rutæ recentis*	*Benedictæ*
Saluiæ, Lauendulæ,	*Caryophyllatæ*
Libanotidis,	*Enulæ*
Roriſmarini	*Gentianæ*
Rad. Tormentillæ	*Rhapontici*
Pimpinellæ	*Zurumbet an.* ℥iij. ß.
Valerianæ,	*Coriandri præparati*
Biſtortæ an. ℥j.	*Acetoſæ, Baſilicæ,*
Baccarum Lauri	*Pimpinellæ an.* ℈ij. ß.
Iuniperi an. ℥j.	*Trium ſantalorum an.* ℥j.
Terræ Sigillatæ	*Flor. Borraginis*
Bolі armeni an. ℈iv.	*Bugloſſæ, Roſar. rub. ana*
Rad. Pſeudodictamni	*p.* ij.
Sem. Sanctі	*Been albi, rubri an.* ℥j.

Contuſis & inciſis craſſo modo, deſtillentur ſecundum artem per alembicum in vino ſublimato & rectificato ad ſufficientiam quantitatis lib. viij. poſtea

℞. *Piperis albi*	*Croci* ℥ij.
Cinnamomi	*Galangæ*
Granorum paradiſi	*Cubebarum*
Maceris	*Caryophyllorum*
Nucis moſchatæ	*Calami aromatici an.* ℈. iv.
Cardamomi an. ℥. ß. ℈. iv.	*Spec. Liberantis*

Cordialium	*Spec. Diamoschi dulcis*
Contrapestem an. 3iij.	*Diagemmæ* 3j. ß.

Incisis & contusis, infundantur in præscripto destillato vino, stent in loco tepido per horas 48. Deinde destillentur simul per alembicum sapientiæ luto prælutatum. Aromatizentur, postea

Ambræ grisææ G. XII. *Croci* ∋v.
Moschi Alexandrini G. XVII.

In rubra sindone ligata, proiiciantur in vas, & bene obturentur, ad vsumque seruentur.

Aqua Pestilentialis Guainerii.

℞. *Tormentillæ recentis lib.* j.	*Aquæ circulatæ ardentis lib.* iij.
Rad. Herbæ Tunicæ	*Sigilli Lemnij*
Dictamni ana lib. ß.	*Boli Armeni an.* 3ij.
Enulæ Campanæ 3IV.	*Santali albi, rubri*
Oxalidis cum seminib. lib. ij.	*Spodij, Been albi*
Flor. & Fol. Borraginis,	*Been rubri*
Buglossæ	*Margaritarum an.* 3j. ß.
Rosarum rub. syl. an. lib. j.	*Ossis de corde cerui* 3j.
Theriacæ optimæ lib. ß.	*Rasuræ eboris* 3. ß.
Pimpinellæ. scabios. an. lib. ß.	*Croci* 3iij.
Succi Limonum lib. j.	*Caphuræ* 3ij. *Fol. Auri* 3. ß.

Folia auri cum melle in porphyride lapide diligenter diuq; agitantur. Margaritæ in succo limonum macerantur. Radices generoso vino abluuntur, inde siccatæ in vmbra, in mortario teruntur, & similiter herbæ, flores & semina: Omnia tamen in vase vitreo misceas, addasque ardentem aquam cum aurifoliis & succum limonum cum perlis. Mox fossa tribus pedibus profunda facta: in cuius sit fundo, ad dimidium pedem, calx viua, in cuius medio vas optime clausum, ne respiret, equino fimo circumdatum, & contectum locato: affunditoque duas aquæ situlas: maneat ibidem per xij. dies, singulis tribus quatuorve diebus, mutato fimo. Postea omnibus in vitream cucurbitam transfusis, appositoque rostrato pileo, stipatisque accuratè rimis, igni leui, aquam elicias, quam denuo fecibus affundas & destilles: tertio vero absque fecibus in cucurbita colloces, & rursus tepente balneo destillato, ser-

Digitized by Google

to, ſeruatoque vitreo vaſe optime clauſam. Huius cochlear ſatis paruum exhibetur, cum guttis aliquot auri potabilis.

Aqua Peſtilentialis alia.

℞. *Caryophyllorum* 3. ß.
Cinnamomi, Zedoariæ
Rad. Valeriana
Tormentillæ
Pimpinellæ
Flor. Roſarum an. 3j.
Santali citrini & rubri
Spodij, cort. citri,
Doronici, Dictamni,
Terræ ſigillatæ
Seſeleos, Meliſſæ
Maiorana, Macis
Sem. Seſeleos
Carabe, Rhabarbari,
Nucis Moſchatæ
Scabioſæ an. 3. ß.
Flor. Bugloſſæ, Anthos
C. Cerui vſti, Rutæ
Coriandri præparati an. 3j.
Spec. Diagemmæ, liberantis,
Diacameron, Latitiæ Almonſoris
Spe. Diarrhodon Abbatis
Diamargaritonis,
Hiacynthi
Smaragdi
Margaritarũ ſplendidarum an. 3j.
Mithridati
Theriacæ Venetæ
Boli Armeni ana ℈. ß.
Fol. Auri
Fol. Argenti an. N. vij.
Vini ardentis optimi lib. viij.

Contundantur optime omnia, & miſceantur cum vino ſublimato, ponantur in vas vitreatum: obturetur eius orificium optime, ne quid exhalet. Stent in infuſione tribus diebus, deinde deſtillentur lento igne ſecundum artem in B. M. Detur de ea in peſte cum electuario appropriato.

Aqua Peſtilentialis Ioſephi Quercetani.

℞. *Rad. Tormentillæ*
Bugloſſæ, Scorzoneræ
Acetoſæ ana ℥j.
Theriaces Alexandrinæ ℥ij.
Succi Limonum depurati
Aquar. Fumariæ
Vlmariæ, Carduibened.
Centaurij minoris an. ℥iv.
Diamargarit. frig. ℥. ß.
Extracti Scordij ℥iij.

Macerentur per quatriduum: dein exprimantur & deſtillentur, de qua æger febricitans capiat ℥iiij. & coopertus paulo plus ſolito ſudabit.

Aqua Peſtilentialis ſudorifera alia.

℞. *Aquæ Theriacalis caphuratæ* ʒj. ß.
Liquoris Tartari correcti ʒj.
Spiritus Chalcanthini ʒ. ß.
Olei Margaritarum G. vj.
Olei Corallorum rubeorum ℈j.
Olei Terebinthinæ G. v.
Olei Bacc. Iuniperi G. iij.
Eſſent. Chelidoniæ ʒ. ß.
Aq Rad. Tußilaginis
Eringij an. ʒj.
Flor. ſambuci, violar. an. ʒ. ß.
Vini rubri dulciſi. ʒij. ß.

Omnia miſceantur, deinde paretur digeſtione Potio Sudorifera. Vel ſic:

℞. *Theriacæ optimæ* ʒij.
Myrrhæ ʒij.
Caryophyllorum
Zingiberis
Piperis ana ʒ. ß.
Cinnamomi
Euphorbij
Croci ana ʒj.
Vini ſtillatitij ʒx.
Liquoris Tartari ʒij.

Miſcentur, macerantur, colanturque. Huius liquoris cochlear ex coralliorum ſucci ℈j. datur.

Aqua ad præcauendam peſtem Heurnij.

℞. *Cinnamomi lib.* j.
Medullam citreorum,
Summitates meliſſæ
Semen Angelicæ.

Extilla ex quatuor libris Maluatici, & rhodoſtagmatis tantundem. Vel:

℞. *Angelicæ*
Carlinæ, gentianæ,
Tormentillæ
Boleti Ceruini
Zedoariæ an. ʒij.
Trium Santalorum ʒj.
Caphuræ ℈j. *Moſchi* ℈j.
Spiritus vini circulati lib. iij.

Miſce & macerentur per menſem: coletur & ſeruetur aqua ad vſum.

Aqua Peſtilentialis Camphorata Andernaci.

℞. *Aquæ Theriacalis ſequentis vnc.* v.
Spiritus vitrioli rectificati optimi vnc. j.
Spiritus Tartari correcti vnc. iij.

Miſcentur, digeruntur q; in B. calido per menſem. Datur ʒj. ex vino generoſo, vel alio liquore idoneo. Aqua Theriacalis hæc eſt.

℞. *The-*

Digitized by Google

℞. *Theriacæ Alexandrinæ* ℥v. *Myrrhæ rubræ* ℥ij. ß.
Croci Orientalis ℥ß.

Mixta ampullæ vitreæ induntur, perfunduntur que essentiæ, siue spiritus vini optimi ℥x. operculo diligenter superimposito: simul macerantur: paraturque aqua, quæ vitro probe reconditur.

Aqua Theriacalis Rondeletij.

℞. *Scobis Ligni quaiaci lib. j.* *Borraginis ana* ℥j.
Theriacæ Alexandrinæ opt. ℥ij. *Conserua Helenij, Anthos an.* ℥j.
Conser. Rosarum, Buglossæ *Spe. Diagem. latit. Gal. an.* ℥ij.

Fiat infusio in vase oppleto vini albi & aquæ bonæ ana quartariis iij. super cineres calidos destillentur in vase duplici cum cinnamomo. Dilue in eo quod destillatum fuerit, sachari q. satis est: Cola per manicam Hippocratis: Dato bibendum his, qui conualescunt à morbo Gallico.

Alia eiusdem authoris.

℞. *Theriacæ veteris lib. j.* *Pulegij*
Acetosæ M. iij. *Carduibenedicti*
Flor. Camomillæ *Graminis an. M. ij.*

Temperentur in vino albo, destillenturque: Aqua seruetur vsui: Capiat æger ℥ij. cum ℥ij aquæ acetosæ, buglossæ: & hoc cum ingreditur lectum vel stupham. Hæc aqua curat dolores morbi Gallici, si per se detur, vel cum decocto milij solis, vel bardanæ. Ego, inquit author, optimo successu curaui multos pueros, senes & debiles hac potione, vel addēdo guttas aliquot decoctioni communi Guaiaci: propter tenuitatem partium cito penetrat, & ad extra propellit. Hæc aqua cum aqua extinctionis auri omne vitium argenti viui emundat & castigat.

Vel sic:

℞. *Ligni quaiaci lib.* ß. *Aquæ Fumariæ*
Vini albi lib. ij. *Cichorij*
Aquæ lib. viij. *Chamomillæ an. lib. j.*

Macerentur simul per noctem super cineres calidos: Adde

Polypodij quercini lib. ß. *Conserue. Rosarum*
Epithymi ℥ij. *Cichorij*
Asparagi ℥vj. *Conserue. Borraginis*

Bugloſſe ana quart. ij. Conſerue Enule ana quart. j.
Theriace optime.

Deſtillentur vaſe duplici bene obturato. Doſis vnc. ij. vel iij. Quod ſi velis, poteris vnc. iij. aquæ Theriacalis addere ſachari ʒj. Cinnamomi ʒj. & rurſus per manicam Hippocratis deſtillare. Datur in morbo gallico mane in lecto ad ſudores prouocandos.

Aqua cardiaca contra venena ac peſtem Ioſephi Quercetani.

R. Rad. Angelice, carline
Tormentille,
Cort. citri
& olibani an. ʒij.
Santalorum omnium an. ʒ ß.
Conſ. Bugloſſe, Roſarum,
Violarum, Mithridatij,
Confect. de Hyacintho an. ʒij.
Sem. Carduibenedicti
Acetoſe Vlmaria
Spec. Diamargariti frigidi
Camphore ana ʒij.

Terenda terantur Craſſiuſcule, & incidantur omnia in Alembicum vitreum, ſuperaffundendo aquæ vitæ rectificatæ lib. iv. Digerantur vaſe optime clauſo; Dein per cineres aut balneum vaporoſum deſtillentur. Eſt aqua mirabilis ad lipothymiam, ſyncopen & peſtilentes omnes affectus: Doſis ſemicochleare argenteum, vel paulo plus.

Alia eiuſdem Authoris.

R. Ligni aloes ʒj.
Rad. Caryophyllata
Gentiana
Angelice
Tormentilla an. ʒij.
Cinnamomi
Macis
Santali rubri
Bacc. Iuniperi
Sem. Carduibenedicti
Cort. citrii & ſem. eiuſdem an. ʒvj.
Dictamni Cretenſis ſicci
Meliſſe
Hyſſopi an. m. j.
Raſura cornu cerui
Eboris ana ʒ ß.

Macerentur ad ignem lentum per ſex octoue dies in ſuccorum depuratorum rutæ, ſcordii, & vlmariæ ana ʒviij. dein fortiter prælo exprimantur: his adde

Theriaces
Mithridatii optimi an. ʒij.
Confect. de Hyacintho
Alkermes ana ʒ ß.
Spec. Diambre ʒij.
Croci ʒj.
Camphore ʒß.
Vini Maluatici

& aqua

Digitized by Google

& aquæ vitæ circulatæ optimæ ana lib. j. ß.

Infundantur denuo per ſex dies ad ignem lentum vaſe optime clauſo, vt nihil expiret: Dein fortiter exprimantur: de quo expreſſo, ſi velis exhibere poteris, peſte iam correpto ʒij. Eſt magnum ſudorificum. Vel expreſſum illud deſtilletur per cineres, & fiet aqua: Doſis ʒij. ß. his addendo ſyrupi acetoſitatis citrii, vel limonum ʒß. Fiat potio: ſudorem mirum in modum prouocat: peſte correptis primo etiam die exhibetur, etiam prætermiſſa purgatione, & ſanguinis miſſione, quam euacuationem in multis peſtilentibus affectibus improbamus: reiteretur potio, ſi opus fuerit, ſequenti die. Confert etiam ad omnes affectus venenatos, ſi cum aliqua aqua vel ſyrupo conuenienti commiſceatur. Ad peſtis præſeruationem ſufficiunt quatuor ſexue huius aquæ guttulæ, in vino vel iuſculo conuenienti, & mane propinatę, ex guttulis aliquot eiuſdem aquæ labra, nares aures illiniri etiam poterunt, ſingulis matutinis graſſante morbo.

Aqua peſtilentialis Norinbergicæ.

R. Roſarum rubearum m. ij.	*Meliſſæ an. m. j.*
Herb. & flor. Borraginis	*Corticum citri*
Florum Bugloſſæ	*Tormentillæ an. ʒj.*
Been albi ac rubei	*Zedoariæ*
Sem. Baſilicon. acetoſæ,	*Caryophyllorum*
Iridis an. ʒiij.	*Cinnamomi an. ʒj.*
Violarum	*Rad. Doronici ʒiij.*

Diſſecentur & contundantur vt artis eſt omnia, deinde ſuperfundantur aquæ flor. Tunicæ, cinnamomi communis an. q. v. deſtilla inde duas tantum menſuras: ad menſ. j. cum dimidia adde

Vini maluatici vel generoſiſſimi ac dulcis menſ. iij.
Aceti vini optimi ac pure filtrati menſ. ß.
Roſarum rubearum ſiue prouincialium m. ij.
Radicum Tormentillæ pulueriſatarum ʒj.

Deſtillentur in balneo per alembicum, in quo ſit nodulus ſuſpenſus cum ſpec. Diambræ ʒß. Croci, Roſarum rubea: an. ʒ j. Balneum ebullire permitte, ſic deſtillabitur liquor pretioſiſſimus. Superius reſeruatam lib. ß. aquæ ab extra pro epithemate cordis, narium & capitis adhiberi poteſt.

Aquæ

Aqua Theriacalis sudorifera alia.

R. Rad. *personat.* ℥ß.	*Herbarum Calendulæ,*
Petasites	*Verbenæ, Cardui,*
Myrrhidis ana ℥j.	*Scabiosæ ana m.j.*
Rad. Enulæ ℥ß.	*Rutæ, salviæ an. m.ß.*
Theriacæ ℥ß.	*Vini generosi Rhenani optimi,*
Diascordei cordialis ℥j.	*aut S. vini lib.j.ß.*

Destillentur per balneum semel aut bis cohobando, sic prodibit aqua egregia, quæ si proprio sale imprægnetur fortior & efficacior redderur. Dosis est ℥j. ad ℥ij. Exhibemus autem hanc aquam, inquit author, vt promoueamus maculas delitescentes, & vt copiosus sudor proueniat, & sic à corde abigatur quod ei est contrarium venefica qualitate.

Aqua Theriacalis destillata cum aceto

R. *Herb. ac Rad. Caryophyllatæ* ℥ß.	*Angelicæ* ℥ij.
Chelidoniæ m.iij.	*Zedoariæ* ℥j.
Nucis moschatæ ℥ß.	*Corticum citri* ℥ß.
Rad. Elenij ℥j.	*Salviæ m.ij.*
Granorum Iuniperi ℥j.	*Aceti vini opt. m.iij.*

Coquantur omnia probe in olla vel vitro munito, hoc decoctum postmodum exprimatur ac destilletur per alembicum, deinde rectificetur super Theriacæ optimæ vnc. iij. sic liquor erit pretiosissimus.

Alia cum Aceto talis etiam fit.

R. *Rad. Aristolochiæ vtriusq,*	*Salviæ, Absinthij*
Aronis, Diptamni,	*Tormentillæ*
Gentianæ, ostrutij,	*Elenij, Raphani,*
Chelidoniæ,	*Bacc. Lauri,*
Petasitis, valerianæ,	*Iuniperi ana* ℥ij.
Morsus Diaboli,	*Theriacæs Andromachi* ℥iij.
Pimpinellæ leuistici,	*Aceti ad eminentiam 2. digitorum.*
Zedoariæ, Rutæ	

Destilla prius digerendo, per alembicum, per trinam cohobationem, huius dosis ℥j. ad ℥j.ß. ex fæcibus salem elice & fortifica destillatum, sic promptius erit ad venena expellenda Medicamentum.

Aqua

Digitized by Google

Aqua Theriacalis D. Sennerti.

R. Rad. Morsus Diaboli	Myrrhae rubeae ʒx.
Pimpinellae	Croci ʒj.
Tormentillae	Sem. citri ʒß.
Valerianae	Theriacae optimae lib.ß.
Diptamni albi	Camphorae ʒß.
Angelicae an. ʒj.ß.	Spiritus vini q. s.

Stent in infusione aliquandiu, postea secundum artem destillentur.

Aqua contra venena lethalia & pestem Matthioli.

R. Antidoti Matthioli contra venena lethalia lib.j.
Syrupi de corticibus citri depurati lib.j.
Aquae vitae optime rectificatae ac destillatae lib.v.

Misce in vase vitreo optime clauso, magna cum dexteritate aquam in vase cum electuario tamdiu agita, donec totum dissoluatur. Tum in mensem integrum reponito, bis tamen in hebdomada agitando. Exacto denique mense claram aquam aureoque colore nitentem, electuario supernatare inuenies, & quae iam omnem illius vim in se cõtraxerit. Tum itaque vas ipsum aperias, & in vas aliud vitreum limpidam aquam paulatim effundas, cuius os cum cera & membrana accuratissime obtures. Tanta haec aqua virtute pollet vt quatuor drachmarum pondere pota, vel per se, vel cum pari odorati vini quantitate, vel cuiusuis aquae cordialis, vbi quis ictus, vel demorsus à quocunq; venenato animali, in tanto mortis discrimine versaretur, vt vocẽ, visum, ac reliquos fere sensus amisisset, ægrum ingenti adstantium admiratione, à longo veluti somno excitet. Quin & vomitione plurimam infectorum humorum copiam exhaurit. Valet etiam cõtra venena quae per os sumuntur, & pestẽ.

Aqua Theriacalis ad Venena erodentia rubei.

R. Theriacae ʒij.	Florum Nymphaeae
Succi Baccarum Lauri ʒiij.	Flor. Violarum
Cond. Ireos Helenii an. ʒj.	Cort. Rad. mandragorae
Succi iuniperi, Betonicae	Sem. alterci albi ana ʒj.
Centaurii minoris	Opii ʒij.
Succi verbasci, marubij an. ʒiij.	

Excepta alembico, artificio resoluuntur, sed melius in diplomatis. Neq; solũ prodest veneno læsis, quod vrit corpus, sed internis doloribus qui cum febre cruciant.

Aqua Theriacalis Antonij Chalmetei in morbo gallico.

R. Rasuræ ligni quaiaci lib. ß.	*Aquæ chamæm. ana lib. j.*
Vini albi lib. ij.	*Aquæ Fontanæ lib. IIX.*
Aquæ Fumariæ, cichorij	*Polypodii Quercini lib. ß.*

Macerentur hæc inuicem in digestione per horas 12. deinde adde

Epithymi ʒj.	*Conserue cichorii*
Asplenii ʒvij.	*Borraginis*
Baccarum iuniperi ʒij.	*Buglossæ ana lib. ß.*
Corticis citri ʒj.	*Conf. Enulæ*
Conser. Rosarum	*Theriacæ veteris an.* ʒIV.

Destillentur in diplomate: postea addes sacharum & cinnamomum ad saporis suauitatem: Dabisque huiusmodi aquæ ʒiij. vel ʒIV. aut v. pro viribus ægrotantis, ac morbi magnitudine, purgato prius corpore, iuxta humoris peccantis naturam. Nam ea sua tenuitate humores tenuat, poros aperit, sudores mouet, ac recondita facultate huic morbo aduersatur. Cui addere poteris cõseruam acori, iridem, aut alia, quæ magis tuæ intentioni accõmoda videbuntur. Liberum quoque erit longe à cœna cum ibit cubitum, totidem vncias illius aquæ sumere. Interea vero dum ea vtetur, cubiculo non egredietur, nisi à prandio, cœloque sereno, & aere calido: victu vtetur tenui & exiccante: vinum bibet oligophorum: mensemque integrum ita viuet cum huiusmodi aqua, vel etiam diutius pro virium & affectus magnitudine: cumque aluus fuerit adstricta, clystere molliente subducetur. Nonnulli in Principio pastus ʒiij. huius aquæ exhibent, cum tanta vini quantitate: nec eam vesperi propinant.

Aqua cephalica D. Sennerti.

R. Saluiæ ʒvj.	*Lauendulæ, Maiorana an.* ʒvj.
Cinnamomi	*Menthæ,*
Caryophyllorum an. ʒvj.	*Hyssopi, pulegii,*
Galangæ, Macis,	*Florum Tunicæ*
Nucis moschatæ	*Melissæ an.* ʒ ß.
Zedoariæ, Zingiberis	*Sem. Fœniculi* ʒvj.
Granorum iuniperi an. ʒij.	*Pomum citri* j.
Rorismarini	*Vini optimi mens. ij.*

Contusis & mistis, stent per aliquot dies in infusione postea destilla.

Alia eiusdem sic fit.

R. Nucis

R. Nucis moſchatæ ʒj. Caryophyllorum an. ʒj.
Zedoaria, Galangæ, Florum lauendulæ m. j. ß.
Calami aromatici an. ʒß. Vini Rhenani m. j ß.
Macis, Cinnamomi Spiritus vini lib. ß.

M. ſtent in infuſione poſtea deſtillentur.

Tertia ſic eſt:

R. Cinnamomi ʒij. Fœniculi
Zingiberis Coriandri præparati
Caryophyllorum Spec. Aromatici roſati.
Santali rubri an. ʒ ß. Spec. Diambræ
Nucis moſchatæ Diambos, Baſilici
Macis, Piperis Maiorana
Galangæ, Aniſi Florum Lauendulæ an. ʒij.
Cubebarum an. ʒ j. Vini maluatici lib. ij.
Roſarum Rubearum m. j. Spiritus vini lib. ß.
Cardamomi Aquæ roſ. moſchatæ ʒviij.

Stent in infuſione 4. ſeptimanas, poſtea deſtillentur. Si libet, poteſt infuſo addi aq. deſtillat. Caryophyll. cinnam. an. ʒj. ſachari ʒvj. & per Manicam Hippocratis colari atque inde claretum fieri.

Aqua cephalica dicta donum gratiæ, ad memoriam D. Mülleri.

R. Roſarum Rubearum, Aq. Florum Tiliæ
Anthos, Maiorana Betonicæ
Florum Bugloſſæ an. m. j. Bugloſſæ an. lib. j.
Spec. confect. Alkermes ʒij. Aq. Ardentis opt. lib. ß.

Infunde flores aliquantum contuſos in aquis prædictis eo tempore quo colliguntur, inſolentur per menſem, poſt deſtillentur per B. M. ſume omni mane cochlear j. eademque vnge nucham, tempora &c.

Aqua Cephalica Langii.

R. Florum Anthos Aquarum Bugloſſæ
Roſarum rubearum Betonicæ
Maiorana an. m. ij. Florum Tiliæ an. lib. j.
Flor. Bugloſſæ m. j. Lauendulæ lib. ß.
Spec. confectionis Anacardinæ ʒij. Aquæ ardentis opt. lib. j. ß.

Infundantur & digerantur per menſem poſtea deſtillentur.

Aqua

Aqua capitalis Apoplectica D. Sennerti.

R. Florum bl. conuall. q. v. *Vini optimi Menſ. ij.*

Stent in digeſtione miſta per 14. dies, poſtea deſtillentur & vſui ſeruentur, deinde

R. Florum lauendulæ ſufficientem ac bonam quantitatem

Cubebarum *Galangæ an. ʒ ß.*
Nucis moſchatæ *Viſci querni*
Macis *Rad. pæoniæ an. ʒ vj.*

Stent in infuſione, ſuperfundendo deſtill. aq. ſuperiorem per 14. adhuc dies, deinde deſtilla: ſi placet adde flores Tiliæ.

Aqua confortans caput ac reliqua membra.

Recipe Cinnamomi ʒx. *Nucis Moſchatæ*
Ligni aloes ʒv. *Macis ana ʒ ß.*
Cardamomi, cubebarum *Moſchi ʒj.*
Caryophyllorum ana ʒiij. ß. *Ambræ G. xl.*
Galangæ ʒi j. *Aquæ vitæ circulatæ lib. xij.*
Santali citrini ʒij. ß. *Syr. de cort. mali citri*
Roſ. rubearum ſicc. ʒiij. ß. *Succi cidoniorum ana lib. j.*

Pulueriſanda pulueriſentur, & miſceantur in vitro optime obturato, agitando quotidie bis vel ter. Et cum per menſem ſic ſteterint, coletur & ſeruetur ad vſum. Amiſſam memoriam reſtituit, ſenſus, cor, ſtomachum, & cerebrum corroborat: Mæſtitiam fugat: Præſeruat à peſte & Apoplexia: omnibus denique morbis frigidis ſubuenit.

Aqua contra Apoplexiam, vertiginem & Epilepſiam D. Sennerti.

R. Flor. Lilii conuall. M. viij. *Flor. pæoniæ M. iij.*
Vini Rhenenſis ſeu Aquæ vitæ menſ. ij.

Stent in infuſione ad digerendum per duas ſeptimanas, deinde adde

Florum Lauendulæ *Nucis moſchatæ ʒj. ß.*
Roriſmarini *Cubebarum ʒj.*
Stœchados Arabicæ an. m. j. *Viſci querni ʒ ß.*
Caryophyllorum drach. ij. *Caſtorei q. v.*

Stent in infuſione per aliquot dies: ſi placet, adde de aqua ceraſorum, deinde deſtillentur.

Alia

Digitized by Google

Alia eiuſdem contra vertiginem.

℞. *Ceraſorum nigrorum ſylueſtrium cum nucleis contuſorum Menſ.* j.
Florum Lauendulæ M. iij. *Sinapi albi* ʒ. ß.

Deſtillentur in Balneo Mariæ ſecundum artem.

Aqua Antapoplectica maior Ioſephi Quercetani.

℞. *Rad. Angelicæ*
Zedoariæ, Bardanæ
Scorzoneræ
Tormentillæ, Biſtortæ,
Enulæ campanæ
Gentianæ ana ʒj. ß.
Pœoniæ vtriuſq; juſto tempore coll.
Raſuræ ligni Buxi
Viſci querni
Viſci coryli an. ʒj.
Dictamni albi ʒvj.
Herb. Meliſſæ
Scabioſæ, Aceroſæ
Fumariæ, Agrimoniæ
Rutæ, Anagallidis
Matricariæ, menthæ
Abſinthij pontici
Hyſſopi ana M. ij.
Semin. Carduibenedicti,
Citrij, pœoniæ,
Seſeleos
Gran. Iuniperi an. ʒ. ß.
Cubebarum
Nucis Moſchatæ
Cinnamomi
Macis ana ʒiij.
Florum Geniſtæ
Centaurij minoris
Tiliæ arboris
Lilij conuall.
Hyperici:
Lauendulæ
Calendulæ an. p. ij.
Florum Cichorij
Bugloſſæ
Roſar. Rubearum ana p. j.

Omnia hæc mixta (opportuno tamen tempore ſingula collecta) ollæ indantur vitreatæ ſatis capaci, vt tota mixtio libere ea contineatur: cui ſuperinfundantur

Aq. ſtillatitiæ primulæ veris,
Lilij Conuallium
Florum Tiliæ
Calendulæ ana lib. j. ß.
Aq. Meliſſæ, Hyſſopi
Roſmarini
Geniſtæ ana lib. ß.
Vini albi opt. lib. ij.

Inuicem hæc optime macerentur in digeſtione & fermententur: Deinde torculari commendentur pro expreſſione ad ariditatem: De extracto deſtilla aquam: Ex fæcibus elice ſalem, quem circulando & deſtillando redde aquæ propriæ pro maiori fortificatione: Doſis ʒ ß.

Veruntamen vt hæc aqua nobilior, perfectior & maioris virtutis ſit Adde lib. IV. iſtius aquæ

Theriacæ Venetæ aut Monſpeſſulanæ optimæ ℥iij.
Confectionis de Hyacintho, ℥j. ß.
Confect. Alkermes ℥. ß.
Pulv. Diamargarit.
Diacorallij.
Letific. Galeni an. ℥ij.
Diacaſtorei ℥. ß. *aut amplius.*
Caſtorei ſimplicis ℥ij.
Camphoræ ℥j.

Mixtis omnibus & vaſi longioris colli firmiſſime clauſi impoſitis, in B. M. Fiat digeſtio per 4. dies. Deinde igne cinerum deſtillatio per alembicum extrahatur, deſtillatam aquam ter aut quater ſuper ſuas fæces cohobando, ea cautione tamen, ne nimia fæcum exſiccatione liquor extractus aduſtionem redoleat. Quæ tamen non eſt metuenda, ſi ex Balneo Mariæ vaporoſo, vel ad ſiccitatem vſque fiat deſtillatio. Hac ratione præſtantiſſima elicitur aqua, non tantum in omnes Apoplexias, Epilepſias & Paralyſes. At ſi ſecundæ huius deſtillationis fæces in cineres redigatis, & ex iis ſalem, aqua Meliſſæ, juxta artem extrahatis, dumque ter aut quater, ad maiorem puritatem & ſubtilitatem, ſoluatis, filtretis & coaguletis, eumque ſuæ aquæ commiſceatis, in qua confeſtim ſoluetur, auctiores longe vires, & potentiorem multo energiam eiuſmodi aqua habitura eſt.

Aqua Antapoplectica & Antepileptica Caſpari Bartholini Dani.

℞. *Fol. ac ſol. Saluiæ*
Maiorana, Hyſſopi
Lauendulæ
Meliſſæ an. M. j.
Roriſmarini
Verbenæ an. M. ß.
Nucis Moſchatæ, Galangæ
Cinnamomi ℥j.
Granorum Iuniperi ℥iij.
Sem. Carui
Sinap. albi ſylueſt. ana ℥. ß.
Vini albi opt. q. v.

Contuſa omnia infundantur per dies aliquot, aut ſtent in fimo equino per dies aliquot, aut ſtent in fimo equino per dies 14. poſtea deſtilla in B. M. Hæc aqua eſt miræ virtutis in confortando cerebro & neruis. Memoriam admodum juuat, ingenium acuit. Præſeruat ab Apoplexia, Epilepſia, Paralyſi & aliis periculoſis capitis affectibus, quia humores inſigniter diſcutit & attenuat. In Apoplexia præſertim apprime confert,

Digitized by Google

fert, siue intrinsecus assumatur, siue membrum affectum foueat. Prodictioribus addantur solut. perlarum, tinctura corallorum. Quinta Essentia auri & similia.

Aqua Apoplectica D. A.

℞. Cinnamomi opt. ℥ij.
Zingiberis ℥j.
Caryophyllorum
Nucis Moschatæ
Gran. Paradisi an. ℥j.
Ligni aloes
Piperis longi
Macis ana ℥ij.
Cardamomi
Masticis, calami
Cubebarum
Galangæ an. ʒj. ß.
Florum Lauendulæ M. iij.
Bacc. Iuniperi ℥ij.
Flor. Tiliæ arboris M. ij.
Rosarum rubearum
Rosmarini, cheiri
Primulæ veris
Stœchados
Melissæ
Betonicæ an. M. j.
Maiorana,
Saluiæ, Rutæ an. M. j. ß.
Castorei ℥j. ß.
Spicæ Indicæ ʒiij.
Bacc. Lauri ʒvj.
Spec. De gemmis ʒiij.
Diacastorei ʒij.

Contusis & mixtis omnibus infundantur cum vino optimo, in quo M. xij. Flor. liliorum conuallium prius per sex dies infusi fuerint: cum hac infusione si probe omnia fermentata per octiduum, postea destilla & serua ad vsum.

Aqua Antapoplectica Iosephi Quercetani Minor.

℞. *Aquar. Saluiæ*
Flor. Tiliæ arboris
Ceraforum nigrorum
Lilij Conuall. an. lib. j. ß.
Visci Querni
Dictamni, Macis
Caryophyllorum
Nucis Moschatæ
Cinnamomi
Cubebarum
Zingiberis an. ℥j.
Sem. Pæoniæ
Dictamni an. ℥j. ß.
Baccarum Iuniperi
Flor. Anthos
Tiliæ, Saluiæ
Betonicæ
Stœchados
Calendulæ
Hyssopi
Lauendulæ an. p. j.
Camphoræ ʒiij.

Digeran-

Digerantur per aliquot dies, dein destillentur per balneum vaporosum ad siccitatem: Dosis cochleare j.

Aqua Apoplectica alia.

℞. Flor. Lilij conuall. lib. j. ß.
Lauendulæ lib. ß.
Tiliæ, Pæoniæ
Kisci querni, Luna decrescente collecti ℥ij.
Castorei optimi
Rad. Pæoniæ an. ℥ij.
Aristolochiæ
Fol. Betonicæ ℥j.
Piperis nigri ana ℥. ß.
Cubebarum ℥j.
Vini generosi M. ij.

Incidantur omnia minutissime & contundantur grosso modo, deinde infundantur & digerantur per mensem in loco calido vel sole, postea destillentur. Dosis à cochlear. v. ad vj.

Alia sic:

℞. Florum Tiliæ,
Primulæ veris
Cheyrini, Saluiæ,
Betonicæ
Maiorana
Flor. ad Rad. Pæoniæ
Liliorum Conuall.
Rorismarini
Sem. Carui
Fœniculi, an. M. j.
Flor. Lauendulæ M. iij.
Herb. Lauendulæ M. vj.

Puluerisanda puluerisentur, contundenda contundantur, superfundantur omnia vino Maluatico destillato, vt dimidium emineat, deinde destilla, nonnulli infusione sola sunt contenti.

Aqua Cephalica Apoplectica alia Langij.

℞. Florum Primulæ veris
Rorismarini, Maiorana,
Iuæ arthetica an. M j.
Specierum Diamoschi
Diaprun, Diambræ an. ℥. ß.
Spec. Confect. Anacardi ℥j.
Cubebarum, Ligni aloes
Nucis Moschatæ
Caryophyllorum
Macropiperis
Carpobalsami an. ʒj.
Radicum Acori, Irios
Aristolochiæ rot. an. ℥j. ß.
Sem. Siler. Montani
Paeoniæ
Fœniculi ana ℥j.
Aq. Herbæ Paralysis,
Saluiæ, Betonicæ an. lib. j.
Aq. Florum Tiliæ lib. j. ß.
Serapini, Myrrhæ,
Opopanacis,
Gummi Iuniperi an. ℥j. ß.

Stem

Stent omnia ſimul mixta in infuſione per dies octo: Poſtea extrahantur per alembicum ter, in cineribus calidis, vel vapore ſiue balneo ſicco. Eſt mirabilis juuamenti in præſeruatione ab Apoplexia, & omnibus ægritudinibus neruorum frigidis, curans paralyſin, torturam, ſpaſmum, & mirabiliter reſtituens loquelam.

Vel ſic:

℞. *Florum liliorum conuall. bonam partem: Infundantur in vino veteri optimo, per octo dies, deinde deſtillentur per B. M. lentiſſimo igne: poſtea*

℞. *Aquæ deſtillatæ ceraſorum nigrorum lib. j. ß.*

Miſce ſimul: Quibus aquis infunde

Florum Lauendulæ M. j. ß.	*Scillæ preparatæ ʒij. ß.*
Flor. Anthos M. j.	*Diptamni albi* ʒij.
Caryophyllorum ʒj. *vel* ϑij.	*Cubebarum* ʒ. ß.
Macis ʒ. ß. *vel* ϑij.	*Viſci quercini* ʒij.
Cubebarum ϑj.	*Rad. pæoniæ* ʒij.

Incidenda incidantur, conquaſſanda conquaſſentur, & in vapore aquæ calentis ter deſtillentur: aquaq; in vaſe vitreo optime clauſo conſeruetur.

Aqua aurea Auguſtani.

℞. *Cinnamomi Electi* ʒj. ß.	*Florum Roſ. rubearum* ʒij.
Caryophyllorum	*Citriæ* ʒ. ß.
Nucis Moſchatæ	*Corticum citri* ʒvj.
Granorum Paradiſi an. ʒ. ß.	*Baccarum lauri* ʒ. ß.
Zingiberis optimi ʒj.	*Roriſmarini*
Ligni aloes, macis,	*Majoranæ*
Piperis longi ana ʒij.	*Lauendulæ, Meliſſæ,*
Flor. ſaluiæ odoratæ lib. j.	*Betonicæ ana* ʒvj.
Cardamomi, Maſticis	*Rutæ* ʒ. ß.
Cubebarum, Galangæ	*Caſtorei*
Calami aromatici ana ʒj. ß.	*Spicæ Indicæ ana* ʒj.

Pulueriſentur omnia groſſo modo, & infundantur per 10. dies in vini maluatici deſtillati li. IIX. Alkohol vini rectif. lib. ij. Ambræ griſeæ, Moſchi Alexandrini an. ʒ. ß.

Seruetur optime, ne eius fiat exhalatio, eſt enim pretioſiſſima.

Aqua Cæsaris Aurea & Nobilissima.

℞. *Lilij Conuallium* — *Maiorana*
Violarum in Martio collect. — *Saluiæ Syluestris*,
Borraginis ana ℥vj. — *Sonchi asperi ana* ℥iij.
Flor. Lauendulæ — *Menthæ rubeæ* ℥iij.

Incidantur omnia grosso & superfundantur S. vini rectificato optimo, fac digerant ad tempus debitum, deinde

℞. *Nucis Moschatæ* — *Granorum pæoniæ excoriciat.*
Macis, cubebarum — *Cornu cerui raspati ac justo tempore collecti ana* ℥j.
Zingiberis albi
Caryophyllorum — *Vngulæ Alcis*
Cinnamomi — *Ossis de corde cerui*
Granorum Paradisi — *Lapidum ex capitibus piscium*
Fisci quercini — *Perlarum ana* ℥. ß.

Contusis omnibus simili modo infunde cum vino optimo, putrefiant cum superioribus per mensem, deinde commisceantur ac destillentur, suspensq; in alembico aurea cathena, aquam postea rectifica supra fæces probè calcinatas & aqua Nobilis est parata.

Aqua Apoplectica alia.

℞. *Rosmarini, saluiæ* — *Radicum pæoniæ* ℥j.
Betonicæ, Maiorana an. M.j. — *Fisci Quercini* ℥. ß.
Flor. Anthos, Stœchados — *Scillæ*
Borraginis, primulæ veris — *Cubebarum*
Florum Lauendulæ an. p. j. — *Nucis Mosch. an.* ℥ij.
Sem. Sinapi pæoniæ ana ℥j. — *Macis* ℥j.
Sem. Fœniculi ana ℥ij. — *Spec. Diambræ, Diamosc. an.* ℥. ß.
Nucleorum persicorum ℥j. — *Confect. Anacardi* ℥j.
Aquæ vitæ circulatæ lib. IV.

Pulueriſanda pulueriſentur, macerentur, & per vesicam, vt artis est, destillentur.

Aqua ad Apoplexiam, Epilepsiam & Paralysin alia Iosephi Quercetani.

℞. *Rad. recentium Angelicæ* — *Zedoariæ ana* ℥j.
Enulæ Campanæ — *Ras. ligni Buxi* ℥vj.

Rad.

Digitized by Google

Rad. pœoniæ ſuo ſigno collectæ	*Citrij,*
Viſci querni recent. an. ℥ij.	*Acetoſæ,*
Dictamni albi ℥j.	*Portulacæ*
Sem. Carduibenedicti	*Pœoniæ ana ℥. ß.*

Omnia hæc, ſi Luna decreſcente fuerint collecta & decorticata, eo meliora erunt.

Nucis Moſchatæ	*Sambuci ana p. iij.*
Macis ana ℥iij.	*Florum Saluiæ, Stœchados*
Flor. Cotulæ fœtidæ	*Lilij Conuall. an. p. ij.*

Pulueriſanda pulueriſentur craſſiuſcule, & cõtundenda contundantur ac macerentur per triduum ad ignem Balnei Mariæ in aquarum

Ceraſorum nigrorum	*Geniſtæ*
Flor. Tiliæ, Rutæ,	*Hyperici ana lib. jj.*

Dein fortiter per torcular exprimantur. Huic expreſſioni adde

Diamoſchi	*Confect. de Hyacintho,*
Diamargariti frigidi	*Confect. Alkermes,*
Diacorallii ana ℥. ß.	*Theriacis veteris ana ℥. ß.*
Raſuræ Cornu Ceruini ℥j.	*Camphoræ ℥j.*

Denuo per duos dies in Bal. Mariæ digerantur, ac tandem deſtillentur per cineres. Huius aquæ exhibeatur pro doſi ℥. ß. vel ℥j. in ipſo paroxyſmo. Vt præſtantius euadat remedium, ſalem ex capite mortuo aut fæcibus in cinerem redactis, vt artis eſt, extractum addes, reaffuſa nẽpe ea ipſa aqua ſuper cineres toties, dum virtute ſalis imprægnata ſit.

Aqua vitæ Cephalica & Cordialis.

℞. *Radicum oſtrutij*	*Petroſelini*
Chamæleonis	*Fœniculi*
Valerianæ	*Glycirrhizæ*
Roſarum	*Apij ana ℥ij.*
Rapontici	*Rad. Enulæ*
Angelicæ	*Leuiſtici*
Chelidoniæ	*Priamiæ Indicæ*
Rhabarbari	*Rad. Rubiæ tinctorum*
Morſus Diaboli	*Acori ana ℥j.*
Pœoniæ	*Mithridatij*
Satyrij	*Agarici an. ʒvj.*
Polypodij	*Succini albi pul. ʒij.*

Pyrethri ʒvj.
Bden albi ac rubri
Nucis Moſchatæ
Macis an. ʒvj.
Caryophyllorum ʒ.ß.
Spicæ ʒj.
Croci ʒij.
Cinnamomi ʒj.
Flor. Carthami ʒij.
Gran. Iuniperi ʒj.
Baccarum Lauri ʒ.ß.
Cumini Romani
Sem. Cinæ an. ʒvj.
Sem. Apij ʒj.
Ranunculi
Dictamni
Pimpinellæ
Petaſites, Irios
Ferulæ, Gentianæ
Anethi ana ʒj.
Sem. Pæoniæ
Anethi an. ʒj.

Galangæ
Calami Aromatici
Zedoariæ
Hermodactylorum
Turbith an. ʒj.
Allij ʒvj.
Sem. Aniſi ʒvj.
Fœniculi, Aquilegiæ, ana ʒvj.
Sem. Florum Tiliæ, ʒj.
Carpobalſami
Santali rub. an. ʒvj.
Ligni aloes ʒ.ß.
Lap. Cancrorum cruderum ʒ j.
Cornu cerui præpar.
Eboris, Margaritarum an.
ʒvij.
Coralliorum rubeorum ʒvj.
Vnicornu ʒ.ß.
Oſſis de corde cerui ʒiij.
Flor. Frumenti, Tritici an. ʒj.
Moſchi q. v.
Aquæ vitæ ter deſtillatæ q.ſ.

Ponantur omnia in vitreis organis in digeſtionem per 40. dies, deinde cola, exprime & deſtilla, & ex fæcibus elice ſalem, quem redde deſtillato. Medetur peſti: valet ad omnia venena: mundificat pectus, conuenit pleuritidi, &c. capitur per ſe, vel cum appropriatis, miſcetur etiam cum ſacharo, vel cum aliis ſyrupis, electuariis, &c.

Aqua vitæ Ranzouij.

℞. Cinnamomi Electi
Cubebarum, Galangæ
Caryophyllorum
Nucis Moſchatæ
Zingiberis ana ʒiij.
Saluiæ lib. j. ʒij.

Hæc omnia macera in lib. ij. & ʒiv. Aquæ vitæ optimæ ac circulatæ deinde deſtilla. Hac aqua M. Gallus Caroli V. Imp. Medicus, vixit annos 129.

Aqua

Aqua vita Geſneri.

℞. *Cubebarum*
Cinnamomi
Nucis Moſchata
Galanga
Zingiberis ana p. aquales
Saluia ſeu Athanaſiæ, aut Ambroſiæ quadruplum.
Aquæ ardentis optimæ ac circulatæ, quantum eſt pondus omnium.

Miſce ac deſtilla. Huius aquæ dicitur quendam vixiſſe annos 124.

Aqua vitæ Theophraſti Paracelſi.

℞. *Roſarum*
Meliſſæ
Roriſmarini
Anthos
Cheiri
Fol. *Ellebori vtriuſque*
Maioranæ an. m. j.
Cinnamomi
Nucis moſchatæ
Caryophyllorum
Granorum paradiſi
Piperum omnium
Cubebarum, macis ana ℥ij.
Succi chelidoniæ
Meliſſæ
Tapſi ana lib. ß.
Cinerum fabarum ℥v.
Vini ardentis lib. x.

Mixta ſimul omnia per duodecim dies in Pellicano digerantur, deinde per deſtillationem purum ab impuro ſepara.

Aqua vitæ alia eiuſdem Paracelſi.

℞. *Aquarum meliſſæ*
Roſarum
Cheiri, ſaluiæ,
Balſami ana lib. j.
Piperum omnium
Cubebarum
Zingiberis,
Cinnamomi
Maſticis
Myrrhæ rubeæ
Macris
Caryophyllorum an. ℥ij.
Succi mellis lib. ß.
Aquæ vitæ rectificatæ lib. v.

Digerantur omnia ſimul per nouem dies, & poſtea ſeparentur, & in pellicano deſtillentur ad ſpiritum. Tandem ad liquorem hũc adde pomum toſtum, & fractum, & ſimul vna cum ſubſequentibus aromatibus digerantur ſuper cineres per iij. dies: de qua ſumantur v. grana ſingulis diebus.

℞. *Cinnamomi*
Caryophyllorum
Macis ana ℥ij.
Anthos
Sis ℥j.
Cheiri

Digitized by Google

Cheiri an. ʒ ß.	*Cubebarum*
Ambræ ʒij.	*Nucis moſchatæ an.* ʒj.ß.
Muſci gra. v.	*Amomi* ʒij.
Zibetæ ʒ ß.	*Zedoariæ* ʒij.ß.
Zingiberis	*Gran. paradiſi* ʒj ß.

Poſt horum omnium digeſtionem ſepara purum ab impuro, & ſer-ua vaſis vitreis obſtructiſſimis.

Alia eiuſdem Miraculoſa talis etiam.

R. *Aquæ vitæ lib.* v.	*Piperum omnium*
Succi mellis	*Cubebarum*
Vitrioli	*Zingiberis an.* ʒij.
Antimonij	*Aquæ: Meliſſæ*
Tartari ana ʒvj.	*Roſarum*
Cinnamomi	*Balſamitæ*
Maſticis	*Cheiri*
Myrrhæ, macis	*Saluiæ*
Caryophyllorum	*Menthæ an. lib.* j.

Hæc omnia digeres ſex diebus, poſtea ſepara & deſtilla per pellicanum ad ſpiritū. Deinde Recipe aquæ quantum eius eſt: Caponem præparatum, diſſectumque. Hæc vna cum ſpeciebus ſequentibus in veſicam iniice; digere per triduum in cineribus, poſtea vtere gt. v. prodoſi vna.

R. *Cinnamomi*	*Ambræ* ʒij.
Macis	*Muſci gr.* v.
Caryophyllorum an. ʒij.	*Zibetæ* ʒ ß.
Amomi ʒ ß.	*Zingiberis*
Zedoariæ ʒij.ß.	*Cubebarum*
Anthos	*Muſchatæ an.* ʒj.ß.
Cheiri ana ʒß.	*Camphoræ* ʒvj.

Poſt digeſtionem iterum ſepara, recte procedendo habebis aquam balſamicam, quam in vitris bonis aſſerua.

Aqua

Digitized by Google

Aqua vitæ ad iuuentutem conſeruandam & ſenectutem retardandam, Fioranti.

R. *Ligni aloes*	*Granorum paradiſi*
Caryophyllorum	*Cardamomi ana* ʒij.
Zingiberis	*Roriſmarini*
Galangæ, macis,	*Chelidoniæ*
Nucis moſchatæ	*Cardubenedicti*
Piperis longi	*Mercurialis*
Calami aromatici	*Imperatoriæ*
Rhabarbari electi	*Dictamni albi an.* ʒj.
Cubebarum	*Aquæ vitæ optimæ lib.* vj.

Macerentur per dies octo: Deinde deſtillentur. Aquæ deniq; adde pro qualibet libra ſachari albiſſimi in aqua roſ. diſſoluti ℥ij. Moſchi gr. IIX. & ſerua in vaſe vitreo optime obturato.

Aqua vitæ pretioſiſſima talis etiam fit.

R. *Piperis albi*	*Florum Anthos*
Cardamomi	*Aſparagi*
Piperis longi an. ℥ ß.	*Roſarum Rubrarum an. m.* ß.
Galangæ	*Sem. Cumini ſylueſt* ℥ ß.
Macis	*Aniſi*
Caryophyllorum	*Fœniculi ana* ʒj.
Gran. Paradiſi an. ℥ ß. ℈j.	*Coriandri*
Ligni aloes ℥ij.	*Sinapis an.* ʒij.
Zingiberis ʒiij.	*Sem. pæoniæ* ʒj.
Cinnamomi	*Sem. Cumini Rom.* ℥ij.
Cubebarum an. ℥ ß.	*Rad. enulæ campanæ*
Maiorana	*Iridis an.* ʒj.
Roriſmarini	*Rad. Angelicæ* ℥ ß.
Mentha	*Pimpinellæ*
Pulegij	*Pæoniæ*
Rutæ	*Doronici an.* ℥ ß.
Saluiæ	*Dictamni albi,* ʒiij.
Nardi gallicæ	*Sachari candi albi lib.* ij.

Singula inciduntur modiceque conteruntur, & ex vino generoſo quinquies deſtillato, correctoq; macerantur in fimo vel aqua calente, diebus

diebus 14. ampulla diligentissime obserata. Deinde operculum rostratum superimponitur, & commissuris luto oblitis, ex balneo cum modico igne destillantur. Postea ampulla aperitur, & liquor qui effluxit, rursus super fæces funditur, iterumq; euocatur, vt antea, isque labor quinquies repetitur. Tandem aqua ardens destillata vitreo conditur, & adiectis

Croci Orientalis ℈i.	*Ambræ ana* ʒj.
Moschi	*Fol. Auri* ʒß.

Optime clauditur, finiturque dum omnis vis extracta fuerit. Valet ad morbum attonitum, comitialem, vertiginem, paralysin tum præcauendam tum curandam: memoriam confirmat: roborat omnes facultates, reficit, iuuat & auget. Dosis guttæ 3. vel 4. Ex aqua Tiliæ, melissæ, betonicæ, cerasorum, aut simili appropriato.

Aqua vitæ artificiosa alia.

R. Rad. Tormentillæ	*Sem. Anisi*
Valerianæ	*Coriandri*
Dictamni an. ʒj. ß.	*Cimini an.* ʒj.
Cichorei ʒij.	*Flor. Lauendulæ*
Leuistici	*Betonicæ*
Pimpinellæ	*Melissæ*
Angelicæ	*Chelidoniæ*
Aurantiorum an. ʒj. ß.	*Chamepithyos*
Enulæ ʒij.	*Camædreos*
Morsus Diaboli ʒj. ß.	*Rutæ*
Gentianæ ʒiij.	*Verbenæ*
Aristoloch. rotundæ ʒj.	*Absinthii*
Pyrethri ʒvj.	*Maioranæ an.* ʒvj.
Castorei ʒj.	*Spicæ celticæ* ʒj. ß.
Liquiritiæ ʒij.	*Sem. Raphani* ʒij.
Sem. Fœniculi tantundem	*Sulphuris viui* ʒiij.
Baccarum Lauri	

Misceantur hæc omnia vt a. est & superfundantur cum vino Maluatico ad aliquot digitos, deinde digerant: Digestione peracta destillentur.

Vel sic:

R. Cinna-

Digitized by Google

R. Cinnamomi ℥j.
Caryophyllorum ℥ß.
Anisi lib. j.
Zedoaria
Galanga
Angelica an. ℥j.
Moschi gr j.
Ambra gr. ij.
Croci q. v.
Mellis
Sachariana lib. j.
Rhabarbari
Dictamni an. ℥j.
Piperis longi ℥ß.
Casterei ℥ß.
Ribette gran. ij.
Camphora ℥ß.
Vini malvatici q. s.

Digerantur, circulentur & per cohobia destillentur.

Aqua confortativa Cephalica alia.

R. Nucis Moschata
Zingiberis
Cubebarum ana ℥ij.
Galanga
Cassiæ lignea
Piperis longi
Amcos an. ℥j.
Rutæ
Pyrethri an. ℥iij.
Spe. Diambræ, Diaplitis an. ℥ij.
Calami Aromatici
Macis
Sem. & Rad. fœniculi
Anisi
Anethi
Myrtillorum an. ℥j.
Flor. Borraginis
Buglossæ, Anthos
Lavendulæ
Hyperici an. m. ß.
Spiritus vini opt. lib. vj.

Infundantur omnia ac digerantur, deinde F. destillatio diligens.

Vel sic:

R. Caryophyllorum
Nucis moschatæ
Galangæ
Piperis longi
Corticum citri
Salviæ
Majoranæ
Rorismarini
Amcos
Cinnamomi an. ℥ ß.
Lavendulæ
Menthæ,
Pulegii,
Origani, Betonicæ
Calaminthæ
Stœchados Arabicæ
Chamædryos
Spicæ nostratis an. ℥ ß.
Ligni aloes ℥ ß.
Moschi gr. xij.

Misce fiat pulvis omnium subtilissime infundantur per noctem vino

Maluatico, mane destilla per balneum igne lento.

Aqua virtutis Nobilissima.

R. Santali citrini ʒij.	*Bden albi ac Rubri*
Ros. rub. ʒiij.	*Macis*
Serici croci ʒj.	*Sem. ozymi*
Cinnamomi	*Spica Indica an.* ʒiiij.
Caryophyllorum	*Aquæ rosarum lib.* iij.
Nucis moschatæ	*Aceti vini lib* j.
Cubebarum	*Ligni aloes*
Gallie moschatæ	*Croci ana* ʒj.
Succini	*Camphoræ gr.* xvj.
Zedoaria	*Zibettæ gr.* iv. *moschi gr.* viij.

Misce ac secundum artem fiat destillatio methodica.

Aqua vitæ Microcosmica.

R. Sanguinis microcosmi lib. ß. *à phlegmate intellige separati*
Succi chelidonie, Rosmarini, mellis ana lib. ß.

Misceantur hæc inuicem optime, adde deinde

Zingiberis	*Cardamomi*
Nucis moschatæ	*Gran. paradisi*
Caryophyllorum	*Iuniperi, cinnam. an.* ℥j.
Cubebarum	*Xiloaloes* ℥ ß.
Mastichis	*Moschi* ʒj.
Galangæ	*Ambræ* ʒ ß.

Misceantur ac formentur probe in cella subtus terram, deinde destillando separa elementa.

Vel sic etiam paratur à quibusdam. R. Sanguinis humani lib. j. separa vt ante dictum à phlegmate, huic adde tantundem salis Tartari probe defæcati ac depurati, superfunde etiam vini circulati vt emineat ad duos digitos: fac digerant per mensem, deinde destilla per Alembicum, & exibit liquor flauus cum pauco oleo, sublimabitur etiam sal; quæ tria seorsim separabis: Liquorem solummodo recipies & cum fol. Hellebori nigri ac melissæ, macerabis ac vicissim rectificando destillabis, sic cõstabit pretiosus liquor ac sanus: Eius odorem si placet, promouebis cum gr. j. Ambræ & ij gr. moschi. Hęc aqua nobis dicitur vehiculum esse, qua aurum potabile, aurum vitæ, Mercurium vitæ, solutiones gemmarũ, ac mineralium metallorumque appropriamus &c. Diaphoresin præstat maximam, curat interna & externa.

Aquæ

Digitized by Google

Aqua Præſeruatiua Catholica.

R. Foliorum ac Rad. Hellebori nigri, iuſto tempore collecti lib. j.
Fol. ac Rad. Benedictæ caryophyllatæ ʒ iiij.
Fol. ac florum melliſſæ lib ß.
Tartari puri lib. ß. Vitrioli ʒiiij. Micæ panis de duobus integris.

Miſceantur ac contundantur hæc optime, deinde diuidantur in duas partes & duo vitra, putrefiant in fimo equino per tres ſeptimanas, poſtea deſtillentur per alembicum non nimis altum: ſic deſtillatione artificioſa exibit liquor flauus qui eſt circulandus cum his ſpeciebus.

R. Roſarum rubearum — *Caryophyllorum*
Florum ſpicæ ana ʒ ß. — *Macis an. ʒj.*
Ambræ gran. ij. — *Moſchi gr. iij.*

Miſce, digere, circula ac rectifica: ex ſuperioribus fæcibus reſeruatis cum aqua fæniculi poſt calcinationem elice ſalem, huius ʒ ß. ad ʒj. datur cum vehiculo proprio, vel alio, & purgabit. Circulatus v. liquor, maximum eſt confortatiuum memoriæ, purificat ſanguinem, præſeruat ab omnibus morbis tanquam ſummum catholicum, ſemel in menſe exhibitum.

Aqua vitæ Apoplectica R. K. V.

R. Aquæ vitæ rectificatæ ac circulatæ lib. xij.
Sem. ſinapi acerrimi lib. ß. Galangæ
Florum Lauendulæ ʒiij. Caryophyllorum an. ʒvj.

Infundantur in vaſe vitreo diligentiſſime è tecto per dies tres, poſtea deſtillentur: deſtillationi adde medietatem ſupra ſcriptæ iam materiæ, iterum infundantur, ſic repete tertio, & cum pauxillo croci coloretur, doſis cochlear j. in Paroxyſmo ſæpius infuſum; ſequuntur aquæ Theriacales & aliæ Galenicorum.

Aqua Theriacalis Rhenodæi.

R. Radicum gentianæ — *Irios Florentini an. ʒvj.*
Enulæ campanæ — *Zedoariæ*
Tormentillæ — *Cort. citri ſicci*
Angelicæ — *Arantiorum, cinnamomi,*
Imperatoriæ an. ʒj. — *Caryophyllorum*
Cyperi — *Sem. Carduibenedicti*

Corymborum Hedera — *Dictamni, ſcordii,*
Granorum iunip: ri an. ℥ß. — *Meliſſæ, calendulæ an. m.* ß.

Macerentur diem integrum ſuper cineres calidos, in vaſe oris non multum patuli & rite obturati, cum vini albi lib. vj. Die ſequenti adde decoctionis Vlmariæ, betonicæ & nenuphatis lib. ij. Deinde bulliant parum, ac lento igne: Tum fiat expreſſio, in qua diſſolue & infunde per noctem Theriacæ bonæ ℥iiij. Poſtea ponãtur in alembico vitreo, & fiat deſtillatio in B.M. Aqua hinc deſtillata ſeruetur. Inter aquas Theriacales & Alexiterias nulla eſt præſtantior & efficacior. Facultates enim nõ modo recreat, ſed qualitatem omnem peſtilẽtem, & venenatam oppugnat, & extinguit. Syncope, palmo, ac animi deliquio prodeſt, vertigini, Lethargo, Epilepſiæ, Apoplexiæ & paralyſi.

Aqua Theriacalis alia Galenicorum facilior.

R. *Rad. Enulæ campanæ* — *Betonicæ*
Angelicæ an. ℥iiij. — *Maiorane*
Sem. Carduibenedicti — *Meliſſæ,*
Caryophyllorum — *Vlmariæ*
Gran. iuniperi an. ℥j. — *Scordii, cubẽ an. m.* j.

Fiat decoctio, in qua collata ad lib. iv. Infunde diem integrum, vel etiam biduum,

Mithridatii & Theriacæ ana ℥ij.

Ponantur in Alembico & deſtillentur, vt artis eſt. Vires habet ſuperiori affines, ſed imbecilliores. Parari facile poteſt nõ ſolum in pharmacopoliis, ſed etiam in ſingulis ciuium ædibus: Paucis enim conſtat, quæ vbique fere reperiuntur.

Aqua vitæ Adolphi Occonis.

R. *Cinnamomi electi* ℥ ß. — *Muſchetes*
Zingiberis ℥j. — *Cubebarum*
Caryophyllorum — *Calami aromatici*
Nucis moſchatæ — *Galangæ an.* ℥j. ß.
Gran. paradiſi an. ℥ß. — *Flor. Roſ. Rub* ℥ j.
Ligni Aloes — *Citrariæ* ℥ ß.
Macis, — *Cort. citr* ℥vj.
Piperis longi an. ℥j. — *Baccarum Lauri* ℥ ß.
Flor. ſaluiæ odoratæ lib. j. — *Staechad. Arab.* ℥iiij.
Cardamomi — *Rorismarini* — *Maio-*

Digitized by Google

Maiorana	*Rutæ* 3. ß.
Lauendulæ	*Caſtorei*
Meliſſæ, Beton. an. ℥vj.	*Spicæ Indicæ an.* 3j.

Pulueriſentur omnia groſſo modo, & infundantur per 10. dies in vini maluatici deſtillati lib. viij. Spiritus vini lib. ij. Deſtillentur lento igne in alembico bene obturato, & infundantur in petia

Ambræ cineritiæ	*Moſchi Alexandrini an.* 3. ß.

Seruetur optime ne euaporet aqua præclara ac præſtans.

Aqua vitæ alia.

℞. *Calami Aromatici* ℥ij.	*Florum Lauendulæ*
Cinnamomi	*Saluiæ ana p.* ij.
Ligni aloes	*Flor. Stœchados p.* iij.
Zingiberis an. 3j.	*Fol. Lauri*
Caryophyllorum	*Saluiæ ana M.* ß.
Cardamomi, Macis,	*Nardi* ℈j.
Cort. citri an. 3. ß.	*Croci* 3. ß.
Florum Roriſmarini p. ij.	*Moſchi opt. ambræ an. gr.* vij.

Omnia inciduntur, cõteruntur que, & ex vini ſtillatitii optimi lib. j. ß. macerantur diebus octo, poſtea deſtillantur exceptis croco, Moſcho & ambra, hæc enim in ſindone ligata orificio operculi, aut vitro in quo ſeruatur aqua deſtillata, imponere præſtat. Valet ad Apoplexiam, paralyſin, aliosq; frigidos capitis morbos: podagræ & articulorum doloribus ſalubris.

Vel ſic: ℞. Rad. Angelicæ, Tormentillæ, Zedoariæ, Pimpinellæ, Enulæ Campanæ, Dictamni an. ℥ij. Cinnamomi ℥j. ß. Santali rubri & citrini, cort. mali citri ana ℥j. Hæc per biduum macerantur ex vini ſpiritus, vel aquæ fontanæ calentis libris duabus: Deinde in duplici vaſe deſtillantur, condunturque. Ex hac mane cochleare dimidium, vel per ſe, vel ex alio liquore ſumi poteſt: In curatione integrum.

Alia facilis: ℞. Angelicæ, Galangæ, Ligni Guajaci, ſarſæ parillæ, cinnamomi, baccarum juniperi contuſ. ana ℥j. In vini generoſi, & aquæ ſambuci lib. j. ß. macerantur: Deinde in B. M. deſtillantur.

Alia etiam ſic eſt: Recipe Chamomillæ, Meliloti, flor. Lauendulæ,

Sabinæ, Anthos ana M. j. Hæc in aqua vitæ lib. jv. macerentur per horas 24. Deinde ex B. destillentur, separẽturq; ita, vt si libra extillarit, hæc peculiari vase condatur: atque sic reliquæ deincepsexcipiantur, reseruonturque. Prima omnium est præstantissima: Secunda hinc: postea tertia: Multi felicissimè hac vsi sunt in præcauenda Apoplexia & Paralysi hoc pacto: si quis in balneum descendens, aquæ huius guttas tres ex aqua maioranæ vel saluiæ sumat, hic à morbis hisce per mensem integrum tutus erit: Quinetiam eadem naribus admota, tutiorem reddit. Secure quoq; singulis mensib. semel guttæ tres, vel iv. ex vino Cretico mane potui sumuntur.

Alia cum floribus liliorum talis: ℞. Cinnamomi, nuciſtæ, Galangæ, macis, cardamomi ana drac. iij. Caryophyllorum, cubebarum, anacardi, gran. Paradisi ana ʒj. Flor. Lauendulæ, Liliorum conuall. an. p. iij. vini optimi lib. iij. Destillentur.

Alia contra venena: ℞. Rad. Angelicæ, carlinæ, tormentillæ, cort. olibani ana ʒij. cardui benedicti, Vlmariæ, santalorum omnium an. ʒ. ß. Mithridati, Theriacæ, confect. de hyacintho an. ʒij. Spec. Diamargar. frigidi, camphoræ ana ʒij. terantur crassiusculè, & indantur in alembicum vitreum, superaffundendo aquæ vitæ rectificatæ lib. iij. Digerantur vase optimè clauso, deinde per cineres aut B. Vaporosum destillentur. Dosis cochleare S. Aqua est mirabilis ad venena & omnes affectus pestilentes.

Aqua Cephalica alia: ℞. Flor. Lilior. conuall. lib. j. ß. Lauendulæ, Pœoniæ, Betonicæ ana lib. j. Tiliæ, vetbasci odorati ana ʒiij. Herbæ Botryos M. j. ß. Rad. Pœoniæ, sem. eiusdem an. ʒij. ß. Rad. Arist. longæ vetæ ʒj. ß. Dictamni, cubebarum ana ʒj. visci quercini ʒj ß. corylorum ʒiij. piperis longi, castorei an. ʒ. ß. macerentur in vino generoso sufficienti per septimanas 3. in loco calido ac deinde destillentur.

Aqua Diaphoretica Nobilissima hæc est.

℞. *Spiritus vini rectificati lib. x.*	*Rosmarini ana M. j.*
Olei vitrioli siue spiritus	*Caryophyllorum*
Spiritus Tartari ana ʒvj.	*Zingiberis*
Melissæ Chelidonia	*Piperis albi*
Saluiæ, Maiorani ana	*Piperis nigri*

Piperis

Piperis longi	*Myrrhæ rubeæ*
Cinnamomi	*Macis, Maſtichis ana* ℥ij.
Cubebarum	*Cinerum fabarum* ℥v.

Aromata leuiter conteruntur, herbæ inciduntur, omniaq; miſcentur, & ampullæ vitreæ induntur, ipſaque obſerata diebus 12. in B. macerantur: poſt lentiſſimo igne ex eodem deſtillantur, ſeparanturq;. Deinde ℞. *Puluer is zingiberis* ℥j. ß.

Zedoariæ ℥ij. ß.	*Nucis Moſchatæ* ℥j. ß.
Caryophyllorum ℥ij.	*Cinnamomi, macis ana* ℥ij.
Cubebarum ℥j. ß.	*Florum ſulphuris correct.*
Granorum Paradiſi ℥vj.	*Florum ſolis opt. an.* ℥ij.
Amomi ℥ij.	*Zibetæ, ambræ an.* ℥ij. ß.
	Moſchi gr. v.

Hæc in puluerem rediguntur, & pomo ſub cineribus cocto imponuntur: poſtea hoc aquæ vitæ ſupra deſtillatæ iniicitur, maceraturq; in calido loco per dies tres, aut quatuor: tum iterum ſeparatur, & ex aqua vaſe optime recondita ſeruatur: dantur guttæ quinque. Corpus penetrat, roborat & renouat.

Aqua pretioſa præſtans contra venena: ℞. Vini maluatici optimi M. vj. ponatur in Bocia, & deſtilletur ſuaui igne per cineres ſeptem vel nouem vicibus: Aquam vitæ ſic bene rectificatã pone in vitro cum ſequentibus. ℞. *Spermaceti,* *Rhabarbari optimi ana* ℥ij.

Ambræ electæ, *Moſchi fini* ℥j.

Pone huiuſmodi res in ſacculum vel pilam de panno raro ſubtili & bene mundo. Huiuſmodi ſacculus poſtea ponatur ad vinum ſupra rectificatum, & bene claudatur orificium vitri: Efficietur tale vinum aurei coloris. Poſſet & cinnamomi aliquid addi, & erit magis delectabile. Virtutes huius aquæ: venena curat & expellit. Ad præſeruandum contra peſtem datur gutta vna mane cum modica medulla panis, factis prius aliis purgationibus & phlebotomia. Infecto vero da teſtam Nucis Moſchatæ plenam cum mica panis albi: deglutiendo curat.

Aqua pro phthiſicis & hecticis: ℞. Carnis gallinæ juuenis inciſi, & cum oſſibus contuſi q. ſ. eſt. Medullæ panis tantundem, ſcabioſæ viridis M. j. fol. auri ℥j. Aquæ ſtillatitiæ Myrti ad pondus omnium. Omnibus contuſis & mixtis balneo calentis aquæ deſtillentur: pro qualibet libra aquæ adde aquæ ſiue quintæ eſſentiæ mellis ℥j. ſeruentur in vaſe vitreo optime obturato ad vſum.

Al

Alia aqua ad vires deperditas: Recipe Conſer. Roſarum, Cornorum, conſolidæ maioris ana ʒij Spec. Diarrhod. Abb. Spec. Diamargariti frigid. Triaſantali, Aromat. roſati ana ʒj Spicæ, Cornu cerui, coralli rubri ana ʒj. ß. Trochiſci è terra Lemnia, è ſuccino, è ſpodio ana ʒiv. Sem. Acetoſæ, portulacæ, plantaginis, vini granatorum an ʒiv. Decoctionis duarum turturum, & vnius perdicis, quarũ ventres aſtringente materia infarcti ſint lib. iv. Cum mica panis albiſſimi infuſi in vino granatorum, & cum carne vnius capi, fiat deſtillatio, quæ coletur & filtretur.

Aqua mirabilis Balſamica Bertapalia.

℞ *Terebinthinæ puræ* ʒj.
Thuris Maſculi ʒij.
Aloes Hepatica
Maſtichi, Galangæ
Nucis Moſchatæ
Cinnamomi
Cubebarum, croci ana ʒj.
Gummi Hederæ ʒv.

Mixta & putrefacta per menſem deſtillentur per cohobia addendo in ſecunda cohobatione recentis ſpiritus vini lib. j. in Tertia cohobatione lib. j. ß. Tandem omnis vis prodibit: Fæces vero calcina & per aquam Lauendulæ elice ſalem, hunc cum aqua adde deſtillato, & ad quartam vicem cum Moſchi Gr. vj. rectifi... aqua Nobilis eſt & miraculoſa. Si velis aquam fortiorem, adde ſanguin... microcoſmi, vt ſimul putrefiat, deinde deſtilla.

Aqua ophthalmica Ioſephi Quercetani.

R. Succi Eufragii, Chelidoniæ an. lib ß. Lactis Caprini lib. j. Miſceantur omnia ſimul, addendo

Zingiberis	*Aloe* ℥ß.
Macis an. groſſo modo contuſ. an. ℥j.	*Vitrioli albi* ℥iij.

Macerentur quatuor aut quinque dierum ſpatio, deſtillenturque per Balneum Vaporoſum. Aquæ deſtillatæ adde tutiæ fruſtula, non tamen puluerisata, quæ prius in cochleari ferreo nouo ignita fuerint, nouies extinguantur, & tandem cum aqua prædicta continuo reſidere ſinantur, cuius guttula vna oculo etiam inflammato admoueatur: Nec reſpiciendum ad calida illa, quæ prædictam illam aquam ingrediuntur, etiamſi initio dolor ingraueſcat, ferueatque per tempus aliquod: miros enim effectus prodet, Tartarum illud oculis adhæreſcens, pungens acerrimumque dolorem inferens, & ſalſas mouens lachrymas diſſoluendo. Singulare eſt remedium ad omnes ophthalmias, præferendumque ſane omnibus iſtis ſimplicibus aquis refrigerantibus, vt roſarum, plantaginis, chærefol. & ſimilibus, collyriiſque oculorum refrigerationi dicatis, vt ipſa etiam experientia præter allatam ſupra rationem fidem faciet. Confert etiam ad amblyopiam & amauroſim, ſi huic crocus metallorum admiſceatur, quem credo baſim, & fundamentum aquæ ophthalmicæ Martini Rulandi, doctiſſimi celeberrimique medici Germani, cuius ipſe admirandos effectus miro ſucceſſu expertus eſt, vt videre eſt in illius centuriis iam diu in lucem editis.

Aqua ophthalmica alia eiusdem authoris.

R. Rad. Valeriana	Rosarum albarum an. p ij.
Enula Campana	Stechados
Fœniculi an. ℥j.	Saluiæ
Herb. Chelidoniæ	Anthos
Euphragiæ an. m. ij.	Sambuci
Betonicæ	Calendulæ
Pulegii an. m. j.	Schenanthos an. p. j.
Sem. Fœniculi	Zingiberis
Siler. montani an. ʒvj.	Piperis longi
Baccar. Iuniperi ℥ ß.	Cubebarum
Flor. Caprifoliip. ij.	Cardamomi an. ʒj. ß.

Pulueriſanda pulueriſentur, & contundenda contundantur, & infuſa in Hydromelitis maluatici vel canariæ vini lib. iij. ponantur ad ignem lentum vel ſolem per quatuor ſexue dies: dein omnia prælo fortiter exprimantur, cui expreſſioni adde

Aquarum peculi Roſarum	Fœniculi
Euphragiæ an. lib. ij.	Chelidoniæ an. lib. j. ß.

Miſceantur, doſis ℥j vel ß. pro iunioribus ſumatur bis terue in ſeptimana ieiuno ventriculo. Ex eademmet aqua poteſt inſtillari vna aut altera gutta in oculos quotidie mane.

Alia aqua ophthalmica.

Componitur etiam alia aqua ophthalmica ex lib. ij vrinę pueri optime purificatæ additis ℥iiij: vitrioli, totidem vnciis turbiæ: ex quibus omnibus per dies aliquot maceratis, dein per cineres ad ſiccitatem deſtillatis fit aqua ophthalmica, cuius guttulæ aliquot inflammato oculo, aut debilitato admoueantur.

Ophthalmicum D. Wolffii Caſſellani.

R. Chelidoniæ,	Abſynthii Hortenſis M. ß.
Euphraſiæ	Florum Cyani
Rutæ, Maiorana	Roſarum an. Mj. ß.
Verbenæ	Thuris
Betonicæ an. Mij.	Aloes
Sem. fœniculi	Myrrhæ an. ʒij.
Siler. montani an. ℥ ß.	Aquæ Roſarum lib. ij.
Rad. Calam. aromat. ʒvj.	Vini Maluatici

Aquæ

Digitized by Google

Aquæ Rutæ an.lib.j. *Vrinæ pueri lib.ß.*

Infundantur omnia per 5. dies, postea l.a. destillentur in vase vitreo, destillatum vase cooperto optime reseruetur.

Aqua ophthalmica alia.

R. *Succo: Chelidoniæ* *Camphoræ*
Fœniculi *Croci*
Nitri an. ʒj. *Myrrhæ*
Mellis lib.ij. *Piperis an.* ʒj.

Ponantur omnia in phiola vitrea, detineantur ad solem vel in stufa per. 4. dies ac noctes: postea pone in Alembicum, & destilla aquam pretiosissimam ac præstantissimam.
Vel sic.

R. *Succo. Apij* *Gentumnodii*
Fœniculi *Rutæ*
Chamædrios *Morsus Gall.*
Verbenæ *Caryophyllorum*
Pimpinellæ *Farinæ Volat. an.* ʒj.
Saluiæ *Piperis Crassi triti*
Garyophyllatæ *N. Moschatæ*
Chelidoniæ *Ligni aloes ana* ʒiij.

Immergantur omnia in Vrina pueri incorrupti, & sexta parte vini Maluatici, bulliant breui tempore, exprime & cola, postea destilla aquam.
Alia etiam sic est.

R. *Rosarum* *Rad. Bistortæ*
Violarum *Chelidoniæ, Rutæ*
Polypodii *Saluiæ an. p. æ.*

Incidantur minutissime, infundantur vino rubeo, macerenturque in eo per diem ac noctem, destillentur deinde.
Vel.

R. *Tutiæ præparatæ* *Sacharì candi an.* ʒij.
Camphoræ *Aquæ Rosaceæ Vnc.* ʒiij.
Margaritarum *Aq. Euphrasiæ*
Saphyri *Verbenæ, Fœnic. an.* ʒij
Smaragdi *Boli Armeni* ʒvj.

Digitized by Google

Mixta & putrefacta deſtillentur vt artis eſt.

Aqua mirabilis ad viſum Ioannis de Vigo.

R. *Succi Fœniculi*	*Fellis Caponum,*
Chelidonii	*Gallorum,*
Euphragiæ	*Gallinarum an.* ℥ij.
Rutæ an. ℥ij.	*Nucis Moſchatæ*
Mellis ℥x.	*Croci*
Sarcocollæ	*Caryophyll. an.* ℥j.
Antimonii	*Sacchari candi de ſyr. roſ.* ℥vj.
Thutiæ	*Hepatis Hircini ſani* ℥ij. ß.
Aloes an. ℥ß.	*Anthos M.* ß.

Contundenda contundantur ſubtiliſſime, & Hepar fruſtatim incidatur. Deinde omnia miſceantur, & ponantur in Alembico vitreo, & ſecundum artem bis diſtillentur. Viſum caliginoſum mirabiliter clarificat, & ſanitatem oculorum conſeruat intra oculos poſita.

Aqua ophthalmica Rubei.

R. *Zingiberis*	*Maſticis*
Cinnamomi	*Galangæ*
Caryophyllorum	*Roriſmarini*
Nucis Moſchatæ	*Maiorana*
Gra. Paradiſi an. ℥j.	*Lauendulæ*
Fol. Saluiæ lib. j.	*Meliſſæ*
Cardamomi	*Betonicæ an.* ℥ij.
Cubebarum	*Vini optimi aut ardentis lib.* ix.

Omnia bene tuſa macerentur per dies 10. mox deſtillet aqua, cuius duæ treſue guttæ oculis ſuffuſione laborantibus inſtillentur.

Alia eiuſdem.

R. Piloſellæ part. x. Chelidonij par. iij. Fœniculi part. ij. menſe Maio collect. dum rore adhuc madent. Deſtilla calore cinerum. Sunt qui Aloen addant.

Aqua ophthalmica Auguſtani.

R. *Aloes Hepaticæ*	*Camphoræ*
Sarcocollæ an. ℥j.	*Croci Orientalis an.* ₂ß.

Pulueriſentur omnia per ſe minutiſſime, adde vini Maluatici, aquæ Roſarum an. ℥vj. Bulliant in duplici vaſe.

Aqua

Digitized by Google

Aqua ophthalmica Ranzouij.

R. *Aquarum verbenæ*	*Sachari candi* ʒij.
Betonicæ	*Aloes Hepatica* ʒj.
Vini albi ʒj.	*Lactis Mulieris* ʒij.
Tuthiæ præparatæ ʒj.	*Camphoræ* ℈ß.

Pulueriſanda pulueriſentur, & 24. horis in infuſione permaneant, deinde coletur, & colaturæ oculi clauſi abluantur.

Aqua ophthalmica Rhenodæi.

R. *Succorum Chelidonii*	*Fellis Caponum*
Fœniculi	*Gallinarum an.* ʒß.
Rutæ, Apii	*Aloes* ʒvj.
Herminii an. lib.ß.	*Caryophyllorum*
Mellis ʒiij.	*Nucis Moſchatæ*
Fellis Hircini ʒj.	*Sarcocollæ an.* ʒij.

Ponantur omnia ſimul in Alembico: deſtillentur: vaſe vitreo excipiantur & aqua deſtillata ſeruetur. Multis oculorum affectibus prodeſt, vt ambliopiæ, caligini, viſus debilitati & hebetudini.

Aqua communitatis eiuſdem.

R. *Euphraſiæ M.iij.*	*Summit. Herminii*
Chelidonii	*Anagallidis flore rubeo*
Verbenæ	*Ameos*
Betonicæ	*Caryophyllatæ an. Mj.*
Anethi	*Anthos M.ß.*
Camapitheos	*Piperis longi* ʒij.

Macerentur in vini albi ſufficienti quantitate per diem integrum, & deſtillentur. Plurimum valet ad omnem viſus imbecillitatem, ſordes oculorum detergendas, maculas auferendas, vlcera ſananda, ſuffuſionem impediendam, claritatẽ oculis augendam, & robur conciliandũ.

Aqua eiuſdem ad epiphoram & oculorum ruborem.

R. Vini albi, aquæ Roſarum an. lib ß. Tuthiæ præparatæ ʒj. Macis pulueratæ ʒß. Omnia miſceantur in phiola bene obturata, & infolentur per tres hebdomadas. Efficaciſſima eſt ad oculorum ruborem delendum, lachrymas ipſorum exſiccandas, tunicas roborandas, & vlcera ſananda.

Aqua ad oculorum nebulas & ſuffuſiones.

R. Succi.

R. Succi chelidonia — Fellis Veruecis ʒiv.
Succi Fœniculi an. ʒij. — Sarcocollæ ʒij ß.
Mellis Rosacei ʒx. — Sagapeni. ʒj.
Rutæ p. j. — Capburæ ℈ij.
Euphragiæ M. ij. — M. ac destilla.

Alia optima Altomari.

R. Fœniculi — Callitrichi
Rutæ — Anagallidis
Euphragiæ — Pimpinellæ
Verbenæ — Chelidonii
Tormentillæ — Papyri
Betonicæ — Pœoniæ
Endiuiæ syluestris — Fol. Vitis, Apii
Rosarum — Agrimon. Caprifolii ana p. æ.

Terantur & prima die ponantur in vino albo: secunda in vrina pueri, Venerem non experti: Tertia in lacte mulieris; Quarta in melle optimo: Quo tempore destillentur, quod elicitur, vsui seruetur. Hæc autem omnia purgato corpore exhibere oportet.

Ad visus imbecillitatem aqua Mülleri.

R. Sem. Fœniculi lib. j. ß. — Sem. Anisi, Apii
Seleris montani lib. ß. — Petroselini an. ʒj. ß.
Euphragiæ tantundem. — Pulegii, Hyssopi,
Chamedrios ʒj. — Florum Borrag. saxifræ.
Rad. Chelidoniæ ʒß. — Gran. Iuniperi an. ʒj. ß.

Puluerisata omnia excipiantur melle despumato, deinde destillentur, vtatur mane & sero. Hoc remedio Cæcus quidam 9. annorum curatus fuit.

Vel sic eiusdem.

R. Vini albi maturi & optimi lib. xij. panis recentis diligenter loti lib. iv. Chelidoniæ, fœniculi, bulbi squillæ an. ʒ iiij. Caryophyllatæ ʒß. Misce in Bociam cum capitello, destilla in B. Maris, & extrahe lib. v. aquæ, quam reserua seorsim.

Vel. R. Succi Apii, Fœniculi, Verbenæ, Chamedrios, Pimpinellæ, Gariophyl. Saluiæ, Rutæ, Centinodiæ, Morsus Gallinæ an. ʒj Piperis, N. Moschatæ, ligni aloes ana ʒiij. Omnia macerentur in vino Mal-

uatico

Digitized by Google

uatico & vrina pueri pura, bulliant, coquantur & exprimantur, tandē ſi placet filtrentur.

Velſic. R. Spiritus vitrioli ℥ij. Criſtallor. Saturni ℥ß. Vitrioli albi ʒij. Camphorę ʒj. Aq. Roſarum, Fœniculi, Anthos an. ℥j. M. Fiat aqua ophthalmica.

Aqua ad oculorum vlcera Ioannis de Vigo.

R. *Aquarum Roſacea*	*Sieff è Thure* ℥ß.
Myrtillorum	*Aloe Hepatica* ℈ß.
Equiſeti ana ℥ß.	*Myrobalanorum citrinorum* ʒj. ß.
Sachari candi è ſyr. Roſ. ʒij.	*Albumin. ouorum N.* iij.
Sieff albi abſque opio	*Tutiæ*
Sieff è plumbo an. ʒj.	*Camphoræ an.* ℈j.

Tritis terendis, quaſſentur & miſceantur omnia inde vitreis organis, ſtipatis accurate rimis, aqua deſtillet: quæ vlcera purgat, & ad cicatricem perducit.

Velin materia frigida.

R. *Sieff è Thure* ʒj.	*Mirobal. Citrin.* ʒij.
Sieff è plumbo ʒj. ß.	*Cadmiæ*
Myrrhæ ℈ß.	*Stibii ana* ʒj. ß.
Sarcocollæ	*Aquæ Plantaginis*
Aloes Hepaticæ an. ʒj.	*Roſarum an.* ʒj. ß.

Terantur, quæ terenda ſunt, omnibuſque mixtis, eliciatur aqua vaſe vitreo, qua perinde ac collyrio vtatur.

Aqua viſu conſeruans Fioranti.

R. *Vini albi lib* xij.	*Chelidoniæ*
Panis albi recentis lib. iv.	*Scillæ an.* ʒiv.
Fœniculi ʒiv.	*Caryophyllorum* ℥ß.

Miſce in Alembico, & B. calore deſtillentur, donec libræ 5. exierint, deinde ſerua ad vſum.

Ophthalmicum Oſwaldi Crollij.

R. Aquæ ſtillatitiæ albuminum ouorum coctione induratorū lib. j.
Vini Maluatici lib. j. Aquæ ſanguinis Humani ʒj.
Apuæ Roſarum albarum, rubearum an. ℥iij.
Aq. Chelidoniæ, Rutæ Valerianæ, pulegii.

Euphraſia, Fœniculi, an. ʒij.
Mellis virginei cochl. j. ß.
Aluminis rocha
Sachari Candi.
Vitrioli albi an. ʒß.
Camphoræ ʒiij.
Caryophyllorum
Zingiberis albi an. ʒj.
Fumi terræ, ana ʒij.
Salis Euphraſia
Fœniculi
Saturni an ʒj.
Salis Margaritarum
Corallorum an. ʒij.
Aloes ʒß.
Maſtichis ʒj.
Tutiæ præparatæ (id eſt, in aqua Roſarum vel vino Cretico ana ſexies extinguatur ac tenuiſſimæ teratur) vnciam j. & ſemis.

Terenda terantur & miſceantur, ſtent in vitro clauſo aut in caloris digeſtione per menſem, vel quod melius ſub dio, ſoli & rori exponatur per 40. dies quotidie mouendo aliquoties, ſic demum inſolata promenda vſui. Qui in vaſe Aurichalcino vult parare & exponere, faciat pro libitu. Nota Aloen in mortario cum aquis dictis prius remiſcendã mouendo quatenus in aquam abeat, & ſtrigmenti modo coeat, idque donec aquæ remiſceatur, poſtea reliquis addatur. Vſus eius eſt ad omnes oculorum affectiones, inflammationes, Lippitudines, Nebulas, Fiſtulás, & eiuſmodi. Modus applicandi talis eſt: Iaceat in lecto æger ſupinus & iniecta intra aperros oculos aquæ lachryma, vel gutta cum pluma gallinæ nigræ indatur, claudatque & referet oculos infirmus, vt per oculorũ cauitates intruſa aqua per oculum diffundatur, id bis terve in die, & curabitur. Si nebulæ fuerint ſupra vel infra corneam, conficito puluerem è ſacharo candido, alumine combuſto, & ſepiæ oſſe, ſed tenuiſſime contuſum & ſuccretum incerniculo, vt tactum effugiat, & quum cubitum pergit ex canaliculo penna parum de hoc puluere inſuffletur. moxq; aquæ guttam inſtillabis, oculos claudat ac dormiat, nam citiſſime diluetur. Vel ſi ſint maculæ, miſceantur cum vnica ſemis illius liquoris ophthalmici, olei laterini quater rectificati, & olei Fœniculi ſemel rectificati, ana guttæ 4. Item duæ guttæ olei ſuccini rectificati, ac in die de hoc liquore bene mixto bis, mane & veſperi, ſemper vna atque altera guttula oculo indantur. Vtilium & ſtupendũ ophthalmicum fit è cancris & chelidonia, quod ſi artificio debito & tempore præparetur, oculos ad deſperationẽ læſos virtuoſiſſime reſtituit, & omnia vulnera ſpatio 24. horarum conglutinat.

Aqua:

Digitized by Google

Aqua ad hæmoptoſim ſeu ſanguinis ſputum Ioſephi Quercetani.

R. *Rad. Biſtortæ*	*Lentiſci an. M. ſ.*
Symphyti maioris	*Gran. Sumach.*
Tormentillæ an. ℥j.	*Myrtillorum*
Herb. Centinodiæ	*Sem. Plantaginis*
Milleſolii	*Berberorum*
Veronicæ	*Papau. albi an.* ℥vj.
Sanicula	*Flor. Nymphææ*
Pyrolæ	*Cucurbitarum*
Burſæ paſtoris cum Rad. an. M. j.	*Citoniorum*
Summitatum Rubi	*Roſ. Rub. ana p.* ij.

Contuſis & commixtis omnibus macerentur per quatriduum ad ignem Balnei in ſuccorum depuratorum

Plantaginis	*Acetoſæ*
Portulacæ	*Agrimoniæ ana lib.* ij.

Dein fortiter exprimantur: his adde

Succorum acaciæ	*Terræ ſigillatæ*
Hipociſtidos ana ℥ij.	*Boli armeni veri ana* ℥ß.
Electuarii Diatragacanthi frigidi ℥ij.	

Macerentur denuo per quatriduum, dein per cineres ad ſiccitatẽ deſtillentur. Huius aquæ qui laborat Hæmoptoſi capiat cochlearia duo aut tria, vel per ſe, vel addito Syrupo Myrtillorum, de roſis ſiccis, aut ſymphiti deſcript. Fernelii. Quod ſi ab immodico ſanguinis fluxu exoluantur vires, adde ℈j. Tincturæ corallorum, vel para deſtillatum, quod cum morbo pugnet, & refectioni inſeruiat.

Aqua ad cruentam ſputitionem.

R. *Boli Armeni*	*Gummi Arabici*
Terræ ſigillatæ	*Tragacanthi an.* ℥ij. ß.
Spodii	*Sem. Papaueris albi*
Hæmatitis	*Portulacæ*
Roſ. rub. an. ℥v.	*Plantaginis*
Corallorum rub.	*Maluæ an.* ℥ij
Succini	*Cornu Cerui vſti* ℥ij.
Margaritarum an. ℥ij.	*Succ. Acaciæ*

Liquiritiæ	*Syr. Myrtillorum*
Plantaginis	*De Rosis ficcis*
Acetosæ	*Symphyti ana* ʒiij.
Portulacæ	*Olibani* ʒij.
Hipocistidis an. lib.ß.	*Masticis* ʒß.
Amyli torrefacti ʒiij.	*Diatragacan frigidi* ʒj.ß.

Misceantur & putrefiant, deinde destillentur, aqua dabitur cum appropriatis, Fæces vero seu remanentia miscebitur cum conserua Ros. antiq. Betonicæ, consolidæ, acetosæ, symphyti ana q placet: Dosis aquę est cochlear j. ad iij. Electuarii vero Dosis draxh. ij. ad drach. ij.ß.

Aqua ad sputa cruenta & phthisin Hieronymi Rubei.

R. Carnium Limacum in vini austeri & aquæ plantag. coct. lib. ij.
Conseruæ consolidæ maioris
Rosarum ana lib. j.

Cum limacum destillatione fiat destillatio in Alembico. Hæc aqua coletur ac filtretur, & cum sachari dissoluti in aquæ plantag. ʒij. Santali, spicæ an ∋ß. exhibeatur.

Aqua eiusdem ad oris halitum, ac narium.

R. Aquæ Rosarum lib. j ß.	*Cinnamomi*
Violarum lib. j.	*Agallochi*
Maiorane lib. ß.	*Galangæ*
Nucis Moschatæ ʒij.	*Zedoariæ an.* ʒij.

In puluerem redigantur, quæ possunt redigi, & cum aquis misceantur, destillerque aqua, cui addito Moschi G. iix. Nam purgato capite, si ipsa aqua quotidie stomacho ieiuno, emunctisque naribus trahatur, mirifice confert, dum è cerebro ortum habuerit malum.

Aqua ad phthisin & vlcera pulmonum Iosephi Quercetani.

R. Spec. Electua. resumptiui	*De Terra Sigillata an.* ʒvj.
Diapenidii	*Conf. Symphyti maior.*
Diatragac. anthi frigidi	*Ros. rubear. an.* ʒj.
Diacorall. an. ʒß.	*Florum verbasci* ʒj.
Trochis. de spodio	*Sem. Plantaginis.*

Melo.

Melonum	*Papaueris albi*
Berber.	*Citoniorum an.*3x.
Cuſcutæ	*Pulueris cancrorum fluuiatil.*3iij.

Contuſis craſſiuſcule omnibus macerentur per 4.dies in

Aquarum veronicæ	*Plantaginis*
Scabioſæ, Bugloſſæ	*Symphyti maioris an.lib.*j.

Dein fortiter exprimantur& deſtillentur per cineres: Huic aquæ deſtillatæ adde

*Tincturæ corallorum, Magiſterii perlarum an.*3iij.
Butyri ſeu Lactis Sulphuris Vnc.ß.

Miſce. Doſis ʒj. ß. Vel per ſe, vel admixta ʒß. Syrupi Myrtillorum, aut de roſis ſiccis: de qua vtendum ad pluſculos dies.

Aqua ad phthiſin Alia.

R. Rad.Ireos Florentin.	*Agrimoniæ*
Liquiritiæ	*Fol.ſcolopendrii*
Paſſularum minor.	*Dactylorum an.ʒj.ß.*
Rutæ Murariæ	*Abſynthii* ʒvj.
Menthæ	*Croci*
Meliſſæ	*Caryophyllorum*
Saluiæ Sylueſtris	*Cinnamomi an.*ʒj.
Scabioſæ	*Coriandri* ʒij.

Inciſis offunde menſuras iiij. Lactis Caprini, indantur duobus vitris, bene obturentur ad putrefaciendum per menſem, deinde deſtilla per B.Mariæ, quod exit probe cuſtodi ac reſerua.

Hermeticum in empyemate.

R.Carnium Caponis	*Carduiben. Scabioſæ*
Aqua.Borraginis	*Saluiæ Sylueſtris an. quart.*j.
Meliſſæ	*Pinearum mundatarum*
Tuſsilaginis an.lib.ß.	*Amygdal.dul.excort.an.l.ß.*

Contundantur pineæ, cum amygdalis in aquis prædictis, vt F.Lac, huic adde

Spec.Diathamaron	*Spec.Cordial.temper.* ℈ij.
Elect.de gemmis	*Croci, Maſticis an.*℈ß.
Letitiæ Galeni an. ʒij.	*Cinnamomi* ʒj.

Miſceantur omnia S.A. deinde deſtillentur receptaculo munito.

Aqua antipleuritica Ioſephi Quercetani.

R. *Florum papaueris Rheadis exſiccatorum p.* vj.
Coralli rubri tenuiſſime pulueriſati
Pulueris corticum auellanarum rubrarum
Seminis Carduibenedicti ana ℥j.

Macerentur per triduum ad ignem Balnei Mariæ in
Aquarum papaueris Rheadis lib. ij.
Cardubenedicti, Vlmariæ an. lib. j.

Dein per cineres deſtillentur. De hac aqua exhibe ℥iij. addendo Syrupi Papau. Rheadis ℥j. Idque ante ſomnum: reiteretur, ſi opus fuerit. Non prætermittenda erit prius ſanguinis miſſio: cum hac aqua multos pleuriticos etiam deſperatos ſanitati breui reſtitutos ſæpe vidimus.

Aqua mirabilis ad collapſas vires in corpore humano reſtaurandas Ioſ. Quercetani.

Fac deſtillari vinum Candię ſiue vinum Maluaticum optimum quinquies vel ſexies, in vnaquaque vice rectificãdo, vt artis eſt. In hac aqua vitæ poſt primam vel ſecundam deſtillationem, phlegmatiſque ſeparationem, macera

Florum exſiccatorum	*Cort. Citriſtoci*
Bugloſſæ	*Ligni aloes*
Borraginis	*Cinnamomi an. q. v.*

Habita ſemper quantitatis conficiendæ ratione: Multoties hanc aquam cohobando & reducendo. In cuius optime rectificatæ lib. j. diſſolue

Confect. Alkermes ℥ß.	*Ambræ Griſeæ* ʒij.

De hac exhibe cochleare dimidium in cordis deliquio, melancholicis & aliis deploratis affectionibus.

Aqua confortans caponis Ioſephi Quercetani.

R. Caponem vnum (aut plures) antiquum & pinguem exenteratũ in fruſta diſcinde, & in Phialam vitream capacem iniice, addendo

Santali citrini	*Macis an.* ℥j.
Ligni aloes	*Galangæ*
Caryophyllorum	*Corticis Citri*
Nucis Moſchatæ	*Zedoariæ*
Cinnamomi	*Croci an.* ℥ß.

Flor.

Digitized by Google

Flor. Roſmarini	*Roſ. Rub. an. p. j.*
Saluiæ, Betonicæ	*Coralli præparati* ℥j.
Laundulæ	*Gran. Alkermes* ʒiij.
Borraginis	*Vini Canariæ Menſ. j.*
Bugloſſæ	*Sachari albiſſimi lib. ß.*

Vas bene clauſum, vt nihil euaporet, collocetur in B.M. feruidum, per octo vel 10. dies, donec capo vi bullientis aquæ in minutiſſimas particulas decoctus fuerit, exprimantur poſtea omnia per torcular, & in alembico deſtillentur. Doſis eſt cochlear vnum atque alterum.

Aqua caponis Andreæ à Lacuna. Capo generoſus in aqua pura decoquitur cum foliis Borraginis, bugloſſæ an. Mj. Conſeruæ violarum, Roſarum Borraginis, Bugloſſæ ana ℥ij. Addito modico ex pulueribus Cordialibus. Deſtillentur omnia in Balneo M. Deinde aromatiza cum puluere triaſantali, & propina crebertime.

Aqua Caponis Geſneri. Pulpa vnius capi, detracta pinguedine & pelle, minutim incidatur, & cum aqua Bugloſſæ abluatur. Deinde addita

Conſerua Violarum	*Conſeru. Roſarum* ℥j.
Borraginis, Borrag. an. ℥j. ß.	*Fol. Auri Num.* vj.

Miſceantur omnia diligenter, deinde in duplici vaſe reportantur & ſic a. deſtillentur. Huius liquoris frequenter cochlear vnum exhibitum per ſe, aut cum iuſculis diſſolutum, collapſas vires reſtaurat.

Alia eiuſdem. Pulpam vnius capi curſu fatigati, & venati antequam inguletur, pelle & pinguedine detractis, & in aquis Nenupharis & Lactucæ abluatur, addendo

Conſerua violarum ℥j.	*Sem. Papaueris albi.*
Borraginis, Bugloſſæ an. ℥j. ß.	*Lactuca an.* ℥j.
Conſ. Nenupharis ℥j.	*Spec. Diamargar. frig.* ʒj. ß.

Miſceantur omnia ſimul & cum ſucci pomorum odorat. ℥ij. in vaſe duplici reponantur: Deſtillentur ſecundum artem. Conueniens eſt extreme diſſolutis viribus à febre.

Alia Auguſtani. R. Caponem euiſceratum, atq; in fruſta inciſum, depoſita pinguedine, decoquatur in ſufficiente quantitate aquæ ſecundū artem

R. Brodii colati lib. ij. ß.	*Florum violarum*
Aqu. Borrag. Bugloſ. an. lib. j ß.	*Florum Bugloſſæ an.* ʒiij.
Florum Roſarum ʒij.	*Cinnamo.* ℥j.

Deſtillentur in alembico vitreo ſecundum artem.

Aqua

Aqua Caponis Coloniensium:

Caponi plurimum à nobis defatigato & occiso pennæ siccæ euellantur citra vllam aquæ immersionem seu macerationem: cumque caponem ita deplumatum,& exinde euisceratum, minutim vna cum ossibus, stomacho, hepate & corde conscinde, atque ad macerandum affunde

Aquar. Rosarum lib. j. ß.	*Nucis Moschatæ*
Buglossæ lib. j.	*Zingiberis, Macis*
Melissæ lib. ß.	*Santali Citrini an.* ʒj.
Vini maluatici lib. j. ʒiij.	*Cor. Citri* ʒj. ß.
Cinnam. Electi ʒij.	*Flor. Cordialium an.* ʒj.
Croci ʒj.	*Coriandri præparati*
Sem. Endiuiæ ʒiij.	*Sem. Melonum an.* ʒij.
Galangæ ʒij.	*Pinearum* ʒj.
Caryophyl. ℈ß.	*Florum Arantiorum condit.* ʒß.

Stent hæc omnia in infusione per horas 24. super fornacem, vel in alio loco calido: exinde super imposito adaptato alembico destilla per B. Mariæ, & in destillato liquore extingue aurum candens, præsertim tempore vsurpationis.

Aqua Caponis Florentini.

Capones duos generosos sumito, quorum vnum tamdiu, donec ab ossibus carnes seperentur, coquito: exprimito, atque ius ad vsum seruato: Alterum v. Caponem vna saltem bullitione coquito, deinde minutim scindito, quo facto, in vesicæ, seu cucurbitæ vitreæ fundo foliorum Borraginis M. iij. ponito: Mox supra hæc tantum medullæ panis, in supra dicto iure madefactæ, quantum ad sorbendum totum ius sufficiat, collocato: Demum Caponem indito, atque in cineribus, vel arena, vel balneo sicco, leui calore destillato ac conseruato.

Aqua Caponis Langii.

R. Caponem & perdicem euisceratum & minutim dissectum, & cũ aqua rosarum ac vino lotum Cinnamomi ʒj. Caryophyl. ℈ij. Manus Christi cum perlis ʒß. Succi arantiorum ʒij. Acetositatis citri ʒiij. ponãtur in vitrum aut cantharum in duplici vase continuo feruore coquantur, & exempta per linteũ exprimantur. Hæc est aqua caponis simplex.

Vel R. Caponem præparatũ vt iam dictum, adde Flor. Borrag. M. j. ß. Violarum, Rosarũ, Buglossæ an. Mj. sem. Melonũ ʒij ß. cucurbitarũ ʒiij. Cinna-

Digitized by Google

Cinnamomi ʒij. ß. Caryophyllorũ ʒj. Cubebarum ʒß. Zingib. ʒij. groſſo modo inciſa atq; cõquaſſata, decoque in lib. iij. ß. aquæ cõmunis, & prope finẽ decoctionis cũ capo ſemicoctus, addãtur Flor. Deinde brodium coletur vna cum capone in mortario cõtuſo, ponatur in Alembicum addendo manus Chriſti perlat. ʒij. ß. Succi acetoſ. citri ʒiij. Foliorum auri Num. x. deſtillentur lento igne in B. M. ſuſpendendo in ſuperiore parte alembici Cinnam. ʒß. Caryophyl. ϑj. In petia ſerici albi, & hic modus probatur optimus.

Alias talis eſt Comitiſſæ. R. Caponem deplumatũ, euiſceratũ & ſine pinguedine præparatũ, aquæ Tuſſilaginis, Borrag. Blugoſſ. ana lib. j. coque inuicem donec caro ab oſſibus ſeparetur, caro cum iure contundatur, cõtuſo adde Conſ. Borrag. Roſarũ, Bugloſſæ, Flor. tunicæ ana ʒj. ß. Spe. Diamargar. frigidi, Cordial. Temperat. an. ʒj. ß. Secundũ a. deſtillẽtur.

Tales ſunt variæ eius præparationes. R. Caponem euiſceratum in fruſta inciſum, depoſita pinguedine in ſ. q. aquæ. Huius Brodii accipe colati lib ij. ß. Aqua. Borrag. Bugloſſæ ana lib. j. ß. Florum Roſarum, violarũ, Borraginis, Bugloſſæ an ʒij. Cinnamomi acerrimi ʒj. deſtillentur in Alembico. Doſis cochl. iiij. ad v. cum manus Chriſti ʒj.

Modus alius. R. Conſ. Borrag. Bugloſſæ, Roſarum, Violarum, Nymphææ ana ʒj. ß. Anthos, Meliſſæ ana ʒj. Cort. citri conditi ʒvj. Spe. Diamargar. frigidi, Diarrhodon abbatis, Trianſantalorum, Lætitiæ Gale. an. ʒij. Aquar. Endiuię, Borraginis, Bugloſſ. Cichorii, acetoſæ an. lib ß. Decocti duarum perdicum, cum acetoſ. Lactu. Lupul. lib. j ß. vel q. ſ. Sem. 4. Frig. maior. an. ʒj. Deſtillentur cum carnibus caponis, interea in B. M. liquor deſtillationis dulcoretur ʒvj. ſachari, confect. manus Chriſti ʒij. aromatiſetur ʒvj. Cinnam. coletur ac filtretur in vitro oris anguſto cooperto.

Alia eiuſdem aquæ deſtillatio. R. Pulpæ Caponis ſa. præparatæ. Conſer. Roſ. ʒj ß Bugloſſæ, Flor. Tunicæ ana ʒj. Cort. citri conditi, Flo. Arantio. condit. ʒij. Spec. Cordial. temper. Diamargar. frigidi, Elect. de gemmis frig. an. ϑij. Cinnam. ʒij. C. cerui vſti præpar. ana ϑj. Deſtillentur ſecundum artẽ huius deſtillationis R. lib j ß. Cinnam. ʒj. manus Chriſti ʒij ß. Tali modo aromatiſetur, cum reliquo deſtillato etiã taliter procedes.

Velſic. R. Flor. Borrag. Bugloſ. an. ʒj Violarum ʒj. Nymphææ ʒj. Cort. citri ʒvj. Cinnam. Elect. ʒj. Santal. citrin. ʒj. ß. Ligni aloes ʒß. Macis ϑij. Caryophyllorum tantundem, Herb. Meliſſæ Mij. Croci Orientalis ϑß.

Pomorum Cydoniorum Num. iv. Inciſa & contuſa miſce cum capone, deinde coque & deſtillentur per alembicum.

Alius modus. R. Caponem ſuffocatum exenteratum & cum vino lotum, incide carnem, oſſa contundendo in mortario cui poſtea adde florum Bugloſſæ, Meliſſæ ana lib. ſ. vini maluatici lib. j. Amygdal. contuſarum, pinearum contuſ. ana lib. j. Spec. Diathamaron, lætitię Gal. an. ʒij. Margarit. contuſ. ʒj. Oſſis de corde C. gr. xx. Deſtilla per B. M. valet in phthiſi.

Alius. R. Caponẽ præparatũ, vt iam dictũ, aquæ Roſ. vini optimi an. lib. ſ. conſeruæ Borrag. Bugloſ. an. ʒj. Spec. de gẽmis, Diamoſchi dul. Diarrhodõ abbatis an ʒj. Pulu. Diamargarit. cordialis, Margarit. an. gr. xi. Cinnamomi ʒiij. Fol. auri numero viij. Deſtilla per alembicum.

Vel. R. Pulpam carnium vnius caponis, Conſ. Roſarum, Borrag. Bugloſſæ violarum an. ʒj ß. pinearum piſtac. ʒß Cort. citri ʒij. Spe. Diamar. frigid. Diarrhodon abbatis an. ʒj. pulu. Rad. Ireos ℈j. ß. Aqu. Borrag. Bugloſ. ana lib. ij. Roſarum lib. ſ. Tuſſilaginis ʒviij. Deſtillentur ſecundum artem, in deſtillato diſſoluantur manus Chriſti perlati, ſachari albi an. ʒij. Terræ ſigillatæ nouæ ʒij.

Aliter etiam ſic, R. Caponem mediocris ætatis, coque & redige in pulpam, vt eſt artis, pulpæ adde Cinnam. lib. j. Spec. Diambræ, Aromatici, Diacinnamomi ana ʒij. Coral. rub. præparatorum, margarit. præpar. ana ʒ. ſ. Macis ʒß. Redige ſpecies in puluerem groſſum, & miſceantur cum pulpa, affunde vini veteris optimi lib. vj. Aquæ Cinnamomi lib. iv. adde fol. auri q. v. deſtilla.

Sic etiam. R. Caponem euiſceratum cum carne & oſſibus contuſum atque præparatum: Affunde huic aquarum Fœniculi, Roſarum, Borraginis, Meliſſæ, Bugloſſæ, Endiuiæ ana ʒij. Abſinthii Symphiti an. ʒj. Spe. de gemmis frigid. Diarrhodõ Abbatis. Diamargarit. frigidi, Cinnamomi, Granorum paradiſi ana ℈j. Deſtillentur omnia ſecundum artem.

Aqua antifebritica I. Quercetani.

R. Meliſſæ, Betonicæ, Argentinæ ana partem vnam. Vt ex illis omnibus ſimul tritis & expreſſis lib. iiij. ad minus ſucci extrahi poſſint. Succi foliorum & Rad. centaurii minoris (quod febrifugam vocant) lib. ij. Aquæ aſtacorum ſeu cancrorum fluuiatilium cũ cruſtis conquaſſatorum lib. j. Aquæ ex ſucco capitũ papau. albi elicitæ lib. ſ. Aquæ fructuum fragariæ lib. *j*. ß.

Miſcean-

Digitized by Google

Miſceantur & per alembicum vitreum per cineres deſtillentur: Specificum eſt remediũ ad omnis generis febres, ac intermittentes potiſſimum, ſed maxime tertianas nothas & exquiſitas. Huius a. vſus eſt eiuſmodi, vt 12. horis ante paroxyſmũ clyſter emolliẽs & refrigerãs iniiciatur: dein quinq; ante p̃dictũ paroxyſmũ horis iuſculũ optime conſummatũ exhibeatur. Acceſſionis v. initio, ꝓpinandę ægro ſunt ʒiij. prędictę aquę, cui ſi guttulas aliquot ſpiritus vitrioli addideris, p̃ſtantior euadet.

Aqua alia contra omnis generis febres, præcipueque contra intermittentes eiuſdem authoris.

R. Aquarum fragorum, centaurii ana lib. ij. Mellis ij. vel. iij. Omnibus inuicem mixtis indantur in alembicum, quod ſine pileo in formicarum aceruum ſepeliatur, vbi formicæ à mellis dulcedine pellectę, cateruatim irruent in hanc aquam: poſtquam harum ſufficientẽ collegeris quantitatem, exime vas, omnia inuicem optime agitando: Dein capitello ſuper alembicum reponito, omnium fiat diſtillatio per cineres. Doſis eſt ſemicochleare, aut paulo plus, ſi vires patiantur. Initio paroxyſmi ſatis vehementem prouocat vomitum: Infiniti ex huius aquæ vſu priſtinã valetudinem recuperarunt. Sed medici eſt, deliberare prius quam eandem porrigat, num æger ad vomitum procliuis ſit, nec ne? num materia, quæ febrem efficit, idonea ſit vacuationi per vomitum, aut contra? Numque ægri vires validiores ac debiliores exiſtant? His omnibus exquiſito iudicio libratis, intrepide vomitiuum hoc exhibebitur, cuius effectus præſtantiſſimi ſe indies in plurib. ægrotis prodent.

Aqua confortans in febribus.

R. *Galanga vtriuſque*	*Conſeru. Borraginis*
Caryophyllorum	*Bugloſſæ*
Sem. Baſiliconis	*Roſarum an.* ʒvj.
Bombacis	*Vini Maluatici lib. j. ſs.*
Macis an. ʒij.	*Aquæ Borraginis*
Florum Bugloſſæ	*Bugloſſæ*
Borraginis	*Roſarum an.* ʒvj.
Anthos	*Camphoræ* ℈ß.
Tunicæ an. ʒj.	*N. Moſchatæ* ℈j.

M. ſtent in infuſione p noctẽ, tũ R. Cor vnius tauri cũ lib. ſ. pulmonis cordi ꝓpinquioris: incidatur minutim & cũ ſpecieb. miſceat exacte, im-

mittatur in vnam aut duas cucurbitas & applicato alembico destilletur vt a.est. In huius destillati lib. j. dissolue manus Christi perlat. ℥j. vel ℥j. ß. seruetur vsui.

Aqua Nephritica.

℞. *Saxifragiæ*
Petroselini an. M. j. ß.
Asparagi M. ß.
Scordii M. j.
Hederæ tantundem
Scolopendr. M ß.
Milii solis
Sem. genistæ
Bacc. Lauri an. ℥ij.
Rad. paoniæ ℥ß.
Eringii
Ameos an. ℥j.
Ireos ʒij.
Vini albi lib ij. ß.
Aqu. saxifragiæ lib. ij.
Fellis Bouis ℈ij.
Infundantur & destillentur. Dosis ʒ ij.

Alia Aqua Nephritica.

℞. *Comarum Raphani contus. lib. iv.*
Rad. Raph. incisi lib. ij.
Sem. petrosel. ℥iv.
Cinnam. incisi ℥ij.
Vini generosi lib. iij.
M. & destillentur. s. a.

Aqua Antinephritica Ios. Quercetani.

℞. *Rad. Restæ Bouis*
Petroselini
Eryngiorum ana ℥j. ß.
Parietariæ
Herniariæ
Saxifragiæ cum toto ana M. ij.
Argentariæ M. j. ß.
Senelorum ℥iij.
Milii solis
Fœniculi dulcis an. ℥ij.
Baccarum Alkekengi conquass. ℥iij.

Conquassentur & macerentur in vini albi generosi suffic. quantitate per quatriduum: dein fortiter exprimantur & destillentur: de hac aqua sumat cochlear vnum aut alterum singulis matutinis, assumpto prius bolo ex Cassia vel ex Electuario lenitiuo, vel Diatebesten.

Alia eiusdem.

℞. *Succor. Argentariæ*
Senelorum an. lib. j. ß.
Parietariæ lib. j. ß.
Hydromel. scyllit. lib. j.

In his liquoribus simul mixtis macera per 5. aut 6. dies ad ignem lentum Balnei Mariæ.

Gran. Iuniperi contusor. ℥iij
Milii solis
Saxifragiæ
Althea
Bardanæ an. ℥ij.
Fœniculi ℥ij.

Pul-

Digitized by Google

Pulu. Herniariæ *Cinnamomi an.ʒj.*
Rad. Reſtæ bouis *Camphoræ* ʒij.

Dein deſtillentur per cineres. De hac aqua exhibe ad ʒij.cui aquæ ſi ſal proprium ex arte paratum, & conuenienti quantitate addas, longe potentius erit remedium.

Alia prædicta aquæ præparatio.

R.Succorum Raphani *Argentariæ, ſaxifragiæ,*
Limonum an.lib.j.ß. *Verbenæ ana lib.j.*
Aquar.Betonicæ *Hydromelitis Maluatici lib.ij.*

In his liquoribus ſimul mixtis macera per quatuor aut quinque dies ad ignem lentum B.M.

*Gran. Iuniperi matur.*ʒiij *4 Sem.Frig.Maior. Mundat.*
Milii Solis *Sem.Althææ an.*ʒvj.
Sem.Bardanæ *Extracti lithontrib.*
Raphani maioris *Elect. Ducis Iuſtini,*
Saxifragiæ *Nicolai ana* ʒß.
Vrticæ, Cepæ, *Calcis teſtarum ouorum* ʒiij.
Aniſi, Fœniculi an.ʒj.ß. *Camphoræ* ʒij.*Cinnam.*ʒiij.

Dein fortiter exprimantur & deſtillentur per cineres: De hac aqua exhibe ad ʒij. cui aquæ ſi ſal proprium ex arte paratum & conuenienti quantitate addas, præſtantior multo euadet aqua.

Vel ſic.

R.Rad. Helenii *Vrticæ* ʒvj.
Pimpinellæ *Spec.Diatrion piper.*
Petroſelini *Lithontrib.an.*ʒij.
Pyrethri an.ʒj.ß. *Baccarum Lauri*
Sem.Milii ſolis *Iuniperi an.ʒj.*
Saxifragiæ *Sanguinis hirci ſeu cerui* ʒiiij.
Fœniculi *Halicacabi*
*Aniſi an.*ʒvj. *Sem. geniſtæ an.*ʒß.

Contundenda contundantur & macerentur in ſuff. quantitate ſpiritus vini per 4.dies, dein deſtillentur. De hac aqua exhibe ʒj.vel ʒj.ß.

Aqua ad calculum, colicam & Iſchuriam.

R.Parietariæ, ſaxifragiæ, Apii, Thymi an. Mij.
Rad.Petroſelini *Fœniculi*
Filipendulæ *Raphani an.*ʒiij.

Digitized by Google

Eringii ʒiv. *Sem. geniſtæ* ʒij. ß.
Flor. Althea M.j. *Alkekengi* ʒj. ß.
Sem. Petroſelini *Malua tantundem*
Fœniculi *Cinnamomi*
Saxifragiæ an. ʒj. ß. *Nucis Moſchatæ*
Milii ſolis ʒij. *Galangæ an.* ʒj.
Contuſa omnia & infuſa in lib. viij. *vini malualici. Deſtillentur: deinde ſi placet adde ſachari q.v.*

Aqua ad comminuendum calculum etiam in veſica.

R. *Succorum porri* *Limonum*
Cepæ *Parietariæ*
Raphani an. lib. ij. *Auriculæ muris ana lib.* ſ.

Omnibus his ſuccis ſimul cõmixtis fiat primum digeſtio & fermentatio, dein deſtillatio. Addi quoq; poteſt cryſtallus calcinatus, nec nõ fimus columbinus, qui totus eſt nitroſus, ſingulorum quantũ ſatis eſt. Hæc aqua per os exhiberi, vel in ipſam etiam veſicam iniici poteſt. Calculum comminuit, & ſenſim in puluerem cõterit, mucilaginoſam præterea & tartareã omnem ſubſtantiam, vnde lapis generari ſolet, tum in renibus, tum in veſica incidit & diſſoluit, idque ſine vllo periculo & dolore. Eſt denique remedium potentiſſimum & ſummum, noſtroq; artificio inuentum (Quercetani intellige) & deſcriptum.

Ad idem. R. Succi eſulæ minoris verrucariæ, centũnodii ana lib. j. In his macera Borracis ʒj. dein deſtillentur.

Ad idem. R. Aquarum ſtillatitiarum Alkekengi & Fol. Querq. ana lib. ij. ß. In quibus macera per 4. dies ad ignem B.M.

Rad. Pyrethri craßiuſcule contuſæ *Sem. geniſtæ*
Galangæ ana Vnc. ß. *Milii ſolis an.* ʒiij.
Aloes ex veſica ʒvj. *Lapidis Iudaici*
Sem. Fœniculi ʒiij. *Lincis ana* ʒij.

Deſtillentur per cineres lento igne. Doſis ʒij. vel ʒiij.

Ad idem. R. Rad. Raphani in orbiculos diſſectæ, & in Alembicum iniectæ bonam partem.

Huic adde Cinnamomi, Nucis Moſchatæ ʒj. Pyrethri ʒvj. Bacc. Matur. iuniperi ʒj. ß Fœniculi dulcis ʒj. ß. vini albi optimi tantum, vt duos treſue digitos materiam ſuperemineat: omnia digerantur in loco frigido, vel per 10. vel 12. dies, & poſtea deſtillentur per cineres. Doſis huius

aquæ

Digitized by Google

aquæ eſt ab ʒj. ad ʒij. vel omiſſa deſtillatione, poſtquam macerata & digeſta fuerint, traiiciantur per manicam Hippocratis, ac ſi voles, ſaccharum addes ad conficiendum claretum, de quo capies ʒj. vel ʒij. hic notela incidit: Recipe antimonii, ſalis nitri, ſulphuris ana ʒiiij. iniice pedetentim in retortam ſuperius perforatam, præſuppoſito in recipiente aquæ Fœniculi, vel vini generoſi, ſpiritus à tribus his ſpeciebus artificioſe in menſtruum pelle, filtra & propina cum appropriatis vel per ſe, & habebis egregium ad calculum medicamentum. Doſis ʒj. ad ʒij. vel per ſe vel cum aliis.

Aqua contra calculum Rhenodæi.

R. Rad. Apii, oiones, eringii & Raphanorum per taleolas inciſarum an. ʒij. ſiliq. viridiũ ſab ʒiij. ſaxifrag. omnium, criſtæ marinæ, Pimpinellæ, ameos, ſummitat. althææ an. M. ij. gran. Alkekẽgi, cicerum rub. ſem. milii ſolis an. ʒij. mala citria in orbiculos ſecta. M. iij. Macerentur diem integrum in vino albo: poſtea deſtillentur. Aqua reponatur vaſe idoneo, addendo olei vitrioli guttas aliquot, ſic aceſcet & vires habebit efficaciores.

Aqua ad præſeruationem calculi.

R. Rad. Eryngiorum	*Raphani maioris*
Reſtæ bouis	*Bardanæ*
Et 5. Rad. apertiuarum an. ʒj.	*Gran. Iuniperi recent. an.* ʒvj.
Herb. Herniariæ M. ij.	*Fruct. Alkekengi num. xx.*
Cort. Limonum ʒj. ß.	*Iuiubarum paria* vj.
4. Sem. frig. maior.	*Dictamni M. ſ.*
Sem. Maluæ	*Flor. Geniſtæ.*
Althææ an. ʒiij.	*Hiperici.*
Saxifragiæ	*Betonicæ*
Milii ſolis	*Maluæ arboreſc. an. p. ij.*
Lapillorum Meſpillorum	*Liquirit. ʒij. ß. caſſiæ lig. ʒj.*

Contundenda contundantur, pulueriſanda pulueriſentur & macerentur in aquarum *Argentinæ, parietariæ an lib. ſ.*
Senelorum, Vini albi generoſi lib. ij.

Idque per quatriduum in B. M. calido, dein fortiter exprimantur. Expreſſioni adde

Spec. Diatrag. frigidi. *Trochiſcorum alkekengi ſine opio an. ʒſ.*

Denuo

Denuo digerantur ad ignem B. M. per vnum diem vel alterum, & deſtillentur per alembicum vitreum, vt artis eſt.

Aqua Hiſterica I. Q.

R. Succorum depuratorum matricaria	*Macis* ʒj.
Mercurial. an. lib. j.	*Flor. Saluiæ, Anthos. an p. ij.*
Nucis Moſchatæ	*Caſtorei* ʒvj.
Cinnamomi	*Faculæ Bryoniæ* ʒß.
Ligni aloes an. ʒj.	*Vini albi generoſi lib. j. ß.*

Digerantur per tres vel 4. dies, dein deſtillentur per Balneum vaporoſum feruentiſſimum: fiat aqua pro hiſtericis omnibus affectibus: doſis cochlear vnum mane. Vterum ab impuritatibus detergit, muliebri fluori confert, hiſtericiſq; omnibus affectibus conducit.

Aqua hyſterica Oſwaldi Crollii noſtri.

R. Rad. Diptami	*Meliſſæ an.* ʒij.
Sem. Dauci an. ʒj.	*Croci Orientalis* ʒj.
Cinnamomi Electi,	*Caſtorei recent.* ʒj ß.
Caßiæ lignæ	

Ex omnibus mixtis fiat puluis & affundantur aquæ Rutæ lib. ij. ß. ſtent per 4. dies in infuſione, deſtilla in B. M. & ſerua ad vſum. In huius aquæ cochleari j. offer. Gran. 3. ſatis ex Ioue præparati tepide, tribus vel quatuor diluculis ieiuno ventriculo per tres horas, & ſuffocationi medebitur matricis.

Aqua contra colicam I. Q.

Deſtilla aquam ex floribus Nucum Chamomillæ, de quibus ſingulis cape lib. iiij. miſceantur, in iiſque infunde per quatriduum, florum Chamomillæ veræ & ſambuci ana p. vj. dein fiat expreſſio & colatura, in qua rurſus infunde vt prius, per 4. dies prędictorum florum, an. p. vj. tandem denuo colentur, & prælo fortiter exprimantur, cui oppreſſioni addo

Sem. Fœniculi	*Lauri* ʒ. ß.
Amiſi an. ʒj.	*Cinnam. Electi* ʒ. vj.
Bacc. Iuniperi ʒij.	*Menthæ rubræ ſiccæ q. ſ.*

Stent in infuſione B. M. per duos dies: dein deſtillentur per cineres. Hęc aqua eſt tum ventriculi, tum inteſtinorum anodynum remedium: dolores omnes à flatibus, & à quauis alia frigida cauſa ſubortos ſedat, flatuſque ipſos diſcutit Doſis ab ʒij. ad tres.

Aqua

Digitized by Google

Aqua Scorbutica & hydropica.

℞. Cort. Capparum — Chamæpit. an. M. ij.
Fraxini, Tamariſci — Sem. Fœniculi
Polypodij querni an. ℥ij. — Carduibenedicti
Herb. cochlearia — Aniſi ana ℥j. ß.
Naſturtij aquatici — Flor. geniſta
Summitatum meliſſa — Centaurii minoris
Eupatorij Meſue — Hyperici
Ceterach — Sambuci
Chamadryos — Epithymi an. p. ij.

Omnia macerentur per tres dies in

Aqua fumaria — Vini albi generoſi lib. jv.
Seri lactis ana lib. iij. — Oxymelitis ſcyllitici lib. j.

Dein colentur & exprimantur: Expreſſioni adde

Trochiſcorum de capparibus — Dialacca an. ℥vj.

Poſtea deſtillentur per cineres ad ſiccitatem. Doſis ℥ij. mane tribus horis ante cibum, continuando per aliquot dies ſecundum morbi magnitudinem. Hæc aqua tartareos craſſoſque humores melancholicos tum in liene, tum in meſenterio, aliiſque nutritioni famulantibus partibus collectos ac infarctos præparat, incidit, digerit, emollit & liquefacit, futuræque euacuationi aptos reddit, melancholiæ hypochondriacæ, quartanæ febri, ſcirrho tum hepatis, tum lienis conducit. Sed confert proprie ad ſcorbutum, malum quidem maritimis aquiloniiſq; præſertim regionibus familiare & endemicum. Si prædictæ compoſitioni herbas cichoraceas, radices vincetoxici, rubiæ tinctorum, valerianæ, ſeminaque ſambuci & ebuli addideris, cum trochiſcis de eupatorio, de roſis & de rhabarbaro, concinnabis aquam ad hydropem pertutilem.

Aqua ad Hydropem.

℞. Eupatoria — Sambuci an. p. j.
Scolopendrij — Rad. Aſparagi
Endiuiæ an. M. j. — Fraxini
Herba peti M. iij. — Tormentilla
Flor. Ireos noſtrat. — Rubiæ

Acori
Apij ana ʒ. ß.
Ebuli
Ireos an. ʒj. ß.
Sem. Melonum
Cucurbita
Citrulli
Cucumeris
Endivia
Scariola.
Lactucæ
Portulacæ
Haliacacabi an. ʒij.
Cort. Tamarisci
Capparorum an. ʒ. ß.
Cort. Ebuli
Sambuci an. ʒij.
Hepatis Lupini tantundem
Ventricul. gallinæ sicc.
Scyllæ ana ʒ. ß.
Acinorum sambuci M. ij.
Cantharidum ℈j.
Succi herbæ peti lib. j.
Aq. Florum sambuci
Ireos
Rad. Ebuli
Cort. sambuci ana lib. ß.
Aceti ʒij. Mellis ʒiv.
Cinnam. electi ʒj.
Spicæ Indicæ ʒij.

Contundenda contundantur bene, misceantur & macerentur per horas 24. Deinde in cineribus igne perquam lento destillentur. Aquæ addatur salis absinthii ʒ. ß. & seruetur. Dosis ʒj. ß. ad ʒij. mane ieiuno stomacho. Hac etiam vinum hydropicorum dilui potest.

Aqua Hydropica.

℞. *Aquæ florum sambuci lib.* jv.
Acinorum sambuci immatur: contus. lib. jv.

Macerentur per horas 24. & destillentur. Huic postea adde acinorum sambuci maturorum contusorum lib. iv. Macerentur iterum vt prius, & destillentur. Demum

℞. *Huius aquæ lib.* ij.
Aquæ Theriacalis lib. j.
Liquoris tartari correcti lib. j.
Olei salis ebulini seu Iuniperini ℥ij.

Dentur ʒj. vel ʒij. stomacho vacuo ad sudorem eliciendum.

Aqua ad Hydropem alia.

℞. *Liquoris Tartari*
Aquæ gentianæ
Aquæ Theriacalis an. ʒj.
Spiritus vitrioli gut. xv.

Misce cum olei sulphuris gut. xv. Dosis ʒij. ad ʒ. ß. cum vino ante ingressum lecti, & sudet.

Aquæ

Digitized by Google

Aqua Tartarea Paracelsi.

℞. *Cinnamomi electi contusi libram* j.
Aq. Rosarum lib. IV. *Liquoris Tartari correcti* ʒj. ß.
M. & macerentur in B. M. per horas 24. & destillentur.

Aqua ad Asthma & Orthopnœam.

℞. *Pulmonem vituli lactes. concisi ac integri.*
Pulmonariæ *Cinnamomi* ʒj. ß.
Hyssopi *Sem. fœniculi*
Saluiæ an. M. ij. *Carui an.* ʒ. ß.
Pulueriſentur ac contundendo miſceantur, deinde deſtillentur. Doſis aquæ eſt cochlear j. ad iij. bis vel ter in die.

Aqua in Empyemate & Phtiſi.

℞. *Pulpæ caponis* *Saluiæ*
Pinearum an. lib. ß. *Dictamni Cretici albi*
Plantaginis lib. j. *Betonicæ, violarum an.* ʒIV.
Conſolidæ maioris *Cinnamomi* ʒj. ß.
Hyperici *Lactis caprini q. ſ.*
Fiat infuſio per biduum, deinde deſtilletur.

Alia ad Empyema aqua.

℞. *Rad. graminis* ʒiij. *Liquiritiæ* ʒ. ß.
Acetoſæ M. ij. *Aniſi* ʒj.
Garduibened. *Ficuum N.* iij.
Scabioſæ *4. Sem. frig. maj. an.* ß.
Capillorum ♀ *an. M.* j. *Flor. Cordial.*
Paſſul. mundat. ʒj. *Hyperici an. M.* ß.
Fermenti panis cibarij ʒiij. *Coagul.* ʒj ß.
Syrupi ex ſucco papav. ʒvj. *Aquæ Borrag. q. ſ.*
M. ac deſtilla.

Aqua ad corroborandum ventriculum.

℞. *Myrobalanorum chebulorum* *Caryophyllorum*

Rhabarbari opt.	*Vini Maluatici M. j.*
Maſticis an. ʒj.	*Cort. citri* ʒ.ß.

Deſtilla ſecundum artem in Balneo Mariæ.

Alia in confortando ventriculo, corde, hepate, &c. Item in febribus malignis.

℞. *Succorum Borraginis*	*Citri* ʒvj.
Bugloſſæ	*Pimpinellæ*
Meliſſæ	*Saxifragiæ*
Biſtortæ	*Pentaphyll. an.* ʒiij.
Tormentillæ	*Aceti vini albi lib. j.*
Verbenacæ	*Sem. Portulacæ*
Oxylapathi	*Flor. Nymphææ an.* ʒij.
Acetoſæ	*Sem. citri* ʒ.ß.
Rutæ capratæ	*Terræ Lemniæ*
Myrrhidis	*Sileſiacæ*
Cyani maj. & min.	*Samiæ an.* ʒ.j.ß.
Roſarum	*Trium ſantal.* ʒvj.
Calendulæ	*Margaritarum cum*
Limonum an. ʒvj.	*Succo citri præpar.* ʒiij.

Infundantur ſpecies in ſuccos, & ſemper maceratio F. per tres dies loco tepido. Deſtilla alembico vitreo. Deſtillatus liquor conſeruetur in vaſe vitreo. Doſis ab ʒ.ß. ad ʒiij. Duabus aut vna horis ante cibi ſumtionem.

Aqua alia in Aſthmate & Diſpnœa.

℞. *Herb. Pulmonariæ*	*Sem. vrticæ Rom.*
Carduibenedicti	*Ireos an.* ʒvj.
Hyſſopi	*Rad. Fœniculi*
Piperitidis	*Petroſelini an.* ʒij.
Calaminthæ	*Lilij conuall.* ʒiij.
Scabioſæ	*Enulæ Campanæ* ʒviij.
Marrubij	*Sem. Sinapis*
Capill. ♀	*Naſturtij an.* ʒvj.

Tuſſila-

Digitized by Google

Fuſilaginis an.m.j.	*Coſti ʒv.*
Polypod.quercini ʒvj.	*Spicæ ʒx.*
Ariſtol.rot. ʒj.	*Baccarum lauri ʒiiij.*
Vini Maluatici m. vj.	*Nigellæ ʒvj.*

Macerentur & fermententur diebus ſex, deſtillentur deinde.

Aqua Dyſenterica I. Q.

R. Rad. Acetoſæ	*Papaueris albi*
Pentaphylli	*Pſyllii*
Tormentillæ	*Citoniorum*
Biſtortæ	*Coriandri præparati*
Burſæ paſtoris	*Gran. myrti an ʒvj.*
Symphyti vtriuſque an.ʒj.ß.	*Flor.Tapſi Barbati*
Cort. citri ſiccæ ʒj.	*Malua arboreſcentis*
Ligni aloes	*Chamomillæ*
Ligni Rhodij	*Roſar. Rub.ana p. ij.*
Myrobal.omnium an.ʒ ß.	*Macis*
Sem. Melonum	*N.Moſchatæ an.ʒiij.*
Cucumeris	*C. Cerui præparati*
Acetoſæ	*Trochiſ.de ſpodio*
Citri	*De Terra ſigillatæ*
Portulacæ	*Lap.Hæmat.præpar.*
Endiuiæ an.ʒvj.	*Acaciæ ʒj.an.ʒij.ß.*

Contundenda contundantur, puluerizanda puluerizentur ac macerentur per ſex dies ad ignem B.M. in

Aquar. Pyrorum Agreſtium,	*Aq. flor. Malua arboreſc.*
Sorborum, plantaginis	*Chamomillæ*
Tormentillæ an. lib.ij.	*Verbaſci ana lib.j.*

Dein colentur & quamoptime exprimantur: Huic expreſſioni adde

Opij Thebaici præpar. ʒj.ß.	*Croci Martis an.* ʒij.
Extracti dyſenteriæ Ioſ.Q. ʒij.	*Croci Orient.* ʒj.
Spec. Diatragacanthi frigidi drach. vj.	

Dein ex artis præſcripto deſtillentur, vt fiat aqua, quæ non tantum mirabilis eſt in dyſenteria communi vel peſtilentiali, ſed & in omni alui fluore omnique Hæmorrhagia ſanguinis, à quacunque parte defluat aut ſuboriatur.

Aqua Hypnotica Ioſephi Quercetani.

R. *Quatuor ſem. frigid. maior. excorticatorum an.* ℥ij.
Sem. papau. albi lib. ß. *Papau. Rheadis ana p.* IV.
Lactuca ℥iiij. *Flor. ſambuci*
Hyoſciami ℥ij. *Summitatum rutæ an. p.* ij.
Flor. Nymphæa *Macis*
Violarum *Nucis moſchatæ*
Roſ. rubearum *Benioini an.* ℥vj.

Contundantur & infundantur per quatriduum in
Aquæ Roſarum *Nenuphatis,*
Lactucæ *Papau. Rheadis ana lib.* ij.

Dein colentur & fortiter exprimantur: Huic expreſſioni adde
Requi Nicolai ℥ ß. *Camphoræ*
Croci, Mumiæ an. ℥iij. *Caſtorei an.* ℥j.

Deſtillentur ex artis præcepto: Doſis huius aquæ ℥ij. tempore ſomni. In omnibus diuturnis vigiliis, à febribus ardentibus præſertim excitatis plurimum conducit, præferendaque eſt, vt longe tutior aliis vulgaribus narcoticis, ſimplici nempe requiei Nicolai, Philonio, ipſisque pilulis de Cynogloſſa, & aliis eius generis. Hæc aqua dolorem etiam omnem obtundit, & mitigat, atque inflammationibus omnibus internis confert, viresq; æmulatur alicuius laudani.

Aqua ad Gonorrhœam.

R. *Foliorum Acanthi* *Florum Nenuphar. m.* iij.
Lapati Hortenſis conciſ. *Sem. Lini*
Summitatum Althææ an. m. ij. *Senelorum an.* ℥j. ß.
Seminum quatuor frigidorum maiorum an. ℥j.

Macerentur per diem in lacte aſinino, aut vaccino, poſtea deſtillentur in B. Facultatem habet leniendi, acrimoniam auferendi, ſordes renum & partium per quas & lotium, & ſemen excernuntur, expurgandi & intemperiem corrigendi.

Aqua ad Gonorrhœam fœtidam & virulentam atque inueteratam, Ioſ. Quercetani:

R. *Pulu. menthæ ſiccæ* *Rad. Irios Florent. an.* ℥j.
Dictamni *Pulu ſem. Agnicaſti*

Lactuca

Digitized by Google

Lactuca *Terebinth. Veneta* ℥iiij.
Rutæ an. ℥ j. *Vini albi* ℥xx.

Hæc omnia iniiciantur in alembicum, & per B. Vaporosum destillentur: de hac aqua exhibe mane duo cochlearia per aliquot dies, præmissa conuenienti seu Mercuriali aliqua purgatione: hanc centies (dicit author) expertus sum. Conducit etiam ad vlcera Renum.

Aqua ad morbum Gallicum Hier. Rubei.

℞. *Caryophyllorum* *Colocynthidis* ℥j.
Cinnamomi an ℥ij. *Nucis moschatæ num.* j.

Eaque omnia in puluerem redacta, raroque linteo inuoluta, bulliant in vini albi optimi ℥ix. aquæ fontis ℥iv. ad consumptionem medietatis, clausis optime rimis, foramine in summo operculi recluso, quo spirare possit. Vbi refrixit, expresso in vinum linteo, adde ligni Guaiaci incisi lib. ß. macerenturque horis xxiv. mox destillet igne leui, aqua, qua tumores à Gallica lue, madescant, purgato prius corpore: & si robore virium valido ægrotus fuerit, sumat mane ad ℥ij. sin infirmus ℥j. Hoc eodem modo vtere ad hydropem, & ad venena: sudorem enim ciet, neque admodum exquisitam postulat victus rationem.

Alia eiusdem ad idem.

℞. *Sem. Ebuli* *Fœniculi cum Rad.*
Olei sulphuris vel vitrioli ana ℥j. *Petroselini cum Rad. ana p. Æ.*
Aquæ ardentis ℥iij. *Asparagorum recent. cum Rad. dupl.*

Vitreis organis lentissimo igne destillet aqua: in cuius libra dissolue sacchari candi ℥iij. mane quantum capere cortex nucis potest, ex hac aqua, & tantundem superioris ardentis, sumitur, & per horam in lecto quiescendum: idque octo diebus: admirabiles celebrant huius remedii laudes. Quod si ad viginti dies accipiatur, lapidem in vesica & renibus frangere asserunt: lieni item prodest, & induratis Gallici morbi tumoribus, si dolentia aut tumentia loca madescant.

Aqua ad ictus sclopetariorum. I. Q.

℞. *Aristolochiæ rot.* *Pyrolæ in umbra exsiccator.* ℥ij.
Baccarum lauri pulu. an. ℥ß. *Astacorum in plenilunio captorum exsiccator. & puluerisat.* ℥vj.
Pulu. Herb. Veronicæ ℥ij.

Omnes.

Omnes hi pulueres inter se mixti lineo sacco includantur. Quibus peractis, accipiẽdum est vas nouum terreum, vitreatumque, & satis capax, cui infundendæ sunt heminæ tres vini optimi, miscẽdo simul Peruincæ recens collectæ m.j. dein etiam sacculum prædicto puluere refertum, & optime deligatum. Quæ omnia ita disposita macerentur per dies aliquot, exprimantur fortiter & destillentur ad mediæ aut duarum partium consumptionem. Tum reseruata seorsim aqua destillata fæces residuæ per manicam Hippocratis transcolentur & seorsim asseruentur. Huius autem vsus est eiusmodi, vt saucius vncias circiter duas aquæ destillatæ singulis matutinis per dies 14. continuos capiat, vt ex eo, quod in vasis fundo remanserit, optime, vt dictum, colato vulnus lauet, & turundam (quæ parua esse debet, etiamsi cauum & profundum vulnus fuerit) illinat, cui tandem folium caulis rubri superimponat, atque ita mirabiles aquæ effectus experietur. Vulneraria quoque est prædicta aqua, miroque progressu vlcera inueterata tam interna, quam externa sanat. Confert etiam ad cancrum, si cum ea decoquas vermiculos, qui multipedes dicuntur.

Aqua balsamica ad apostemata, vlcera interna & externa Iosephi Quercetani.

Ex æquis partibus foliorum ac florum Rosmarini, foliorum & granorum Lauri, saniculæ, veronicę, peti, myrti, plantaginis, destilla aquam, cuius lib. vj. adde

Terebinthina Venetæ lib. j.	*Myrrhæ an. ℥ij. ß.*
Gummi Hederæ	*Aloes succocitrinæ ℥iij.*
Ceraſorum an. ℥iij.	*Macis, piperis,*
Thuris masculi	*Caryophyllorum an. ʒj.*
Mumiæ veræ	*Croci ℥ ß.*

Omnibus cum sachari lib. ß. inuicem mixtis fiat in retorta destillatio per cineres, vt artis est, donec recipiens sua sponte refrigeretur. Hãc aquam, quæ tota oleaginea est, citra vllam rei alicuius separationem, serua in phialis bene clausis. Nam excellentissima est & pretiosissima, ex ea lauabis fistulas, admotis solummodo eius aliquot guttulis: item vlcera cancrosa, phagædenica & sordida, quæ vicina sunt malo mortuo, & mira videbis. Præstantissima quoque est ad carbunculum & anthracem pestilẽtem, ad vomicas, abscessus, apostemata, & interna vlcera. Of-

Digitized by Google

ra. Offerendæ ſunt tantum aliquot guttulæ cum vinò albo aut cum alio quodam iuſculo, vel aqua vulneraria.

Aqua Podagrica.

R. Aquæ deſtill. ſpermatis Ranarum, *Aluminis an.* ʒiiij.
Filicis ana lib. ij. ß. *Tapſi barbati lib.* ij. ß.
Theriacæs recent. ʒij. ß. *Vrinæ pueri vinum bibentis lib.* iij.
Vitrioli *Salis* ʒiv.

Deſtillentur ad ſiccitatem per cineres: Huic adde

Salis vitrioli, id eſt, è ſuo colchotare extr. jʒ. ß.
Camphoræ *Croci an.* ʒij.

Miſce. Cum hac aqua foueantur partes dolentes tepide, ſæpe noua immerſione renouando linteola. Vel cum muria ſalis & vrina pueri an. ſimul mixta, deſtilletur aqua ad eoſdem met dolores pacandos.

Alia aqua antipodagrica.

R. Spiritus vini rectificati lib. ij. *Mellis puriſſimi lib.* j.

Deſtillentur in balneo vaporoſo: ſic duos deſtillabis liquores: primus eſt aqueus, ſecundus multo fortior & ſulphureus, quem ſeorſim reſerua: magmati ſiue remanentiæ adde

Croci orientalis integri ʒj. ß. *Caſtorei* ʒvj.
Terebinthinæ Venetæ ʒij. *Salis fuſi* ʒj.
Tartari albiſſ. calcinati li. ß. *Lixiuij ſarment. vitis lib.* ij.
Phlegmatis vitrioli à ſuo ſpiritu non ſeparati ʒiiij.

Macerentur per 24. horas, dein deſtillentur ad ſiccitatem, liquor, qui inde emanabit ſeruetur etiam ſeorſim. Fæcib. remanentib. affunde priorem aquam reſeruatam: macerentur & deſtillentur. Tandem omnes liquores deſtillatos miſce, & denuo per balneum vaporoſum deſtilla: ſic habebis aquam antipodagricam miræ facultatis.

Aqua alia podagrica.

R. Foliorum & florum ſambuci viridium an. lib. j. aut plus minus, prout libuerit, maiorem vel minorem quantitatem conficere. Contundantur omnia, & optime macerentur in aqua vitæ, idque per dies duos vel tres in Baln. Mar. dein deſtillentur per vas vitreum vel cupreum ad ſiccitatem, deque hac aqua bis in die foueatur pars dolens, eaque fi-

denter & intrepide vtere, vel etiam in ea Podagræ specie, quæ à calidis humoribus promanauit.

Aqua Antipodagrica Thomæ Tantini.

R. Cinnamomi ℥j. ß.	Perl. præparatarum
Nucis mosch. ℥j.	Corall. prep. an. ℥j.
Macris ℥j.	Olei suc. ℥j.
Galangæ ℥ ß.	Aquæ Lauend. cinnam.
Garioph. cinnam. an ℥ß.	Olei spicæ Nardi
Croc. ℥j.	Iuniperi an. ℥j.
Mosch. gr. xv.	Aquæ ros. ℥ij.

Contundantur contund. in puluerem, coniiciantur in lagistanneam 4. mens. capacem. Affunde S. V. mens. j. In cinere leni insimul putrescant ad 3. hebdomad. Deinde menstruum coletur per linteolum. Ac fæces specierum ex ollula ad ignem in cineres vrantur, & cinis eidem priori menstruo iniiciatur, & digerantur atque immacerentur. Tandem sine fæcibus per linteum transmittes, & edistillabis in M. B.

Aqua ad strumas.

R. Olei Laurini lib. ß.	Gummi Arabici
Olibani, mastices,	Terebinthinæ an. ℥iij.

Destillet vitreis organis aqua, in qua cineres quercus ponas, denuoque omnibus recte commixtis, destillatione liquor eliciatur, quo vtere: prodest etiam acrochordonibus, & huiusmodi morbis, si ex arte adhibeatur.

Aqua sordidis & corrodentibus vlceribus conferens.

R. Succi Rubi,	Succi solani
Succi Sumach,	Succi Acetosæ an. qua. j.
Succi Virgæ pastoris,	Albumina ouor. vj.
Succi Plantaginis,	Aluminis trit. ℥iv.

Destillentur omnia in alembico plumbeo.

Aqua ad Ambusta I. Q.

R. Aquæ Fol. filicis lib. j.	& Aluminis an. lib. ß.
Phlegmatis vitrioli	Flor. Tapsi barbati

Digitized by Google

Fol. Hederæ nigræ an. m.j. *Aſtracorum*
Limacum Rubrarum *Vel cancrorum fluuiatilium.* Numer. x.
Ranarum

Deſtillentur in alembico plumbeo, ſatis magno igne, ex hac aqua foue aduſtum locum quinquies aut ſexies in die. Aqua quoque ſpermatis ranarum mixta cum ſolo vitrioli phlegmate multum confert. Ante multos iam annos deſcripſi aquam quandam in meo ſclopetario, ex Filicis tantum additione præparatam, quæ ſola in ambuſtis præſentiſſimum & ſummum eſt remedium, ſi linteola in ea imbuta loco afflicto apponantur. Aqua ſequens in eodem libro noſtro deſcripta ad eoſdem vſus valet, poteſtque omni tempore parari.

Aqua cancrorum ad idem.

Cancri aut gammari bulliant cum aqua ſemperuiui maioris in vaſe duplici accurate occluſo per diem integrum: poſt deſtillentur igne ſubiecto. Aqua ter affundatur capiti mortuo & abſtrahatur, tum demum reſeruetur. Inflammationi, ambuſtis, & carcinomati multum confert. Si ex cinetibus capitis mortui ſalem cum propria aqua elicies, præſtantius euadet remedium ad curanda carcinomata & phagædenica omnia vlcera.

Aqua purgans, Ioſ. Q.

Accipiantur ſemina ſambuci & ebuli, ſuo perfectæ maturitatis tempore, quod erit circiter Autumni initium, ex his prælo exprimatur vinum ſiue ſuccus, conquaſſatis ſimul vinaceis ſiue nucleis ſuis internis: mixtis ſimul omnibus fiat deſtillatio. Hæc aqua ſuper fæces ſuas cohobata inſignem purgandi efficaciam habet, præcipueque ſeroſos humores trahit, aromatizetur cinnamomo, coriandro cum ſucco citoniorum præparato, & ſimilibus. Hydropicis dari poteſt ab ℥j. ad ℥ij.

Vt ex iiſdem, ad eoſdemmet vſus, aqua fiat compoſita, quæ nobiliores ac validiores purgandi vires obtineat.

℞. *Aquar. ſem. Ebuli & ſambuci ana lib.j.*
Succ. peti, *Florum perſicæ arboris ana lib.ß.*

His adde ſuo tempore

Florum Ebuli *Hyperici*
Sambuci *Centaurij ana m.ij.*

Flores prius contundantur, dein omnia simul destillentur per retortam ad siccitatem vsque, idque virtute caloris balnei vaporosi. Aquæ huic adde

Aloes succotrinæ ʒiiij.	*Cinnamomi*
Scammonij. ʒij.	*Sem. Fœniculi dulcis*
Myrrhæ ʒj. ß.	*Anisi an.* ʒj.

Omnia iterum destillentur per retortam, cum suo recipiente, vt nihil expirare possit, idque in eodem balneo vaporoso: digestionis tempus duret ad diei vnius spatium, postea inferuescat balneum ad summum, vt ad siccitatem omnia destillentur, nec vllum adustionis periculum hic timendum erit: aquæ enim feruentis vapores, vase vndiquaque accuratissime occluso, adustionem prohibent. Quæ destillandi ratio omnium est optima, tutissima & facillima, qua sola, citra alterius rei additionem, ex omnibus herbis & floribus calefaciendi vi præditis, aquæ & olea simul & vna elici possunt. Dicta aqua omnes humores clementer purgat, infantibus, qui lumbricis & corruptionibus internis infestantur, conducit, nec non iis, qui alia remedia vulgari modo parata prorsus abhorrent. Dosis est ab ʒj. ad ʒij. habita ægrotantis naturæ viriumque ratione.

Aqua purgans Rubei.

R. *Florum Persicorum, Scammonij,*
Turpeti, ana part. æquales.

Destillentur in balneo Mariæ & seruetur in vase vitreo ad vsum: modice admodum soluit.

Aqua purgans alia.

R. Rad. Hellebori nigri, purpureos flores habentis, q. s. est. Has recentes ardente aqua macera: inde igne primum leui, mox auctiore, dum liquor ascenderit omnis, destilla. Aquam ardentem deinde ab ellebori substantia separa igne leuissimo balnei: in eo quod remanet, dissolue sacchari candi, quod satis esse videbitur datur epilepticis, an grana tria cum aqua mulsa, vel communi, in qua hippoglossum fuerit decoctum.

Aqua purgatoria eiusdem.

R. *Ligni aloes*	*Turpeti*
Cinnamomi	*Aloes Hepaticæ*

Colocyn-

Digitized by Google

Colo ynthidis an. ℥j.
Caryophyllorum ℈j.
Croci tantundem
Moschi opt. ℈j.
Iulapij violati lib. j.
Aquæ ardentis circ. lib. ij.

Macera 12. dierum ſpatio, cola & ad vſum vaſe vitreo optime clauſo ſerua. Datur ad ℥iij.

Aqua benedicta ex croco metallorum ſecundum Ioſephum Quercetanum.

℞. Magneſiæ ſaturninæ opalinæ & pellucidæ, & lapidis vel ſalis prunellæ ana, miſceantur, igniantur & calcinentur calcinatione philoſophica: Magneſiam inuenies calcinatam & coloratam inſtar hepatis, quam dulcorabis & vſibus reſeruabis.

Puluis hic erit inſtar alicuius croci, eique nomen croci metallorum vere competit, ſiquidem magneſia, à qua originem traxit, eſt metallorum radix, & primum ens. *Crocus metallorum.*

Recipe eius ℥j. aquæ carduibenedicti lib. ij. vel iij. cinnamomi ℥ß. macera omnia per biduum ſiue triduum, dein tranſcola & ſerua vſui hanc aquam, quæ iure optimo meretur nuncupari aqua benedicta: Inſignes enim & mirandos effectus edit, de hac ſume ℥j. ß. aut amplius horis matutinis: non eſt ingrati ſaporis: Blande prouocat vomitum, & quatuor aut quinque ſedes, euacuando per ſuperiora & inferiora ſimul, quod vix præſtabit aliud remedium. Vſurpatur feliciſſime ad omnes generis febres etiam peſtiferas, pleuritides item, alioſque deploratiſſimos affectus, qui ob radices profundius validiuſque infixas vix ſubigi & domari poſſunt. *Aqua benedicta ex croco metallorum.*

Aqua ophthalmica ex croco metallorum.

Si huius croci ex dicta Magneſia patari, & prorſus inſipidi accipias ℥j. vel ij. & infundas cum aquarum euphragiæ, fœniculi aut ſimilium, quæ oculorum affectibus idoneæ ſunt & ſalutares, ℥v. vel ℥jv. aquam conficies ophthalmicam, miræ admodum virtutis cõtra amblyopiam, amauroſim & ſuffuſionem oculorum. Poteſt guttatim in oculum inſtillari citra vllum doloris ſenſum: cuiuſvis enim acrimoniæ expers eſt. Ex ea etiam oculus ſingulis matutinis, idque ad pluſculos dies irrigari debet. Hæc tantæ virtutis eſt & energiæ plena, vt etiam exterius oculo applicata aluum ipſum ſollicitare poſſit. Hinc idcirco Nubecularum

niter purgat per inferiora: Ideoque pro vomitoria recipimus vinum album) Dosis eius ʒj. ad ʒij. in vehiculis appropriatis exhibita, mitificas virtutes in tota bene medendi ratione habet: Puerulis exhibetur vix ϑ.ß. Interdum etiam tantum xv. grana.

Vsus eius 1. In omnibus ventriculi affectibus, datur cum aquis Carduibened. & Menthæ, vel etiam cum aqua Pulegii & Menthæ.

2. In febribus omnibus, præsertim v. quotidiana cum aqua Centaurii minoris, & menthæ exhibitum.

3. In pleuritide tam spuria quam exquisita, in aqua Cardui Mariæ.

4. In tussi inueterata, asthmate, peripneumonia, orthopnœa, angina, in aqua tussilaginis, hyssopi, violarum & similium.

5. In capitis doloribus sæpe ab impuritatibus ventriculi cerebrum lancinantibus cum aqua betonicæ.

6. In peste, vbi ab initio vomitus sunt accersendi, in aqua Carduibenedicti vel Vlmariæ.

7. In Melancholia Hypochondriaca cum aqua capillorum Veneris, aut decocto ceterach vel cuscutæ. Hic notabis quod non facile vomitum cieat in Melancholia Hypochondriaca, sed secessus potiit intra horas 14. vel etiam plures.

8. In præseruatione à podagra in aqua serpilli aut hordei.

9. In epilepsia qualicumque in aqua pœoniæ vel florum tiliæ.

10. In coagulatione sanguinis, vbicumque in corpore humano fuerit, cum aquis cerefolii aut bellidis minoris: (ante suppurationem vero.)

Liquor mouens vomitum Heurnij.

Recipe Bryoniæ, cyclaminis an. ʒiij. Ellebori albi ʒvj. Purgentur accurate ac redigantur in puluerem: leniter siccentur in aere: His affunde aquam vitæ, dum duobus digitis superemineat: Digeratur aliquot diebus in balneo, hinc lente destilletur, dum nil vltra elabatur: Quod restibile fuerit iterum in puluerem redige, ac huic extractam aquam iterum committe: id repetatur ter. Plumæ apicem huic liquori immerges, ac vino maluatico elues, quod propinatum illico vomitum irritabit. Doctor Iohannes Hartmanni in suis dictatis super Crollium dicit, hoc vomitiuum esse Balthas. Cunradini Medicii

Medici in Syria: verum pro elleborialbi ʒvj. docuit ſumere ʒj. in reliquis conueniunt.

Sicebulum, cum flores profert, legitõ, cõtundito, ac in B. Mariæ vitreis organis deſtillato: & conſerua per annum. Ventrem laxat pota ad ʒiij. quantitatem: curat hydropem, & tollit febrem quotidianam.

Aqua cort. ſambuci ventrem laxat, hydropem curat, &c. Aqua foliorum ſambuci refrigerat, capitis dolorem mulcet. Aqua vero florũ ſambuci pectus dilatat, hydropicis confert, hepatis, lienis, ac renum obſtructiones aperit: Tertianam febrem curat, ventriculum roborat, ſanguinem mundificat, &c.

Aqua Spermatis Ranarum.

In Martio deſtilletur ſperma ranarum per ſe in balneo triduum antæ Nouilunium collectum: ſic enim non fœtet. Habita hac aqua egregium fit inde medicamentum cum ſequentibus.

℞. *Myrrhæ ſelectæ,* *Croci triti* ʒ.ß.
Thuris ana ʒij. *Camphoræ* ʒiij.

Tere omnia ac miſce: Hunc puluerem in vitro aqua ſperniolæ deſtillata vigeſies vel trigeſies imbibere cõuenit, ita tamẽ vt ſemper prius ſponte exiccetur, poſtea ad vſus ſuos ſeruandus eſt. Intra corpus datur quantitas auellanæ ſemis in aqua plantaginis in hæmorrhagia interna, vbi omnia ſunt irrita.

Vſus ac vires: 1. ſua frigiditate ſanguinem coagulat: nam ad ſiſtendam hœmorrhagiam internam è natibus & gutture, vbi omnia deſperata ſunt, tria vel 4. grana intra corpus in aqua burſæ paſtoris tuto exhibentur. 2. ſi reſoluatur cum aceto & eryſipelati ſeu doloribus podagricis calidis exterius applicetur, plurimum confert. 3. Hœmorrhagiam vulnerum externam impoſitione ſiſtit. 4. Si Paneritio per duas imponatur horas, necat illum, vel imponatur digitale è corio multoties prius intus madefacto & exiccato. 5. Mortificat etiam cancrum, ſed efficacius ſola aqua ſperniolæ. 6. In profluuio muliebri contumaciſſimo, duo vel tria grana intra corpus in aqua artemiſiæ offerantur. 7. In aqua ſperniolæ per ſe deſtillata, ſi tantillum aluminis ſoluatur, doloribus podagricis linteis madefactis commode & cum ſucceſſu applicatur.

Aquæ

Digitized by Google

Aqua Sachari deſtillata Rubei.

℞. *Sachari lib.* jv. *Rhabarbari* ℥j.
Rhapontici lib. j. *Florum Mercurialis lib.* j.

Vini generoſiſſimi tantum, vt ad digitum emineat, contundantur omnia & macerentur ſimul ſex diebus tepentis aquæ balneo, vel fimo: deinde eodem balneo vitreis organis deſtillentur: inde fæces diligenter exprimantur, illiſque aquæ ſtillatitiæ, ſ. abioſæ, fumi terræ, borraginis ana ℥vj. affundantur: inde prælo denuo exprimantur: ſtillatitiæque huiuſmodi aquæ filtro excolentur, tum perſpicuæ ſint: cum priorique aqua coniungantur. Ad multa morborum genera valet, ſtomachi præſertim & lienis imbecillitati doloribuſque dentium, & capitis. Hæc autem eo efficaciora reddentur, ſi ad huius aquæ libram ϑ. ß. Olei vitrioli adieceris.

Aqua Sachari eiuſdem.

℞. *Sachari lib.* ß. *Fragorum maturorum lib.* j ß.

Miſceantur & terantur ſimul, deinde octo diebus tepentis aquæ balneo macerentur: inde eodem tepente balneo aqua extilletur: exibit aqua ad faciei ictus cum inflammatione, ad lacrymantes oculos, ad viſus imbecillitatem admodum vtilis.

Aqua Abſinthij compoſita egregia.

℞. *Abſinthij lib.* j. ß. *Tartari vini albi lib.* ß.
Seminis Aniſi ℥j. *Nucis Moſchatæ* ℥j. ß.
Petroſelini ℥ij. *Zingiberis* ℥j.
Liquiritiæ lib. j. *Calendulæ M.* j.
Maiorane ℥j. ß. *Conſolidæ maior.* ℥j. ß.
Cinnamomi tantundem *Carui* ℥. ß.
Sem. Fœniculi ℥. ß. *Vini generoſi q. v.*

M. ac contundantur, tandem vt a. e. deſtillentur.

Aqua Cinnamomi compoſita ad peſtem.

℞. *Cinnam. opt. contuſi lib.* j. *Vini Cretici odorati,*
Rad. Dictamni *Aquæ Roſaceæ ſtillatitiæ ana*
Angelicæ ana q. ſ. *lib.* iij.

Macerentur, ſtipatis optime rimis: Aqua Balneo M. vitreis organis eliciatur. Hæc aqua peſtilentiæ præcauendæ, aduerſus, item venena, ac Venenatorum ictus, & ſtomachi crudirates maxime laudatur.

Aqua deſtillata odorata ac virtuoſa Hieron.

Rubei.

℞. *Aquæ roſarum ſtillat. lib. vj.*	*Cort. malicitri exſicc.* ℥ß.
Roſarum Damaſcen. recent. lib. iij.	*Caryophyll.* ℥j. ß.
Flor. lauendulæ recent.	*Cinnamomi*
Flor. ſpicæ recent. ana ℥jv.	*Ireos optimi*
Flor. perſicymeni, Iaſmini,	*Styracis calam.*
Flor. liguſtri ana lib. j. ß.	*Belzoini an.* ℈ij
Flor. Mali auratij ſicc. ℥iij.	*Nucis Moſchatæ* ℈j.

Omnia in puluerem redigantur, & cum vini Cretici cyatho j. reducantur omnia in pollinem, perque dies aliquot macerentur, deinde M. B. educatur aqua, cui adde moſchi, ambræ an. ℈j. f. ſeruetur ad vſum. Alii addunt ſantalos: prodeſt cordi, cerebro, ac ſtomacho.

Aqua ad dolorem dentium.

℞. *Salis ammoniaci*	*Aluminis ſacharini* ℥j. ß.
Salis gemmæ an. ℥iij.	*Salis communis* ℥j.

Trita deſtillentur in alembico vitreo. Extracto inde liquore dentes cum petia fricentur: Deinde abluatur os medico vino albo.

Aqua vitæ ad dentium dolorem Mülleri.

℞. *Philonii Romani*	*Piperis longi*
Cort. Radicum Papav.	*Sem. hyoſciami an.* ℥iij.
Rad. Pyrethri	*Opii Thebaici* ℥ ß.
Fol. Nicot. Indicæ an. ℥iij.	*Spiritus vini lib. j. ß.*

Macerentur omnia ſpatio 24. horarum, deinde per balneum deſtillentur, hæc aqua teneatur in ore.

Sed hæc de aquis tractatio hucuſque ſufficiat. Temporis nunc ratio poſtulat, vt vela contrahamus, ne forte longiori mora in vertices inextricabiles abrepti, benigno lectori moleſtiam creare videamur. Plures

aqua

Digitized by Google

aquas fragrantes & odoratas ad faciei decorationem, pustulas, impetigines, lentes, maculas, alioſque externos affectus cõferentes, in alium librum nobis reſeruabimus deſcribendas, quas in humani generis vſum in mediam proferre non recuſabimus.

CAP. III.

De Tincturis, extractis ſive eſſentiis.

TInctura, inquit Libauius, eſt arcanum ſpecificum, cum eſſentia qualitatibuſque formalibus etiam colorem rei habens, vt in ſui ſimilem naturam tingere poſſit. Hæc ſi optime elaborata eſt, in valde tenui & perſpicua ſubſtantia apparet, tanquam eſſet aer perſpicuus quidam, & purus, at coloratus certo modo, colore perſpicuitatem non prohibente. Itaque & ſine ſedimento longo tẽpore durare poteſt. Neq; vero tam colorandi gratia petitur, quam efficaciter ad ſui naturam immutandi, quantum diſpoſitio rei patitur. Itaque in medicina plurimum ad valetudinis reſtaurationem & ſanitatem firmandam adhibetur, ita vt ob validam virtutem etiam renouandi poteſtatem habere dicatur, cum omnia membra, ſanguinem, ſpiritus & calorem reddit vſui vegetum ac valentem. Modus extractionis frequentiſſimus eſt per digeſtionem in certo aliquo menſtruo, in quo infunduntur ea, quæ tincturam habent: Quod ſi tinctum eſt colore rei, & virtutem cum eſſentiali parte attraxit, depletur, ſeu per inclinationem vaſis effunditur tinctus liquor, reponiturq; aliud, quod item manet in digeſtione, vſq; ad colorem imbibitũ, & ſic proceditur, quouſque tota tinctura eſt extracta, relicto corpore de colore, & vſq; ad ſalem, mortuo. Depletiones poſtea circulantur debito modo & coagulantur menſtruo abſtracto, quouſq; placet. Quædam enim ad ſiccũ reducuntur, quædam oleiformi cõſiſtentia relinquuntur: Interdum, vbi menſtruum eſt acre, requiritur ablutio per aquas deſtillatas. Nonnunquam edulcoratione facta, affundimus aquam cinnamomi, roſaceam aut ſimiles, & tincturam ita liquidam conſeruamus. Quædam etiam vberius elaborando, induunt naturam quintarum eſſentiarum, &c. Quorum tinctura eſt firmior, ea etiam ſuſtinent deſtillationem & coctionem. Notandum eſt, menſtruum cum tinctura obſcuriore, ſiquidem clareſcere poteſt, eſſe ſæpiſſime filtrandum, donec

ab omni crassa fece liberet, ita erit tinctura purior. In aliquibus tamen, atque etiam certo consilio, perspicuitas negligitur: Hæc Libauius, Doctissimus D. Doctor Sennertus sic infert.

Differentia inter extractum & tincturam.

Tincturas & extracta coniungimus, quod non multum differre videantur. Extractum enim nihil aliud est, quam optima rei essentia à crassiore corpore per idoneum menstruum separata: quod cum adhuc sub forma liquidiore est, & cum menstruo coniunctum, etiam colorem rei habet, & propterea tinctura appellatur: quamuis nonunquam tincturæ quoque dicantur, cum iam à suo menstruo extrahet è rei essentia separata est. Itaque etiam quæ in genere hac de re dici possunt, tincturis & extractis fere sunt communia. Non autem hic de iis medicamentis agemus, quæ etiam à nonnullis inter extracta numerantur, & è succis viridium herbarum expressis & depuratis conficiuntur: sed de iis, quæ ex rebus siccioribus, interueniente aliquo liquore, quem menstruum vocant, præparantur. Nisi enim res, ex quibus extracta parare cupimus, prius exsiccentur, humidum illud alienum impedimento est spiritui extrahenti, ne in penitiora sese insinuare possit.

Menstrua autem (ita enim liquorem, qui ad eliciendam rei essentiam adhibetur, nominamus) varia, pro diuersitate materiæ & vsus, adhibentur, spiritus vini, acetum destillatum aquæ destillatæ ardentes, Sp. vitrioli, aqua mellis, hydromel vinosum, vinum canariæ, serum lactis, aqua lactis, aquæ pomorum redolentium, Vlmariæ, Carduibened. fumiternæ, agrimoniæ filicis & similium: vel aquæ ex simplicibus iisdem, è quibus extracta siue essentias præparare animus est, destillatæ: vel aliæ qualitatibus & proprietatibus extracti conficiendi congruæ & appropriatæ. Hæc omnia iudicio periti & experti medici consignantur. Neq; enim idem liquor quamcunq; tincturam ad se trahit, sed certus certam. Notandum in menstruo duas inprimis cõditiones requiri: vna est, vt sua subtilitate materiam penetrare & familiaritate sinceriorem partem ex ea extrahere possit: Altera est, vt citra iacturam & corruptionem extracti ab eo separari iterum possit. Inter quæ facile spiritus vini optime præparatus primum locum retinet, vtpote qui & optime penetrat & rei purissimam substantiam ad se allicit, ac leuissimo etiam calore postea separari potest.

Patet hinc vulgo non parum errari in extractis compositis parandis, vbi res, quæ diuersæ sunt naturæ, & diuersa menstrua requirunt, ex. gratia

tia Margaritæ, corallia, gemmæ, Aromata, Radices & alia in vnum mẽstruum infundũtur; quod tamen eam vim non habet, vt omnia penetrare possit. Quapropter obseruandum, vbi extracta composita parare animus est, & simplicia sunt diuersæ naturæ, vt singula seorsim, vel quæ cognata sunt simul, per suum menstruum extrahantur, & postea extracta misceantur.

Modus generalis parandi extracta.

Tota autem hæc operatio nota est, nec prolixa descriptione indiget, & pleraque in suo loco in extractis explicabuntur. Res plerumque contrita aut puluerisata in conuenientem liquorem, seu menstruum conueniens, conijcitur. In materiam enim in minimas partes comminutam liquor sese facilius insinuare, & ex eo partem illam optimam extrahere potest. Ea de causa etiam maceratione per calorem sæpe opus est. Maceratione enim vis illa rei in liquorem seu menstruum deponitur, facitque ad hoc multum calor, qui vt liquor rectius sese insinuet & penetret, efficit. Fit autem illa maceratio in balneo, in cineribus, in sole, aut fimo, aut alio loco calido. Cum menstruum satis coloratum est, liquor effunditur. Interdum vnico menstruo tota vis extrahitur: Nonnunquam sæpius ter, quater &c. nouum menstruum affundere oportet, antequam vis tota extrahatur. Vbi vis omnis extracta est, liquorem omnem effundimus & coniungimus, & puriorem vel filtratione, vel digestione efficimus. Nonnunquam radices & herbas nouas sæpius in eodem liquore maceramus, vt extractum fiat potentius. Liquorem illum Medicamenti vi imbutum, & purissimam eius partem continentem, Tincturam appellare licet. Quam si ita liquidam, & forma fere iulebj asseruare velis, requiritur, menstruum talè sit, quod non facile corrumpatur, aut si tale non sit, vt suo, hoc est, ex materia extracti parato, sale à corruptione præseruetur.

Tinctura quid dicatur.

Extractiones simplices & compositæ.

Diuidi autem possunt hæ extractiones in simplices & compositas: qualicunque tandem opera, scopo medico inseruiant, siue prima, siue secunda qualitate, siue alteratione, euacuatione, roboratione, deriuatione, siue aliis diuersis curationis intensionibus particularibus, tam ad morborum curationem, quam symptomatum, quæ morbos indiuidua societate comitantur, correctionem aptentur.

Extractum quando dicatur.

Sæpissime per balneum, vel lenta coctione atque euaporatione mẽstruum separatur, atque tunc extractum nominatur: quod quidem variis modis asseruari poterit, vel mellis consistentia, vel succi expressi, vel

etiam si placet, in forma pilularum. In quibus omnibus hoc spectatur, vt vis Medicamenti non in corpore crassiori & terrestri, sed in succo nobiliore & spirituosa substãtia plerumque consistat: Extractione illa purior & efficacior pars separatur & vis, quæ antea in ℥ij. vel ℥j. fuit, abit seu contrahitur in ℥j.

Quia v. in quibusdam consistentia est solidior & compactior, prius ad solutionem & extractionem præparetur. Quod in mineralibus & metallis, hisque cognatis per calcinationem inprimis perficitur, qua compages illa corporis arctior reseratur. & corpus durum in minutissimas partes resoluitur, vt postea liquor affusus rectius in eas agere possit: sed antequam ad examen extractorum tam simplicium quam compositorum procedimus, prius tincturas quasdam in exemplum traducere volumus, sic verum ab impuro abibit in claram lucem.

Tinctura Rosarum siccarum.

Tinctura Rosarum siccarum sic fit secundum Beguinum: Impone vnciam vnam rosarum rubearum exsiccatarum, in libras aquæ tepidæ, quibus adde drachmas duas aut circiter spiritus vitrioli vel sulphuris (alii vtuntur etiam oleo salis Tartari) Intra tres vel 4. horas, aqua fiet coloratissima, quæ filtrari debet: in qua si dissoluetis vncias 12. sachari: verum hepatis refrigeratiuum habes.

Tinctura violarum.

Tinctura violarum eiusdem: Flores contusi macerentur in propria aqua, vel oleo sachari: (vti cap. de oleis extat) post exprimantur, expressum coletur, donec tinctura voto respondeat. Vel pone flores ad alembici rostrum: vt propria aqua destillata, præterlabendo tincturam secum abstrahat, de qua methodo & supra in cap. de aquis est dictum, sed nullius videtur momenti.

Tinctura Rosarum etiam sic fit. Folia rosar. rubearum in minutas partes forficibus concinde: proijce in aquam vitæ, colore posito post tres horas exprime: repone alias in eandem aquam, quousque fiat coloratissima. Sic & fit tinctura ex floribus arant. amaranthi: punic. item Garyophyll. coronar. &c.

Tinctura Bugloſſi vel Borraginis.

Sic fit Tinctura Bugloſſi, borrag. &c. Hæc contusa macerentur in propria aqua, vel liquore sachari, qui fit ex sacharo puro clarificato, super quo spiritus vini non diu arserit, & exprimantur. Expressum coletur frequenter, & postea ad calorem leniſſimum q. v. coagula. Hæc Tincturæ extractio eadem est cum tinct. violarum Beguini,

Digitized by Google

gaini, ille enim liquorem ſachari vocat oleum, ſed non eſt perfectum.

Tinctura ſerici grano tinctorio infecti ſic fit: Cape ſerici ſucco granorum tinctoriorum recenter infecti lib. ſ. ſucci pomorum dulcium, aquæ roſ. ſingulas ſesquilibras. Macera horis 24. Deinde pauliſper coque, donec liquores rubeant. Exprime & cum ſucco redige ad conſiſtentiam. Ex Meſuæ antidotario. Fit alia ex panno purpureo, quam tornam ſolis vocant. *Tinctura ſerici.*

Tinctura ſuccini: Recipe ſuccini optimi albi q. vis, contere minutiſſime in marmore cum aqua liliorum conuall. ſinito poſtea exſiccare, ac ſuperfunde ſpiritus vini alcoholiſati ad eminentiam aliquot digitorum, & permitte digerat in leni calore cinerum aut balneo, & intra dies aliquot apparebit ſpiritus vini aurei coloris, quem effundes, rurſusque alium ſuperfundes, hoc toties reiterabis, quoties ſpiritum videbis tinctum, poſtea totum menſtruum coniunge, & in B. Mariæ ad medietatem abſtrahe, & habes tincturam pretioſam ſuccini, quæ datur in colica, apoplexia, paralyſi, epilepſia multiſque morbis vel per ſe vel cum vehiculis: Eius vſum præterea in Baſilica habes Oſwaldi Crollii, deinde vide & noſtram Baſilicam Chymicam: lib. de vegetabilibus, &c. *Tinctura ſuccini.*

Tinctura mellis ſic fit: Miſce mel arenis bene mundatis: vt fiat quaſi maſſa, ſuperfunde vini ſpiritum, vt emineat duobus digitis: Digere per 5. vel 6. Horas, colatum ſpiritum effunde, aliumque affunde: donec non amplius coloretur. Tinctum ſpiritum filtra & coagula. Mirum in modum nutrit phthiſicos. *Tinctura mellis.*

Tinctura Croci fit cum ſpiritu vini, qui ſuper ipſum infundi debet toties, donec totam tincturam attraxerit: & remaneat terra ſubalba. Tinctura filtratur: & ſ. v. leui balnei calore abſtrahitur. Varias & egregias habet facultates: Et ſpiritus imprimis in ſyncopticis recreat & reſtaurat mirabiliter: ſi vnica ſaltem eius gutta, in iuſculo aut vino albo exhibeatur. *Tinctura Croci.*

Tinctura ſachari: Recipe ſachari albi puluerisati lib. ſ. pone in cucurbitam, vel matracium cum duobus cochlearibus aceti deſtillati: Digere ſuper cineres ealidos per ſex horas: Deinde ſuperfunde aquæ vitæ rectificatæ, vt ſupernatet ad duos digitos: Digere, donec coloretur, poſtea aquam *Tinctura ſachari.*

Digitized by Google

aquam Tinctam effunde, & aliam toties reaffunde, donec vlterius non coloretur. Tum menſtruum per balneum euoca. Tinctura ſiue eſſentia rubra manebit in fundo, quæ circulari debet cum aquis cordialibus. Prodeſt in ſyncope & deliquiis animi, cum aqua cinnamomi & Roſarum exhibita.

Tinctura coralli.

Tinctura coralli: Diſſolue corallorum vncias duas, in libra vna ſucci limonum, digerendo per octiduum, & poſtea filtrando. In hac Tinctura diſſolue ſachari albi vncias octo, & digere euaporando ad ſyrupi conſiſtentiam. Doſis cochlear vnum in omni fluxu Hepatico, dyſenteria, & fluxu ſanguinis.

Alia: R. coralli triti q.v. infunde in aqua acida, vel quercus, vel Iuniperi, vel quaiaci, vel Buxi rectificata vt mẽſtruum ad tres vel quatuor digitos emineat. Digere in fimo equino, vel eius vicario, ad octiduum. Quod diſſolutum fuerit: effunde, & aliud acidum toties reaffunde: Digere & decanta donec coralli diſſoluti fuerint. Diſſolutiones per chartam emporeticam cola, vel filtra, & ad ſiccitatem deſtilla. Materiæ in fundo vaſis relictæ affunde optimum vini ſpiritum. Is tingetur per digeſtionem octo dierum, inſtar ſanguinis: ſepara liquorem tinctum à fecibus, alium reaffunde ſpiritum: Digere & decanta, donec omnem Tincturam extraxeris Tandem ſpiritum tinctum filtra: & coagula ad ſyrupi conſiſtentiam: ſi placet, circulabis cum aqua cordiali, vel adde ſacharum in aqua roſacea diſſolutum, & reduc in ſyrupum.

Aliter: Coralli calcinantur cum ana ſulphuris & Tinctura per acetum (vel ſpiritum vini) deſtillatum elicitur, digerendo per 5. vel 6. dies.

Calcinantur etiam coralli triti cum ana ſalis petræ per horam, igne ita moderato, vt nitrum non liqueſcat. Poſtea calide imponuntur in matracium, & ſpiritus vini ſuperfunditur, digeruntur per 24. horas. Spiritus Tinctus effunditur, & alius reaffunditur: donec omnem Tincturam attraxerit.

Tinctura ſulphuris.

Tinctura ſulphuris ſic fit: Liquefac ſal Tartari in tigillo: flores item ſulphuris in alio tigillo: poſtea ſimul miſce, & ſponte infrigidari permitte. Maſſam tere, cui ſpiritum vini ſuperfunde, ad eminentiam quatuor digitorum. Digere: donec colore rubicundiſſimo tingatur, menſtruum ſeparatum per balneum euoca. Hæc Tinctura eſt verus Pulmonis Balſamus.

Tinctu-

Digitized by Google

Tinctura ſulphuris alia: Recipe florum ſulphuris ter ſublimatorum, quibus affunde ſpiritus therebintinæ ad eminentiam trium digitorum, pone ad digeſtionem in calore mediocri, arena vel cineribus.

Ita tingetur ſpiritus therebinthinæ in rubrum colorem. Hunc ſpiritum tinctum effunde, & vitro clauſo reſerua, floribus relictis affundatur nouus ſpiritus therebinthinæ, extrahatur tinctura, iſque labor tantiſper reiteretur, dum tota tinctura ex floribus euacuata fuerit, & nihil præter fæces in fundo remaneat; ſpiritus omnes tincti miſceantur in balneo à tinctura abſtrahantur ad craſſiuſculam conſiſtentiam. Tincturæ relictæ affundatur ſpiritus vini optimus ad eminentiam trium digitorum.

Item extrahatur tinctura, tinctus ſpiritus effundatur, vt prius, affuſo nouo, dum iterum tota tinctura euacuata fuerit: tunc demum, iterum per balneum ſpiritus vini euacuetur; ita remanet in fundo tinctura ſulphuris, medicina nobilis abſque fætore; quæ ſi per alembicum vel retortam in arena agatur, prodit præſtantiſſimum ſulphuris oleum.

Hæc tinctura & oleum ſulphuris maxime conuenit thoracis, & omnibus hepatis ac putridis morbis & affectibus: Huius guttulæ tres aut quatuor exhibentur cum aqua hyſſopi, ſuſpirioſis & purulenta expuentibus. Habet hoc oleum peculiarem vim & facultatem attrahendi fiſſuras ani, fiſtulas, apoſtemata, pruritum, procidentiam, mariſcas, aliaque vitia leui contactu vel illita ſanat. Item ventriculum, hepar, lienem, matricem, veſicam, inteſtina, & articulos ex humorum abundantia laborantes, vel putrefactione affecta membra curat. In dolore ventriculi aut coli ex flatu datur cum aqua chamomillæ: Item in anorexia vel orexi, quæ à redundantia phlegmatis exiſtit, cum aqua abſinthij: In hepatis frigiditate & hydrope cum aqua agrimoniæ. In dolore matricis cum vino decoctionis betonicę & matricarię. In vrinæ ſuppreſſione cum vino alii decocti: In morbo Gallico exhibetur cum aqua fumi terræ, contra vermes cum aqua graminis vel abſinthii; In ſplenis vitiis cum aqua tamariſci aut capillorum Veneris.

Curat peſtem ac febrem peſtilentem cum aqua pimpinellæ vel ſale eius: item cum vino raphani decocti, cui admiſtum ſit parum theriacæ aut mithridatii. In ſumma hæc tinctura & hoc oleum ſulphuris adeo efficax eſt, vt neque viuum corpus neque mortuum ad putredinem

Digitized by Google

transire sinat ; sed adeo integra tuetur, vt nulla vnquam cælestis impressio, vel ab elementis profecta corruptio ei adesse possit.

Tinctura Antimonii.

Tinctura Antimonij Flores albi per sublimationem ex regulo induntur vitro oblongo, quod hermetice clauditur, clauso vitro tamdiu reuerberatur, dando ignem per gradus, donec fiant rubini instar rubicundissimi, quibus affunditur acetum destillatum, vt supernatet octo digitis; simul sinuntur stare, dum acetum rubrum colorem contraxerit, quod demum effunditur : affuso nouo aceto peragitur vt prius : isque labor tantisper repetitur, dum omnis tinctura euacuata fuerit : tunc totum coloratum acetum in cineribus vel arena à tinctura abstrahitur : ea edulcoratur aqua communi stillatitia, dulcorata tinctura eluitur optimo spiritu vini, digeritur per dies XL. vase optime clauso : tandem lenta destillatione spiritus vini abstrahitur à tinctura ad olei formam : & perfectum est hoc præstantissimum, & nunquam satis laudatum medicamentum ad restaurationem & renouationem corporis humani. Tinctura enim illa expurgat atrum sanguinem & vitiosos quosque humores, idque sine euacuatione manifesta, sed sola prauorum humorum correctione. Hepatis obstructionibus opitulatur, hydropem discutit, icteritiam curat, lætitiam generat, leprosis sanitatem restituit. Maximum enim pro lepra arcanum est, quo nihil fere in hoc morbo præstantius inueniri potest : lienem rectificat, matricis dolorem sedat, menses mouet, eiusq; vigorẽ conseruat, morphæam curat, scorbuto medetur, bilem vtramq; expellit è toto corpore, calculos frangit, caput & cerebrũ expurgat, cũ extracto hellebori nigri cõuulsioni medetur, & vt breuibus dicam, in deploratissimis fere morbis summũ est remedium.

Tinctura gemmarum

Tincturam gemmarum sic faciunt Spagyri Doctißimi : Gemmas seu lapides pretiosos conterunt, contritos admodum laborioſe cum sale nitro vel gemmeo in Anemio ante folles calcinant, idque bis faciunt, postea eluuntur sexies aqua cinnamomi : deinde semel phlegmate aceti stillatitii ; tandem puluerem exiccatum perfundunt optimo aceto stillatitio, vt acetum supernatet quinque digitis spatio octo dierum, digeruntur in calidis cineribus dum acetum coloratum fuerit. Hoc coloratum acetum effundatur in aliud vas vitreum, puluери in fundo relicto nouum stillatitium acetum superfundatur ; hicque labor totiesrepetendus, dum non amplius coloretur acetum.

Omnes solutiones confundunt in vnam cucurbitam & in arena a-

cetum

cetum deſtillatione euocãt ad ſiccitatem vſque: maſſæ in fundo relictæ affundunt aquam communem ſtillatitiam, ſoluũt ſolutum per filtrum colant, colaturam coagulant, euaporata per deſtillationẽ in arena aqua: tum maſſę rurſus affundunt nouam aquam ſtillatitiam; ſoluũt ſolutum, per filtrum colant, colaturam coagulant vt prius, hunc laborem repetunt, dum omnis aceti ácrimonia euanuerit, nullæque amplius fæces in filtratione appareant; tum ſali affundunt aquas vegetabilium appropriatas cum quibus digerunt, & tandem aquas etiam abſtrahunt: Ita ſal gemmarum perfectum eſt. Huic ſali præparato, affunditur ſ. vini optimus ad eminentiam trium digitorum, digeritur in B. tum ſpiritus vini à Tinctura abſtrahitur paucis, vt maneat conſiſtentia Tincturæ.

Tinctura perlarum. Sal Margaritarum indatur vitro, ſuperaffundaturque ſpiritus vini optimus ad eminentiam trium digitorum, appoſito cæco alembico, clauſiſque optime iuncturis digeratur in calore lentiſſimo, donec vini ſpiritus tingatur: hunc tinctum ſpiritum aperto vaſe leniter affundas, nouum ſali in fundo relicto affundendo & procedendo, vt prius: totieſq; repetendo, donec vini ſpiritus non amplius tingatur, & tota tinctura euocata fuerit: tunc omnem ſpiritum tinctum in balneo lentiſſimo calore à tinctura per deſtillationem abſtrahes, dum craſſiuſculi liquoris inſtar in fundo tinctura remanſerit. *Tinctura perlarum.*

Tinctura lunæ, vel argenti. Extrahitur ex eius floribus vel calce ſatis attenuata per ſpiritum vini therebintinatum, ſeparatoque more tincturarum mẽſtruo, manet in fundo tinctura, quæ deſtillationibus in quintam eſſentiam exaltari poteſt. *Tinctura argenti.*

Medicamentum diaphoreticum eſt in morbis cerebri, inflammatione neruorum, conuulſione, morbo attonito, mania vel inſania & delirio, hepatis, lienis, menſtruorumque vitiis & obſtructionibus obortis, ſingulare eſt remedium. Expellit enim prauas huiuſmodi corporis qualitates per poros, abſque omni timore, periculo, debilitatione, reſolutione aut imbecillate virium; confortat membra principalia & ſpiritus vitales ac animales.

Tinctura ſoli hoc modo præparatur. Recipe Auri partem vnam, antimonii partes tres, immitte in tigillum fuſorium & accenſo forti igne fundantur, cumque bene fuſa fuerint, infundas in crucibulum acuminatum, quod malleo percutiatur, dum refrixerit, & ita aurum fundum crucibuli petierit, quod à reliquo ſtibio decutiatur: ite- *Tinctura ſoli.*

rum tigillo fuſorio indatur, fundatur & dum ſteterit fuſum iniiciatur parum ſalis nitri ſpiritus ſtibii tanto facilius ſolem deſerant: cumque hi omnes euaporauerint, iniiciatur parum chryſocollæ, cum quo fundatur aurum, quod deinde effundatur in canaliculam, cera virginea oblitam, exemptum igniatur, ignitum reſtinguatur, & abluatur ſpiritu tartari: deinde hoc aurum denuo fundatur, cum duabus partibus Antimonii, proceſſu ſuperiore repetito, cum adiecta ignitione & ablutione ſpirituum tartari: tertio denique fundatur cum æquali pondere reguli Antimonij, ſtentque in leuiore fuſione, dum regulus totus euaporauerit, iniecto aliquoties ſalis nitri, euaporatoque regulo, injiciatur parum chryſocollæ, effundatur denuo in canaliculam cera virginea oblitam, vt prius, adiecta tum ignitione tum ablutione. Hac enim ratione aurum euadit admodum nobile, & ab omni externa ſubſtantia ad ſummum depuratum. Hoc aurum deducetur in tenuiſſimas bracteolas, quæ oleo ſalis ſoluantur: ſolutio deſtilletur, donec totum oleum abſtractum fuerit: paſtæ in fundo relictæ denuo nouum oleum affundatur, idque toties repetatur, donec calx aurea ſatis attenuata fuerit: acredo relicta abluatur aqua communi deſtillata, calx ſiccetur, reuerberetur cum ſale armoniaco præparato chymico more ſublimato.

Inter reuerberandum hæc cautio adhibenda, ne reuerberatorium vi ſpirituum ſalis armoniaci rumpatur, quocirca à reuerberatione abſtinendum, cum in foramine, quod in pyxide cæmentatoria eſt, alioquin vndique lutata, ſpiritus puniceus exurgit. Peracta reuerberatione refrigeretur ſua ſponte, exemptus puluis læuigandus exacte, vt fiat quaſi tactu impalbabilis, eluendis deinde in concha pura quam puriſſime, vt ſal decedat totus. Calx relicta exiccanda ſuper cineribus calentibus, cui exiccatæ affunditur ſpiritus vini therebinthiaci ad eminentiam duorum vel trium digitorum. Digeratur denuo & coletur ſpiritus vt ſuſcipiat tincturam, quam effunde repoſito alio ſpiritu, quo peracto tincturæ ſolent elici, ſolutiones in vnum collectas, deſtilla per retortam cum cohobiis, donec tinctura exeat, menſtruum ſepara in balneo leni: Eſſentiam circula cum quinta eſſentia vini ad nobilitatem ſummã huius tincturæ ʒj. miſta cum vncia vna aquæ theriacalis optimæ ad ſcrupulum vnum mane ieiuno ſtomacho ſumitur, continuandumq; decem dierũ ſpatio. Hoc medicamentũ Diaphoreticũ eſt p ſudores ſuperfluos noxios

noxios expurgans vniuersi corporis humores. Mineralium, metallorum-gemmarum, &c. extractiones ac tincturas satis in nostra Basilica Chymicà tradidimus, in quam lectorem remittimus, placet nunc recensere multorum doctissimorum virorum tincturas compositas, ad diuersos generis humani morbos.

Tinctura externa in dolore capitis à frigiditate: R. Lauendulæ maioranæ, saluiæ, rutæ, rorismarini an. M. j. Stœchados ℥ ij. Basiliconis, Betonicæ an. M. ß. fol. camomil. M. j ß. vini generosi ad eminentiã ij. digitorum: si fortiorem velis reddere tincturã adde caryophyll. piperis, maceris aut plus rorismarini q. s. Hæc tinctura vtitur externe ad ablutionem capitis.

Tinctura in dolore capitis à caliditate. R. Rosarum, nymphææ, solatri, florum cordialium, lactucæ, papaueris, portulacæ an. quantum vis, superfunde aceto, ad eminentiam, & si nimiam externe senseris acritatem, adde parum aquæ rosaceæ.

Tinctura ad incubum: R. Coriandri præpar. ℥ ij. spec. Diamarg. Diarrhodon Abb. an. ℥ j. sem. pœoniæ ℈ ij. corallor. rub. ʒ. ß. rasuræ eboris ossis de corde cerui, an. ℈ j. Anisi, aromatici rosati lapid. lazuli armeni an. ℈ ij. ß. Macis, cinnamomi an. ℈ j. vini maluatici destillati q. vis ad eminentiam. Vsus sit cum sacharo rosaceo, vel syrupo betonicæ.

Tinctura in vertigine: R. Stœchados Arab. euphrasiæ ana M. j. thymi, maioranæ, betonicæ, an. M. ß. flor. anthos, lauendulæ, ana p. j. sem. anisi, fœniculi an. ℈ ij. rad. pœoniæ, peucedani an. ℈ iv. cort. squillæ ℥ ij. garyophyll. ℈ ij. cinnam. ʒ. ß. Ligni aloes ℈ j. Fiat infusio cum s. v. Dosis ℥ ß. ad ℥ j. cum syrupo appropriatis vel conseruis.

Tinctura in vertigine digestiua. R. Flor. Borrag. buglos. violarum, anthos an. M. ß. herb. saluiæ, pulegii, serpilli, melissæ, absinthii an. M. j. sachari lib. j. Fiat l. a. cum vino veteri infusio pro tinctura. Si fortiorem appetis, quia debilis hæc est & magis confortatiua videtur, adde agarici, & diagridii an. ℈ j. ß. Massæ pill. sine quibus ʒ j. M. vt dictum.

Tinctura pretiosissima in hoc affectu talis est: R. Flor. Lauendulæ, saluiæ, hyssopi an. p. ij. rutæ p. j. cort. citri anisi an. ʒ. ß. seminis citri, serici crudi, ossis de corde cerui, ana ℈ ij. rad. buglossæ ʒ iij. corall. rub. præpar. Margaritarum præpar. an. ʒ j. spec. dianthos, diambræ, diamoschi dulcis, confect. Anacard. an. ʒ j. sachari anthosati lib. ß. F. l. artis cum spiritu vini infusio pro tinctura.

Tinctura alia in hoc affectu: R. Gran. pœoniæ, coriandri in aceto macerati, N. Moſchatæ, viſci quercini an. ʒ ß. cubebarum, galangæ, piperis longi, zingiberis, rad. tormentillæ an. ʒj. herb. roriſmarini ʒ j. ſachari ʒviij. cum V. Fiat tinctura.

Vel: R. Sem. fœniculi carui, aniſi ana ʒ. ß. ameos ʒ j. zingiberis, cinnamomi galangæ, caryophyllorum, macis, cardamomi an. gr. xv. ſacchari albiſs. lib. j. vel ß. Fiat infuſio, cum vino pro tinctura. Si adhuc fortiorem mauis adde ſpec. diagalargæ, aromat. roſ. De ligno aloes an ʒß. coriandri præpar. ſantal. rub. an. ʒij cumini ʒj. &c.

Tinctura in phreneſi digeſtiua: R. Fol. endiuiæ, ſcabioſæ, ſcariolæ, acetoſæ, flor. ʒ. cordialium, polypodii quercini ʒ. ß. ſem. acetoſæ, malorum, cucurbit. an. ʒj. Rhabarb. ʒj. ſantali citrini ʒij. ſachari q p. Fiat cum vino tinctura, quæ datur cum aquis frigidis & ſyr. confortantibus caput.

Tinctura alia in hoc morbo externa: R. Florum roſarum, nymphææ, buglo. Iæ an. ʒiij. ſantal. omnium, corallor. rub. an. ʒj. Diamarg. frigidi ʒ. ß. croci ʒ. ß. opii ʒj. camphoræ gran. ij. Spiritus roſarum pro humectatione q. v. vini recentis ſimplicis atque optimi ad eminentiam, ſi miſcere volueris pro maiori refrigeratione adde aquas cephalicas frigidæ complexioni deſtinatas: Applica ab extra.

Tinctura ſomnum producens: R. Cort. Mandrag. ʒj. ß. Rad. Papaueris. ſem. hyoſciami, papaueris nigri ana ʒij. ſem. halicacabi ʒ. ß. opii ʒj. flor. camomillæ, violarum an. M. ß. F. tinctura, miſcenda poſtea aqua ſolatri, applicetur calida.

Tinctura Apoplectica: R. Raſuræ vngulæ alcis, cranii humani ana ʒij. Spec. Diamoſchi dulcis ʒiv. corallor. vtriuſque, Margarit. præpar. ʒ. lap. pretioſ. ſulphure calcinat. ana ʒ. ß. Rad. Dictamni albi, ſem. & Rad. Rhabar. electi an. ʒj. viſci quercini, cubebarum, cardamomi, ana ʒj ß. Flor. ſaluiæ, anthos, calendulæ, ana ʒiv. Nucis Moſchatæ, Galangæ, Piperis longi, coriandri præpar. zingib. an. ʒv. ſem. Citri excort. ʒ j. zedoariæ, doronici, been vtriuſque ana ʒj. flor. borrag. bugloſs. menthæ, meliſſæ, nymphææ, violarum ana ʒ. ß. oſſis de corde cerui num. iv. vnicornu gran. xv. terræ ſigill. ʒ. ß. roſ. rub. ʒij. Spec. Diamargariti frig. De gemmis ana gran. xv. Moſchi, ambræ griſeæ ana gr. x. M. Fiat cum ſpiritu vini tinctura.

Alia

Digitized by Google

Alia in Apoplexia: R. Spec. dianiſi, diacaſtorei, dianthos plires archont. diamoſchi amari ana ʒ. ß. diatrion pipereon ʒj. caſtorei, zedoariæ, caryophyllorum. Nucis Moſchatæ, cinnam. ana ℈ij. zingib. ℈j. granpœoniæ, xyloaloes, raſuræ vnicornu ana ʒ. ß. Rhabarbari. Fiat tinctura cum vino lauendulato: vſus per ſe vel cum aqua ceraſorum nigrorum cum vino per ferment. deſtill. &c.

Vel ſic ſimplicior eſt: R. ſem. pœoniæ, Nucis moſchatæ, coriandri præparati, viſci quercini, an. ʒij. galangæ, cubebarum, cinnamomi, macropip. ana ℈j. flor. anthos., tormentillæ, zingib. ana ʒ. ß. ſacharo q. p. Fiat infuſio cum vino maluatico ſuper Lilium Conuallium deſtillato.

Tinctura in Paralyſi: R. Spec. diaxyloaloes ʒj. diamoſchi dulcis, diagalangæ an. ʒ. ß. viſci quercini, Rad. pœoniæ an. ℈iv. Ireos, galangæ, calami aromat. an. ℈ij. Nucis moſchatæ ℈j. Ligni aloes ℈. ß. ſachari albiſs. ʒiv. cum vino generoſo F. lege artis digeſtoria tinctura.

Tinctura in Paralyſi Digeſtiua. Recipe Rad. Pœoniæ, ruſci, aſparagi ana ʒvj. ſummit. hyſſopi, betoniæ, Iuæ arthreticæ, primulæ veris ana Menſ. j. 4. ſem. frigid. maior. ana ʒij. flor. ſtœchados, anthos, cardiacæ ana p. j. cinnam. ʒj. paſſul. conciſ. ʒj. Fiat infuſio pro tinctura cum vino maluatico. Datur cum ſyr. de 2. Radicibus, ſtœchados vel de bizanth. &c.

Tinctura præparans humores in Lethargo: R. Cort. citri, betonicæ, ſaluiæ, maioranæ ana M. j. cort. rad. capp. ʒij. ß. Nucis Moſchatæ, pulv. caryophyll. ana. ʒj. meliſſæ, bugloſſæ, epithymi ana M. ß. Fiat infuſio cum vino pro tinctura, quæ dabitur miſcendo cum ſyr. beton. ſtœchad. melle roſato an. Item hydrom. ſquillitico, &c.

Tinctura in caro: R. Specierum diambræ, diamoſ. dulcis aromat. roſ. ana ʒj. ß. diacinnam. plires archom. ana ʒj. Nucis moſchatæ, macis, cubebarum, ana ℈ij. cinnam. ʒj. ß. garyophyll. calami aromat. piperis longi an. ʒj. Ligni aloes ℈j. maſticis ʒj. ſem. zingib. ℈ij. cardamomi ʒ ß. ſachari ℥xvj. Fiat cum ſpiritu vini tinctura, quæ dabitur cum ſucco maioranæ vel ſaluiæ.

Tinctura ad memoriam in obliuione: R. Myrobal. chebulorum, citrinorum, Indorum, belliricorum ana ʒj. galangæ, caryophyll. gran. paradyſi, cardamomi an. ʒj. Nucis Moſchatæ, aniſi, fœniculi, an. ʒ. ß. Roſ. Rub. exſicc. ℥iij. florum anthos, lauendulæ an. ʒij. Caſtorei ʒ. ß. Confect. anacard.

anacard. ʒij. paſſularum ſi lubet vel ſachari lib. ß. Fiat lege artis tinctura cum vino maluatico anthoſato. Datur per ſe vel cum aqua magnanimitatis,&c.

Tinctura epileptica: R. Rad. pœoniæ maſculi creſcente luna effoſs. Viſci quercini ana ʒij. vngulæ alcis,ſem. pœoniæ, ana ʒj. raſuræ eboris, Cornu C. præparati, cinnamomi, ſuccini albi ana ʒ ß. croci orientalis ϑ.ß. Cranii humani ſicci ʒj. M. Fiat cum S. vini tinctura quæ dabitur cum tinctura corallorum rubeorum.

Tinctura epileptica alia: R.Coriandri præparati ϑ ij. Rad.& ſem. pœoniæ, an. ʒij. Viſci querni ʒj. vngulæ alcis ϑj.ß. Cornu cerui vſti, corall. rub. Margarit. an. ϑij. Spec Aromat. Roſati, Garyophyllorum an. ʒj. ß. Ligni aloes, Macis, Galangæ, Cinnamomi, an. ʒj. Spec. Diamoſchi dul. ϑ ij. ſem. Citri ʒj. Aniſi ʒiij. Sachari quantum vis. Fiat cum S. V. tinctura.

Tinctura antepileptica alia: R. Rad Fragariæ lib. iij. pul. Rad. pœoniæ cum ſem. an. ʒj. ſem. Aniſi ʒ ß. ſeſeleos coriandri præparati, viſci quercini an. ϑj Spiritus vini lib. iv. Digere in ſole vt F. tinctura: cuius coch'earj cum gr. ij. ſalis è Cranio Microcoſmi eſt perfecta cura in epilepſia. Alii etiam dictas ſpecies deſtillant.

Tinctura purgans in hoc affectu: R. Abſynthii, Carduibened. verbenæ, betonicę, agrimoniæ,aſpleni, tamariſci: Rad. Cappar. an. M. j. cinnamom. macis, galangæ, zingiberis ana ʒij. Rad. & Flor. pœoniæ, ſem. pœoniæ an. ʒj. ß. ſem. Citri ʒ. ß. Fol. ſenæ ʒij. turpeti inciſi, agarici ana ʒ. ß. vini generoſi fortis Menſ. ij. vel iij. Fiat lege digeſtionis tinctura egregia.

Tinctura confortans in hoc malo: R. Dianthos Diamoſchi dulcis, Diacalamint. plires archont. an. ʒj. macis, cubebarum, caryophyll. gran. pœoniæ an. ʒ. ß. ſalis cranii microcoſmi, magiſt. corall. perlarum an. ϑj. piperis longi, carui, zingiberis an. ϑ. ß. ſachari lib. j. F. cum vino ſuper lilia conuall. correcto, tinctura artificioſa.

Tinctura digeſtiua in conuulſionibus. Recipe Rutæ, hyſſopi, ſaluiæ, betonicæ, ſtœchad. calamint. roſmar. ana M. j. Rad. Acori, pœoniæ, an. ʒiij. Rad. Apii, petroſelini, fœnieuli, ruſci, aſparagi ana ʒ. ß. ſem. aniſi, fœniculi, Nucis Moſchatæ, Cinnamomi ana ʒiij. Mellis ʒvj. F. lege artis digeſtio & tincturæ extractio, quæ datur cum appropriatis.

Tinctura

Digitized by Google

Tinctura confortans pro confortatione viſus: Recipe betonicæ, verbenæ, euphraſiæ, chelidoniæ, hyſſopi, pulegii, ſaluiæ, ana ʒ. ß. ſem. fœniculi, ſileris montani, coriandri præp. ſem. maioranæ, baſiliconis ana ʒj. zingiberis, acori, caryophyll. cubebarum, anthos, cort. citri an. ℈j. ſachari q.p. Fiat infuſio pro tinctura cum vino generoſo. Eius vſus eſt cum ſyrupis ſacharatis, vt euphraſię, betonicæ, fœniculi, &c.

Extractum ligni quaiaci. Recipe ligni quaiaci partes duas, eiusdem corticis partem vnam. Omnia in Rasuram redacta (lib.7. vel 8.) indantur in plura alembica siue vasa vitrea magna, capacia & oblongi colli: Affundendo aquam optimam vitæ vel vini, vel hydromelitis vinosi. Clausis vasis, ne quid expiret, fiat digestio in Baln. vaporoso calidiori per 12. vel 15. dies: quo tanto temporis spatio aqua vitæ melius rubescat & imprægnetur ligni tincturis; Omnem liquorem calentem adhuc cola: Fæces autem prælo fortissime exprime: Tum egredietur

Digitized by Google

cur liquor ſpiſſus, rubicundus, & oleaginoſus: quem cum priore conſunge: Omnibus ſimul in alembicum vel cornutam cum ſuo recipiente inditis, fiat deſtillatio, donec materia in fundo maneat in conſiſtentia mellis, & bulliendo bullas emittat, non ſecus ac mel ipſum. Tunc calentem materiam effunde in patinam terream vitreatam, aquam frigidam continentem, & ſtatim coagulabitur inſtar aloes aut gummi rubei: quam manu exemptam abſterges & ſeruabis tanquam remedium prætioſiſſimum, vt pote quod præcipuis quaiaci viribus tam ſulphureis, quam ſalinis abunde dotatum eſt.

Diaphoreticum ac Bezoarticũ extractum.

Ex eo fingas duas pilulas exiguas, & habebis præſtantiſſimum ſudatiuum & remedium bezoardicum, quod nullas corruptiones relinquit in corpore, ſudores & vrinam mirifice prouocat, ipſamque ſimul aluum deiicit. Sunt qui hoc extractum ſic miſcent. R. Huius extracti ʒß. ambræ gran. x. antimonii diaphoretici ac fixi ʒj. miſcent. Doſis ϑj. Alii addunt eſſentiæ iuniperi &c.

Præſtat autem conficiendis huiuſmodi extractis, loco aquæ vitæ, accipere hydromel quoddam vinoſum: aut aquas vlmariæ, cardui benedicti & fumi terræ, acidulas factas, cum ſucco limonum aut aceto montano. De hac aqua, quam poſt extractionem diſtillando ſeparabis, & ſtudioſe tanquam rem ingentis pretii ſeruabis, exhibe duo vel tria cochlearia ſtatim poſt aſſumptam pilulam, & ſingulare remedium aduerſus luem veneream, quantumuis inueteratam comperies, eius vſum, præmiſſis tamen remediis vniuerſalibus, & imperata ægro victus ratione ſiue diæta, qualem huiuſmodi affectus ſibi expoſcit, ad pluſculos dies continuabis.

Pro varia ægri natura & temperamento variari quoque poteſt diſſoluens in extracto quaiacino parando. Nam qui corpore ſunt macilento, & hepate feruidiore, eligant aquas fumiterræ & agrimoniæ acidulas redditas, vt ſupra, quæ aquæ deſtillatæ poſt extractionem iam per ſe, vt ſupra, exhibitæ ad vnciam vnam aut duas plurimum conferunt ad ſudores potentes prouocandos ceteriſque vulgaribus decoctionibus longe antecellunt.

Extractum è ligno ſaſafras.

Gummi è ligno ſaſafras ad eundem modum extractum conducit quoque eidem malo: Elici poteſt vel ſeorſim per ſe vel cum quaiaco ſimul iunctum.

Digitized by Google

Extractum ligni Buxi. Sic educes Gummi ex ligno Buxi: vnde insigne parabis sudorificum & specificum contra omnes epilepsias, vermes & putredines, de quo tantum exiguam pilulam, vt de quaiacino, pro dosi præbebis.

Extractum ligni & cort. iuniperi. Gummi tam ex ligno, quam cortice iuniperi, consimili methodo ac via eductum, excellens quoque est sudorificum & Bezoardicum aduersus easdem epilepsias, pestes, & affectus contagiosos & venenatos.

Extractum ligni aloes. Extractum ligni Rhodii & santali. Eadem via elicies gummi ex ligno aloes, ligno Rhodio & santalo, quæ summe sunt cardiaca & Bezoardica. Illis menstrua siue dissoluentia adhibebis adeo commoda & conuenientia, vt simplicia ea, quibus vti voles, scopo tuo accommodentur. Verbi causa, gummi è ligno aloes peculiariter prodest vermibus & putredinibus arcendis, illius extractione congruæ erunt aquæ stillatitiæ hyperici & centaureæ. Sic gummi è santalo, quod hepaticum est, extrahi potest ex aqua agrimoniæ.

Extractum cort. fraxini. Eodem modo gummi è cortice fraxini, quod est diureticum, dissoluens, & contra ipsius lienis durities specificum singulare extrahes, vel cum sua propria aqua destillata ex tenerioribus einsdem arboris foliis, aut simili quadam aqua splenitica, & idonea ad aperiendum, & ad tenacissimum corporis nostri tartarum gummiq; dissoluendum.

Extractum cort. tamarisci siue capparorũ. Extractum Radicũ arborum. Ita etiam parabis gummi è cortice tamarisci & capparorum contra eosdem affectus cum aqua florum genistæ, scolopendriæ, &c.

Gummi ex radicibus arboris pomi, fructus acidos gustu & vehementer adstringentes proferentis, extractum cum aqua ex iisdem pomis acidis destillata, summum est medicamen contra omnia ventris profluuia, dysenteriam, lienteriam, diarrhæam, fluxum hepaticum, & similes.

Quæ hactenus dicta sunt, exemplaris loco in posterum erunt, ad varia & infinita gummi extrahenda ex omnis generis arboribus, quæ vel ex librorum lectione, aut propria experientia diuersorum morborum curationi conuenire noueris.

Notandum est, extracta, quæ magis gummosa & sulphurea existunt,

Digitized by Google

ſtunt, quæque ex ligno plus oleaginoſa, veluti è quaiacinio, laurino, iuniperino & ſimilibus educuntur, poſt menſtruorum ſuorum ſeparationem (ſeparantur autem vel deſtillatione, vel euaporatione) in aquam iniicienda eſſe, vbi ſtatim coagulabuntur, vt iam diximus de quaiacino.

Sed plura alia extracta, quæ non adeo oleaginoſa ſunt, non coagulabuntur: vnde hæc tantum coquenda ſunt ad ſapæ conſiſtentiam, aut paulo amplius, vt inde, ſi velis, pilulas formare poſſis. Et quo perfectius & diutius coques extractum, humiditatem ſuam inde magis magiſque ſeparando (ab ipſis etiam, quæ ſine aqua vitæ præparaſti,) eo aptius diuturnæ conſeruationi conficies.

Extracta è Radicibus.

In radicum extractionibus multa conſideranda ſunt: num videlicet eædem recenter collectæ ſint, nec ne: num viridæ, an ſiccæ & marcidæ, num abunde ſuccolentæ, nec ne? Videndum præterea, num ſuccus ſit liquidior, facilioriſque expreſſionis, an vero viſcoſior, tenacior & difficilioris expreſſionis? Quibus probe conſideratis omnibus, extracta componenda ſunt, vel cum diſſoluentibus, vel ſine eiſdem: in his vltimis parandis ſufficiet radices tantum coquere & digerere cum ſuo proprio & ſimplici ſucco, ſi liquidior ſit, & ſic deinceps poſt perfectam huius depurationem inde extractum efficere.

Hæc igitur omnia inprimis obſeruanda ſunt. Dabimus autem horum quædam exempla, quibus artificem operarium ad practicum opus quaſi manu deducemus, idque tam facili via, vt vel minimus tyro in eo errare non poſſit.

Exordium autem ſumemus à radice angelicæ, quæ præ cæteris commendatior, & magis bezoardica eſt: cuius recentis copiam non quouis tempore & loco habere licet. Fingamus igitur eam exſiccatam ad extracti compoſitionem ſumendam, vbi iuxta ſequentem methodum ſic progredietur.

Extractum Radicum Angelicæ.

R. Radicis angelicæ craſſo modo conquaſſatæ lib. j. affunde aquam vitæ iuniperinam, vel aquam vitæ vini, vel hydromel vinoſum, aut vinum ipſum vt tres quatuorue digitos ſuperemineat: colloca vas tuum probe clauſum in Baln. Mar. calido per quatuor aut quinque dies: dein materiam cola & fæces prælo quam fortiſſime exprime & expreſſionem coniunge cum colatura: fæceſque iterum iniice in vas vitreum,

vitreum affundendo nouam aquam vitæ, vt tres vel quatuor digitos ſupernatet, digere vt antea, cola & exprime, & ſuccum hunc expreſſum prioribus adde.

Omnibus ſimul in alembicum inditis, liquor inde deſtilletur, quem ſeruabis ſeorſim, quod autem in fundo inſtar ſapæ remanſerit, tuum erit extractum: cui ad virtutes ſuas augendas adiicias ſuum ſalem: calcinando videlicet fæces poſt ſecundam expreſſionem in furno reuerberii, vt artis eſt, indeque eliciendo ſalem cum aqua vlmariæ & petaſitidis: quæ aqua addatur extracto, omniaque inuicem probe miſceantur & digerantur in B.M. per vnum atque alterum diem.

Doſis ac vſus.

Poſtea liquor inde deſtilletur per alembicum in Baln. vaporoſo ad ſiccitatem vſque ſeruabis hanc aquam, quæ bezoardica & ſudorifica eſt ſeorſim, & in fundo reſtabit extractum talis conſiſtentiæ, vt facile in pilulas efformari poſſit: ex quo vna formata in piſi magnitudine, aut xv. vel xx. granorum pondere, ſingulare & potentiſſimum erit ſudatiuum bezoardicum ſuperbibendo ſtatim propriæ aquæ vltimo reſeruatæ vnc. j. vel duas: illud remedium eſt aduerſus peſtem potiſſimum, & contra omnis generis effectus contagioſos cum maligna & venenata qualitate coniunctos. Si huic pilulæ addideris 7. vel 8. grana ſulphuris noſtri Aurati Diaphoretici, quod infra deſcribemus ſudatiuum parabis prorſus admirabile, eiuſque virtutes longe efficaciores validioreſque ad prædicta mala contagioſa & venenata facilius ſubigenda & extirpandæ præſtabis.

Extractum Rad. Torement. Imperialis. Zedoariæ. Gentianæ. Ariſtolochiæ. Enulæ campanæ.

Eodem modo conficies extracta ex Rad. Imperialis, Zedoariæ, Tormentillæ, gentianæ, Ariſtologiæ, Enulæ Campanæ, quæ iiſdem fere intentionibus medenti inſeruiunt. Efficaciter autem omnes corporis corruptiones & putredines auferunt & corrigunt: Vermeſq; ſiue lumbricos in corpore naſcentes, varioſque morbos excitantes enecant & è medio tollunt.

Extractum Zingiberis ſudatiuum.

Similiter quoque admirandum erit ſudatiuum ad febres quartanas & omnes morbos ex craſſo & fœculento humorum Tartaro progreſſos, extractum zingiberis, quod ſpiritu vini elicies: cuius Doſis eſt pilula piſi magnitudine, & admirabiles animaduertes effectus.

Extractum Radicum paonie & viſci coryli.

Sic etiam extracta fiunt ex Rad. pœoniæ viſco querno & viſco coryli

Digitized by Google

ryli ad Epilepſiam. Sed loco aquæ vitæ ſubſtituantur aquæ pœoniæ, florum tiliæ, aut lilii conuall. ad extracta conficienda. Et ſic parabis varia extracta ex omnis generis radicibus, pro diuerſa nempe ac varia earundem natura ac proprietate, qua variis morbis expugnandis accommodantur.

Si enim omnia ſigillatim deſcribere animus eſſet, opus excreſceret in infinitum, nulluſque daretur finis. Vt igitur ſupra, ita & hic exemplaris vicem ſuſtinebunt hæc, quæ modo expoſuimus, iuxta quæ omnis generis extracta alia fabricare & componere concedetur.

Notela de Rad. ſuculentis.

Si radices, ex quibus extracta concinnare voles, fuerint ſucculentæ, plurimoque liquore abundauerint, ſolummodo ex iis optime mundatis & contuſis prælo ſuccus exprimendus erit: qui ſuccus citra additionem alterius liquoris immittatur in vas vitreum cum collo oblongo, & quantitatis conficiendæ capax, omnia digerantur in Baln. Mar. calido per aliquot dies, donec ſuccus tuus, quantumuis albus, in rubeum conuertatur colorem, inſtar vini rubicundiſſimi aut ſanguinis, quod citra dubium per ſolam digeſtionem accidit, non ſecus ac vinum album, & panis albus, aliaque poculenta & eſculenta coloris albi, nec non lac amygdalarum, hordeatum mundum, & ſimilia, è quibus alimenta hauriimus, opera digeſtionis in Baln. M. caloris animalis factæ conuertuntur in ſuccum rubicundum, nempe in ſanguinem.

Qui ſicut optime temperatus, dulciſque guſtu eſt, ita omnia extracta artificio noſtro educta cum rubedine ſua, quæ illorum perfectionis ſignum eſt, coniunctam ſimul habent inſignem dulcedinem, cuius ope ipſa diutiſſime ſine ſacharo & melle conſeruantur, cum videlicet perfecte depurata fuerint, ſicut fuſius & dilucidius capite de ſyrupis declarabimus.

Materia igitur in rubedinem conuerſa omniaque hypoſtaſi ſiue craſſamento ſeparato liquor ſeparandus eſt, qui colore albo inde deſtillabitur: extractum autem in fundo remanebit in forma ſapæ rubicundæ. Vt longiſſimo conſeruetur tempore, euaporatio fiat in Bal. vaporoſo ad omnem ſiccitatem, donec materia in pilulas reduci poſſit.

Extractum Radicum Hyoſciami. Extractum è Radicibus eſulæ.

Sic extractum compones ex radice hyoſcyami, cuius vſus erit ad anodyni cuiuſdam & laudani compoſitionem. Sic etiam extractum purgans è radicibus eſulæ, vt mox dicemus, & ex infinitis aliis radicibus ſucculentis, diuerſis ſcopis curatiuis accommodatis elicies.

Alia quoque ratio eſt extractum cõficiendi ex radicibus multo ſucco abundantibus. Hoc extracti genus fæculæ nomine inſignitum eſt, ac ſi exiguam ſiue minimam fæcem ſeparandam & vſui adaptandam pronunciares.

Extractum Radicis faculæ Bryoniæ.

Vt igitur fiat fæcula bryoniæ, quæ, vt ante diximus, ſingulare eſt mundatiuum matricis, & rerum hyſtericum medicamentum contra quaſcunque vteri ſuffocationes, proceſſus operationis in eum, qui ſequitur, modum inſtituatur.

R. Raſuram radicis bryoniæ, quam minutim conciſam & contuſam indas in ſuccum linteum, è quo ſub prælo extrahas ac exprimas quam fortiſſime ſuccum, qui ſuccus in vitro conſeruis adſeruandis deſtinato detineatur in loco frigido, non calido, & pauco dierum ſpacio videbis in fundo colligi fæces albiſſimas inſtar amylii quibus ſupernatat aqua turbida, & alba inſtar ſeri lactis, quam ſeparabis per inclinationem: Amylum autem in fundo reſidens, in pluribus vaſis paruis vitreis aut terreis vitreatis pones, vt optime deſiccetur in vmbra, non in loco calido, & paucis horis materia exſiccabitur in forma amyli, quod fæculam bryoniæ appellant, ex qua fingitur pilula decem vel duodecim granor. pondere, admiſcendo paucum caſtoreum, vel aſſam fætidam, ſummum & præcipuum remedium eſt contra omnes matricis ſuffocationes. Quidam corrigunt extractum hoc cum extracto Rad. Ireos, extracto Heleii, oleo aniſi, fœniculi cinnamomi & caryophyllorum q.v.

Extractum Rad. faculæ Iridis.

Sic fæcula ex radice iridis præparatur, quæ ſingulare remedium eſt aduerſus hydropiſim.

Extractum Radicis Aronis.

Ita etiam fit fæcula ex radice aronis, quæ efficax eſt ad humores corporis noſtri tartareos, gummoſos ac tenaciſſimos diſſoluendos, quia alias duricies & obſtructiones viſcerum progignunt, & ſeminaria, radices & fotes exiſtunt plurimorum diuturnorum & deploratorum morborum, quales ſunt febres quartanæ, cachexiæ, & ſimiles: ſed huic fæculæ iam exſiccatæ affunde aquæ filicis vel ſcolopendriæ, quantum ſufficit, digerantur ad ignem Baln. Mar. per vnum aut alterum diem, aqua

Digitized by Google

qua dein per inclinationem separetur, & materia tandem denuo in vmbra exsiccetur, vt fiat fæcula.

Notandum est autem, præter enarrata radicum extracta quædam esse in quibus præparandi ratio à priore longe differt, hæcque ipsa sunt, quæ vires naturales instaurant, & corroborant, aut insigniter consolidant, vbi vini panisque additione opus est, quæ duo naturam maxime nutriunt ac sustentant, & reliquis simplicibus, cum quibus miscentur, vehiculi instar sunt, vt eorum virtutes promptius in venas & profundissima quæque loca transferantur.

Exempli causa, ad herniam quantumuis completam compendiosius citiusque curandam, extractum educes ex symphyto, sigillo Salomonis, quale mox describendum aggrediemur, & ad naturam debilem & eneruatam calefaciendam, suoque vigori restituendam vterique fœcunditatem excitandam, parabis extractum Satyrionis.

Sic paratur etiam extractum siue sanguis symphyti. *Sanguinis symphyti ad Herniam.*

℞. Rad. symphyti maioris & minoris simul optime mundatæ, hanc in mortario marmoreo probe contunde cum pistillo ligneo, donec formam pulpæ sortiatur. Ad iij. libras pulpæ adiice medullæ panis secalini, & panis siliginei siue triticei an. lib. *j.* Omnia inuicem probe mixta, & tantillo vini albi irrigata iniiciantur in matracium vitreum cum collo longo, subere vel cera Hispanica optime obturatum, vt nihil transpiret.

Hoc matracium collocetur in fimo calido, quem chymici ventrem equinum vocant, siue in balneo vaporoso, donec materia in chyli sanguinei ac rubicundi colorem conuertatur.

Tunc illam fortiter prælo exprime, & expressionem hanc chylosam & sanguineam pone in balneo vaporoso, illud in hac secunda digestione maiorem acquiret rubedinem, & fæces aliquot in fundo relinquet, quas separabis, continuando hanc digestionem & depurationem, donec materia clarissima & rubicundissima apparuerit. Separa ab illa tunc liquorem clariorem per alembicum ad ignem Balnei vaporosi, & remanebit in fundo extractum rubicundissimum, quod nominant sanguinem symphyti, ad hernias & omnia vlcera interna præstantissimũ. Dosis est ℈j. mane, dissoluendũ in sua ꝓpria aqua *Dosis.*

deſtillata, vel in vino albo, vel alio liquore congruo, continuando ad pluſculos dies, & egregios miroſque effectus inde produci comperies.

Extractum ſatyrionis.

Eodem modo extractum ſiue ſanguinem ex ſatyrione extrahes, quod ſingulare matricis corroborans, & ſpecificum eſt remedium ad conceptionem, proliſque generationem iuuandam, ſteriliſſimiſque quantumlibet mulieribus fœcunditatis donum impertit, virique impotentiam ad priſtinum vigorem reducit, cuius imitatione alia plura effingere licebit. Sed verus philoſophus vlterius adhuc progredietur, & per eandem viam tum ex frumento tum ex vino educet ſubſtantiam quandam ſanguineam, alendi ac viuificandi facultate potentem: qua cauſam generationis carnis in corpore noſtro indagabit. Sequuntur nunc extracta baccarum, granorum & ſemi-num.

Extractum gran. Iuniperi.

Accipientur 4. vel 5. libræ baccarum iuniperi ſelectiſſimarum, & modice conquaſſatarum: his imple ad medium vſque matracium vitreum capax, ſuperaffundendo ſuam propriam aquam vitæ, vel aquam earundem deſtillatam, (cum ſcilicet oleum ex iiſdem deſtillaueris per alembicum magnum cupreum, in modum aliorum oleorum) vt vna ex alterutra harum aquarum 4. aut 5. digitos ſupernatet, licet aqua vitæ alteri præſtet, vaſe rite clauſo ſtent in digeſtione Baln. Mar. per 5. aut 6. dies, donec dicta aqua intenſe coloretur, & virtutibus baccarum illarum impregnetur. Effunde aquam hanc tinctam per inclinationem, & fæces adhuc calentes fortiter exprime per torcular: hanc expreſſionem adde eidem aquæ coloratæ: omnibus in alembicum vitreum inditis, liquor inde ad ſiccitatem vſque deſtilletur in B. vaporoſo, in quo materia tua ab omni aduſtione immunis erit: aquam inde deſtillatam ſerua ſeorſim, & extractum etiam ſeorſim, quod inſtar ſapæ erit, longoque conſeruabitur tempore. De hoc extracto exhibe ſcrup. j. vel duos, vel aquæ propriæ deſtillatæ cochlearia tria & habebis ſummum ſudorificum bezoardicum contra omnes peſtes & venena.

Extractum Baccarum lauri.

Eadem via procedes in extractione Baccarum lauri cum ſua propria aqua vitæ, aut aqua ab iiſdem deſtillata, vbi ſemel illarum oleum paraueris per magnum alembicum: quod fit iniiciendo lib. j. baccarum conquaſſatarum in quinque aut ſex libris aquæ communis, cuius ope

Digitized by Google

ope oleum istud ascendit, facileque ab aqua separatur: Nam ipsi aquæ innatat.

Aqua vero interim attrahit & conseruat adeo exacte & perfecte odorem, saporem aliasque virtutes prædictarum Baccarum, vt longe sit præstantior & melior ad compositionem sui proprii extracti, quam quiuis alius liquor extraneus & peregrinus.

Extractum purgans hederæ.

Eodem artificio conficies extracta ex omnibus aliis baccis, granis, & seminibus velut extractum purgans ex hædera, extractum antepilepticum ex seminibus pæoniæ extractum carminatiuum & flatibus dissipandis aptum, ex seminibus fœniculi, anisi, cumini, dauci, & similibus.

In eundem modum fieri poterunt infinita alia extracta diuersis iisdemque morbis appropriata, quibus simplicia, è quibus educuntur, conferunt.

Extractum vuarum.

Sunt ex granis quædam succulentiora & magis vinosa, quorum extracta aliter componuntur: veluti est succus vuarum, qui expressus reducitur in sapam: quæ vna ratio est extracta concinnandi: estque sapa hæc apta ad varia intinctuum genera componenda.

Extractum granorum sambuci & Ebuli.

Sic quoque ex granis maturis sambuci & ebuli fit extracti genus, siue sapa quædam hydropisi congrua & salutaris.

Extractum granorum actes.

Ex iisdem granis sambuci probe maturis, & ad vmbram per aliquod temporis spacium exsiccatis, aliud extracti genus efformabis, quod est specificum hystericum, idque chymici vocant extractum granor: actes, cuius præparatio sequentibus verbis continetur.

Collige magnam copiam granorum sambuci optime ad vmbram exsiccatorum, vt diximus: cæterisque omnibus abiectis, sola grana accipe, quibus ad mediam partem imple matracium magnum cum longo collo, superaffundendo fortissimum spiritum vini, acidulum redditum cum liquore acido, vel vitrioli, vel sulphuris, vt materiam tres quatuorue digitos supernatet. Vase clauso, vt nihil expiret, fiat digestio in Bal. Mar. per quinque aut sex dies donec spiritus vini in colorem rubini tinctus apparuerit, quem separabis per inclinationem, cauendo, ne quid ex fæcibus aut turbulenta materia simul transeat.

Digitized by Google

De qua tinctura iam, non etiam ſeparato prius menſtruo, hoc eſt, aqua vitæ, quæ ſine corruptione aut alteratione vlla diutiſſime adſeruabitur (& cui, ſi voles, addes parum ſachari, gratioris guſtus cauſa) exhibebis ſemicochlear argenteum, aut cochlear plenum, mulieribus, quæ ex vteri præfocatione miſeris modis excruciantur, & ſubito effectus ſequetur exoptatiſſimus. Ex improuiſo enim, & quaſi miraculoſe expergefient priſtinæque valetudinis integritati reſtituentur. *Vſus.*

Rurſus ſi velis, ſepara inde aquã vitæ per Alembicum in balneo vaporoſo, donec in fundo remaneat extractum rubicundiſſimum, de quo exhibebis ℈j. pro doſi, idque diſſolues in ſua propria aqua deſtillata, aut in quibuſdam aliis conuenientibus, aut vino albo, quod inde rubeſcere incipiet.

Extractum granorum ebuli. Ad eundem modum parabis electuarium ex granis ebuli maturis, & ad vmbram exſiccatis, hocque extractum ſpecificum eſt remedium contra hydropem & cachexiam.

Extractum ceraſorum nigrorum. Sic quoque extracta conficientur ex plurib̃ aliis fructibus, veluti ex ceraſis nigris agreſtibus, & exſiccatis contra epilepſiam, in cuius extracti compoſitione poteſt loco aquæ vitæ ſubſtitui quædam aqua antepileptica, de pæonia, &c.

Extractum florum paeonia. Ex floribus pæoniæ rubeis & exſiccatis eodem modo elicies tincturam cum ſua propria aqua, quæ aciditate vitrioli acidula reddetur.

Extractum fruct. Alkekengi. Cum aqua alkekengi acidula quoque facta, vt ſupa, extractum è fructibus eius rubicundis, & modice exſiccatis contra calculum comparabis.

Extractum ſenelorum. Cum aqua ſenelorum quoque acidula, elicies ex ſenelorum eorundem fructibus exſiccatis extractum accommodatiſſimum ad præſeruationem & curationem calculi.

Extractum florum papau. rubeorum. Sic & ex floribus papaueris rubei exſiccatis, cum ſua propria aqua, eodem modo acidula reddita, cum liquore acido ſulphuris educes extractum præſtantiſſimum & ſpecificum ad omnes pleuriſes, quod vnius ſcrupuli pondere diſſolutum exhibebis in vncia vna ſuæ propriæ aquæ deſtillatæ poſt tincturæ imprægnationem. Aut ſi voles, omiſſa ſeparatione eaſdem aquas tinctas ſeruabis, & de iis præbebis ℥ß. vel ℥j. veſperi circa horam ſomni, & miros producet effectus. *Doſis extractorum.*

Ad

Ad hanc normam extractorum, diuersorum lignorum, corticum, radicum, baccarum, granorum, seminum, fructuum, & florum, verus & peritus medicus infinita alia ad diuersos & plurimos affectus effinget remedia.

Restat vt breuiter exponamus extracta herbarum, quæ fiunt tribus modis, vt sequitur. *Extractum herbarum.*

Primus modus est, vt contundatur herba, & prælo eius exprimatur succus, dum adhuc viridis est & succulenta: postea succus hic depuretur in Baln. Mar. calido. tamdiu separando purum ab impuro, donec nullæ amplius fæces in fundo resideant. *1. Modus.*

Ab hoc succo perfecte ita depurato, abstrahe aqueum liquorem per balneum vaporosum, donec in consistentiam sapæ, aut paulo siccioremsi diu conseruari debeat, redigatur.

Secundus est, vt incidatur herba, cum floresçit, qua impleatur Alembicum (cucurbita magna) magnum terreum vel cupreum, stanno interius obductum, quale estillud, quo plerumque olea destillari solent, depressa optime materia hydromelite vinoso imbuatur: clauso postea vase cum quodam operculo omnia macerentur in calore solis, si æstas sit, aut in quodam hypocausto per quatuor aut quinque dies: post exprimantur omnia prælo, & fæcibus affunde nouum hydromel, vel aquam vitæ; digerendo & exprimendo omnia, ac denuo idem repetendo, donec fæces omni virtute spoliatæ videantur. Omnes hæ expressiones simul collectæ indantur in Alembicum, vt liquor inde destilletur, & in fundo remaneat extractum in forma mellis vel sapæ. *2. Modus.*

Tertius & vltimus modus educendi extracta ex prædictis herbis est, vt earum magna copia simul colligatur, quæ minutim incidantur aut contundantur: his impleatur magnum aliquod, aut plura minora Alembica (cucurbitas) terrea aut vitrea, per quæ aquæ illarum ad siccitatem destillentur, idque in balneo vaporoso, fæcibus omnino siccis, nihil tamen adustionis redolentibus, & in puluerem crasso modo redactis, affunde aquam suam propriam destillatam, & dum fit omnium in balneo digestio, aqua alliciet omnem herbarum tinctură, illarumq; qualitatib. essentialib. substătificis impręgnabitur: *3. Modus.*

conti-

continenter affundendo nouam aquam, & omnia digerendo, ſeparandoque aquam tinctam per inclinationem, ac ſingula denuo repetendo, donec aqua amplius non tingatur, dein omnes hæ aquæ tinctæ, ſimul mixtæ ac in vnum aut plura alembica apta inditæ deſtillentur vſque ad conſiſtentiam ſapæ ſiue extracti. Aquas deſtillatas ſeorſim ſeruabis, vt in eius vnc. ſ. vel ij diſſoluatur ʒß. vel ʒj. Et ſic hoc extractum præbebitur in iiſdem affectibus, quibus ipſa ſimplicia, vnde compoſitum eſt, conueniunt.

Si ex fæcibus illarum calcinatis extraxeris ſalem, cum earundem proprio liquore, & hunc liquorem cum ſuo ſale ſimul, & ſemel deſtillaueris, vt ſal enumeratus cum extractionibus iſtis exquiſitius miſcetur, multo efficaciorem reddes facultatem extractorum multiplicem, quam habent, nempe purgatoriam, ſudorificam, diureticam, aperitiuam & deoppilatiuam.

Extractum chelidonia.

Ex præſcriptis itaque his tribus modis elige quemcunque volueris, & fac ex herba, radice, & tota reliqua ſubſtantia chelidoniæ extractum, quod præſtantiſſimum & ſpecificum eſt medicamen contra febres tertianas, icterum, cachexias, colores pallidos, & obſtructiones viſcerum, eſtque præterea remedium vniuerſale, pluribusque expugnandis affectibus prodeſt: item diureticum & ſudorificum ſimul exiſtit, ſi eius ſcrupulum vnum in propriæ aquæ cochleari vno, aut duobus infuſum exhibueris.

Extractum Meliſſa, Carduibenedicti, vlmaria.

Sic extractum è meliſſa paratum eſt ſummum cardiacum.

Extractum Carduibenedicti, & extractum vlmariæ ſunt ſudorifica, & ſingularia remedia aduerſus peſtem.

Ex omnibus præterea herbis iuxta hanc methodum ſimplicia effotmabis extracta, ita vt nobis ſatis ſit, in quinque aut ſex ſimplicibus ſelectioribus & præſtantioribus dotibus, tantum præparationis normam & rationem oſtendiſſe.

Ad eandem normam compones etiam extracta compoſita, Cephalica, Thoracica, Cordialia, & alia, tam maiora, quam minora, de quibus iam in ſequentibus.

Extra-

Digitized by Google

Extractum Cephalicum.

R. *Radicum Acori*
Pœoniæ
Viſci querni
Ligni aloes
Baccarum Iuniperi an. ℥iij.
Sem. pœoniæ ℥iiij.
Cinnamomi
Caryophyllorum
Macis
Nucis Moſchatæ
Cardamomi
Fructuum Anacardorum an. ℥j.
Florum Anthos
Saluiæ
Primulæ veris
Pœoniæ
Calendulæ
Betonicæ
Lauendulæ
Stœchados Arabicæ
Lili. Conuall.
Euphragiæ
Tiliæ Arboris an. p. j.

Incidenda incidantur, & contundenda contundantur, & indantur in matracium vitreum, ſuperaffundendo aquarum vitæ, ſaluiæ & granorum Iuniperi, quantum ſufficit, vt aqua quatuor digitos ſupernatet materiam. Digerantur omnia ad ignem Balnei M. per vj. aut octo dies, fiat colatura & expreſſio per Torcular, indeque ſeparetur liquor aqueus per euaporationem, donec materia in ſapæ ſiue extracti forma reſtet in fundo. Doſis eſt drach. ß. in omnibus frigidis affectibus cerebri. Hic notabis quod omnes Tincturæ ſupra denominatæ poſſunt fieri extracta, ſi ex methodo noſtra ſuperius præſcripta proceſſeris, res eſt facilis vt iam ante demonſtrauimus, ideoque omnimodas remonitiones non neceſſarias intermittimus. Huius vero extracti vſum ſic appropriamus cum Ioſepho Quercetano.

Antidotus Cephalica.

R. *Extracti huius cephalici* ℥ij.
Magiſterii Cranii humani ℥j. ß.
Salis Cranii ℥ij.
Eſſentiæ Caſtorei ℈iv.
Spec. Diambræ
Diamoſchi dulcis ana ℥j.
Olei Caryophyllorum
Nucis Moſchatæ, ſpagyrice deſtill. ana gut. x.
Syrupi conſeruæ citri quantum ſufficit.

Digitized by Google

Fiat inde Antidotus vel Electuarium mollis consistentiæ: Dosis ℈j. Hæc est appropriatio extracti secundum Quercetanum, alii aliter informare poterunt: Alii aliud possunt parare extractum compositum cephalicum, & exinde parare misturam vel miscere cum syrupis, cum conseruis & aliis prout lubet appropriatis cephalicis.

Extractum Cephalicum aliud.

R. *Herbarum & florum Melissæ, Betonicæ, paoniæ, Saluiæ, Rorismarini an. quantum vis.*

Omnibus recenter collectis, rite contusis, inuicemque mixtis liquor rite separaretur per B. vaporosum, rursusque idem liquor fæcibus affundatur, vt tinctura inde eliciatur, fiatque omnium multoties reiteratio, procedaturque vlterius, vt in aliis extractis. Eius appropriatio talis est.

R. *Extracti huius cephalici* ℥iij.
Confect. Anacardina ʒij.
Diacori ʒij.
Olei de Nuce Mosch. ℈j.
Misce. Dosis ʒß. ad ʒj.

Extractum Thoracicum.

R. *Rad. Enulæ Campanæ*
Iridis
Tussilaginis
Polypodii
Liquiritiæ an. ℥iij.
Iuiubarum
Sebesten
Vuarum Corinth. an. ℥iiij.
Herb. scabiosæ
Prassii
Hyssopi
Capillorum Veneris
Sem. Carduibenedicti,
Bombacis
Vrticæ
Anisi
Fœniculi
Papaueris albi an. ℥iij.
Cinnam. ℥j.
Flor. sicc. Borraginis
Buglossæ
Tussilaginis
Papaueris rubei ana p. iij.

Omnia contusa & probe inuicem mixta, in vas aptum indantur, affundendo aceti scyllitici lib. j. ß. Aquar. scabiosæ, carduibenedicti, Hyssopi, Tussilaginis ana lib. j. Digerantur omnia ad lentum ignem per dies aliquot, postea fiat expressio & euaporatio substantiæ aqueæ: Do-

Digitized by Google

Donec materia in ſapę conſiſtentiam reducatur, & habebis extractum. Quod aut per ſe in pupillæ forma, vel appropriato alio dare poteris. I. Quercetanus ſic appropriat.

R. *huius extracti Thoracici* ℥iij.
Extracti pulmonum vulpis
& Leporis invicem praparati ℥j.
Butyri ſeu lactis ſulphuris ℥ß.
Rubini ſulphuris Therebinthinati ℥j.
Syrupi Hedera terreſtris, quantum ſatis.
Fiat Antidotus. Doſis ℈j.

Extractum Thoracicum aliud.

R. *Herb. Tußilaginis*
Scabioſa cum toto
Praßii,
Calamenti,
Hyſſopi recentis,
4. *Sem. frigidorum,*
Sem. Vrtica
Cærduibenedicti

Omnia ſubtiliſſime contuſa deſtillentur in B. Vaporoſo vſque ad ſiccitatem, cum propria aqua deſtillata & ſiccis fæcibus iterum affuſa extrahe tincturam, in cæteris eandem obſerua methodum, vt declarauimus, & habebis extractum pectorale aliud: cuius talis eſt vſus.

R. *Huius extracti Thoracici* ℥ij.
Florum ſulphuris optime ſublimat. ℥ij.
Specierum Diaireos ſimplic. ℥j.
Diatragacanthi frigidi ℥j. ß.
Pulmonis vulpis vulgari modo parati
Electuarii reſumptiui,
Diapapaueris ana ℈iiij.
Syrupi violati quantum ſufficit
Miſce, fiat Antidotus. Doſis ℥j. ß. ad ℥ij.

Extractum Cordiale.

R. *Raſura ligni aloes*
Ligni Rhodii ana ℥ij. ß.
Rad. Angelica
Sem. Ocymi
Citrii
Meliſſe

Scorzonera	*Acetoſa*
Zedoaria ana ʒiij.	*Gran. Alkermes an.* ʒj ß.
Cort. citri ſicca ʒij.	*Caryophyllorum*
Dictamni	*Cinnamomi ana* ʒj.
Been vtriuſque	*Croci* ʒß.
Doronici	*Reſ. rub. p.* iij.

Omnibus conquaſſatis ſuperaffundantur ſucci Limonum lib. j. ß. Aquar. ſcordii, Meliſſæ, flor. Roriſmariniana lib. j. vel quantum ſufficit, ad materiam bene irrigandam. Omnia digerantur ad lentum ignem, exprimantur, fiantque reliquæ operationes, vt in ſupradictis: Eius vſus talis.

R. Huius extracti Cardiaci ʒiij.
Magiſterii Corallorum,
Magiſterii Hyacinthorum ana ʒij.
Eſſentiæ fructuum Anacard. ʒß.
Eſſentiæ Croci ℈ij.
Eſſentiæ Camphoræ ℈j.
Lapidis Bezoartici veri
Vnicornu ana ʒj.
Ambræ griſeæ ʒß.
Olei Corticis citri
Olei Cinnamomi ſpagyrice extract. an. gran. xij.
Aquæ Theriacalis, vel
Elixiris vitæ quantum ſufficit.
Fiat Antidotus. Doſis ℈j.

Extractum Cordiale aliud.

R. Herb. ſcordii	*Scorzoneræ recent. an. M.* iiij.
Tormentillæ	*Citriorum cum cortice diſſectorum*
Meliſſæ cum toto	*Num.* v. *aut* vj.

Omnibus tam herbis, quam citriis rectè contuſis in mortario marmoreo, & probe ſimul mixtis adiice Cinnamomi ʒj. Croci ʒß. Galliæ Moſchatæ, Electuarii de gemmis ana ʒij. Camphoræ ʒj. Fiat ex his lege methodica ſpagyrica dicta extractum nobile Cordiale, quod ſic appropriatur.

R. Ex-

Digitized by Google

R. *Extracti huius Cardiaci* ʒiij.
Confectionis de Hyacintho
Confectionis Alkermes ana ʒiij.
Electuarii de gemmis
Dianthos ana ʒij.
Diambræ, Diamoſ. dulcis ana ʒj.
Margaritarum præparatarum
Oſſis de corde cerui ana ʒj. ß.
Trochiſcorum Diarrhodon
De Camphora ana ʒß.
Syrupi conſeruæ citrii, quantum ſufficit.
Fiat Antidotus. Doſis ʒj. ß. ad ʒij.

Extractum ſtomachicum.

R. *Calami aromat. ſiue galangæ*
Ligni aloes
Cyperi ana ʒiij.
Cort. Arantiorum
Cydon. exſiccat. an. ʒj.
Cinnamomi
Nucis Moſchatæ
Macis ana ʒij.
Menthæ ſiccæ
Ambroſ. ſiccæ an. M. ij.
Sem. Aniſi
Fœniculi
Liguſtici
Gran. Myrti an. ʒj.
Myrob omnium ana ʒß.
Roſ. rub. p. iij.

Contundenda contundantur, & incidenda incidantur, M. & indantur in magnum matracium capax, ſuperaffundendo ſucci granatorum acidorum lib. j. ß. Aquæ Cinnamomi lib. ſ. Aquæ Menthæ & abſynthii ana lib. j. vel quantum ſufficit, ad materiam irrigandam: cum his enumeratis liquoribus fiat tandem digeſtio in B. procede vt ſupra. Eius vſus talis eſt.

R. *Extracti huius ſtomachici* ʒij.
Extracti tunicarum interiorum ventriculi gallinæ,
Extracti Baccarum Iuniperi
Et Myrobalanorum omnium an. ʒß.
Roſatæ nouellæ ʒj.
Olei è Nuce Moſchata deſtillati ʒß.
Oleorum Caryophyllorum
Et Corticum citrii deſtill. an. ℈j.

Cum Syrupo Corallorum quantum ſufficit.

Fiat Antidotus. Doſis 3ß.

Extractum ſtomachicum aliud.

R. Mentha, Ambroſiane an. M.v.
Cydoniorum decorticatorum & in orbiculos tenues diſſectorum N. iiij.

Contundantur herbæ cum cytoniis & in pulpæ formam rediganter: huic pulpæ adde

Macis, Nucis Moſchatæ an. 3j.ß.
Specierum Aromatici roſati 3j.

Mixtis omnibus & in Alembicum iniectis, fiat deſtillatio per Balneum vaporoſum ad ſiccitatem: Aquam inde elicitam iterũ affunde fæcibus, in cæteris ſequere methodum noſtram, eius vſus ſic eſt:

R. Extracti huius ſtomachici 3ij.
Specierum Aromatici roſati 3ij.
Electuarii Diagalanga
Diacinnamomi,
Dianiſi ana 3ij.ß.
Ambræ griſeæ ϑj.
Syrupi confectionis citrii vel de mentha, quantum ſufficit.

Fiat Antidotus. Doſis 3j. vel 3j.ß.

Extractum Hepaticum.

R. Ligni Caßiæ	*Hepatici an.* Mij.
Santalorum omnium an. 3iß.	*Sem. Apii*
Rad. Rubiæ Tinctorum	*Petroſelini*
Filicis vtriuſque	*Schænantos an.* 3ß.
Oxylapathi	*Spicæ nardi*
Rhabarbari	*Flor. Cichorij*
Acetoſæ ana 3j.	*Centaurii minoris*
Eupatorii Meſuæ	*Chelidoniæ*
Comarum Abſinthii Pontici	*Roſ. Rub. an. p.* iij.

Contundantur & indantur in vas vitreum: His adde

Aceti paſſulati lib. j.ß.	*Acetoſæ*
Aquar. Agrimoniæ	*Cichorii ana lib. j.*

Mace-

Macerentur, & deſtillentur, cumque aqua rurſum affundatur materiæ, & ſic educatur extractum iuxta methodum reliquorum: Eius vſum talem dicimus appropriatum.

R. Extracti huius Hepatici ʒiij.
Extracti Santalorum omnium ʒvj.
Extracti Chelidoniæ ʒß.
Extracti Hepatis vituli ʒj.
Arcani Tartari ʒij.ß.
Magiſterii Coralliorum ʒiij.
Olei ſulphuris in Crocum conuerſi ʒj.
Syrupi Corallorum quantum ſufficit.

Fiat antidotus: Doſis ʒj. per ſe vel cum iuſculo, vino, aut liquore aliquo conuenienti.

Extractum Hepaticum aliud.

R. Rad. Oxylápathi	*Herb. Agrimoniæ*
Vincetoxici	*Hepaticæ*
Acetoſæ	*Centaurii minoris*
Filicis	*Chelidon. an. M. iv.*
Cichoreæ ſylueſtris	*Fructuum Berberorum maturorum*
Cum toto ana ʒiij	*lib.ß.*

Omnia contundantur optime ſeorſim, & probe ſimul miſceantur: quibus deinde adiiciantur

Spec. Diarhodon, Diatriaſantali ana ʒß.

Omnibus rite inuicem mixtis & in Alembicum inditis, liquor inde ad ſiccitatem deſtilletur, qui iterum affundatur fæcibus ad extractum eliciendum, veluti in aliis factitatum eſt: Eius appropriatio hæc eſt:

R. Extracti huius Hepatici ʒiiij.
Trochiſcorum Diarrhodon
Coralli præparati ana ʒß.
Trochiſcorum de Eupatorio.
Trochiſcorum de Rhabarbaro an. ʒij.
Spec. Dialaccæ maioris
Diacurcumæ minoris ana ʒiiij.

Croci

Croci Martis optime praparati ʒij.
Tinctura violarum, quantum ſufficit.
Lege artis Fiat antidotus. Doſis ʒj.ß.ad ʒij.

Extractum ſpleniticum.

R. Rad. Serpentarie maioris
Filicis
Valeriana ana ʒij.
Cort. Fraxini
Capparorum
Tamaricis ana ʒiij.
Ceterach Mij.
Sem. Cumini
Carduibenedicti
Coſti ana ʒj.
Cubebarum
Piperis ana ʒvj.
Florum geniſta
Hyperici
Bugloſſe ana p.ij.
Raſura Eboris
Cinnamomi. ʒß.
Limature chalybis cum ſulphure calcinata ʒx.

Indantur in Matracium vitreum ſuper affundendo

Aceti Scyllitici lib.j.
Aquar. Florum Ebuli
Aceti Bugloſſati.
Sambucini ana lib.ß.
Scolopendrie ana quantum ſufficit. F. Extractum, cuius Appropriatio eſt talis.

R. Extracti huius ſplenitici ʒij.
Extracti Lienis Bouis. ʒj.ß.
Extracti ſeu facule Rad. Aronis ʒij.
Salis ceterach
Salis Fraxini ana ʒj.ß.
Croci Martis cum ſulphure preparati ℈iv.
Vini Chalybeati, quantum ſufficit.

Fiat Antidotus, cuius Doſis eſt ʒß.ad ʒj.

Extractum ſpleniticum aliud.

R. Scolopendrie
Fumarie
Florum geniſte recentium p.vj. vel amplius.
Pimpinelle
Summitatum fraxini an. M.iv.

Contundantur in mortario marmoreo, his adde

Spec. latificantis Gal.
Zingiberis an. ʒß.

Myre-

Digitized by Google

Myrobalanorum omnium
Succi pomorum redolent: lib. j.

Indantur in alembicum, & deſtillentur: Deinceps fiat proceſſus eius vt in aliis extractis factum: Vſus eius eſt,

R. *Extracti huius ſplenitici* ʒiij. *vel* ʒiv.
Electuarii Diacapparis ʒß.
Elect. è ſcoria ferri ʒvj.
Diacoſti ʒij.
Diatrion pipereon ℈iiij.
Syrupi de pomis redolentibus q. ſufficit.

Fiat lege methodica noſtra præſcripta antidotus.

Extractum Nephriticum.

R. *Rad. Reſtæ bouis* — *Fœniculi*
Eryngiorum — *Aniſi*
Bardanæ ana ʒiij. — *Petroſelini an.* ʒij.
Herniariæ ſiccæ M. ij. — *Bacc. Iuniperi*
Sem. Cepæ — *Milii ſolis*
Vrticæ — *Nucl. Meſpil. ana* ʒj. ß.
Raphani — *Oculorum Cancri*
Saxifragiæ — *Calcis teſtarum ouorum an.* ʒj.

Contuſis & mixtis omnibus adde

Succi Limonum lib. j. ß. — *Argentariæ*
Aquar. ſtill. Raphani — *& Alkekengi ana q. ſ.*

Maceratis & mixtis cum expreſſione fiat extractum ad modum exterorum: cuius vſus talis eſt.

R. *Extracti huius Nephritici* ʒij.
Extracti oculorum cancri
Extracti teſtarum ouorum ana ʒij.
Magiſterii Lapidis Iudaici
Magiſterii lapidis Lyncis an. ℈j.
Olei Therebinthinæ gutt. xx.

Miſce F. Antidotus. Doſis ℈ß. ad ℈j. cum aqua Antinephritica, vel vino albo.

Extractum Nephriticum aliud.

R. Fol. *Argentariæ* — *Fructuum Alkekengi*
Saxifragiæ an.M.iiij. — *Senelorum ana lib.j.ſ.*
Granorum Iuniperi maturorum ʒiiij.
Limoniorum in orbiculos diſſectorum N.iiij

Contundantur omnia & indantur in matracium: His affunde vini albi lib.j. deſtillentur omnia in B. Vaporoſo ad ſiccitatem: Dein eadem aqua extrahes tinctúram ex dicta materia, quam tandem exprimes, & reduces in extractu, cuius hic vſus:

R. *Extracti huius Nephritici* ʒiij.
Pulu. pellicule interne teſtarum ouorum,
Pellicule interne ventriculi gallinarum an. ʒij.
Salis reſte Bouis
Salis prunelle ana ʒj.ſ.
Succi Limonum q.ſ.

Fiat lege artis Antidotus: Doſis ʒß. ad ʒj.

Extractum Hyſtericum.

R. *Rad. Bryonie* ʒiij. — *Sem. Ameos,*
Aſari ʒj ß. — *Rute, Carui*
Fol. Matricarie — *Anethi an.* ʒij.
Arthemiſie — *Nucis Moſche.*
Nepethe, ſiccorum an.M.iij. — *Cardamomi an.* ʒß.
Baccarum Iuniper. — *Karabes* ʒj.
Sem. Seſeleos. — *Caſtorei* ʒvj.

Contundantur & miſceantur addendo Hydromelitis vinoſi lib.j. Aquar. rutæ, matricariæ ana q.ſufficit vt macerari poſſint: Dein fiat expreſſio & extractum vt ars expoſtulat.

Extractum Hyſtericum aliud.

R. *Matricarie* — *Meliſſe*
Arthemiſie — *Rute ana M.iiij.*
Sabine Mj.

His adhuc recentibus contuſis adde

Caſtorei — *Croci ana* ʒj.
Myrrhe — *Cardamomi* ʒj.ſ.
Aquæ Cinnamomi lib.ſ.

Fiat

Fiat extractum cuius Dosis ℈j. Appropriatio horum duorum extract. hystericorum est.

R. *Extracti superioris cum hoc inferiori an.* ʒiij.
Extracti vulvæ seu matricis leporis ʒj.
Extracti seu faculæ Bryoniæ ʒß.
Extracti Castorei ʒij.
Olei gagatis cum colchotare rectificati ʒß.
Olei succini flavi ʒj.
Laudani opiati solificati ʒj.ß.
Syrupi Cinnamomi q. sufficit

Fiat Antidotus. Dosis ℈j. vel ʒß. cum iusculo vel alio liquore conuenienti.

Extractum pestilentiale.

R. *Rad. Angelicæ* — *Tormentillæ*
Zedoariæ — *Petasitidis.*
Scorzoneræ — *Santali rubei*
Ligni aloes ana ʒiij. *vel* ʒiiij.

Ex his omnibus crasso modo contusis, fiat cum succo limonum extractum, vt artis est, hoc reserua, dein

R. *Cort. citri* ʒiiij. — *Flor. Rosmarini*
Sem. Rutæ — *Bugloss.*
Carduibenedicti — *Hyperici an. p.* ij.
Acetosæ — *Spec. de gemmis*
Baccarum Iuniperi — *Diambræ*
Fol. Dictamni — *Diamoschi*
Cinnamomi — *Dianthos an.* ʒij.
Macis ana ʒij.

Omnibus contusis & inuicem mixtis, in vase quodam apto, fiat extractum, cum aqua vitæ iuniperi, aut aqua vitæ communi iuxta artem. Hæc duo extracta fortiter prælo exprimantur, quæ ob dissoluentium in ipsis contentorum naturam liquidissima erunt. Ex ambobus fiat mistura, & abstrahatur liquor siue aqua per alembicum ad ignem B. vaporosi, donec materia in fundo consistentiam electuarii acquirat: aqua exinde destillata seorsim seruetur, cuius vsus erit in aliis extractis componendis, & per se iam est summum cardiacum. Eius vsus talis est.

R. Huius extracti peſtilentialis ʒiiij.
Magiſterii perlarum
Magiſterii Corallorum
Eſſentia Croci an. ʒiij.
Eſſentiæ Camphoræ ʒj.
Sulphuris aurati Diaphoretici
Balſami lactei ſulphuris
Salis Prunellæ ana ʒj.

Ex quibus omnibus fiat Antidorus admirandæ virtutis ad præſeruationem & curationem peſtis: Doſis ʒß. ad ʒj. cum ʒij. vel aquæ Theriacalis, Carduibenedicti, vlmariæ &c ſudorem mirifice prouocat, & cor corroborat aduerſus quoduis venenum, id à centro euocans ad circumferentiam.

Extractum peſtilentiale aliud.

R. Succo Scordii — *Suc. Carduibenedicti,*
Rutæ — *Menthæ criſpæ*
Vlmariæ — *Saluiæ ana* ʒiiij.

Omnes hi ſucci in Alembicum vel matracium vitreum & capax inditi, digerantur in B. & depurentur, ſeparando multoties terreum craſſamentum & fæces, quæ in fundo reſidebunt, vt de Syrupis docebimus: Ad vncias x. horum ſuccorum optime depuratorum adde

Rad. Angelicæ — *Cort. Citri an.* ʒß.
Zedoariæ an. ʒj. — *Cinnam.* ʒvj.
Dictamni — *Myrrhæ* ʒij.
Sem. Carduibenedicti — *Croci* ʒij.
Camphoræ ʒj.

Omnibus contuſis & ſimul cum prædictis ſuccis mixtis, fiat Digeſtio in B. per biduum vel triduum, dein omnia adhuc calentia per torcular fortiter exprimantur, cuius expreſſionis talis eſt vſus:

R. Theriacæ optimæ ʒj. ß.
Confectionis Hyacinthi
Confectionis Alkermes ana ʒj.
Perlarum præparatarum

Cera-

Digitized by Google

Corallorum preparatorum
Cornu cerui preparati
Specierum Diambra
De gemmis ana 3ij.
Vnicornu 3ß.
Lapidis Bezoardici 3j.

Omnia adhuc semel digerantur in B. M. per duos vel tres dies, dein per Alembicum ad ignem Baln. vaporosi destilletur omnis liquor, donec in fundo remaneat consistentia instar Antidoti, cuius Dosis est 3j. ad 3j.ß per se vel cum appropriatis.

Extractum compositum pestilentiale al ud.

Accipe Granorum iuniperi maturorum lib. viij. vel x. Hæc infusa & macerata in vino albo generoso, vel Hydromelite vinoso, ad ignem parum bulliant, dein conquassentur & per seraceum in modum cassiæ traiiciantur & fiat extractum: cuius talis est vsus:

R. *Pulueris Rad. Angelica* 3vj.
Pulueris dictamni:
Cinnamomi ana 3ß.
Terræ Sigillatæ:
Corallorum praparaterum
Perlarum preparatarum
Cornu cerui preparati ana 3ij.
Specierum Elect. de gemmis
Diambra ana 3j ß.
Croci 3j. *Camphoræ* 9ij.

Reducendo omnia cum aqua quadam Theriacali in formam Electuarii mellis siue antidoti, quod erit summum præseruatiuum & curatiuum contra pestem. Exhibetur ad 3ij.

Extractum Carminatiuum

R. *Baccarum Lauri lib.* j.
Baccarum iuniperi lib. ß.
Sem. Dauci, Cumini,
Fœniculi:
Anisi ana 3iiij.
Herb. Calamenti ficc.
Summit. Anethi M. ij.
Flor. Camomillæ vena
Flor. Nucum
Sambuci ana p. IV.
Cinnamomi
Nucis Moschatæ

Origani *Piperis*
Pulegii an.M.ij. *Cardamomi ana* ʒj.

Omnia craſſo modo cótuſa & ſimul mixta indantur in alembicum capax ſuperaffundendo hydromel vinoſum, aut vinum album generoſum, donec materia bene irrigetur. Vaſe obturato ſuo operculo fiat digeſtio in Baln. mediocriter calido per 4 aut 5 dies: quibus elapſis exprimes materiam, vel per torcular tandem, omnemque liquorem inde expreſſum reſeruabis. Fæcibus affunde nouum vinum album generoſum, vel aquam vitæ, vt denuo fiat digeſtio & expreſſio, vt hoc modo omnis virtus ſubſtantifica prædictæ materiæ exquiſitius extrahatur. Omnibus expreſſionibus inuicem mixtis, & in Alembicum inditis, inde totus ſeparatur liquor, quem accurate ſeruabis ſeorſim: ſicut & extractum carminatiuum, quod in fundo remanebit in conſiſtentia inter durum & molle media: quodque ad 20. vſus grana exhibebis iis, qui colicis torquentur cruciatibus, vel vitium habent in ventriculo, aut inteſtinis, vel in forma pilularum, vel diſſolutum cum ſua propria aqua, vt Clyſterem componas, de eo accipere oportet ʒj. ß vel ij. idq; prompte diſſoluere vel in quodam iuſculo vel in lacte, vel in vino, & ſic dicto citius paratum habebis enema carminatiuum, cum quo extracto ſi voles, addere poteris extracta laxatiua ad deturbandam & euacuandam ſentinam. Hactenus tractauimus extracta ſimplicia & compoſita, quæ alterationi, corroborationi aliiſque pluribus medendi indicationibus inſeruiunt, nunc dicendum reſtat de extractionibus compoſitis & ſimplicibus.

Extractum Catholicum Ioſephi Quercetani.

R. Fibarum Hellebori nigri cum aceto prap. ʒj. ſ.
Turbith albi & Gummoſi,
Hermodactylorum ana ʒij.
Aſari, gratiolæ ana ʒj.
Trochiſcorum alhandali ʒvj.

Omnia conquaſſata indantur in matracium, addendo
Spec. Diarrhodon, & latificantis gal. an. ʒij
Aquar. Fumariæ *Succi limoniorum.*

Pepo-

Digitized by Google

Pomorum redolentium ana lib.j. Granatorum acidorum an. lib.ſ.

Vt liquores materiam duos digitos ſupernatent: ſtent omnia in digeſtione B.calidi per 6. aut 7. dies: poſtea colentur & exprimantur omnia per torcular fortiſſime, & ſeruetur hæc expreſſio: Seorſim a. hoc ſequens facies extractum:

R. Rhabarbari ʒij.	*Agarici trochiſ.* ʒx.
Eolior. Sena ʒiij.	*Cinnamomi* ʒij.
Caryophyllorum	*Aquar. Agrimoniæ*
Aniſi ana ʒj.	*Cichorii acidularum*

redditarum ſucco limoniorum quantum ſufficit, vel potius liquoribus acidulis ſulphuris aut vitrioli imbuantur, qui promptiſſime allicient tincturas & virtutes purgatiuas: fiat extractum digerendo, curando, & exprimendo omnia, vt ſupra. Hæc expreſſio addatur ad ſiccitatem per Baln. vaporoſum, & in fundo reſidebit extractum Catholicum, de quo exhibebis drachm ß. vel ad ſummum drachm. j. illumque in ſuo proprio liquore diſſolues, quem ad hos vſus ſeruabis, vel in forma pilularum exhibitum purgans vniuerſale habebis præſtantiſſimum.

Extractum panchymagogon purgans Oſwaldi Crollij.

R. Specierum Diarrhodon Abbatis
Diambræ ana ʒj.

Ex his tinctura in digeſtione per 14. dies, vt decet, quotidie aliquoties mouendo, per ſpiritum vini extrahitur, & ſeorſim cuſtoditur. Deinde

R Pulpæ Colocynth. ʒvij.	*Turpeti gummoſi* ʒv.
Agarici optimi ʒj.	*Rad. Elleb. nigri* ʒj.
Scammonii ſel. ʒvj.	*Fol. ſena* ʒiiij.
Rhabarbari ſel. ʒiij.	*Elaterii* drach.ij.
Sem. Ebuli triti ʒiij.	*Hermodactyl.* drach.iij.

Incidenda incidantur, & terenda terantur, ac ſpiritus vini ſpeciebus tinctus, his purgantibus medicamẽtis ſuperfundatur, ſicq; in lento M. B. calore p̃ dies 8. vel 14. macerentur (caue ne S. V. vitrũ rũpat) Tinctũ poſtea

poſtea ſpiritum aufer per inclinationem, & recentem affunde, tandiu, donec omnis tinctura & vis purgatrix extracta ſit: Vltimo ſpiritum vini tinctum ſimul mixtum abſtrahe in lento B. calore, donec craſſamentum inſtar mellis in fundo relinquatur: Circa finem adde *Olei Cinnamomi, Caryophyllorum, Nuciſtæ ana gutt.* x. *ſalis perlarum & Corallorum ana* ʒij. ſalem è fæcibus calcinatis arte extractum cum raſuræ Cranei lotone vno maioris efficaciæ ergo admiſcere poteris. Doſis ℈j. ad ℈ij. cũ vino generoſo ſimplici, vel maluatico, aut iuſculo vel aliis catapotiis aggregatiuis admixtis. Addunt quidam olei vitrioli guttas aliquot. Cum vino maluatico diſſolutum optimum: alii ſumunt puluerẽ liquiritiæ.

Aliud eiuſdem deſcriptionis extractum.

R. *Pulpæ Colocynth.* ʒvj.
Agarici, ſenæ ſelectæ an. ʒß.
Hellebori nigri, ſpec. Diarrhod. Abb.
Aloes ſucco citrini ana ʒj.

Extrahatur ex omnibus per ſpiritum vini eſſentia, à qua poſtea in B. ſpiritus vini ſeparandus. Et quia in extractione purgantium ſæpe ſolet vis purgatrix debilitari, ideo quidam ſolent ad j. partem extractorum addere crudorum purgantium partem alteram: adde ergo ſuperioribus, antequam extractum in fundo remanens plane inſpiſſetur,

Throchiſcorum Alhandali ʒvj.
Diagridii præparati
Agarici Trochiſcati ana ʒß.
Aloes Epatici ʒj.

Omnia ſint pulueriſata, & redigantur in maſſam iuſtæ conſiſtentiæ. Doſis à granis x. ad xx. in forma pilulari.

Extractum panchymagogon purgans Beguini.

R. *Pulpæ Colocynthidos* — *Aloes* ʒj.
Ellebori nigri — *Fol. ſenæ Orientalis*
Diagridii ana ʒij. ß. — *Rhei ana* ʒiiij.
Turbith, Agarici — *Specierum Diarrhodon*
Hermodactylorum ana ʒj. — *Abbatis* ʒj.

Fiat

Digitized by Google

Fiat extractum cum aqua cinnamomi, addendo sal ex fæcibus. Dosis ℈ j. ad ʒ. ß.

Extractum Panchymagogon aliud purgans.

℞. *Pulpæ colocynthidos seu trochisc. alhandali* ʒvj.

Turpeti gummosi ʒj.	*Rhabarbari* ʒij.
Cort. helleb. nigri veri ʒiij.	*Fol. sennæ mundatæ* ʒx.
Diagridii	*Agarici Trochiscati*
Elaterii ana ʒ. ß.	*Mechoacannæ an.* ʒ. ß.

Fiat extractum addendo spec. diambræ ʒj. s. cui deinde admisce balsami aloes, extrahendo nempe aloen aqua Endiuiæ ʒx. olei zingiberis, macis, garyophyllorum an. ℈. s. Dosis ℈. j. ad ʒ. s.

Extractum Panchymagogon Phædronis.

℞. *Spec. diambræ* ʒj. s. *Spiritus vini circulati* lib. ij. s.

Affundatur spiritus vini speciebus, & macerentur diebus 14. commissuris vasis optime oblitis, materia bis quaterue quotidie mota. Deinde spiritus à speciebus defundendus est, & sequentibus purgatoriis superfundendus.

℞. *Scammonii* ʒ. ß.	*Turpeti, hermodactyl. an.* ʒij. ß.
Rhabarbari electi,	*Sem. ebuli tusi* ʒiij.
Colocynthidis ʒ. ß.	*Hellebori nigri* ʒij.
Agarici optimi ʒiij ß.	*Fol. sennæ* ʒj.

Hæc postquam trita, macerataque fuerint, sacculo lineo iniiciantur, exprimanturq; in expresso, dissolue aloes succo citrini ʒx. atque in balneo Mariæ euaporentur, ad mellis vsque crassitudinem. Datur ℈j. ex vino, vel iure, vel catapotiis admixtis. His adde etiam aliquot guttas olei chalcanthini.

Extractum Panchymagogon aliud

℞ *Hieræ picræ* ʒij.	*Diagridii.*
Cochiarum,	*Trochisc. Alhandali,*
Myrrhæ, masticis,	*Elleb. i prepar. an.* ʒj.

Fiat extractio addendo croci ℈ s.

Extractum cholagogum solutiuum.

℞. *Rhabarbari* ʒvj.	*Fol. sennæ* ʒiiij.
Spicæ nardi,	*Scammon. prepar.* ʒj.
Santali citrini	*Trochiscorum berberis* ʒij.

Cinnamomi an.vnc.ſ. *Succiroſ.pall.q.ſ.*

Digere, cola, & exprime omnia calide per torcular, & fac extractum in conſiſtentia ſapæ: cui addes æquali pondere extractum ſiue eſſentiã aloes ſeorſim paratam: Miſce & decoque omnia ad ignem lentum ad iuſtam conſiſtentiam. Doſis ℈ j.ſ. ſi placet adde loco aloes, extracti caſſiæ tamarindorum & prunorum dulcium ana æquale pondus extracti ponderi reſpondens, coquantur omnia in formam opiatæ. Doſis drach.ii, ad drach.iii.

Extractum Phlegmagogon.

R. *Agarici trochiſcati vnc.4.*
Hermodactylorum
Turbith
Sena
Medullæ carthami an.vnc.iii.
Rad.eſulæ præpar.vnc.ſ.
Trochiſ.alhandali vnc.ſ.
Salis gemmæ
Macis an.drach.i.ſ.
Spe.arom.roſ.drach.ii.

Cum aqua cinnamomi fiat extractum; doſis ℈.i.ℒ.

Extractum Melanagogon.

R. *Fol.ſenæ vnc.vi.*
Fibræ helleb.præp.vnc.ij.
Turbith
Myrobal.omnium an.vnc.i.ſ.
Trochiſcorum alhandali drach.vi.
Florum violarum
Roſarum rubrarum:
Epithymi an.p.ij.
Spe.latif.gal.drach.ij.
Succ.fumiterræ,
Pomorum redolentium:
Seri lactis an.q.ſ.

Fiat enumeratorum ſimplicium omnium craſſo modo conquaſſatorum, maceratio & digeſtio in B. per 8. dies: poſtea colentur, exprimantur & depurentur & reducantur in extractum, ſicut cætera: nunc ad quædam extracta Galenicorum præceptorum.

Extractum ex ſemine Cnici compoſitum.

R. *Medullæ ſem.Cnici vnc.iv.*
Turpeti albi
Fol.ſenæ Alexandrinæ an.drach. j.ſ.
Diagridii drach.v.
Rhabarbari electi vnc.i.
Agarici trochiſ.drach.vi.
Mannæ gran.vnc.ij.ſ.
Myrobal.Cheb.vnc.iij.
Rad.polypod.
Zingiberis albi drach.ij.
Diambræ drach.i.

M.In.

Digitized by Google

M. Inciſa & contuſa extrahantur cum ſpiritu vini, deinde exprimantur, & vinum inde euocetur donec extractum ſit inſtar mellis cuius doſis drach. ſ. cum ſuis appropriatis.

Extractum ſolutorium compoſitum aliud.

R. *Colocynthidis drach. vij.*
Agarici vnc. ſ.
Rhabarbari drach. i.
Cinnamomi ℈ iv.
Aſari, Nardi an. ʒ. i.
Roſarum rubrarum
Maſticis
Xyloaloes an. drach. i.
Styracis liquidæ ℈ iv.
Vini Maluatici menſ.
Fiat infuſio & extractio.

Extractum aliud purgans.

R. *Pulpæ colocynthidis drach. vij.*
Turpeti albi & gummoſi drach. x.
Stachad. Arab. vnc. ſ.
Diagridii drach. iij. vel vi.
Agarici optimi vnc. ſ.
Rhab. Electi drach. iij.
Styracis liquidæ ſcrup. ij. ſ.
Cinnamomi ℈ v.
Rad. Aſari
Spicæ nardi
Roſarum rubearum
Maſticis
Linguæ aloes an. ℈ iv.
Aloes Hepat. vnc. ij.
Inciſis ac contuſis infundantur cum vino ſublimato: rectificetur & F. ſecundum artem extractum.

Extractum purgans Norimbergæ in vſu.

R. *Colocynthidis drach. xiij.*
Veratri nigri
Sennæ Alexand. an. vnc. ſ.
Agarici optimi vnc. i.
Diagridii drach. xiv.
Cinnam. drach. ij. ſ.
Myrrhæ
Aſari an. ℈ v.
Turbith
Stœchad. Arabicæ an. vnc. ij. ſ.
Roſarum rub.
Ligni aloes,
Maſticis
Ligniparadiſi
Spicæ nardi
Storacis liquidæ an. ℈ v.
Fiat infuſio & putrefactio per aliquot dies cum eſſentia vini calidæ & ſuccus deinde expreſſus vniatur cum aloes præparatæ vnç. iii.

Extractum purgans omnes humores.

R. *Spec. Diambræ vnc. ſ.*
Aquæ cinnamomi deſtillatæ lib. i.

*Spiritus vini lib.*ij.ſ. *Stillatæ lib.*ſ..

Macerãtur per dies aliquot vaſe probe oblito, ne quid expiret: quotidie vero vas vitreum agitari debet, quoad liquor rubeſcat: deinde ſuper hæc quæ ſequuntur, funditur, relictis fæcibus in fundo vaſis:

℔. *Colocynthidis drach.*vi.. *Eupatorii Meſuæ*
*Turpeti albi drach.*vii. *Fol.ſenæ ana drach.*v.ſ..
*Agarici optimi, drach.*iv.. *Diagrydii, drach.*v..
*Veratri nigri, drach.*iij.. *Rhab.electi, drach.*vj..

Fiat lege artis expreſſio & inſpiſſatio in formam extracti: Doſis ℈.ſ.. ad ℈.i..

Extractum valenter purgans.

℔. *Spiritus vini, lib.*ij.. *Spec.Diambræ, vnc.*ſ.
*Aquæ cinnamom.lib.*ſ.. *Aromat.Caryoph.vnc.*ſ.

Hæc per dies 14. in temperato calore macerantur: deinde liquor fæcibus relictis, effunditur ſuper hæc quæ ſequuntur:

*Diagrydii, vnc.*ſ.. *Semin.citri, drach.*ſ..
*Rhabarb.electi, vnc.*ſ. *Cort.citri, drach.*ſ..
*Trochiſc.Diacolocyn.*ʒiij.. *Enulæ campanæ, vnc.*ſ.
*Agarici trochiſcati,*ʒ.vj. *Rad.cichorii, drach.*vj..
*Turpeti ex vino cotoneorũ macerati, vnc.*ſ. *Scolopendrii veri, Florum ſtechados, Maſticis, myrrhæ, Roſ.rub.ſem.fœnic.,*
*Fol.ſenæ Alexand.vnc.*ſ.ſ.. *Sem.aniſi, an.drach.*ſ.ſ..
*Aloes, drach.*xij..

Fiat cum vino l.a. extractum, quod veniet aromatiſandum cum oleo cinnamomi & caryophyllorum: datur cum vehiculis..

Extractum ſolutorium Heurnii.

℔. *Fol.ſenæ, lib.*ſ.. *Cinnamomi, vnc.*iij..
*Colocynthidis trochiſ.vnc,*iij.. *Aniſi,*.
*Aloes, vn.*ij.. *Maſticis,*.
Agarici, Turbit albi, *Spicæ an. drach.*ſ..
*Rhabarbari, an.vnc.*iv.. *Roſarum rub.M.*ij..
Rad.Ellebori nigri, *Spec.Diambræ,*.
*Eſulæ mineris, ana vnc.*ij.. *Diarrhodonis, an.vnc.*ſ..

Aquæ

Digitized by Google

Aquæ vitæ quantum ſufficit pro infuſione.

Macerentur, exprimantur & redigantur l.a. in extractum.

Extractum ſolutorium aliud.

℞ *Colocynthidis, vnc. vj.* *Agarici optimi,*
Hellebori nigri, *Aloes electæ, vnc. ſ.*
Diagridii an. drach. v. *Elect. Diarrhodon Abb. vnc. ſ.*
Cinnamomi, vnc. ſ. *Zingiberis, vnc. ſ.*
Aquæ vitæ ardentis rectificatæ lib. aliquot.

Miſce: Fiat, lege artis extractum catholicum.

Extractio capitalis purgans.

℞. *Spec. pill. Alephanginæ ſine aloe, drach. ſ.*
Myrrhæ, *Rhabarbari,*
Maſticis an. drach. ſ. *Agarici, an. ℥. ſ.*
Hellebori nigri veri ſtyriaci, vnc. ſ.

Fiat cum ſpiritu vini infuſio & digeſtio; deinde expreſſio & deſtillatio in extractum.

Extractum purgans aliud.

℞. *Sarſaparillæ, vnc. iv. ſ.* *Flor. & fol. Eupatorii,*
Agrimoniæ *Fumariæ,*
Ruſci an. vnc. iij. *Iunci odorati, an. drach. ij.*
Chamædrios, drach. ij. *Aloes ſuccocitr. vnc. ſ.*

Miſce: Fiat cum lib. v. ſpiritus vini extractum.

Extractum in Icteritia.

℞. *Herb. Agrimoniæ,* *Abſynth.*
Betonicæ, *Ceterach*
Fumariæ, an. M. iij. *Linguæ cerui, an. M. ij.*
Chamæpit. M. ſ. *Rad. cichorii, vnc. ſ.*
Cort. Tamariſci, vnc. ſ. *Enulæ campan. vnc. ſ.*
Hepatis lupi, vnc. iij. *Mellis q. v.*
Marrubii albi, M. ſ. *Spiritus vini q. ſ.*

Fiat lege artis extractum contra Icterum diutius duratum.

Extractum Aſthmaticum.

℞. *Rad. & fol. Ariſtolochiæ, M. iij.* *Rad. Aronis.*
Hyſſopi, Hyperici *Helenii.*
Meliſſæ an. M. ij. *Glyzirrhizæ,*

Digitized by Google

Aloes drach.vi. *Pimpinellæ an.vn.ſ.*
Myrrhæ drach.ij. *Saccharirоſ.vn.ij.*

Cum ſpiritu vini fiat extractum.

Extractum digerens humores in hepate & liene.

℞.*Rad.cichorii vnc.viij.* *Trichomanes an.drach.ij.*
Aſparagi,ruſci, *Meliſſæ*
Graminis an.vnc.iv. *Menthæ*
Cort.rad.cappar. *Artemiſiæ*
Sarſeparillæ *Pulegii*
Tamaricis an.vnc.i. *Fumariæ an.m.ſ.*
Epithymi vnc.ſ. *Rad.Brionie vnc.i.*
Ebuli tantundem *Sem.calidorum an.drach.i.*
Fol.Adianthi

Omnia inciſa miſceantur & cum ſ.v.extrahantur.

Extractum aliud in obſtructione lienis.

℥.*Rad.cichorii* *Cort.inter.tamariſci*
Faniculi *Polypod.quercini*
Petroſelini ana vnc.j. *Fol.ſenæ*
Aniſi *Cryſtallorum Tartari*
Faniculi *Confect.hamech*
Cumini ana vnc.ſ. *Catholiconis an.℥.ij.*
Scolopendriæ *Diacinnamomi vnc.j.*
Violarum *Croci Martis vnc.j.*
Adianthi an.m.j. *Oxymel ſquillitici vn.ij.*

M.Fiat lege artis cum ſpiritu vini extractum.

Reſtat nunc vt adhuc ſimplicia quædam extracta purgantia exami-

Extractum caſſiæ & manna.

nemus,initium ſumentes à Caſſia.Caſſia & Manna calabrina artificioſe extrahuntur cum aqua pomorum aut ſero lactis, vel ſi placet coniungi poſſunt, abeunt in tincturam claram & pellucidam, ex qua citra ſachari additionem parari poteſt ſyrupus caſſiæ cum mãna quo mitiſſimo remedio purgari poſſunt prægnantes mulieres,infantes aliique qui ventriculo laborant imbecilliori. Si appetis extractum purgãs fortius, adde vnciis duabus pulpæ caſſiæ & mannæ ℥i.folliculorum ſenæ mundatorum,fac extractum ſecundum artem: ex quo cum additione modici ſachari,componitur ſyruptis,cuius doſis ℥i.ſi eius humiditatem per B.cuaporaueris, electuarium habebis,cuius doſis ℥ iij.ad drach.iv.

Syrupus caſſiæ.

Extractum mannæ cũ caſſia & ſena.

Præpa-

Digitized by Google

Extractum confectionis Hamech.

Præparatio extracti ex confectione Hamech: ℔. Confectionis Hamech ℥iij. vel ℥ iv, pone in matracium vitreũ ſuperinfunde aquæ diſtillatę ex ſucco pomorũ cuttipendulorũ aut fumiterræ tantũ, vt 4. digitos ſuperemineat, acidulũ redde menſtruũ cum ſucco limonũ ſiue granatorũ, & fortius erit: Huiuſmodi enim ſucci vitriolati malignitatem purgantium corrigũt. Vas probe clauſum ponatur in B. M. mediocriter calido, vbi intra triduũ aut quatriduũ aqua rubicundiſſima inſtar ſanguinis, & limpidiſſima apparebit, quã ſenſim per inclinationẽ transfundas in alembicum vitreum, & caueas ne turbidi quid ſimul tranſeat, aliam aquam nouam affunde fæcibus, & pone in digeſtione B. M. per 2. treſue dies, ſeparando aquam puram, totieſq; id reiterãdo, quouſq; aqua amplius non tingatur, aut coloretur: aquæ tota humiditas inde per exhalationem ſeparetur in cineribus aut B. M. vaporoſo: in fundo alembici duriuſcula quædã ſubſidet ſubſtantia, ex qua, poſtquam refrixerit, formari poſſunt pilulæ, quam duæ ſemidrach. vel amplius purgando corpori ſufficiunt, citra aliquam noxam aut offenſam.

Extractum Hiera Pachii.

Iuxta eundem modum extractum paratur ex Hiera Pachii, cuius cõpoſitionis ingredientia ſunt, ſtæchas, marrubium, chamædris, agaricus, colocynthis, opoponax, ſagapenum. Rad. Ariſtolochiæ rotũdæ, petroſelini, piper album, cinnamomum, ſpicanardi, myrrha, ſerpillum, crocus, omnia hæc contrita. quorum pondus facit 95. drach. inuicem miſcentur cum mellis crudi, ſolummodo deſpumati, triplo, hoc eſt lib. iij. minus ℥ ij. aut circiter.

Extractum autem citra mellis additionem ex ſolis ſpecieb. fiat, quibus in vitrum poſitis affundatur aqua deſtillata, vel ex ſero lactis, vel ex fumo terræ aut pomis redolentibus, quibus aquis permiſcentur ſucci aciduli limonum & granatorum, vt diximus, ſicque deinceps tinctura ſecundum artem, vel eandem in confectione Hamech methodum extrahentur.

Eiuſdem extracti præparatio fit adhuc alio modo craſſiori quidem, ſed breuiori via. Poſt primam enim digeſtionem 4. aut 5. dierũ, materia omnis per ſetaceum traiiciatur, & denuo in vitro nouo in digeſtione ponatur, addendo ſuccorũ pomorum & cydoniorũ, optime depuratorum, ana ſeſquilibram, poſt ſufficiẽtem digeſtionẽ per 2. aut 3. dies, omnis humiditas per alembicum euaporetur, quoad materia in fundo, in electuarii aut opiatæ conſiſtentia ſubſideat, cui non opus eſt, mel-

mel admiſcere; ſufficientem enim dulcedinem & ſuauitatẽ ſuppetunt, additi illi ſucci per ſe dulces & melliflui: ſin vero eandem in eximiam dulcedinem conuertere velis, adde Mannæ electæ vnc. vj. & ſimul cum ſuccis illis digeratur. Doſis Hieræ hoc modo præparatæ, ſesquidrachma aut drachmæ duæ ad ſummum in forma boli, & ſemiuncia in clyſtere. Vſus eius in magnis & grauibus morbis, vbi eccoprotica tanquam nimis languida, altius quam ad primam corporis regionem probare nequeunt.

Extractum Rhabarbari, Paracelſi. ℔. Rhabarbari electi, craſſiuſcule triti lib. j. Aquæ tartareæ lib. iv. macerentur in Baln. Mar. per dies quatuor, deinde lento igne decoquatur, donec ſupereminеat rhabarbarũ: tum per laneum cribrum nouum coletur accurate, & valide exprimatur, poſtremo colatum euaporet cum ſyrupo è floribus perſicorum nouies infuſi, ad iuſtam ſpiſſitudinem & in vitro recondatur diligenter: doſis à ℈ j. ad ʒ. i. cum iure aliquo.

Extractum Rhabarbari aliter, Euonymi. Rhabarbari electi fragmentorũ libram minutim incide, & craſſiuſcule tere: & affunde ſucci depurati borrag. & bugloſſi, vtriuſque libras duas: relinque per horas viginti quatuor: Poſtea coque ad lentum ignem, donec extet & emineat rhabarbarum. Exprime deinde fortiter, & expreſſam decoctionem per laneum colatorium tranſmitte & exprime, vt ſubſtantia in colatorio maneat. Colaturam coque ad mellis conſiſtentiam, adiecti ſacchari optimi vncia. Quidam in Baln. Mar. ad ſpiſſitudinem coquunt, ne aduratur: quod præſtat, quemadmodum & in duplici vaſe.

Extractum Rhabarbari aliter, Quercetani. ℔. Rhabarbar. puluerizа, illud include vaſe vitreo, oblongo collo, affundendo vini alcool, vt ſupernatet quatuor digitis: obturato vaſe, fac digerantur in Baln. Mar. per tres aut quatuor dies, donec tandem menſtruum coloretur: coloratum transfunde ſeorſim, quod reſeruabis: nouum menſtruum denuo fæcibus affundendo, donec non amplius illud tingatur, & magma, ſiue fæx Rhabarbari ſubalda remanet. Circulatis rite omnibus ex arte, ſeparetur menſtruum per Bal. Mar. & remanebit in fundo Rhabarbari eſſentia: cui adde olei cinnamomi ℥ ij. Cuius ſi exhibeas ℈ j. cũ cochleari vini albi, potentius purgabit, quam ʒ. ſ. in infuſione: idque minori cum perturbatione. Poteſt exhiberi hoc medicamentum infantibus, prægnantibus, ſenibus, & ex morbo iam imbecillis: purgat & educit flauam bilẽ.

Fæx

Fæx ſiue terra, quæ remanet, eſt aſtringentis facultatis, qua ratione lienteriæ, dyſenteriæ, & alui fluoribus præſcribitur. Quod ſi quis potentius purgare cupiat, fæcem calcinet in reuerberio, tum per aquas alkali extrahat ipſumque reiteratis filtrationibus purificet cryſtalli inſtar. Eſſentiam extractam ſuo alkali ſuperiiciat, digerat, & demum diſtillet: hoc enim modo vis omnium medicamentorum augetur.

Vel Heurnii: Rhabarbari puluerē infunde aquæ vitæ, ita vt aqua hæc ſupernatet quatuor digitis: balneo tepeſcat dies quatuor; coloratura vinum effunde & nouum infunde: id repete, dum color nullus reddatur: adiice aliquid cinnamomi: detur cum vino hæc aqua vitæ. Alii exſtillant aquam vitæ, & reſtibili in fundo ſucco addunt olei cinnamomi ſcrupulos duos, ad vnciam ſucci. Doſis eſt ſcrupuli pondus cum vini albi cochleari: infanti & prægnanti innoxium.

Beguinus ſic extrahit Rhabarbarum: Recens minutim conciſum Rhabarbarum digere in aqua endiuiæ, vel alia odorifera, donec coloretur. Quod tinctum eſt, deple: nouamq; aquam toties reaffunde: donec ea non tingatur amplius. Depletiones filtra: circula, & menſtruum ad extracti conſiſtentiam per balneum euoca: ſale prius ex fæcibus addito.

Extractum Rhabarbari alii ſic præſcribunt: ℞. Rhabarbari ℥iij. Agarici, aloe ana ℥ ſ. ſcammon. ʒ.iv. Spicæ Indicæ ʒ.ſ. croci ʒ.ij. epithymi ʒ. ſ. Angelic. ʒ.ſ. ſ. zingiberis ʒ ſ. aniſi vnc. ſ. ſ. camphoræ drach. ij. M. & ſuperfunde ſpiritus vini optimi ad eminentiam, vaſe probe munito digerant per octo dies, deinde effunde & recens ſuperfunde, hoc toties cōtinua vſque omnis tinctura extracta ſit; deinde omnes ſolutiones confunde, & in B. leniter abſtrahe in formam conſiſtentiæ inſtar mellis: cui in fine abſtractionis addes olei cinnamomi, caryophyllorum, nucis moſchatæ, aniſi an. q.v. coagulentur vt artis eſt. Doſis ad gr. x. Quercetanus talem tradit in Pharmacopæia, modum extrahendi Rhabarbarum.

℞. Rhabarb. electi lib. ſ. vel quant. voles: huic craſſo modo conquaſſato affunde aquam endiuiæ, ſucco limoniorum vel citrinorum aciduam redditam, Rhabarbaro ſupernatet ad lib. ſ. His confectiui loco adiice

Cinnamomi vnc. ſ. ***Santali rubri drach. j.***

Omnia ſtent in digeſtione Baln. Mar. donec aqua cichoreæ in rubini tingatur colorem. Hanc aquam tinctam ſepara per inclinationem:

ſepius affundendo non amplius non coloretur: tandem expreſſis fortiter omnib. & cum priori aqua tincta permixtis, inde ſeparabis aqueum liquorem per baln. vaporoſum: & extractum ſubſidebit in fundo in forma gummi vel ſapæ perfecte coctæ & rubicundiſſimæ.

Extractū gentiana. Eodem modo extractum parabis ex omnibus radicibus modica purgandi facultate præditis, quales ſunt gentiana, mechoaca, ſanicula Dodonæi, &c.

Mechoaca ſanicula ſena. Sic quoque extractum ſenæ fiet: ſed loco aquæ cichoreæ accipienda erit aqua pomorum redolentium, quæ acidula ſit facta (loco ſuccilimoniorū) liquoribus acidulis, vel ſalis petræ, vel ſulphuris, vel vitrioli, qui tinctu ris foliorum & florum quantumuis iam emarcidorum, exſiccatorum, diuque in arculis reſeruatorum extrahendis aptiſſime conueniunt: correctiui vicem ſubibit aniſum aut caryophylli, in pauca quantitate addita.

Extractum roſarum pallidarū, violarum, florum Perſica, florum prunorum, centaurii, fumiterra, agarici ſem. Ebuli Siler is montæ. Sic eodem methodo extracta conficies ex omnibus floribus purgantibus, ex roſis pallidis, violis, floribus Perſicæ arboris, floribus prunorum, tam ſylueſtrium, quam hortenſium, floribus centauri, fumiterræ, & hyperici.

Sic ex agarico, ex ſeminibus ebuli, ſiléris montani, & ſimilibus, præclara quoque extracta educes purgantia.

Proponamus modum extracta parandi ex ſimplicibus violentioribus initium ſumentes ab illorum radicibus ex quibus alio modo, quam in præcedentibus, extracta concinnantur.

Exordiemur autem ab extracto eſulæ omni hydropiſi, aliiſq; morbis, in quibus ſeroſorum humorum expurgatione opus eſt, apto & congruo.

Extractum Eſula. ℞. Radices & folia, hoc eſt, totam ſubſtantiam eſulæ minoris, ex his inquiſitiſſime contuſis exprimatur ſuccus per torcular: hoc ſucco in matracium vitreum cum collo longo indito fiat digeſtio in Baln. Mar. fæcibus, in quibus adhuc plurimum virtutis purgantis ineſt, affundo ſerum lactis clarum, aut aquam lactis deſtillatam, ad fæces rite & exquiſite irrigandas, quæ in aliud vas iniectæ digerantur per idem Baln. Mar. tribus quatuorue diebus, dein omnia prælo fortiter exprime: hæcque vltima expreſſio addatur alteri priori: omnia digerendo in eodem Baln. Mar. ſemperque ſeparando fæces à claro, ſiue purum ab impuro,

donec

donec materia tua nihil amplius craſſamenti deponat, ſed clariſſima, colore rubicundiſſima, guſtuque dulciſſima in fundo ſubſideat, quæ veræ perfectæque digeſtionis ſigna ſunt, ſicut iam alibi diximus.

Hæc materia transfundatur in aliud alembicum, vt liquor omnis inde deſtilletur ad ſiccitatem per Baln. Mar. vaporoſum, & in fundo remanebit extractum eſulæ in forma ſapæ rubicundiſſimæ, & guſtu dulciſſimæ; de quo extracto exhibe drach. ſ. idque vel in forma pilularum, vel diſſolutum in ſua propria aqua, quam reſeruaſti. Summum & excellens purgans eſt, & omnibus hydropiſibus, cachexiis & vermibus aptiſſimum remedium.

Idem extractum parabis etiam alia methodo, contundendo, vt ſupra eſulam, & deſtillando aquam ſuam vſque ad ſiccitatem, rurſumq; affundendo aquam ſuam propriis ſuis fæcibus ſiccis, ſed nequaquam tamen exuſtis. Nam balneum vaporoſum impedit omnem vſtionem. Hæc aqua alliciet & extrahet tincturam eſulæ, & impenſe colorabitur: quam deſtillabis & extractum ſiue ſapa remanebit in fundo alembici: & eandem aquam deſtillatam affundes denuo fæcibus prioribus, ex quibus paraſti extractum, idque toties reiterando, donec aqua non amplius tingatur, & vltimo poſt macerationem exprimendo dictas fæces per torcular, addēdo enarratam expreſſionem tincturis reliquis, vt ex omnibus fiat vnum extractum. Si ex fæcibus vtriuſque præparationis combuſtis, ſalem cum ſua propria aqua, eamque extracto proprio addideris, eius purgandi vim & efficaciam validiorem reddes. Sunt multi, qui in præparandis huiuſmodi extractis, tum eſulæ, tum aliorum quorumuis purgantium ſola aqua vitæ vtuntur, quod nobis non adeo diſplicet; eſt enim ignis naturæ ille qui digerit & concoquit horum ſimplicium cruditates, in quo plurimum ſitum eſt. Præterea eadem tam tenuium & aerearum exiſtit partium, vt hoc nomine promptius, quam cætera quæuis diſſoluentia alliciat rerum eſſentias, quibus extractis facile inde ſeparatur. Sed plus mihi arridet ratio illa, quam modo declarauimus: de quibus tamen omnibus liberum cuiuis relinquimus iudicium.

Ad hunc igitur ſupra commemoratum modum extracta præparabis ex

Extractū ex Thymelea Chamelea Mezereo, Tithymalo, &c.

bis ex thymelea,chamęlea,mezereo,&reliquis omnibus tithymali ſpéciebus,& ex ipſo quoque helleboro nigro,ſi in loco eo habitaueris,vbi recens colligi poteſt. Sed cum non omnes montibus ſimus vicini, quibus hæc herba copioſe creſcere ſolet, neq; eius copia,niſi cum iam exſiccata ſit,facile detur,eiuſdem extractum in hunc ſequentem modum præparandum docebimus.

Extractum Hellebori nigri.

℞.Rad.& fibrar.hellebori nigri veri(caue ne adulterinum accipias) lib.j.omnem ſorditiem prius aqua ablue: dein ea macera per integrum diem in aceto roſato:hoc enim tollet nimiam illorum acrimoniā & venenatam qualitatem: effunde acetum:radices autem mediocriter adignem lentum exſiccatæ & craſſo modo contuſæ, indantur in matraciū capax, ſuperaffundendo ſucci limoniorum partem vnam, & ſucci pomorum redolentium partes duas (ſuccis his prius optime depuratis & clarificatis) vt materiam duos treſue digitos ſupernatent: omnia ſtent in digeſtione B. M. donec ſucci in colorem rubicundum tingantur, & exacte imprægnentur tota hellebori ſubſtantia. Cola poſtea omnia,& fæces prælo exprime:vltimo hanc expreſſionem commiſce cum prima colatura:& iterum affunde fæcibus nouum ſuccum roſarum pallidarū optime clarificatum,indeque denuo extrahe omnem ſubſtantiam,virtutem in B. M. colando & exprimendo iterum omnia, & miſce hanc colaturam & expreſſionem cum prioribus illis:omnibus in matracium capax iectis,fiat digeſtio in Baln.purūque ab impuro ſeparetur. Tandem ſepara ad calorem lentum humiditatem, donec in fundo maneat extractum in ſpiſſiori paulo forma,quam ſapa eſt; de quo miſcebis ℈i. cum ℈ ſ.extracti confect. Hamech, cuius deſcriptio habetur ſuperius; ex qua mixtione formabis duas pilulas, & habebis excellentiſſimum remedium purgans contra omnes manias,epilepſias, melancholias,febres quartanas, & alios morbos, qui altiores radices agunt,& occulta habent ſeminaria:effectus præterea demonſtrabit eximios, citra vllam tamen moleſtiam aut perturbationem.

Nota,poſtquam enumerato helleboro addideris extractū confect. Hamech purgans, iis inſuper adde extractum trochiſcorum alhandal vel diagridii rite præparatum,aut ſimile aliquod purgans, quod purgationem per inferna promoueat,& vomitiuam hellebori vim cohibeat; quod imprimis notandum eſt in cæteris omnibus violentis purgantib. & vomitoria facultate ſimul pollētibus:hæc enim vomitoria vis per additionem

ditionem remedii purgantis quod facultatem habet per inferiora trahendi,ac educendi,omnino retunditur & inhibetur.

Alii eius extractionem sic parare commendant: Cortices radicis Hellebori nigri,medulla exempta,infundantur in aqua anisi, de qua sit oleum separatum, & stet in infusione per horas 24.vel quandiu libuerit; deinde bulliant simul, quousque extent radices ad aquæ sc. fere consumptionem;coletur postea cum forti expressione.Vltimo decoquatur expressum cum syrupo rosato solutiuo ad sufficientem spissitudinem: reponatur in vasculo terreo vitreato,& vtere.Dosis est ℈j.vel ℈ j.ſ.

Heurnius sic vult: ℞. Succi fæniculi vel aquæ quæ reliqua fuit ab olei anisi destillatione lib.iii.infunde cinnamomi ℥ii.Sem, anisi ℥iii. Mastiches ℥ ſ,Flauedinis cort.citrior.℥iii.Macerentur tepide per plures dies,dum omnis transiisse in liquorem videatur; hinc fiat colatura, quæ effundatur super cortices rad.Ellebori nigri,exempta prius medulla:& iterum quam diutissime macerentur, quo eorum vis tota fere fuerit eliquata:deinde bulliant dum succus fere consumatur; & cortices iam tũ fortiter prælo exprimentur, & colatura iterum coquatur,adiecto pauco syrupo rosati solutiuo,dum Opiatæ ideam inducat. Vel priusquam ita coquatur, nouæ contusæ radices iniici poterunt, cum manipulo rosarum rubrarum, & quid vini rubri,ac repeti eadem historia. Datur cum vino albo aut ex iure aliquo à ℈i.ad drach.i.

Extractum aliud. ℞.Rad. veratri nigri effossarum sub ortum Solis,incrementa ducente Luna, ac peragrante dodiatemorion Capricorni, Leonis,aut Sagittarii,in pulpam contundantur,& distillentur,dum nil amplius liquoris fundant; hoc fiet vi validi caloris in arena. Hic cinis cum vino liquescat in lixiuium;mox balneo exhausto liquore, salem fundus dabit,qui omne vitium humani corporis antiquatum in causariis abigit, ac in floridam iuuentam effætum corpus reuocat:soluitur cum vino,croco & ambra: dosis est à ℈i.ad drach.i.

Extractum Hellebori nigri compositum contra Epilepsiam: ℞.Hellebori nigri veri lib.ſ. Turpeti vnc.ſ. drach.ij. agarici drach.ſ.zingiberis vnc.iii. croci drach. ij. angelicæ lib, ſ. viſci querni vnc. vj. sem. pæoniæ vnc. iii. rad.pæoniæ vnc.iv.castorei vnc.i.rad.pyrethri vnc.ii.calami vnc.iv. Omnia hæc mixta & extracta cum spiritu vini,vt artis est, corrigantur in congelatione cum salis absynthii vnc.ſ.salis perlarum,salis corallorum an. drach.ii.olei nucis mosch.drach.ſ.alii etiam addunt specierum diã-

bræ ℥ ſ. Doſis eius ad gr.xii. cum phlegmate vitrioli diſſoluto & appropriato. In aliis morbis ſuademus etiam addere cryſtall. Tartari.

Extractum hellebori nigri compoſitum aliud in apoplexia & hydrope. R. Hellebori nigri veri lib.ſ. Rhabarbari ℥ij. Rad. caryophyllatæ ℥ iv. Calami ℥ iij. Zingiberis ℥ ij. Piperis longi ℥j. Nucis moſch. ℥iij. Spicæ Romanæ ℥ſ. Fiat extractum cum ſpiritu vini in coagulatione ſalis corallorum, olei nucis moſch. ℥ij. gutt. vj. olei cinnamomi gr.xij. F. Alii extractum fol. hellebori corrigunt cum ſacharo laudi & ſolo oleo nucis moſch.

Extractum Scãmonii.

Extractum ſcammonii. Electum ſcammonium ſpagyrice ſoluatur in oleo maſticis chymice extracto cum ſpiritu vini: quo facto, digerantur per octo dies in baln. calido, in vaſe optime clauſo: quod vel clarum erit, & pellucidum, transfunde, affundendo rurſus nouum menſtruum, donec totam eſſentiam attraxeris: interim tamen omnes fæces ſeponito. Tum ſeparato toto menſtruo, affunde denuo vini ſpiritum corallisatum, vt ſupernatet quatuor digitis: circulentur omnia in baln. per x. dies, aut amplius. Demum menſtruum extrahe, & pro vnc. eſſentiæ relictæ in fundo vaſis, adde eſſentiæ veræ corallorum, & margaritarum ana ℈j. eſſentiæ croci ℈j. ſ. Fiat mixtura ad blandum ignem & conſiſtentiam debitam. Miſceatur hæc eſſentia ſic præparata cum eſſentia aloes, & myrobalanorum, & fiat mixtum medicamentum ad bilem expurgandam perutile, item ſeroſa excrementa è capite educenda. Per ſe exhiberi poteſt ℈. ſ. cum ℥ij. olei amygdal. dulcium: ſine vlla perturbatione, aut læſione cordis, ventriculi, & hepatis, è vaſis ipſis bilem educit.

Scammonii extractio alia: ℞. Scammonii ſelecti non adulterati lib. ſ. teratur & cribretur, poſtea affundatur parum ſucci roſarum pallidarum, vel quod melius eſt ſylueſtrium, (vitrioli ſpiritu exacer.) expreſſi & colati, ac in ſole ſeu retro fornacem exiccatio inſtituatur. Hæc imbibitio & exiccatio vigeſies ſeu trigeſies renouetur, ſic enim lẽta, viſcoſa ac tenax malignitas ſcammonii diſſipatur, quæ alioquin adhæſione ſua in ventriculi tunicis tormina & cruciatus excitare conſueuit. Qui volet, poterit priori ſucco ad libitum ſucci cidoniorum expreſſi & depurati dimidiam partem adiungere: ſic efficacius & minori moleſtia purgabit: Et cum hoc ſcammonio præparato poteris omnium catharticorũ vim purgantem excitare & acuere. Doſis huius gr.xv. ad xx. Iam ad manus ſit bonũ Alkohol vini ſine phlegmate (in quo per 24. hor. prius in balneo maduerit tantillũ ſem. aniſi, fæniculi, cinnamomi, & ſpicæ nardi)

quanti-

quantitate tanta quæ ſufficiat pro extrahenda tinctura ſeu ſcammonii eſſentia, affundatur ad eminentiam 3. vel 4. digitorum ſcammonio mediocriter trito, & in B.M. per 3. vel 4. dies ſtent, quotidie aliquoties mouendo ſic ſpiritus vini tincturam extrahet: tinctum ſpiritum purum per inclinationem aufer, & affunde nouũ ſpiritum, reiterando laborẽ, donec nullum alkohol ampliùs tingatur. Poſtea omnis ſpiritus tinctus mixtus abſtrahatur in B.M. remanebit ſcãmonium inſtar mellis in fundo quod vlterius exiccetur calore leni in vaſe conuenienti. De hoc extracto adhuc molli inſtar panis recens cocti ſumatur ℥i. ſucci cidoniorũ depurati ℥iv. ſucci depurati roſarum rubearum ℥ſ. miſce omnia in vaſe conuenienti vitreo; & lento calore effundatur extractum in ſuccum, mouendo paulatim ſpatula argentea, vt ſucci exhalent, & extractum priorem acquirat conſiſtentiam pro efformandis pilulis. Antequam plane omnis humor exhalet ad ℥j. ſcammonii adde ſalis ſeu magiſterii perlarum & corall. an. ℥i. Doſis à gr. x. xv. ad xx. in forma pilulæ.

Extractum Elaterii: Ex ſucco è cucumeris agreſtis fructibus autũnali tempore extracto, dum præmaturitate pallente, ſit præſtantiſſimum medicamentum, ſi debite præparetur, ad ſeroſa & bilioſa excrementa euacuanda. Elaterium Græcis hoc medicamentum dicitur, quod efficacius multo reddetur, & ſine periculo exhiberi poterit, ſi ita præparetur. Hjc ſuccus clementer per expreſſionem extractus per filamenta diſtilletur, ita vt fæx omnino ab ipſo ſeparetur: deinde indatur vaſi vitreo, oblongo collo: cui affunde ſpiritus vini an. æqual. part. omnia poſtea digerantur in bal. tepido per aliquot dies; donec fæx & tota impuritas ſecernatur: ſeparato priori menſtruo, blando igne, alium vini ſpiritum, infuſionis ſpecierum diamarg. frig. affunde, & circulentur omnia in pellicano decem dierum ſpatio, vt vis medicamenti augeatur, & ab ipſo omnis malignitas auferatur: ſeparato denique vltimo menſtruo coaguletur igne lentiſſimo, quod fiet intra paucos dies. Huius cape oñ. j. cui adde olei nucis moſchatæ, & cinnamomi an ℈j. fiet mixtura: & ſic obtinebis præparationem Elaterii ſpagyricor. ſiue ipſius eſſentiam, mirifice ſeroſa excrementa etiam è iuncturis trahentem, & è cerebro euocãtem arthritidi, hydropi, cephalalgiæ veteri, & epilepſiæ valde conducentem. *Extractum Elaterii*

Extractum Scyllæ: Ex rad. Scyllæ ſuccum extrahes, quem eodem modo præparabis vt extractum Elaterii. Vel, quod melius eſt, cum mullo malua-

maluatico id facies. Humores craſſos, lentos, & thoraci inhærentes incidendo, tenuando, tergendo, reſoluendo, & coquendo euacuat, & hepatis ac lienis obſtructiones tollit. Exhibentur ℈ii. pro doſi cum decocto pectorali, aut cum aqua cinnamomi.

Extractum Turpeti: Turpetum albiſſimum, gummoſum & mediocriter recens, in puluerem tenuiſſimum reducatur, quod indas matracio vitreo, oblongo collo, & Hermetice clauſo, affundendo illi ſpiritum vini, qui ſupernatet materiæ tribus aut quatuor digitis, & ſic omnia ſtēt in B.M. tepido per 2. aut 3. dies, quo eſſentiam totam, menſtruum attrahat: illud ſeorſim ſeruato, deinde nouum affunde denuo, donec nihil amplius ex materia elici poſſit, fæces ſemper ſepone, & quod purius eſt, elige, vt artis eſt. Quo facto, circulentur omnia, vt ſummum acquirant perfectionis gradum: ſeparato omnino menſtruo, medicamentū perfectius reddetur, ſi in correctione addideris pro vnc.i. eſſentiæ, olei nucis muſchatæ, & zingiberis an. ſcrup.i. Iſtis enim ſic eius actio intenditur, vt proprietate quadam mirabili, etiam ſine nauſea, & aliqua perturbatione, & iuncturis, & remotiſſimis. ac profundiſſimis his partibus pituitam viſcidam, & craſſam euacuet; quum alius tenuem ſolummodo, idque tarde per ſe adduceret. Exhibetur huius eſſentiæ ℈i. cum vino rubro, aut decocto pectorali. Hydropicis etiam & pituitoſis omnibus affectibus confert.

Extractum Colocynthidis: Colocynthis puluerizetur tenuiſſime: cui affunde vini alcool optime præparati, vt ſupernatet ſex digitis: digerantur in Baln. Mar. vaſe clauſo hermetice tribus ſeptimanis. Amittet enim illo temporis ſpatio totā acrimoniam. Quod ſi diutius digeratur, extractum dulceſcet: ſicque reddetur optimum medicamentum ad pituitam, & ad alios humores craſſos, & glutinoſos à profundiorib. partibus attrahendos: idque ſine noxa. Quare vertiginoſis, hemicranicis, epilepticis, apoplecticis exhibetur, cū ſyrupo roſato ſimplici, vel myrtillorū. Corrigitur autem cū oleo maſticis, nucis moſch. & cinnamomi.

Extractum Euphorbii: Euphorbiū, vt præparetur, reſolui debet prius in aceto roſato albo, in Bal. vaporoſo diſtillato, & per ſetaceū tranſmitti; hocq; ter faciendū, quo terreſtreitas omnis ſeparetur, & puriorrema-neat hæc lachryma: abſtrahatur acetum, vt ipſius emēdetur acrimonia, reiteratis ablutionib. in aqua roſarum. Itaq; euphorbio per acetū reſoluto, vt iā dictum, & abluto, affunde vini ſpiritū, quo eſſentiā extrahes fæci-

Digitized by Google

fæcibus ac impuritatibus ſepoſitis, omnia circulato cum nouo alcoole ſaccharino per x. dies: deinde ſeparato menſtruo, coagula igne lentiſſimo, addendo ſub finem olei maſtichini ℈ij. Olei aniſi ℈j. eſſentiæ corallorum ℈ß. Fiat mixtura. Doſis eſt ℈j. cum decocto competenti, Paralyſi, arthritidi, ſpaſmo, Hydropi valde conducit, & pituitam quantumuis lentam, craſſam, & impactam neruis ipſis, & iuncturis, ſine aliqua perturbatione euacuat.

Extractum opopanacis, ſagapeni & ſarcocollæ. Eodem modo, quo extractum euphorbii, ex opopanaco, ſarcocolla, & ſagapeno medicamenta præparantur, ad eoſdem affectus vtiliſſima, quorum vim purgatricem per inferiora Græci reticuerunt, ſed ab Arabibus inuenta fuit. Purgant autem iſta clementius, quam Euphorbium: ex omnibus fit mixtum medicamentum, purgans craſſam pituitam, & viſcidam etiam à remotis partibus, cerebro, neruis, iuncturis, & thorace.

Extractum Hermodactylorum. Ex radice Hermodact. ab & elect. eodem modo vt ex Elleboro eſſentia elicitur, quæ pituitam craſſam & lẽtam à iuncturis præſertim trahit: ob id arthritidi multum confert, corrigi tamen debet cum oleo cumini & caryophyllorum, ne ſuo humore flatulento, ventriculum lædat, & in ipſo nauſeam excitet. Exhibetur per ſe vel cum decocto competenti, pondere ℈j. plus vel minus pro ſumentis viribus.

Extractum lapidis Armeni, & Cyanei. Lapis Armenus & cyaneus candentes extinguantur ſexies in aqua ardenti, poſtea reducantur in tenuiſſimum puluerem: quo facto, puluis hic abluatur aqua fontana, eiiciendo terram, & quod aquæ ſupernatabit, hocque fac pluries: demum abluere lictum puluerem prius exiccatum aqua meliſſæ aut bugloſſi: euapora aquam à puluere igne lentiſſimo: quo exiccato, cum cæleſti noſtro menſtruo & ſpiritu vini digerantur in B.M. & circulentur per xx. dies ad ſummam gradationem: ſeparato mẽſtruo, coagulentur igne lentiſſimo: adde pro correctione eſſentiam margaritarum, corallorum, & Croci, cũ oleo cinnamomi, & caryphyllorum. Melancholicis omnib. affectibus, maniæ, vertigini, epilepſiæ, cephalalgiæ, quartanariis & cancro conducunt. Doſis eſt ℈j. ß. cum aqua meliſſæ, aut bugloſſæ. Purgãt enim atram bilem, & quicquid craſſum & tenax ſanguini eſt immixtum. Lapis cyaneus ſic pręparatus, poterit commodius multo exhiberi in confectione Alkermes, ad cordis tremorem, ſyncopen, mæſtitiam, ad ſpiritus o-

mnes roborandos, & ad arcendum quoduis venenum.

Extractum radicum cucumeris asinini. Cucumeris asinini radix mense maio colligi debet, deinde contundi, denique ex ipsa succus optime exprimi. Qui quidem filtrandus est bis, vel ter, donec clarus distilletur, & bene depuratus sit: cui affunde vini spiritum santalarum, & optime præparatum, collocando omnia in Baln. Mar. per tres aut quatuor dies: quod purum est transfunde, denuo vini spiritū affundendo, donec nullæ fæces amplius seponantur. Tum circulentur omnia simul ad maiorem graduationem per aliquot dies. Quo facto, separato menstruo, congeletur essentia igne lentissimo cinerem donec insp̄isſetur. cui adde pro vnc. j. olei cinnamomi ℈j. essentiæ croci ℈ß. Hoc autem medicamentum serosa excrementa potenter euacuat: qua ratione hydropicis: item ictero & obstructionibus tum epatis, tum lienis summopere confert, si ℈ß. aut plus pro ægrotantis viribus exhibeas cum vino albo, idque mane ieiuno stomacho.

Extractum granorum Lathyridis. Ex granis Lathyridis contusis extrahes eodem modo essentiam, quo ex helleboro nigro: cui addes oleum masticis, & nucis moschatæ ad correctionem.

Extractum agarici, sennæ, Polypodii, & mechoacæ, &c. Agaricus eodem modo paratur, vt Rhabarbarum: crassam pituitam maxime à ventriculo, mesenterio, iecore, liene, & pulmonibus expurgat, à cerebro, & neruis debilius trahit, quod vis ipsius sit imbecillior, exhibentur eius ℈ij. etiam impuberibus, & senibus. Sed quoniam aliquantum ventriculum offendit, cum oleo Zingiberis, & spicæ corrigitur. Sic ex sena, Polypodio, mechoaca, myrobalanis, & reliquis huiusmodi elicies extracta, siue essentias: quæ omnia exhibebis, quando & quibus conferent, additis propriis correctiuis pro morbi exigentia, & ægrotantium viribus.

Extractum agarici compositum tale est: Recipe Agarici albi ſ. drach. x. Turpeti drac. j. Ellebori nigri drach. j. sem. fol. sennæ vnc. j. cassiæ vnc. iij. castorei drach. j. opii tantundem, Zingiberis vnc. ſ. piperis longi ʒij. myrrhæ vnc. ſ. polypodii vnc. j. sem. anisi, fœniculi ana vnc. sem. cuminī ʒvj. herb. carduibened. m. j. omnia prius crasso modo contusa concoquantur in aqua, deinde humiditate omnimoda priuentur, vt fiat instar electuarii, cui deinde superfunde ſ. vini ad eminentiam trium digitorum, extrahe vt artis est: extractis omnibus, coagula ad consistentiam cui postmodum adde olei rosarum, maioranæ an. gut vj. vel viij. olei cinnam. gut. xij. cryſtal. tart. ʒj. dosis gr. x. & supra.

Extra-

Extractum Mechoacæ compositum: Recipe rad. Mechoacæ ℥ij. agarici ℥j. Turpeti, polypodij ana ℥j. cinnam. ℥ij. diatriasantali ℥ß. baccarum Iuniperi ℥j. ß. Aristolochiæ, rad. ireos, calami, Zedoariæ, gentianæ, galangæ, Helenii ana ʒij. Tormentillæ, carduibenedicti, ana ℥j. ß. Nucis moschatæ, macis, caryophyllorum, cubebarum ana ʒj. Ex his omnibus l. a. fiat extractum cum ʃ. vini: In fine inspissationis adde succi granatorum, arantiorum, citri ana ℥j. ß. Croci ʒiij. dosis ℥j.

Fiunt etiam extracta ex speciebus hieræ pictæ Galeni, hieræ colocynthidos, diaturbith, diacarthami, diaphœnici ac fere ex omnibus pilulis, aliisque purgantibus cum menstruis congruis: nimirum cum aquis fumiterræ, filicis, agrimoniæ, pomorum redolentium, sero lactis & similibus, acidulis redditis cum succo limoniorum, aut cum quodam aceto scyllitico, vel alio, in cæteris procedendo vt supra. Sed proprium dissoluens omnium purgantium in genere radicum nempe herbarum, seminum & florum, est aqua vitæ Tartarisata, omnibus veris philosophis ad vnguem notus.

Præter omnia enarrata extracta simplicia & composita, alterantia, corroborantia, & purgantia, quæque omnia ê vegetabilium ordine desumpta sunt: quædam adhuc supersunt tractanda, quæ ex animalium partibus educuntur.

Extractum mumiæ: R. mumiæ electæ, contusæ, & in frustula dissectæ lib. j. spiritus vini alcoolisati, therebinthinati clari menstrui an. vt supernatet 4. digitos. Indantur omnia conuenienti matratio hermetice clauso, & putrefiant in calore primi gradus per quindecim dies, donec menstruum instar rubini tingatur: separabis per balneum menstruum, quod reseruabis ad eosdem vsus, & in fundo remanebit tibi mumiæ siccæ vera tinctura, quam circulare poteris, si voles, cum vini spiritu per aliquot dies, & hac ratione puriorem ex ipsa mumia essentiam elicies: quo summopere cõducit ad curationem omnium venenorum per se: aut si cum theriaca permisceatur in peste præstantissimum est remedium, quod satis laudari non potest. A corruptione omnia corpora tuetur: commode etiam ad curationem phthisis, & Asthmatis exhibetur, si cum conserua helenii, & violarum permisceatur: prodest etiam pluribus aliis affectib. Fæces vero quæ remanent, ad sedandos dolores pro topicis in vnguentis apponuntur. Plura vide de mumia in Basilicæ nostræ Chymicæ lib. 7.

Extractum cranij humani: R. Rasuram cranij hominis, non humati, cui affunde spiritum vini saluiati, vt supernatet sex digitos, digerãtur simul in balneo per dies 24. vase clauso, deinde destillentur per retortam, dando ignem per gradus, more aquæ stigiæ, rursus infunde distillationem capiti mortuo prius contuso, putrefiant per dies 8. & destillentur, vt prius idque ter facias. Demum circulentur omnia simul per aliquot dies separatoque tuo saluiato menstruo, in fundo remanebit cranii essentia, coaguli instar: cuius exhibeas ℈ß. cum aqua florum tiliæ in paroxysmo, & ante paroxysmum epilepticum.

Extractum cranii hominis, aliter: Recipe Rasuram non humati cranii: decoque cum melissæ spiritu, & betonicæ decocto, effunde seorsim aquam, iterumque nouam affunde, donec nulla vis cranii amplius remaneat. Tum aquas omnes in B. M. euapora. Remanet in fundo coagulum, quod iterum resolue, euapora, & coagula, tantisper dum igne lentissimo materia in fundo remanens, sublimari possit. Hoc sublimatum multum confert epilepticis, & aluum sine perturbatione (quamuis copiose) mouet.

Extractum cornu ceruini, monocerotis ossium de corde cerui, & eboris. Ossa vel comburuntur, vel decoquuntur cum vehiculis conuenientibus, vt ex ipsis tandem elici possit purior essentia cum vini spiritu, quod fiet eadem methodo, qua cranium humanum, suo loco, præparandum esse scripsimus. Igitur sic extrahes essentiam ex osse cordis cerui, quod hominis cor quadam substantiæ similitudine roborat, & ad cardiacam affectionem, syncopenque in primis vtile est. In eo differt eius præparatio à superioribus, quod cum alcolisato chelidoniæ spiritu fiat, tanquam cum proprio menstruo. Pro illo osse in eosdem vsus cornu cerui substituitur, cuius essentia cum Hypericonis alcoole extracta, infantulis, lumbricis laborantib. exhibetur cornu monocerotis, omniũ præstantissimum, eodem modo præparabis: tuetur enim cor & omnem veneni vim obtundit: pestilentibusque morbis confert. Proprium ipsius menstruum est alcool melissæ. Ebur etiam sic præparatur, cuius vires sunt cordis robur tueri, & conceptionem iuuare.

Extractum viperarum. Mense Iunio cape quatuor, aut sex viperas, ex quibus & caudam, & caput abijcies, cutẽ intestinaq; detrahes: carnẽ vero minutim præcisam, indas cucurbitę vitreæ, per tres, aut quatuor dies, vt in calore balnei vaporosi, vel fimi calidissimi sudorem ipsarum pellas:

Digitized by Google

pellas: (caue tamen, ne fumi huius aerem è viperarum exhalatu vitiatum,& venenosum inspires.) Quo facto, superfunde spiritus vini alcolisati,& therebinthinati solutiui an. vt supernatet octo digitis:digerantur vase occluso hermetice in B. M. vel fimo calidissimo xij. dierum spatio, donec tota caro viperarum dissoluatur in prædicto menstruo: abiectis fæcibus separetur menstruum in calore B. & fiet coagulum, cui denuo affunde spiritum vini caryophyllatum: fac circulentur in Pellicano x. dierum spatio: & separato menstruo, remanebit caro viperarum optime præparata,ac essentificata, cui misce subbládum ignem, olei anethini,& cinnamomi an. scrup. j. ſ. essentiæ croci, & margaritarum an. scrup. j. cum mucilagine gummi trachacanthi finge pilulas:vel si vis, cum pane trititio arido, & trito, more veterum pastillos. Huius medicamenti exhibetur scrup. j. ad lepram,pestem, & ad omnes venenatos affectus. Ex viperarum cute, aut etiam serpentium spoliis exiccatis, & præparatis secundum artem, puluis vulneribus serpentum, & bestiarum virulentarum appositus multum confert. Item vulneribus cancrosis,& malignis curandis.

Extractum splenis bouis congrua ad duritiem & obstructionem lienis,& specifica ad mensium suppressionem.

℞. Splenem bouis integrum, hunc in frusta incisum in phialam vitream capacem iniice,ita vt ad medietatem vsque impleatur,addendo

Cinnamomi crasso modo contusi ʒj. *Croci* ʒij.
Caryophyllorum ʒ.ß. *Vini albi canaria, siue vini maluatici Mens. Parisiens. 4. part.*

Ad humectandam solummodo materiam, vas probe clausum ponatur in aheno aqua repleto, vel in B. M. feruentissimo, adeo vt ebulliat per 24. horas,donec dictus splen in particulas minutissimas coctus & consumptus fuerit, magnaque iuris exquisitissime cocti & fragrantissimi copia restet: de quo ægra mane capiat vnc. iiij. continuando per quatuor aut quinque dies tum,cum menses fluere debent.

Ad cuius imitationem quoque parabitur extractum hepatis vituli: quod omnibus hepatis affectibus, ipsiusque imbecillitatibus conducet,in fluxu præsertim hepatico, & hydropisi. Sed hepati isti vitulino addenda erunt

Santali rubri
Cinnamomi an. ʒ.ß.
Spicæ nardi
Rosarum rubrarum an.p.j.

Digitized by Google

Conſeru. flor. cichorij ℥j.
Trochiſcorum rhabarbari *Et eupatorij an.* ℥vj.

Tandemque omnia coquenda in magna phiala capaci, & bene occluſa, in Baln. feruenti per 7. vel 8. horas: donec hepar fere totum in liquorem redactum fuerit: quem ad perfectionem decoques, addendo, ſi velis, ſaccharum: ægro ex hepatis imbecillitate laboranti exhibebis huiuſmodi extractum veſperi & mane, & eximios percipies effectus extractum pulmonum non ſolum vulpis, ſed & vituli, & agni, fit conſimili plane methodo, addēdo pectoralia affectibus pulmonū congrua.

Eodem modo ex teneris ceruorum cornibus, vel ex eorundem etiam cornibus induratis, ſed adhuc recentibus, admirabile conficies extractum, cōtra peſtem, venena, vermes, corruptiones & diuerſa alia mala & ſymptomata, quæ inde ſuboriri ſolent: ſed loco aquæ vitæ iuniperinæ, diſſoluentis perfungetur officio ſua propria aqua, ſi fieri poſſit, vel quædam aqua bezoardica aut theriacalis, cuius varias deſcriptiones ſupra dedimus, quæ aquæ prius acidulæ reddantur cum liquore ſulphuris acidulo.

Extractum caſtorei fit eadem ratione, in cuius præparatione diſſoluentis vicem ſubminiſtrabunt aquæ meliſſæ, calendulæ, pœoniæ, aut ſimilium antepilepticarum aut cephalicarum: Et ſufficiet hæc omnia macerare in B. per 4. aut 5. dies, & poſtea colare, exprimere, & liquorem euaporatione inde ſeparare, vt omnia reducantur in extractum, quod conferet omnib. epilepſiis, paralyſibus, apoplexiis & ſimilibus cerebri affectibus.

Extracta ſiue magiſteria oculorum cancrorum, vt appellant, teſtarum ouorum, limacum, & ſimilium, quæ omnia ſalis naturam participant, fiant cum mēſtruo acido, cum aceto nempe vini, vel hydromelitis vinoſi, vel cum ſucco limonum, berberorum, & ſimilib. Si igitur ab eiuſmodi teſtis, & membranulis ſiue pelliculis ouorum gallinaceorum & ſimilium rerum diſſolutis, ſtatum eorundem diſſoluens inde ſeparare velis (quod elegans & magnum vtique myſterium haud contemnēdū eſt) aliquot guttulæ liquoris ſiue ſalis tartari diſſoluti ſuperiniiciendæ ſunt, & ſic magiſterium parabis excellentiſſimum ad calculos diſſoluendos, ſtrangurias, dyſurias, iſchurias, difficultates & ſuppreſſiones vrinæ, pro doſi offetantur paucula tantum grana: tanta enim efficacia & energia pollent eiuſmodi remedia in his affectibus medendis.

Vtex-

Digitized by Google

Vt extractum frat è matrice leporina, & secundina mulieris fœcundæ oportet has partes probe prius lauare & abluere vino albo, postea desiccare, & in puluerem reducere, & dissoluendo vtiaqua quadam vitæ Alkolisata, quæ ipsas subito dissoluet & in essentiam reducet, quæ essentia, separato suo dissolnente, efficacissima & præstantissima est ad matrices steriles fœcundandas, & conceptioni idoneas reddendas: Hæc de extractis.

CAP. IV.

De Syrupis.

SYrupus (nullo in vsu tempore Hippocratis, Aretæi, Galeni & Aetii) nihil aliud est, quam medicamentum consistentia liquidiore prædictum, compositum vel stillatitia aqua, vel ex succo, infusione & decocto radicum, foliorum, florum, fructuum & seminum, plantarum, quæ omnia sint cocta conuenienter & ad amussim, cum sacharo aut melle ad conseruationem longiorem & gustum iucundiorem. *Syrupus quid.*

Syrupi secundum Mesuæum sunt simplices & compositi. *Syruporum differentiæ.*

Syrupus simplex duobus modis dicitur, aut compositionis aut efficaciæ ratione.

Qui simplex dicitur propter compositionem, paratur ex succo, maceratione aut decoctione partium vnius tantum plantæ, admiscendo tantum sachari quantum satis fuerit, & ad legitimam consistentiam decoquendo. Componitur etiam ex solis aquis stillatitiis plantarum: huiusmodi autem remissionem & minorem coctionem postulat, vtendi tempore etiam plerumque conficitur, & ab Arabibus peculiariter Iulep nominatur. *Simplex syrupus propter compositionem.*

Syrupus simplex ratione effectus is dicitur, quod quamuis ex plurimis simplicibus concinnatus sit, tamen vnico destinatus est tantum operi: aut enim attenuat, aut aperit, aut inspissat, aut calefacit, aut refrigerat, aut simili cuidam indicationis scopo operam & opem suam dedicat. *Syrupus simplex rationis effectus.*

Cõpositus syrupus nuncupatur ratione diuersorum medicamentorum ipsum constituentiũ, siue factus sit ex succis variis simul commistis, quemadmodum syrupus Bizantinus Mesuæi paratur ex solis succis endiuiæ, apii, lupulorum, buglossæ, clarefactis & coctis cum idonea sachari copia. *Syrupus compositus.*

Digitized by Google

ri copia, ſiue componatur ex iiſdem ſuccatiunculis, quibus alia multa incoquantur, ſiue ex ſolo radicum, corticum, foliorum, florum, fructuum & ſeminum plantarum decocto vt eſt ſyrupus Bizantinus compoſitus eiuſdem Meſuæ, ſyrupus acetoſus diarthodonis Meſ. ſyrupus de arthemiſia, de praſſio, de hyſſopo, &c. qui ex aqua communi fiunt, vel pluuia, vel ſtillatitia: Aliquando vinum etiam additur, vt in ſyrupo de abſynthio: Alias acetum, vt in ſyrupo Bizantino compoſito Meſuæi: in acetoſo diarrhodon ex eiuſdem authoris deſcriptione: quin etiam ſyrupus acetoſus, ex ſolo aceto & ſachato componitur.

Vſus ſyruporum maxima ex parte eſt in præparandis & mitigandis humoribus, vt attenuati, deterſi, liquati & domiti, facilius cedant catharticis medicamentis, quorum vſum præparantia illa præcedere debent, vt teſtis eſt Galenus comment. in Aphor. 14. l. 1. & 2. Aphor. 9. Propterea numeroſis ſyrupis præparatoriis, & ſingulis eorum ſcopis ſtatim ſubiungunt ſyrupos tam ſimplices, quam compoſitos, purgatoria dote inſignitos: quales exiſtunt ſyrupi ex nouem infuſ. violarum & roſarum ſimpl. & compoſ. cum agarico & ſyr. de cichorea cum rheo, ſyrupus ſabor cum ſenna paratus, &c. Hinc etiam colligere licet ſyruporum diuiſionem, qua alii dicuntur purgantes, alii non. Sic ſunt alii calefacientes, alii refrigerantes, alii temperati, alii præparantes pituitam, alii digerentes melancholiam, alii concoquentes bilem, &c.

Syrupi calefacientes ſunt.

De Abſinthio
Artemiſia
Betonica ſimpl.
Betonica compoſ.
Calamenta
Cort. Citrii
Syrupus ſimplex cinnamomi, alio modo paratus cum aqua vitæ. R. Cinnamomi (aut alterius aromatis cuiuſdam, prout tibi viſum fuerit) vnc. ii. vel iij. vel iv. digitis ſupereminear: vaſe optime clauſo macerentur omnia per triduum aut quatriduum in loco frigido, ne ſpiritus vini exhalet, & interea temporis aquæ dotes atque virtutes cinnamomi extrahe, iiſque tinget & prægnabitur: tunc id, quod tinctum & durefactum fuerit, effunde: & vnciis octo liquoris adde tres vel quatuor vnc: ſacchari candi pulueriſati, dein ſubiecto igne, ſaccharum in liquore illo diſſoluatur: & accenſa charta ignis transferatur & admoueatur ſpiritui vini ſiue aquæ vitæ, quæ ſi fuerit bona, & ab omni phlegmate ſeparata, ſicut optima eius cõditio poſtulat, in momento flammam concipiet: omnia interim continuo agitentur longiori ſpatula, donec aqua vitæ exuſtione illa tota conſumpta fuerit, & ſyrupus in fundo remaneat, cuius vtique guſtus gratiſſimus eſt: vireſque ac proprietates eius adeo ſunt efficaces & præſtantes, vt vel optimas cinnamomi aquas, multis poſt ſe ſtadiis relinquat. Si eius vires fortiores reddere velis, aqua vitæ paulo ante, quam tota exuratur, ſuffocanda erit patina argentea, & intercluſo aere, aqua vitæ in momento ſuffocabitur: & ita multo fortior erit ſyrupus, ſaporemque cinnamomi redolebit. Sufficit pro doſi ſemicochleari in omni cordis deliquio, lipothymia, imbecillitatibus, cruditatibus & flatibus ventriculi, quos huiuſmodi remedium illico reſtituit. Hoc medicamentum ſingulare quoque eſt ad acceleranduum partum in grauidis mulieribus: ſi ex ſimplici hoc ſyrupo, compoſitum, & ad certum morbum, vt ad epilepſiam expugnandam, aptum, reddere velis, cum dicto cinnamomo ſimul maceranda; adde ſemen pæoniæ, flores tiliæ arboris exſiccatos, & ſimilia, procedendo in cæteris vt ſupra. Dentur de hoc ſyrupo duo cochlearia infanti vel adultiori in inſultu epileptico, & mira præſtabuntur. Ad Apoplexiam & paralyſin macerentur cum cinnamomo, caryophylli, flores roſmarini, ſaluiæ, & calendulæ exſiccati, & procedatur, vt ſupra.

Ita conſequenter varii ſyrupi ad varii generis affectus componi poterunt.

Syrupus antepilepticus. I. Q.

R. *Rad. Peonie*	*Lilii conuall.*
Viſci querni an. vnc. ſ.	*Tilie arboris*
Cinnam. optimi drach. vi.	*Lauendule an. p. i.*
Flor. Calendule	*Roſ. rubr. p. ii.*

Sicca autem & arida, non recentia, omnia iſta ſumantur: radix pæoniæ in fruſtula ſecetur: at reliqua vt ſe habent, citra conquaſſationem in matracium, vt vocant, iuſtæ capacitatis iniiciantur, quibus abunde ſatis, aquæ vitæ, ſaluiæ & iuniperi ſuperfundantur. Quæ ſi deſiderentur, ſumatur aqua vitæ ex optimo vino prolecta, quæ quatuor digitos materiæ ſupereminеat. Vas vero optime clauſum, ne quid expiret, in Bal. Mar. collocetur, aut radiis ſolaribus ad tres quatuorue dies exponatur, vbi aqua per leuem inclinationem à fæcibus erit ſeparanda, ad cuius vnc. x. ſacchari candidi in puluerem redacti vnc. iii. vel iiij. adiiciendæ erunt, omniaque argenteo cochleari agitanda, vt ſoluatur ſaccharum in patina argentea, deinde ignis ex incenſa charta aquæ vitæ imponendus, vt ardeat, verſando ſeu commouendo ſemper materiam cochleari argenteo, tamdiuque exuretur aqua, dum ſyrupus ſatis coctus, aut plus minuſue fortis videatur. Tum enim, cum tempus erit, extinguendum erit aquæ vitæ incendium, quadra aut orbe ſtanneo vel argenteo ſuffocatum.

Atque hic ſyrupus in modum Hermeticorum paratus antepilepticus præſtantiſſimus futurus eſt, cuius, ſiue in præcautionem, ſiue curationem morbi ſemicochlearis menſura exhibita ſatis futura eſt. Ad idem prodeſt maceratio florum calendulæ, lauendulæ, lilii conuall. in hydromelite maluatico noſtro per menſem facta, cuius macerationis exhibentur vnc. i. vel vnc. ij. pro doſi mane. Tali modo ex ſpecificis variis, fiunt varia ad Membra ſyrupi appropriati varii ac ſpecifici.

Syrupus de corallis Quercetani. Oportet perfectæ ſuæ maturitatis tempore exprimere, filtrare & depurare perquam accuratiſſime ſuccum berberis aut limonum. Nam acetoſi eiuſmodi & acidi ſucci, quo perfectius fuerint depurati, & à craſſa ſua terrea ſubſtantia, qua ſcatent, exquiſitius ſegregati, eo aptiores erunt & efficaciores ad diſſoluendum corallium

Digitized by Google

corallium crasso modo puluerizatum, ex cuius genere ad hunc syrupum conficiendum seligas omnium rubicundissimum & elegantissimum. Hoc iniiciatur in matracium vitreum & idoneum, affundatur aliquis prædictorum succorum optime depuratorum, vt materiam quatuor digitos aut paulo plus supernatet: collum subere vel cera Hispanica occludatur, & in balneum vaporosum feruidum collocetur, hoc est, matracium aquam non attingat, sed vapores ex aqua bulliente ascendentes circumquaque illud feriant, vbi necesse est, vt vas aquam continens ex omnibus partibus probe muniatur atque claudatur, ne vapores exhalent: minimus autem chymistarum nouit, quid sit balneum vaporosum, quod hic seorsim in gratiam eorum, qui in hoc negotio tyrones sunt, explicare volui. Huius balnei calore, qui dies noctesque per triduum integrum continuabitur, totum corallium in illo liquore fere dissolutum apparebit, idque colore subrubro & sapore dulci. Effunde per inclinationem quicquid dissolutum fuerit, fæcibus, si ita videbitur, nouum succum depuratum rursus affundendo, & in cæteris procedatur, vt supra. Ad lib. j. dicti succi, corallina essentia optime imprægnabitur, sufficiet sacchari candidi vnc. vi. adiicere, & ad syrupi consistentiam decoquere, in ipso quidem Baln. vaporoso, non tamen clauso, sed aperto: & vasis loco accipere oportet alembicum aut simile vas, cuius collum & orificium sit satis amplum. Artificio & dexteritate singulari opus est, ad eiusmodi syrupos rite conficiendos, ne corall. essentia à succis illis separetur, qua in re vigilantia & experientia summa requiritur.

Notandum venit, quando supra tibi omnis generis Tincturas tradidimus, hoc modo iam dicto, eas omnes ad vsum Medicum adhibere poteris & sane quid hac methodo nobilius: Habitis Tincturis, essentiis siue extractis, facile adest syrupus: sed si inferret quis, Tincturas considerare multum temporis, respondemus tibi, nos vias ad essentias & Tincturas extrahendas habere perbreues, & si nos intellexisti, supra tibi menstruum quoddam vniuersale denominanimus, quod est philosophicum & vnũ ex secretis secretorum: à multis vocatur Alkohol vini Tartaro aromatisatum, hinc inde vides & sentis, nos intima etiam tibi patefacere Naturæ: modo tu pio animo accipe atque vtere.

Ad

Opobalſami	*Acori veri, ſeu calami arom.*
Cinnamomi	*Pulegii*
Euphorbii	*Ariſtolochiæ longæ*
Folii	*Gentianæ*
Zedoariæ	*Cort. rad. Mandragoræ*
Zingiberis	*Chamædryos*
Coſti veri	*Rad. Phu.*
Caſſiæ lignea vera	*Baccarum lauri*
Corallii	*Ammeos*
Tragacanthæ	*Dauci cretici, vel ſeſeli cretici*
Thuris maſculi	*Piperis longi*
Meu	*Albi*
Styracis calamitæ	*Xylobalſami*
Salviæ	*Cani*
Cardamomi minoris	*Amomi*
Sem. ſeſeleos	*Petroſelini Macedonici*
Sinapis	*Sem. Liguſtici*
Napi an. drachm. ſ.	*Rutæ*
Saxifragiæ	*Sinonii ana drachm. ſ.*
Aniſi,	*Auri cocti,*
Anethi ana drachm. i.	*Argenti puri*
Ligni aloes	*Margaritarum albarum*
Rhabarbari	*Blattæ Bizantiæ*
Alipta moſchata	*Oſſis de corde cervi an. ſcrup. i. gr. xiij.*
Caſtorei	*Limaturæ eboris*
Spicæ Indicæ	*Calami aromatici*
Galangæ	
Opopanacis an. drachm. ſ. Pyrethri an gr. ix. alii xx.	
Mellis triplum, id eſt lib. ii. alii tres.	

Hæc Antidotus Aurea, Galenicis dicitur vel ab Auro, quod recipit, vel à pretio & virium præſtantia. Eius vſum vides apud Galenicos.

Confectio Anacardina Meſuæ.

R. Myrobalan. chebulorum	*Coſti*
Emblicorum	*Anacardii*
Belliricorum	*Sacchari albi*

Digitized by Google

Indorum — *ſem. nigellæ, aut eruca.*
Piperis nigri longi — *Baccar. lauri an. drach. vi.*
Caſtorei drach. ii. — *Cyperi drach. iiii.*

Anacardii per ſe terantur, demum aliis tritis admiſceantur, deinde omnia incorporentur cum butyri recentis non ſaliti & mellis deſpumatiana quantum ſatis eſt, fiat Electuarium.

Confectio Anacardina Nicolai.

R. *Aloes vnc. ſ.* — *Myrob. bellirico.*
Iridis — *Emblicorum*
Caſſiæ an. drach. vii. — *Epithymi*
Zingiberis — *Mei an. drach. iii. ſcrup. i.*
Anacardii — *Caryophyllorum*
Carpobalſami an. drach. xv. ſ. — *Squinanthi*
Folii — *Rhei pontici,*
Spicæ Nardi — *Maſticis an. drach. ii.*
Myrobal. Citrinorum — *Cort. Rad. funiculi laterum*
Chebulorum — *lib. i.*
Indorum an. ℥ iii. ſcrup. i. — *Aceti optimi lib. ii.*

Contuſa & macerata in prædicto aceto dies ſeptem coquantur & colentur. Colaturæ bene expreſſæ, adde mellis deſpumati lib. ii. Fiat electuarium vt artis eſt. Conſeruatur per annos duos. Doſis drach. i. ad drachm. ii.

Diamoſchum amarum Meſuæ.

R. *Croci,* — *Been Rubri,*
Doronici, — *Folii,*
Zedoariæ, — *Spicæ Indicæ,*
Ligni Aloes, — *Caryophyllorum an. drach. ℈.*
Macis an. drach. ii. — *Zingiberis,*
Margaritarum albar. — *Cubebarum,*
Setæ crudæ toſtæ, — *Piperis longi an. drach. i. ſ.*
Charabé, — *Moſchi ſcrup. ii.*
Coralli rubri an. drach. i. ſ. — *Abſinthii,*
Gallia moſchatæ, — *Roſarum rubr. an. drach. iii.*
Oxymi citrati drach. ii. ſ. — *Aloes lotæ drach. xv.*

Bden-

Been albi, drach.i. *Caſtorei,*
Cinnamomi drach.i.ſ. *Liguſtici an. drach.i.*

Excipiuntur mellis quantitate ſufficienti: Eius vlum ac Doſin vide apud Galenicos præceptores.

Diamoſchum dulce Meſuæ.

R. *Croci,* *Gallia moſchatæ an. drach. i.ſ.*
Doronici, *Been albi,*
Zedoariæ, *Rubri,*
Ligni aloes, *Folii, aut Cinnamomi,*
Macis an. drach. ii. *Spicæ Indicæ,*
Margaritarum albarum, *Caryophyllorum an. drach. i.*
Serici crudi vſti, *Zingiberis,*
Charabæ, *Cubebarum,*
Corallirub. an. drach. ii.ſ. *Piperis longi an. drach. i.ſ.*
Baſilici citrati, *Moſchi ſcrup. ii.*

Excipe cum mellis crudi lib. i. vnc. vi. coque, fiat electuarium, in vaſe vitreo conſeruandum. Datur à drach. i. ad drach. ii.

Diacorum.

R. Rad. Secacul, ſeu ſiſeris, Acori veri, id eſt, Calami aromatici, Pinearum an. lib. i.ſ. Radices ſecacul. mundatæ & inciſæ coquantur in aqua clara, donec aqua conſumatur: poſtea optime piſtentur, & in minutiſſimas partes conterantur, donec pulti ſimiles fiant. Deinde affunde eis, melſis odorati & optime deſpumati lib. x. coquantur lento igne, donec tota aqua, quam radices ſecacul imbiberunt, in vaporem reſoluta ſit, diligenter agitando, ne ad vaſis fundum adurantur radices: cum autem iuſtæ ſpiſſitudinis conſiſtentiam acquiſiuerit, ab igne deponito, & adde radicis Acori tenuiſſime tritas; & Pineas minutiſſime inciſas, cum ſequenti puluere optime mixtas:

R. *Piperis vnc. i.* *Macis an. vnc. ſ.*
Piperis longi, *Nucis moſchatæ,*
Caryophyllor. *Galangæ,*
Zingiberis, *Cardamomi an. drach. iii.*

Omnia ſimul cum melle & radicibus ſecacul miſceto, & vnito, diligenter agitando, ne gummi aliqui relinquantur.

Digitized by Google

Electuarium Diapœniae.

℞. Rad. Paoniæ vnc. i.
Macis,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Coralli rubri,
Marg. non perforat.
Mastices an drachm. ſ.
Myrtillorum veror. drachm. i. ſ.
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ,
Caryophyllorum,
Caſſiæ lignea,
Piperis longi,
Cardamomi,
Gran. Parad. an drachm. ij.
Glycyrrhicæ drachm. v.
Anacardii drachm. i. ſ.
Moſchi,
Ambræ an. G. vi.
Sachari albiſſ. q. ſuff.
In Hyeme adde triplum mellis.

Fiat Electuarium quod plurimum confert Epilepſiæ.

Electuarium reſumptiuum.

℞. Roſarum,
Glycyrrhicæ,
Sacchari an. drachm. ii. G. ſ.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ an. ℥. ii. ſcrup. ii.
Santali albi,
rubri an drachm. i. ſcrup. i.
Papaueris albi,
Succi Glycyrrhicæ,
Amyli,
Sem. Portulacæ,
Sem. Lactucæ,
Sem. Scariolæ, an drachm. iii.
Caryophyllorum,
Spodii, vel Eboris vſti
Cinnamomi an drachm. i.
Syrupi violati q. ſufficit
Zedoariæ,
Zingiberis,
Styracis calamitæ an. drach. ii.
Croci G. ſ.
Penidiorum vnc. ſ.
Sem. Cucurbitæ mundat.
Sem. Citrulli,
Sem. Cucumeris,
Sem. Melonis an. drachm. iii.
Sem. Cytoniorum ſcrup. ii.
Amygdal. dulcium,
Pineorum nucleorum,
Berberis,
Sem. Malvæ,
Sem. Cotiſiue Bombacis,
Sem. Violarum,
Sebeſten pulpæ an. drachm. iii.

Fiat Electuarium.

Confectio de Hyacintho.

℞. Hyacinthorum,
Raſuræ eboris,
Sem.

Digitized by Google

corallii rubrii,
terræ lemniæ,
boli armen. an. vnc. ſ.
Granorum Kermes,
Rad. tormentillæ,
dictamni,
ſem. Citri mund.
Croci,
Myrrhæ,
Roſar. rub.
Santal. omnium
oſſis de corde cerui,
cornu cerui vſti,
ſem. Acetoſæ,
Portulacæ an. drachm. i.
Saphyrorum,
Smaragdorum,
Lapid. Topazii
Margaritarum,
Serici crudi,
Bracteolarum auri & argenti an. ſcrup. ii.
Caphuræ,
moſchi,
Ambræ griſeæ an. gr. V.
Cum ſyrupo limonum fiat confectio.

Confectio Alkermes.

R. *Succi pomorum fragrantium, Aquæ roſar. an. lib. i. ſ.*

Infunde per diem naturalem integrum ſerici crudi libram integram:

In expreſſione forti adde

Succi gran. Kermes lib. i. ſacchari lib. ii.

Coque ad conſiſtentiam mellis, aut paulo minus. Mixturæ ab igne ſepoſitæ, & adhuc calenti addito

Ambræ cruda minutim inciſa drachm. ii.

quibus optimè liquatis iniicito

Pulverem cinnamomi,
Ligni aloes an. drachm. vi.
Lapidis lazuli, vſti & loti,
Margaritarum pellucidarum an. ℥. ii.
Foliorum auri drach. i. moſchi ſcrup. i.

Fiat electuarium molle vaſe vitreo rite obturato ſeruandum.

Electuarium ex libro Meſue.

R. *Corticum Citri aur. xx.*
Caryophyllorum,
Ligni Aloes,
Cinnamomi,
Galangæ an. drachm. ii.
Cardamomi,
Zingiberis an. drachm. i.
Moſchi vnc. ſ.

Vnum ℥ *Macis*,

Macis, *Mellis quant.ſuff.*

Fiat electuarium. Datur ad vnc.ſ.

Diacitonium Galeni.

R. *Succi pomorum cotoneorum ſtruthiorum*
Mellis deſpumati optimi an. lib.ii.
Aceti candidi lib.i.

Coctis ſuper prunis modice & ſpuma detracta adde

Zingiberis vnc.i.ſ. *Piperis albi vnc.i.*

Deinde rurſus lento igne decoquantur, donec mellis craſſitudinem conſequantur. Poſſunt & alia aromata iniici, aut ſaltem in minori quantitate addi pro rei exigentia. Et quando vt aluum ſoluat conficere volueris, in vnamquamque libram adde Scammonii vnc. ſ. quod bene tritum compoſito ſubigatur, poſſunt & plura aromata pro ſubito addi.

Mina Cydoniorum ſimplex, Meſuæ,

R. Succi Cydoniorum depurati li.xii. coquantur ad medietatem, adde Vini albi veteris lib.v. Coquantur lento igne, crebro deſpumando ad tertiæ partis conſumptionem, poſtquam reſederit cola, & adde ſacchari lib.iii. Coquantur ad iuſtam conſiſtentiam.

Mina Aromatica Nicolai.

R. *Succi cydoniorum acidorum lib. xx.*
Vini albi potentis veteris lib.x.
Mellis opt. deſpumati aut ſacchari lib.vi.

Coquantur ad perfectionem, poſtea impone ſequentia aromata in ſyndone ligata.

Cinnamomi electi *Maſtiches*
Cardamomi maioris an.drach. *Ligni aloes*
iii. *Macis an.drach.i.ſ.*
Caryophyll.drach.ii. *Croci drach.ii.*
Zingiberis

Omnia excepto croco parum terantur, & nodulo ligata ſuſpendantur, identidem confricando in ipſo medicamento donec craſſeſcat, dein ſublato ab igne aromatiza cum

Moſch.ſcrup.i. *Trochiſc.gall.Moſchata vnc.ii. Fiat.*

Diacoſtum

Digitized by Google

Diacoſtum Meſuæ.

R. *Coſti candidi, amari*	*Rhabarbari an. drach. iii.*
Caßiæ lignea	*Aſari drach. iv.*
Cinnamomi an. vnc. v.	*Croci,*
ſem. Apii	*Ariſtolochiæ rotundæ,*
Aniſi	*Myrrhæ an. drach. ii.*
Schœnanthi	*Sacchari vel mellis quant. ſuff.*

Fiat electuarium. Seruetur per annum.

Diamoruſia Meſuæ.

R. *Croci,*	*Schœnu anthos,*
Acori an. drach. ii.	*ſem. Apii, Aniſi,*
Myrrhæ drach. iii.	*Cardamomi,*
Bacc. lauri drach. ii. ſ.	*Spicanardi,*
Dauci,	*Menthæ ſiccæ,*
Cymini,	*Marrubii,*
Cinnamomi,	*Ameos an. drach. i.*
Caßiæ,	*Coſti,*
Carpobalſami,	*Trium piperum an. drach. i.*

Melle deſpumato excipitur.

Confectio Rauedſeni Meſuæ.

R. *Rhabarbari,*	*Caßiæ lignea,*
Succi Eupatorii Meſuæ,	*Schœnanthi,*
Succi Abſinthii an. drach. v.	*Fumariæ,*
Myrrhæ,	*ſem. Aniſi,*
Croci an. drach. i.	*ſem. Apii,*
Spicanardi,	*Amygdal. amararũ an. drac. ſ.*
Aſari,	*Mellis deſpumati quant. ſuff.*

Fiat electuarium.

Electuarium è ſcoria ferri Rhaſis.

R. *Myrobalan. Indorum.*	*Zingiberis*
Bellericorum	*Piperis*
Emblicorum an. drach. i.	*Ammios*
Spica Indica	*Thuris an. vnc. ſ.*

Schœnanthis

Digitized by Google

Schænanthos	*Scoriæ ferri præpar.vnc.iii.*
Cyperi	*Mellis decocti cum apozemate Emblicorum vnc.xvi.*

M.Fiat Electuarium.

Diacapparis Gilberti de Anglia.

R. *Capparis vnc.iv.*	*Piperis nigri,*
Scyllæ,	*Thymi,*
Asari,	*Apii,*
Centaurię,	*Agrimoniæ radicis an.vnc.i.*
Pyrethri,	*Mellis quantum sufficit.*

Fiat Electuarium.

Triomphyllon Nicolai.

R.*Piperis albi vnc.ſ.*	*Dauci,*
Piperis nigri drachm.ii.	*Spicæ,*
Zingiberis,	*Cyperi,*
Nitri,	*Apii,*
Pyrethri an.drachm.ii.	*Seſeleos,*
Piperis longi drachm.i.	*Coſti an.vnc.ſ.*
ſem. Petroſelini,	*Caryophyllorum ℥i. G.vii.ſ.*
Ameos,	*Dactylorum mundat.nu.xii.*
Aniſi,	*Fol.rutæ viridis vnc. i.ſ.*
Helenii,	*Mellis q.ſ.eſt.*

Confice.

Electuarium ducis.

R. *Aniſi drach.ii.G.xvi.*	*Corpobalſami,*
Glycyrrhizæ,	*Cardamomi,*
Maſticis an.ſcrup.ii.G.ſ.	*ſem. Liguſtici,*
Chamædryos,	*ſem. Oluſatri,*
Cinnamomi,	*Baccar. Iuniperi,*
Zingiberis,	*ſem.Seſeleos,*
Galangæ,	*Rad.Pentaphylli,*
ſem.Faniculi,	*ſem.Aſparagi,*
ſem.Caruiæ an.ſcrup.i.G.xv.	*ſem.Citri,*
Xylocaßiæ,	*Acori,*

Calamin-

Digitized by Google

Calaminthæ,
ſem. Dauci,
Pyrethri,
Piperis albi, longi,
Cyperi,
Schænanthi,
rad. Ireos,
ſem. Amomi,
Folii,
Aſari an. ſcrup. ſ.
ſpicæ nardi, ſcrup. ſ.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
ſem. Anethi,
Calami aromatici,
Cubebarum,
Caryophyllorum, an. ſcrup. ſ.
ſem. Ammios,
Rhabarbari.
Nucis moſchatæ,
Ligni aloes,
Baſilici caryophyllati,
Milii ſolis,
ſem. Saxifragiæ,
Nucleorum ſem. Citrulli,
Nucleor. ſem. Cucumeris
Nucleor. ſem. Melonis
Nucleor. ſeminis Cucurbitæ.
ſem. Scariolæ,
Petroſelini Macedonici,
Ben albi,
Styracis calamitæ
Ben Rubri, an. ſcrup. ſ. gr. v.
penidiorum vnc. iv. ſcrup. ii. ſ.

Sacchari vel Mellis quantum ſuff. deſpumati. F. Electua.

Electuarium ex Aſa.

R. Liquoris Cyrenaici, piperis, Myrrhæ, fol. Rutæ an. vnc. ſ.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Fiat Electuarium: Doſis drach. j. cum oxymelite contra febrem, contra venena vero cum vino.

Diaſatyrium Nicolai.

R. *Teſticulorum ſatyrii recentium Denſorum,*
Radicum paſtinacæ ſatiuæ recentium,
Rad. ſecacul, id eſt, ſiſeris,
Nucis Indicæ, pinearum, piſtaciorum an. drach. vii.
Caryophyllorum, Zingiberis, Aniſi
ſem. Erucæ, ſem. Fraxini an. drach. v.
Cinnamomi, Candarum ſincorum
ſem. Bulbi an. drach. ii. ſ. Moſchi gr. vii.
Mellis deſpumati optimi lib. iii.

Fiat Electuarium in fictili vaſe vitreato conſeruandum per Annum (tãtum) vnum.

Diaſatyrium Meſuæ.

Digitized by Google

R.Rad.ſecacul albi & mundi,& elixati in decocto Cicerum, quorũ prima aqua,in qua decoquebantur,ſit effuſa,lib.i.

Teſticulorum vulpis vnc.viii. Rad.Raphani vnc.iii.
Radicum ſiph plani vnc.ii.

Terantur hæ tres Radices poſteriores,& infundantur ſuper eas lactis Bubuli aut ouilli tantum, vt lac duos digitos eminear, adiiciendo Olei ſeſamini,Butyri recentis non ſalitiani.vnc.iv.coquantur cum facilitate vſque ad conſumptionem lactis, & donec omnino remollitæ ſint radices & habeant iuſtam ſpiſſitudinem inſtar pultis craſſioris : Nam ſi aqueum quid in lacte & radicibus eſt, non conſumatur .ſitum contrahit hoc Medicam.Poſtea affunde omnib.hiſce prædictis Radicibus.

Mellis d ſp matis optimi lib.vi.. Succi ceparum recentium lib.i.ſ.

Coque omnia ſimul ad perfectam decoctionem: Deinde ab igne depone,& inſperge ſubſequentium ſpecierum minutiſſimum puluerẽ.

Caudarum ſcinci cum Renibus & ſemine vnc.i.
Zingiberis, Been albi ac rubri
ſem.Fraxini, ſem. Naſturtii
Cinnamomi, Piperis longi
ſem.Baucia, ſem.Napi
Pulpa ſem. Aſparagi,maxime recentis an.drach.iv.
ſem.Eruca drach.viii.
Pinearum mundatarum lib.i.ſ.
Piſtaciorum vnc.x:

Confice & miſce optime, & aromatiza cum Moſci boni drach.i.

Diaſatyrion Meſuæ aliud.

R. *Rad.ſatyrii plenarum & recentium lib.i.*

Tere,coque exacte in lacte Ouino q.ſ.eſt ad lactis conſumptionem. Poſtea tere piſtillo ligneo cum vnc,iii.Olei recentis amygdal. dulcium. Deinde ſyrupum ex ſucci Bugloſſi cocti & deſpumati li.ii. ſucci pomonum dulcium vnc.xii. cum ſachari optimi lib.iii. coctum ſuperfunde, miſce percoquendo. Poſtremo ab igne depoſito adde

Cinnamomi drach.v. *Ligni aloes drach.iii..*
Been albi,rubri an.drac.ii. *Croci*
Santali Citrini *Gummi Arabici*
Tragacanthi *Otymi Caryophyllati*
Cubebarum an.drach.i.ſ. *Macis an.drach.i.ſ..*
Confice & pone in vaſe vitreo. *Doſis ab Aur.iii.ad v.*

Triphera

Digitized by Google

Triphera Magna.

R.Cinnamomi
Caryophyllorum
Galanga
Nardi Indica
Zedoaria
Zingiberis
Coſti
Styracis Calamita
Rad.Iridis
Peucedani
Acori
Cort.Mandragoræ
Nardi Celtica an.drac.i.
Roſarum Rubrarum
Piperis
Aniſi
Apii
Petroſelini
Fœniculi
Dauci
Hyoſciami
Cymini
ſem.Ocymi an.drach.i.
Opii drach.ii.
Mellis optimi ac deſpumati q.ſ.

F.Conſeruatio huius ad annos tres.

Triphera Minor Phenonis.

R.Myrobal.Chebularum,Indarum,
Myrobal.Belliricarum,Emblicarum an.p.equales.

Hæ Butyro vaccino inuolutæ frigentur, melle Emblicarum excipientur,aromatizetur Moſcho. Adduntalii

Cyperi, Aſari, Thuris,
ſem.Apii,ſem.Naſturtii an.ſcrup.i.
Scoriæ ferri nutritæ drach.i.F.

Tryphera Phenonis minor præſtantior.

R.Myrobal.chebularum
Belliricorum
Indorum
Emblicorum
Nucis Moſ.an.drach.v.
ſem.Naſturtii
Aſari
Origani perſici
Piperis
Olibani
Ammeos
Zingiberis
Fructus Tamariſci ſatiua,
Nardi Indicæ
Schænanthi
Cyperi an.drach.iv.
Scoria ferri in aceto
macerata & ſicc.drach.xx.
Moſchi drach.i.
Mellis deſpumati q.v.

Doſis drach.i.ad drach. vi.

Digitized by Google

Tryphera Saracenica.

R. *Myrobal. Emblicorum*	*Cardamomi vtriuſq;*
Indorum	*Caßiæ lignea*
Chebulorum	*Lepidii*
Belliricorum	*Cyperi*
Citrinorum an. drach. v.	*Apii*
Cinnamomi	*Linguæ auis*
Leucopiperis	*Caryophyllorum*
Macropiperis	*Ben albi ac rubri*
Melanopiperis	*Zingiberis an. drach. ii.*
Secacul	*Nucis Moſchatæ*
Folii id eſt maceris	*Macis*
Spicæ Nardi Indicæ an. drac. ij.	*Seſami excort. an. drach. iii.*
Amygdal. dul. amar. an. drac. v	*Ligni aloes*
Rhabarbari vnc. iij.	*Maſticis*
Ocymi Caryophyllati	*ſem. fœnic. an. drach. iii.*
Menthæ ſiccæ an. drach. i. ſ.	*Origani perſici drach. i. ſ.*

Confice cum mellis deſpumati optimi triplo: & ſerua in vaſe fictili vitreato ad annos duos. Doſis drach. ii. ad drach. iii. Alii addunt

Turbith drach. v.	*Moſchi drach. i. gr. xv.*

Tryphera Perſica Ioannis Damaſceni.

R. *ſucc. ſolani*	*Apii*
Endiuiæ veræ	*Lupulorum an. lib. ii.*

proiiciantur deſuper

Violarum	*Myrobalanorum*
Roſarum an. drach. iii.	*Citrinorum*
Fol. ſenæ vnc. ii.	*Chebulorum*
Agarici vnc. i.	*Indorum in oleo amygdal. dul.*
Prun. Damaſ. N. L.	*fricat. an. vnc. ii.*
Cuſcutæ vnc. ſ.	*Spicæ Indicæ drach. ij.*

Bulliant molliuſculo igne, donec ſuperſint lib. ii. & iniiciantur

Epithymi drach. XL.

Bulliant leuiter, deinde ab igne deponantur & percolentur, atq; diſſoluantur in vna parte iſtius percolati

Tamarindorum recentium ℥ij.	*Pulpæ caßiæ vnc. iv.*
Mannæ electæ vnc. ſ.	*Sacchari viol. lib. i.*

Percolen-

Percolentur & mundentur à granis & ſordibus, atque in aliam aquæ partem proiiciantur

Sachari albiſſimi lib.iij. *Aceti Vini lib.i.*

Coquantur leniuſculo igne: deinde proiiciatur ſuper illud quod diſſolutum eſt in ſuccis, & aggregentur ſimul in vnum, atque coquantur, donec mellis craſſitiem obtineat: poſttemo in puluerem redactæ, ſequentes ſpecies inſpergantur:

Rhabarbari optimi vnc.ij.
Myrobal. Citrinorum vnc.i.ſ.
Chebulorum
Indorum an.vnc.i.
Belliricorum
Emblicorum an.vnc.ſ.
ſem. Fumiterræ
Trochiſcorum Diarrhodon:
Macis, Maſticis
Cubebarum
ſpodii aut Eborꝝ vſti
Santali Citrini an.drach.ij.
Nucleor. ſem. Citrulli.
ſem. Cucurbitæ
ſem. Cucumeris
ſem. Melonis an.drac.ii.ſ.
Aniſi vnc.ſ.
Spicæ Indicæ drac. ii.

Inuoluantur in oleo violato, & reponantur in vaſe vitreo. Doſis vnc.j.

Diacodion Actuarii.

R. *Capit. papaueris humid ac ſiccorum N.xiii.*

Roſarum rub.drach.ii.ſ.
Croci orientalis
Acaciæ
Glycyrrhizæ an.drach.i.
Boli armeni vnc.ſ.
Cinnamomi electi
Rad. conſolidæ maioris
Hypociſtidis
Balauſtiorum an.drach.i.
Coralliꝝ vtriuſque
Sumach
ſanguinis Draconis
Flor. Althææ an.drach.ii.
ſem. portulacæ drach.ſ.

Capita papaueris in aqua fontana duobus diebus macerato, poſtridie ad tertias coquito, & decoctum expreſſum cum ſ.q. ſachari decoquito, accipiendo ad lib.i. ſacchari ſpecierum ingredientium vnc.i. F. Confectio.

Diacodion ſimplex Meſuæ.

R. *Sachari optimi lib.i.* *Penidiorum alb. vnc.vi.*

Diſſolue in ſucco, aut decocto, facto cum lib.i. cap. papav. albi & nigri, vt in Diacodio ſimplici proceditur.

Micleta Nicolai.

R. *Myrob. Citrinorum* *ſem. Naſturtii*

Digitized by Google

Chebulorum	*sem. Nasturtii*
Indorum	*Cumini*
Belliricorum	*Anisi, canum*
Emblicorum tostorum an ℥ii. ſ. Fœniculi. Ammeos an. drach. i. ſ	

Omnia cruda terantur & macerentur in aceto vini modico horis 24. exiccentur cum inſperſo aceto, poſtea torreãtur ſupra prunas: toſtis addantur

Spodii	*Maſticis*
Balauſtiorum	*Gummi arabici an. drac. i. g. xv*
Sumach	*Syrupi Myrtini triplum*

Omnia cum oleo roſato fricentur, deinde commiſceantur.

Electuarium è Baccis Lauri.

R. *Fol. Rutæ drach. x.*	*Amygdal. amararum*
ſem. Ammi	*Piperis nigri*
Cymini	*Piperis longi*
ſem. Nigellæ	*Menthaſtri*
Liguſtici	*Bacc. Lauri*
Carui	*Caſtorii an. drach. ii.*
Dauci	*Sagapeni vnc. ſ.*
Origani	*Opopanacis drach. iii.*
Mellis lib. i. vnc. iiii. drach. i.	

Tritis diligenter quæ trituranda ſunt, F. Electuarium: additis circa finem lachrymis in vino diſſolutis.

Electuarium Iuſtinum Nicolai.

R. *Cinnamomi*	*Pentaphylli*
Folii	*ſem. Orobi*
Coſti	*Petroſelini*
Spicæ nardi Indicæ	*Leuiſtici*
Caßiæ lignea	*Oluſatri*
Ariſtoloch. longæ	*Vrticæ*
Ariſtol. rot.	*Milii ſolis*
Enulæ Campanæ	*Saxifragiæ*
Hyſſopi	*Baccarum Iuniperi*
Pulegii	*ſem. Aſparagi*
Artemiſiæ	*Sileris Montani*

ſem.

Digitized by Google

fem. Apii	*Faniculi*
Anethi	*Aniſi*
Rutæ	*Bacc. Lauri*
Citrimali	*Sachari albiſſ.q.ſ.*

Fiat Electuarium quod conſeruatur per annos duos.

Lithontribon Nicolai.

R. Spicæ nardi	*Zingiberis drach.ii.ſ.*
Xylobalſami	*Macis*
Calami aromatici	*Croci*
Cinnamomi	*Schœnanthi*
Peucedani	*Caßiæ*
Meu	*Bdellii*
Melanopiperis	*Maſticis*
Macropiperis	*Iridis*
Leucopiperis	*ſem. Amomi*
Saxifragiæ a.ā. drach.ii.ſ.	*Liguſtici*
Opobalſami	*Milii ſolis*
Caryophyllorum	*Petroſel. Macedonici*
Coſti	*Seſeleos*
Rheupontici	*Sinoni*
Glycyrrhizæ	*Cardamomi*
Cyperi	*Anethi*
Tragacanthæ	*Euphorbii*
ſem. Oluſatri	*lap. Lyncis*
Chamædryos	*Olei Nardini*
ſem. Apii	*Olei Moſchellini an.ſcrup.ß.*
Ammeos	*gr.xv.*
Aſparagi	*Sachari albiſ-*
Ocymi an.drach.ß.g.xv.	*ſimi q.ſufficis*

Fiat Electuarium, in vaſe fictili vitreato conſeruandum.

Nephrocatharticum Arnoldi Villanouani.

R. *Lapidis Lyncis drac.ii.gr.xv*	*Saxifragiæ*
Croci drac.gr.xv.	*Gummi hederæ*
Zingiberis	*Cupularum Cypreſſi*

Euphorbii

Euphorbii	Baccarum Lauri
Myrrhæ	Piperis nigri, albi,
Olibani	ſem. Rutæ domeſticæ
Veſicæ apri ſiccæ	ſem. Iuniperi an. drach. ſ.
Lap. in hepate vel veſica porci.	4. grana Balſami
ſem. Hyoſciami albi	Styracis Calamitæ
ſem. Petroſelini	ſanguinis Hirci
ſem. Macis	Naſturtii
ſem. Citri an. drac. i. gr. vi.	Aſari
Spicæ nardi	Rad. Acori
Coſti	Rad. Valerianæ
Schænanthi	Rad. Meu.
Pyrethri	Rad. Ariſt. rotundæ ac longæ
Caſſiæ lignea	Betonicæ
Rheupontici	ſem. Saxifragiæ
Praſii	ſem. Dauci an. gr. v.
Enulæ Campanæ	ſem. Petroſelini
Maiorane	ſucci Aſparagi
Calamenthi regalis	Succi Bruſci an. gr. v.
Florum Roriſmarini	ſem. Vrticæ ſcrup. ſ. gr. iii. ſ.
Gentianæ an. drach. ſ.	Mellis d ſpumati lib. i.

Incorporentur. Doſis drach. i. ad drach. iij.

Electuarium Guidonis contra peſtem.

R. gran. Iuniperi drach. ii. ſ.	ſem. Citri
Caryophyllorum	ſem. Ocymi
Macis	Maſticis
Nucis Moſchatæ	Thuris
Zingiberis albi	Bolis armeni
Zedoariæ an. drach. ii.	Terræ lemniæ
Gentianæ	Spodii præparati
Tormentillæ	Oſſis de Corde Cerui
Herbæ tunicæ	Raſuræ Eboris
Dictamni albi	Margarit. præpar.
Rad. Ariſtol. rotundæ	Corall. rubeorum
Ariſtol. longæ	Frag. Saphyri

Saluia

Saluiæ	Ligni aloes
Rutæ	Santali Citrini
Balſamitæ	Santali Rubri
Menthæ Criſpæ	Santali Muſcel. an. drach. ſ.
Rad. Chelidon. an. drach. i.	Conſer. Roſarum
Baccarum Lauri	Bugloſſæ
Doronici	Nymphææ
Croci Orientalis	Theriacæ electæ
ſem. acetoſæ an. drach. ſ.	Sachari in aquæ
Camphoræ ſcrup. i.	Scabioſæ diſſ. lib. iij.
Smaragdi	

Miſceantur omnia vt artis eſt.

Electuarium contra peſtem Ferdinandi Imperatoris.

R. Boli Armeni præpar. vnc. ſ.	gran. Iuniperi
Raſuræ Cornu Cerui	Oſſu de Corde Cerui
ſem. Arantiorum	ſem. Aniſi
Citri, Limonum an. drac. iii.	Perfoliatæ
Diptamni albi	Rad. Tormentillæ
Cinnamomi Electi an. drach. ij.	Rad. ſcabioſæ
Caryophyllorum	Bugloſſæ
Roſarum Rubearum	Santalorum omniũ an. drac. ſ.
Coriandri præparati	Saphyri
ſem. perforatæ	Hyacinthi
Raſuræ Eboris an. drach. i. ſ.	Smaragdi
Xyloaloes	Rubini
Nucis Moſchatæ	Granati præpar. an. ſcrup. i. M.
Maioranæ an. drac. ſ.	

Diacaſtoreum Hieronymi Fracaſtorii.

R. Cinnamomi	ſem. acetoſæ drach. i. ſ.
Caſſiæ lignææ an. vnc. ſ.	Boli armeni vnc. i. ſ.
Scordii veri vnc. i.	gentianæ vnc. ſ.
Dictamni Cretici	Terræ lemniæ vnc. ſ.
Tormentillæ	Piperis longi,
Biſtortæ an. vnc. ſ.	Zingiberis an. drach. ij.
Galbani	Mellis albi lib. ii. ſ.

Gummi Arabici an.vnc.ſ. *Mellis albi lib.ii.ſ.*
Opii drach. i.ſ. *Conſer. Roſ. lib.i.*
ſtyracis calamitæ drach. iv.ſ. *Vini aromatici lib.ſ.*
Fiat Electuarium contra peſtem.

Electuarium de Nucibus Antonii.

R. *Nuces communes xv.* *Scabioſæ*
Caricas pingues xv. *Aſari an.M.i.*
Rad. Ariſtol. vtriuſque an.℥i.ſ. *Baccarum Lauri drac.ii.ſ.*
Tormentillæ *Cort. Citri*
Rad. Dictamni albi *Galangæ*
Pimpinellæ an. drach.ii.ſ. *Macis an.drac.i.*
Abſinthii *Flor. Borrag. p.ii.*
Rutæ an.M.i. *Oſſis de corde cerui*
Boli Armeni drach.i. *Myrrhæ drac.i.*
Mellis deſpumati lib.iii.
Miſceantur, fiatque Electuarium de quo detur inſtar lupini.

Electuarium præſeruatiuum Priſciani.

R. Cinnam. Electi drach.ſ. *Rad. Pimpinellæ drac.ſ.*
Zedoariæ drach.i. *Raſuræ Eburis*
Boli armeni præpar. drac.iii. *Oſſis de Cord. C. an. drac.i.*
Caphuræ gr.vii. *Fol. Auri*
ſem. Citri excorticati *Fol. Argenti an.ſcrup.ſ.*
ſem. acetoſæ *Frag. ſaphyri*
Cort. Mali citri an.drac.i.ſ. *Rubini*
Rad. Dictamni *Smaragdi*
Tormentillæ an. drac.ſ. *granati an.ſcrup.i.*
Miſce, fiat puluis, cui adde
Conſer. Roſarum, Acetoſæ, Buglоſſæ an.drach.ii.
Sachari albiſſimi in aquæ Buglоſſ. & Endiuiæ diſſoluti lib.i.
Fiat Electuarium. Doſis drach.ii. ad vnc.ſ.

Electuarium Nicolai de Graſſis.

R. *Tormentillæ* *Caphuræ drach.ii.*
Rubiæ Tinctorum. *Moſchi.*

Cardi-

Carduibenedicti an.vnc.iii.	*Ambr. an.ſcrup.ſ.*
Carlinæ drach.ii.	*Theriac. Veteris*
Terra ſigillata vera	*Mithridatii an.drac.iii.ſ.*
Boli armeni an.vnc.i.	*ſpe.Diamar.Nic, drac. ii.ſ.*

Aquæ vitæ optimæ atque Circulatæ lib.i.

Pulueriſanda pulueriẓentur optime & ponantur in bocia vitrea cum dicta aqua vitæ,& claudatur os Bociæ, ne exhalet, & ibi ſtent infuſa per 24. horas,poſtea deſtillentur per Alembicum, quouſque fæces remaneant,tunc abiice,& aquam ſerua, in qua diſſolue

Sachari Taberzet lib.i.ſ.	*Croci drach.ii.*

Bulliant omnia vſque ad ſpiſſitudinem ſyrupi, cui addantur

Zedoariæ drach.ii.	*Santal.omnium an, drac.i.*
Boli Armeni vnc.ſ.	*Cort.malicitri*
Terræ ſigillatæ veræ drac.iii.	*Oſſis de corde cerui an.ſcrup.ii.*
Carlinæ vnc.i.	*Been vtriuſque an.drac.i.*
Vnicornu	*Fol.Auri N.xxx.*
Lapidis ſerpentini an.vnc.i.	*Fol.Argenti N.xxxvi.*
Frag. Hyacinthi	*ſyr.acetoſ.citri*
Smaragdi	*De limonibus*
Saphyri	*De Ribes an.vnc.ii.*
Granati an.drac.i.	*ſyr.acet.ſimpl.vnc.i.ſ.*
Margaritarum	*conſer. Borrag.*
Berillorum an.drach.ii.	*Bugloſſæ*
Coralli vtriuſque an.drach.i.	*Roſarum an. vnc.ii.ſ.*

Miſce & fiat Electuarium ſecundum artem.

Electuarium peſtilentiale Medicorum Baſilienſium.

R.*Rad.Angelicæ*	*ſem.Carduibenedicti*
Imperatoriæ	*Baccarum Lauri*
Zedoariæ	*Fol.Sabinæ*
ſem. Angelicæ	*Fol.Carduibened.*
Gran. Iuniperi	*Flor. Lauendulæ*
Rutæ	*Roſ. rubrarum*
Boli optimi	*Croci*

Cinnamomi Electi an. drac.ii.Opii

Angelicæ ſylueſtris. *Myrrhæ optimæ:*
Rad. Tormentillæ. *Thuris.*
Chamæleontis *Raſuræ C. Cerui an. drach. i..*
Chelidoniæ. *Rad. Ariſtol. noſtræ.*
Pimpinellæ. *Rad gentianæ.*
Morſus Diaboli *Acori.*
Phu veri Domeſtici: *Cort. Laureolæ:*
Acetoſæ *cum aceto præparat..*
ſem. Citri: *ſummit: Centaurii Minoris:*
Vel Limonum: *Piperis longi, Macris,*
Vel Aurantiorum an. drach. i. Euphorbii an. drac. ſ.:

Fiat puluis ad Electuarium conficiendum ex eo, adde:

Nucum inglandium non rancidarum:
Pulpæ ficuum optimarum an. vnc. ſ..
Succi acetoſæ, Vini præſtantiſſ. an. vnc. i. ſ.
Sachari finiſſimi vnc. iij. Mellis puriſſ. vnc. xvi..

Miſce. Fiat Electuarium præſtans..

Electuarium præſeruatiuum in peſte Adami Lonicери.

R. Rad. Angelicæ,. *Granor, iunip. drac. an. drac. vi*
Gentianæ,. *Croci drach. ii..*
Zedoariæ,. *Cinnamomi vnc. i..*
Tormentillæ,. *Myrrhæ,.*
Pimpinellæ, *Flor. Sulphuris an. drac. ſ..*
Valerianæ,. *Thuris,.*
Galangæ,. *Maſticis an. drach. iij.*
Zingiberis, *Boli armeni,.*
Herb. Scordii,. *Terræ ſigillatæ an. drach. i..*
Rutæ,. *Caphuræ vnc. ſ..*
Saluiæ,. *Conſeruæ Roſarum,.*
Maioranæ, *Conſer. Borraginis,*
Carduibenedicti, *Conſer. Anthos an. vnc. iii..*
Flor. Calendulæ, an. drach. vi; *Theriacæ Andromachi.*
Theriacæ Diateſſaron vnc. vi. Mithridatii an. vnc. i..

Cum melle vel ſyrupo acetoſ. citri F. Electuarium..

Electuarium

Digitized by

Electuarium contra peſtem Ioh. Bauhini.

R. Conſer. Roſar. & Acetoſæ an. drach. i.
Conſer. Flor. borrag. bugloſſæ,
Cichorii,
Rob. de Ribes,
De Berberis an. vnc. ſ.
Cortic. citri conditi ſaccha. vnc. ii.
Raſuræ eboris,
Cornu cerui an. drach. iii.
Coralliór. rubeor. drach. ii.
ſem. Citri drach. i.
ſem. Portulacæ,
Fol. Dictamni veri,
Cinnamomi,
Zedoariæ,
Angelicæ,
Santali rubri an. drach. ſ.
Rad. Tormentillæ drach. iii.
Sacchari roſati tabulati ℥ iix.

Syrupi de limonibus, de acitoſitate citri an: q. ſ. Miſce, fiat electuarium ſecundum artem.

Electuarium aliud eiuſdem contra peſtem.

R. Rad. Pentaphylli,
Tormentillæ,
Angelicæ vel Carlinæ,
Gentianæ an. vnc. iv.
Zedoariæ vnc. ij.
Iridis vnc. ſ,
Corticis Citri,
Atantiorum an. vnc. i.
Baccarum iuniperi drach. iij.
Conſer flor. Roſar. & borrag. an. vnc. ii.
Herb. ruta, Card. benedicti. acetoſa, portu-
Boli abluti aqua roſar. ℥. ii. (lacæ an. M. iii

Cum ſucco acetoſæ & ſacharo fiat Electuarium.

Antidotus Regis Mithridatis contra omne venenum & peſtilentiam.

R. Nucum iuglandium ſiccar. vnc. vi.
Ficuum ſiccarum vnc. iv.
Fol. ruta ſicc. vnc. ſ.
Salis drach. ii.

Omnia hæc in minutas partes conciſa, aqua roſar. imbuantur, neque vt quidam volunt terantur. Aliqui hæc miſcent ſucco acetoſæ aut aceto roſaceo. Nonnulli etiam addunt gran. iuniperi vnc. ſ. Hoc antidotum ieiuno ſtomacho ſumatur ad quantitatem nucis caſtaneæ, eſtque aduerſus venenum præſeruatiuum.

Antidotus Nicomedis regis contra venena.

R. Baccar. Iuniperi drach. ii. Terræ Lemniæ drach. ii & ebulos ii.

Hæc vbi in puluerem redegeris oleo aut melle commiſcebis reponeſque, atque cum opus fuerit, ex aquæ mulſæ cyathis duobus in magnitudinem auellanæ dabis.

Antidotum contra venena lethalia & peſtem. M.

R. Rhabarbari, Rhapontici,
Phu, Acori,
Cyperi, Tormentillæ,
Quinquefolii
Rad. Pæoniæ, coſti,
Iridis, Helenii
Chamæleontis albi an. drac. iii.
Libanotis maris
Morſus Diaboli
Genti: næ an. drac. ii. ſ.
ſem. Mali citri
Viticis, Fraxini
Cocti infectorii
Paſtinacæ ſylueſtris
Acetoſæ, Napi
Nigellæ, paoniæ,
Ocymi, Irionis
Thlaſpis, Ammi
Fœniculi an. drac. ii.
Baccarum Lauri
Iuniperi Hederæ,
Smilacis, Cubeb. an. drac. i. ſ.
Nucum inglandium
Caricarum
Piſtaciorum an. vnc. iii.
Myrobal. Emblicorum vnc. ſ.
Florum Borraginis
Bugloſſæ, Roſarum
Lauendulæ, Saluiæ
Florum Roriſmarini an. ℈. iv.
Croci drac. iii.
Caſſiæ odoratæ drac. x.
Caryophyllorum
Nucis Moſchatæ
Macis an. drac. ii. ſ.
Piperis nigri

Rad. Imperatoriæ.
Galangæ, Angelicæ,
Dictamni albi,
Filipendulæ, Doronici,
Millefolii, Zedoariæ
Zingiberis an. drach. ii.
Agarici drac. iii.
Foliorum ſcordiæ
Chamædryos,
Chamæpytios,
Centaurii minoris
Stachados
Nardi celticæ
Calaminthæ
Fol. Rutæ an. drac. i. ſ.
Menthæ, Betonicæ,
Verbenacæ, ſcabioſæ,
Carduibenedicti
Fol. meliſſæ an. drac. i. ſ.
Dictamni Cretenſis drac. iii.
Sampſuchi
Hyperici
Iunci Odorati
Marubii
Galangæ
Sabinæ
Pimpinellæ an. drach. ii.
Ramentorum Eboris.
Virgæ Ceruinæ
Caſtorei an. ſcrup. iv.
Terræ Lemniæ drac. iii.
Opii drac. i. ſ.
Margarit. Oriental.
Rament. Smaragdi
Hyacinthi
Coralli rubri

Piperis

Digitized by Google

Fiperis longis
Santalorum omnium
Agallochi an. drach. i. ſ.
Cornu cerui vnc. ſ.
Vnicornu drac. i.
Oſſis cordis ceruini ſcrup. IV.
Moſchi Odorati
Ambræ an. drac. i.
Olei Vitrioli vnc. ſ.
ſpec. Cordialium
Diamargaritarum
Diamoſchi
Diambræ.
Diagemmæ
Trochiſc. Caphuræ an drac. ii. ſ.
De Vipera vnc. ii.
De ſcilla drach. ii. ſ.
Caphuræ drach. ii.
Maſticis, Thuris,
Styracis, Myrrhæ
Gummi Arabici
Therebinthinæ
Sagapeni.
Opopanacis
Laſerpitii an. drac. ii. ſ.
Succorum Acetoſæ
Sonchi, Echii,
Scordii
Bugloſſæ;
Meliſſæ, an. lib. ſ.
Hypociſtidis drach. ii.
Theriacæ electæ
Mithridatii opt. an. drac. vi.
Vini odorati lib. iii.

Cum ſachari albiſſimi lib. viii. Fiat Electuarium præſtans.

Antidotus contra peſtem A. L.

R. Rad. Angelicæ
Gentianæ
Zedoariæ
Tormentillæ
Pimpinellæ
Dictamni Cretici
Valerianæ
Oſtrutii
Morſus Diaboli,
Ariſtol. rot.
Aſari
Serpentariæ
Leuiſtici
Cardopatii
Petaſitidis an. drac. ii.
ſpe. Diagemmæ vtriuſque
Diamar. vtriuſque
Cordialium.
Herb. Rutæ
Cardui benedicti,
Galangæ;
Florum Calendulæ
ſem. Citri
Acetoſæ
Baccarum Lauri
Oſſis de corde cerui
Cornu cerui præp. an. drac. ii.
Croci, Thuris
Maſticis
Santalorum omnium an. ʒi.
Cinnamomi
Myrrhæ
Bolli armeni præparati
Florum Sulphuris
Terræ Sigillatæ
Camphoræ

Diam-

Digitized by Google

Diambræ an.drach i. *Succorum ſcordii*
Theriacæ Androm.vnc.vi. *Calendulæ*
Electuarii de Ouo *Baccarum Ebuli an.vnc.i.*
Mithridatii an.vnc.ii. *Aquæ vitæ contra peſtem vnc.ii.*

Commiſceantur omnia cum ſyrupo acetoſitatis citri, vel cum melle deſpumato optimo q.ſ. incorporentur ſ.artem ad formam Opiatæ. Doſis à drach.i. ad ʒij pro ætatis ratione.

Diarceuthidon Damocratis, Galeni.

R. *Baccarum Iuniperi vnc.ſ.* *Terræ Lemniæ drach.ii.*

trita excipiantur olei dulcis quantitate ſufficienti. Alii Butyrum recens loco olei ſumunt.

Electuarium de Ouo.

R. Ouum gallinæ recens in altera angulorum parte aperiatur, vt albumen extrahi queat: vitello addatur croci contuſi, quãtum ad implendum ouum ſufficit: foramen ſuo operculo & oui albumine claudatur, atque in cineribus calidis ad perfectam vſque coctionem aſſetur: deinde ablato cortice teratur, addanturque

ſem. Eruc., *Tormentillæ an. drach.ii.*
Dictamni albi, *Trochiſcorum bechicorum drach.i.*
Theriacæ optimæ ad pondus omnium.

Contundantur ſimul optime, & diutiſſime, fiatque electuarium, quod in vaſe fictili vitreato ſeruetur ad annos 30. Datur à drach.ſ. ad drach.i. Contra peſtem præſentaneum eſt remedium.

Electuarium de ouo, aliter, Maxim.

R. Ouum gallinæ recens, & educto per apicem albumine, id quod vacuum eſt Croco Orientali non pulucrizato imple, vitellum non auferendo, poſtea cum alio putamine iterum occlude, ne quid tranſpiret, & lento igne vel poſt fornacem tamdiu aſſa in ollula, donec tota oui teſta ad nigredinem deueniat. Exempta à teſta materia, exicetur, vt in mortario exquiſitiſſime contundi & in puluerem redigi queat, addendo puluerisſinapis albi quantum prædicta omnia ponderant. Poſtea

R. *Pul dictamni albi*, *Pul. Angelicæ*,
Pul. Tormentillæ an. drach.ii. *Pul. Pimpinellæ*,
Pul. Myrrhæ, *Pul. Granor. Iuniperi*,
Pul. Cornu cerui, *Pul. Zedoariæ*,

Pul.

Pul.Nucis Vomicæ an.drachm.i. Pul.Caphuræ an. vnc.ſ.

Miſce omnia ſimul in mortario, & tandem adpone Theriacæ optimæ ad pondus omnium, & iterum piſtillo fortiter contunde & commiſce per tres quaſi integras horas agitando: fiat electuarium, vt artis eſt.

Electuarium de ouo, aliter.

Albumen per acutiorem oui partem educitur: ouum croco repletur, pulte poſtea circumlinitur, ſub cineribus, donec in puluerem redigi poſſit, coquitur, eius puluerisequentia adduntur:

R. *Rad. Tormentillæ,* *Rad. Pimpinellæ,*
Rad. Morſus diaboli, *Rad. Dictamni,*
Rad. Angelicæ, *Rad. Zedoariæ, an. vnc. ij.*
Theriacæ veteris an. vnc. ij.

Aquæ ſcabioſæ vel roſarum diluuntur: puluis oui prædictis miſcetur: & eius mixtionis quotidie mane drachm. i. vel ſcrup. ii. ſumuntur. Peſti medetur

Athanaſia Mithridatis.

R. *Piperis albi G. xl.* *Petroſelini an. drachm. iv.*
Coſti, *Croci,*
Mei, *Myrrhæ an. drachm. viij.*
Acori, *Cinnamomi,*
Agarici, *Caſiæ,*
Scordii, *Schænanthi an. drachm. xij.*
Dauci, *Mellis quant. ſuff.*

Compone, vt artis eſt.

Theriaca diateſſaron.

R. *Gentianæ,* *Ariſtolochiæ rotundæ an. vnc. ij.*
Baccar. Lauri, *Mellis deſpumati lib. ii.*
Myrrhæ,

Miſce & ſerua vt ſupra. Datur ab auro dimidio ad aureum vnum.

Electuarium de ouo Maius I. Q.

Accipe vnum aut plura oua recentia gallinæ: de quorum vno, apicem teſtæ tam ſubtili artificio aufer, vt poſtquam educta fuerit illa teſta, rurſus in priſtinum locum commode reponi, & glutino ſeu luto quodam tam induſtrie agglutinari poſſit, vt nihil reſpiret. Abiecto itaq; albumine, vitello oui reſiduo admiſce.

Lactis ſiue Butyri ſulphuris drachm.i.ſ.
Sulphuris Aurati Diaphoretici
Eſſentiæ croci an.drachm.ß.
Pulueris Anodyni Mineralis, id eſt, ſalis prunellæ drachm.ſ.
Ambræ griſeæ ſcrup.i.
Lapidis Bezoartici ſcrup.ſ.

Omnia cum dicto vitello Oui ſimul miſce, vt optime incorporentur; dein Apex putaminis perquam aptiſſime ſuo apponatur loco, cum tenuiſſimo ligamento lineo ſuperpoſito vel glutino ex Oui albumine & polline facto, ſuperinducto, adeo vt Ouo exquiſitiſſime clauſo, nil tranſpirare poſſit.

Ad eundem modum plura Oua apparari & accommodari queunt, prout magnam huius Electuarii quantitatem ſimul componere volueris.

Alias vel vno, vel pluribus Ouis, à quibus eodem artificio apertis, albumen ſeparatum eſt, addes theriacæ, confect. alkermes, & hyacinthi an. vel ex his omnibus ſimul fiat miſtura, de qua adde ouo vel ouis, quantum capere poſſunt: probe clauſo foraminulo cum ſua propria teſta, ſuperinducto glutine, vt ante, ita vt nihil reſpiret.

Enarrata hæc Oua ita præparata apte ſimul imponantur vaſi terreo capaci, quod operculo clauſum in furnum mittatur, in quo panificia modo cocta, & ex eodem recens exempta fuerint, & ſecunda aut tertia vice in eodem reponantur, donec omnia in vnam maſſam, quæ puluerari queat, redacta ſint.

Accipiatur ouum vnum iuxta primam methodum præparatum, & vnum iuxta alteram: vel oua duo aut tria vtriuſque præparationis, prout animus eſt maiorem & minorem electuarij quantitatem ſimul conficere: omnia quæ in dictis ouis continentur, terantur, & optime inuicem miſceantur in mortario marmoreo, eadem paulo poſt humectando pauca aqua theriacali contra peſtem, aut elixire quodam vitæ, cuius plures deſcriptionum formulas ſupra dedimus, ita vt omnia reducantur in formam electuarii, quod multorum annorum ſpatio reſeruabitur, pro doſi ſufficit ſcrup.j. tum ad curationem peſtis.

Electuarium de ouo, aliud I. Q.

R. *Rad. Angelicæ* : *Carlinæ an.drachm.iij.*

Zedoariæ

Digitized by Google

Zedoaria	*Granorum iuniperi vnc.i.*
Cinnamomi an.vnc.i.ſ.	*Croci*
Caryophyllorum	*Camphoræ*
Macis an.vnc.ſ.	*ſpec.Diambræ*
Myrrhæ	*De gemmis an. drach. iij.*
Nucis vomicæ	*Theriaces Alexandrinæ an.vnc.iij.*

Contundenda contundantur,& omnia ſimul mixta,indantur in matracium vitreum, ſuperaffundendo fortiſſimum ſpiritum Vini: vaſe clauſo,ne quid euaporare poſſit,digerantur in Bal.Mar.per 4.vel 5.dies. Dein omnia adhuc calentia fortiter exprimantur.Hæc expreſſio denuo indatur in alembicum cum ſuo capitello & recipiente, & inde ad ignem Baln. Mar. deſtilletur liquor, qui ſeorſim ſeruetur ouum vnum, vel plura,ſi velis,& optime miſceatur cum vitello oui: dein occludantur ſingula oua cum ſuo proprio putamine, vt ſupra diximus. Poſtea coquantur in furno, poſt exempta ſcilicet panificia, idque continuando & repetendo,ſine calore intenſo,donec materia ita exſiccata fuerit, vt pulueriſari fere poſſit,quæ dein irroranda eſt ſua propria aqua, vt ſupra reſeruata,& ſic perficiatur elect. molle, ſiue antidotum pretioſum ad præſeruationem & curationem peſtis.Exhibendum de eo eſt, peſtifero vſque ad ſcrup.ij. vel drachm.j. diſſoluendo cum vnc.ij. vel tribus aquæ, theriacalis, carduibenedicti, vlmariæ. Præſtantiſſimum ſudatiuum eſt,quod omne venenum ab internis & profundis partibus in exteriorem corporis ſuperficiem propellit: corroborat cor, ipſumque ab omni veneno vindicat ac tuetur:ſi plura deſideras ex noſtra intentione Antidota, potes videre caput noſtrum de Extractis.

CAPVT VL

De Theriacis & Alexiteriis.

THeriaces tam veterum quam recentiorum duo ſtatuuntur genera, quorũ vnũ in cõpoſitione recipit carnes viperinas,Alterũ vero non. ſunt a.aduerſus oĩs generis venena,&ipſas ét beſtias virus eiaculãtes &c.

Theriaca Andromachi Galeni.

R.*Trochiſcorum ſcilliticorũ* ℥.48.	*Zingiberis*
Trochiſcorum Theriacorum,	*Rad.pentaphylli an.drach.vi.*
Hedycroi	*Phu pontici*
Piperis longi	

Digitized by Google

Opii an. vnc. xxiv.
Rosarum Rubearum
Iridis Illyricæ
Succi glycirrhizæ
sem. Napi sylvestris.
Scordii
Opobalsami
Cinnamomi
Agarici an. drachm. xii.
Myrrhæ,
Costi odorati
Croci Corycii
Cassiæ lignea veræ
Nardi Indicæ
Schœnanthi
Thuris electi
Piperis nigri, albi,
Dictamni Cretici
Comarum Marrubii
Rhapontici
Stœchados
sem. Petroselini
Calaminthæ montanæ
Terebinthinæ an. drach. vi.
Polii Cretensis
Chamepityos
Styracis calamitæ
Meu Athamantici
Nardi Celticæ
Amomi an. drachm. iii.
sem. Chamedryos Creticæ,
Folior. melebathri,
Chalcitidis vstæ,
Terræ lemniæ,
Radicis gentianæ,
sem. Anisi,
Succi hypocistidis,
Carpobalsami,
Gummi Arabici,
sem. Faniculi,
Cardamomi Idaei
Seseleos,
Thlaspi,
Ammeos,
Comarum hyperici,
Acaciæ,
Sagapeni, an. drach. iiii.
Castorii,
Radicis Aristoloc. tenuis,
sem. Dauci Cretici,
Bituminis Iudaici,
Comæ Centaurii min. opopanacis,
Galbani optimi, an. drachm. ii.
Vini generosi, quant. suff. succis liquorib. & gumm. diluend. mellis Narbon: aut alius optimi triplum, seu lib. 14. s. vel q. s. fi. Opiata ex arte in vasc. idonco reponenda & serv. ad futuros vsus.

Theriaca Andromachi, à Medicis Romanis & Bononiensibus correcta, & præparata.

R. Trochiscorum scilliticorum vnc. vi.
Trochiscorum de viperis
Trochiscorum Hedycori
Piperis nigri an. vnc. iii.
Chamædryos
Succi Hypocistidis
Succi Lentisci
Foliorum,

Trochisco-

Trochiſcorum de Caphura
Opii Thebaici
Succi Infuſionis Roſ. inſpiſſ.
Scordii Cretici & noſtri
ſem. Napi ſylueſtris
Iridis Florentinæ
Succi glycyrrhizæ
Agarici
Cinnamomi
Fol. Carduibenedicti
Balſami Indici
Croci Orientalis an. vnc. ſ.
Myrrhæ
Zingiberis
Rhapontici veri
Rad. pentaphylli
Tormentillæ
Calaminthæ montanæ,
Comarum Marrubii
Stœchados
Radicis Coſti
Zedoariæ
Piperis albi
Piperis longi
Dictamni Cretici
Thuris Maſculi
ſem. Petroſelini Maced.
Flor. ſchœnanthos
Myrobal. Emblic.
Terebinthinæ Cypriæ
Caßiæ lignea
Spica Indicæ an. drachm. vii.
Gentianæ
Comæ polii Montani
ſtyracis calamitæ
filicis montani

Macis,
Nardi Celticæ, ſeu ſpicæ Rom.
Seminis Aniſi,
Seminis Fœniculi,
Radicis meu, vel
Imperatoriæ,
Terræ lemniæ veræ,
Chalcitidis ſemiaſſatæ,
Amomi, vel
Caryophyllorum, vel
Calami odorati,
Radicis plu minoris,
Carpobalſami, ſeu
Granor. Iuniperi,
Cubebarum,
Comarum Hyperici,
Ataciæ, vel
Succi Lentiſci,
Gummi Arabici,
Vel Iuniperi,
Cardamomi maioris,
Radicis Angelicæ opt.
Rad. Imperatoriæ,
Rad. Vincetoxici
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ,
Rad. Aſari,
Rad. ſucciſæ,
Rad. ſerpentariæ,
Rad. Dictami albi,
Roſmarini,
Saluiæ minoris,
Scabioſæ,
Cornu cerui uſti,
Enulæ campanæ,
Pimpinellæ,
Origani Cretici an. vnc. ſ.

Digitized by Google

Abrotani
ſem. Thlaſpios ſeu
Iberidis ſeu
Naſturtii albi
ſem. Ammios an. vnc. ſ.
Opopanacis
Sagapeni
Aſphalti vel
Succini albi
Rad. Cruciata
Caſtorei an. drach. ij.
ſem. Dauci Cretici, vel
ſem. Pimpinellæ,
Galbani,
Ariſtolochiæ longæ
Baccarum lauri ana drachm. ij.
Mellis duplum.
Vini Cretici q. ſ.
F. S. A. Theriaca.

Theriaca communis Auguſtani.

R. *Rad. Enulæ drach. xv.*
Rad. Ariſtoloch. rotũdæ drac. x.
Granor. Iuniperi,
Zedoariæ,
Scordii,
Chamedryos an. drach. ſ.
Ariſtolochiæ longæ
Comarum hyperici,
Scabioſæ,
ſem. Rutæ,
Sauinæ an. drachm. iij.
Betonicæ,
Salviæ domeſticæ, Praſii,
Spicæ Romanæ,
Baccar. Lauri,
Gentianæ,
Dictami albi,
Tormentillæ,
Calami aromatici an. drac. ii.
Rad. Meu,
Rad. Phu,
Rad. Pimpinellæ,
Rad. Ammios,
ſem. Carui,
Macis,
Santali rubei,
Succini citrini,
Flor. Meliſſæ,
Menthæ,
Rubeæ an. drachm. i.
Caſtorei,
Abſinthii,
Calamenthi montani,
Zingiberis,
Piperis nigri an. drachm. ſ.
Nucum iuglandium nu. x.
Olei Terebinthinæ vnc. i.
Oxymellis Scyllitici vnc. iv.
Mellis deſpumati triplum.

Theriaca ex Lilio Pauli ab Armento.

R. *Piperis albi,*
Styracis calamitæ,

ſem.

sem.Hyoscyami albi an. drach.Myrrha rubea,
xx. *Anisi,*
Opii drach.x. *Carui,*
Croci drach.s. *Cassia lignea,*
Euphorbii, *Mentastri,*
Amomi, *Cardamomi,*
Pyrethri, *Baccarum Lauri an.drach.i.*
Castorei, *Spica nardi,*
Fol. Dauci, *sem. Apii,*
sem.Rutæ silu. *Balsami,*
Rosar.rub. *Olei rosacei,*
Serapini, *Cyperi an.drachm.ii.*
Rhabarbari, *Mellis despumati quasi lib.ii.*
Costi,

Theriaca Democratis.

R. *Iridis Illirica* *sem.Rutæ sylvestris vnc.i.s.*
Zingiberis *Rad.Bryoniæ aridæ albiss.vnc.*
Opopanacis *ii.*
Opii *Serpilli*
Herb. rosmarini *Castorei, Rad.Eryngii.*
Myrrhæ *sem.Apii*
sem. trifolii bitumen olentis *Cumini Æthiopici recentis*
an vnc i. *an.drach.vi.*
Aristolochiæ drach.xi. *Farinæ erui rus.vnc.iii.*

Omnia hæc contundito & cribrato, opopanaca vero cum vino dissoluito, eique aridæ inspergito, & in pastillos reducito, & ex ijs drach.i. cum vino veteri meraco bibendum præbeto.

Theriaca ex Bryonia Oribasii.

R. *Rad. Bryoniæ* *Aristolochiæ drach,v.*
Opopanacis *Thuris*
Iridis *sem. Rutæ sylvestris an. drach.*
Rosmarini *vi.*
Opii *Cumini drach.iij.*
Myrrhæ an. vnc.s. *Farinæ Erui vnc.ii.*

Cum vino pastillos informato, atque ter cum vino exhibeto.

Theriaca

Theriacæ Andromachi vulgaris descriptio.

R. Trochiſ. ſcylliticorum vnc. vi
Trochiſ. de vipera
Opii Theaici
Magmatis hedychoi an. vnc. ij
Piperis longi
Roſ. rub. exſiccat:
Iridis Florentinæ
Succi glycyrrhizæ
ſem. Napi agreſtis & ſatiui
Comarum ſcordÿ cretici
Opobalſami ſeu olei ex Nuce Moſchata expreſſi
Cinnamomi
Agarici an. vnc. i. ſ.
Myrrhæ
Coſti odorati ſeu zedoariæ
Croci orientalis
Caſſiæ lignea vera
Nardi Indicæ
Schœnanthos ſeu iunci odor.
Thuris Maſculi pellucidi
Piperis nigri & albi
Fol. Dictamni cretici
Comarum Marrubii
Rhabarbari Rhei
ſtechados Arab.
ſem. petroſelini Macedon.
Nepetæ, ſeu Calaminthæ
Terebinthinæ
Zingiberis
Rad. Pentaphylli an. drach. vi.
Polii cretici
Ramorum camepityos ana vnc. ſ.
Styracis calamitæ
Myrrhæ
Angelicæ
Amomi ſeu cal. arom.
Nardi celticæ
Terræ Lemniæ veræ
Phu pontici ſeu Valerianæ noſtræ.
Comarum chamædryos cretic.
Fol. Malabathri
Macis
Caryophyll. an. vnc. ſ.
Chalcitis toſtæ
Rad. gentianæ
Aniſi torrefacti
Succi hypociſtidis
Carpobalſami
Cubebæ
Gummi Arabici
ſem. fœniculi
Cardamomi maioris
Seſeleos
Acaciæ
Thlaſpios
Comarum Hyperici cretici
Ameos
Sagapeni an. vnc. ſ.
Caſtorei
Ariſtol. longæ
ſem. Dauci Cretici
Bituminis Iudaici
Opopanacis
Comarum cent. minoris.
Galbani recentis an. drach. ij.

Mellis

Digitized by Google

Mellis deſpumati triplum, id eſt, lib. IV. & vncias quinque, drachmas duas.

Eſdræ Antidotus ſecundum Aetium.

℞. *Amomi* ℈xij.
Squinanthi ℥ix.
Pyrethri ℈vj.
Croci ℈xxxvj.
Cinnamomi ℈vj.
Myrrhæ trogledytitæ ℈xij.
Styracis calamitæ ℈xlix.
Petroſelini
Sem. Dauci an. ℈iij.
Tragacanthæ ℈vj.
Succi Hypociſtidis ℈ix.
Irios
Abrotani ℈xv.
Sem. fœniculi ℈vj.
Bdellii ℈ix.
Thuris ℥j.
Sulphuris viui ℈vj.
Sem. hyoſciami albi ℈xxvij.
Caſſiæ lignea ℈ix.
Sem. Papaueris ℈xxx.
Spicæ Nardi ℈xij.
Sem. Rutæ
Sem. Ocymi an. ℥j.
Rhois Culinarij ℈iv.
Sem. Anethi ℈vj.
Aſari ℥j.
Cardamomi ℈vj.
Opij ℈xxvij.
Euphorbij ℈vj.
Piperis nigri ℈xxx.
Roſ. ſiccarum ℈ix.
Pſyllii ℈xij
Opobalſami ſeu
Olei caryophyll. ℈xxiv.
Ventris Mergi ℈vj.
Lactæ
Lycij Indici
Caryophyll. ℈xij.
Stercoris reperti in aluo Mergi ℈vj.
Flor. Nerij ℈iv. ß.
Rhabarbari ℈xij.
Mei Athamantici ℈iv.
Terræ cimoliæ ℈xij.
Succi Artheniſ. ℈xx.
Fol. Cichoreæ ℥ix.
Spicæ Celticæ ℈xij.
Confect. Hedychroi ℥ix.
Aniſi ℈vj.
Siſonis ℈xlix.
Thymiamatis Hammoniaci.
Fol. Citri ℈xij.
Vini vet. q.ſ. odorati
Mellis deſpumati optimi lib. v. vel lib. vj.

Eſdræ Actnarij.

℞. *Maneræ* ℥j.
Amomi ℥ij.
Squinanthi ʒ.ß.
Pyrethri ℈iix.

Croci ʒj.
Myrrhæ ʒiv.
Styracis ʒ.ß. ℈ij.
Petroselini ℈iv.
Tragacanthæ ʒj.
Succi Hypocistidis ʒiv.
Iridos ʒ.ß. ℈ij.
Sem. Fœniculi ʒj.
Foliij ʒüj.
Rhabarbari
Rosarum siccarum
Glyzyrrhizæ
Fol. silvest. punicæ
Cinnamomi an. ʒiij.
Nardi celticæ ʒj.
Mellis despumati lib. vj. ʒxx.
ʒvij.

Adrianum Nicolai.

℞. Cassiæ lignea ʒij. ℈ij.ß.
Opii Thebaici ʒiij.
Hyosciami ʒij ℈ij.ß.
Euphorbii
Leucopiperis an. ʒij. gr. vj.
Seseleos
Sem. Apii an. ʒj. ℈.ß. gr. ij.
Foliij
Origani
Tragacanthæ an. ʒj.
Opobalsami
Petroselini
Macis
Styracis calamitæ
Zingiberis
Xylobalsami
Cyperi
Carpobalsami Maced. an. ʒj. gr. vj.
Sem. Marathri ℈ ij. gr. xix.
Calami Arom. ℈ j. gr. ij.
Cinnamomi
Crocis
Costi
Rheupontici
Pyrethri
Aceri
Dauci Cretici
Anisi an. ʒ.ß. gr. vj.
Castorii ʒ.ß.
Serapini,
Myrrhæ,
Rosarum,
Cardamomi,
Amomi,
Rutæ agrestis,
Sem. Ameos an. ℈j. gr. iv.
Cassiæ fistulæ ℈j.
Mellis quant. sufficit.

Fiat opiata, in vase fictili vitrato seruandum, annis septem.

Reformatio nostra Theriacæ, secundum Iosephum Quercetanum.

℞. Trochisc. fœculæ scyllæ

Trochisc.

Digitized by Google

Trochiſc. confect. viperinæ aromaticæ
Trochiſc. hedychroi an. ℥iij.
Eſſentiæ Opii ℥ij.
Croci, Terræ Lemniæ ana ʒvj.
Hypociſtidu, Acaciæ,
Gummi Arabici ana
Succi liquiritiæ ana ℥j. ß.
Myrrhæ, Thuris Maſculi,
Styracis calamitæ
Terebinthinæ Venetæ ana ℥vj.

Pulueriſanda ſubtiliſſime pulueriſentur, & per cribrum traiiciantur, hique pulueres omnes inuicem probe mixtis iniiciantur in mortarium marmoreum addendo eſs. opii, in mellitam conſiſtentiam redactam, terebinthinam, hypociſt. Et acaciam, quæ omnia cum pulueribus permixtæ in vnum corpus redigantur, & paulatim perfundantur hydromelite vinoſo, aut vino maluatico: optime terendo in mortario cum piſtillo ligneo, donec omnia in liquidiorem ſinapi conſiſtentiam redacta fuerint. His in matracium ſiue vas aliud capax impoſitis, inque mortario perquam exacte cum eodem hydromelite vinoſo eloto, ne quid materiæ in eo remaneat, contuſis adde

Sagapeni, Opopanacis, Galbani ana ℥ij.
Caſtorei, Bituminis Iudaici ana ℥ij.

Quæ diſſoluta prius in aceto roſato, tranſmittenda ſunt per ſetaceum iuxta communem ritum. Quia vero ſeparata terreſtri impuritate, pondus imminuitur, paulo plus de iis addes, donec eundem ponderis gradum attigeris. Caſtoreum & Bitumen Iudaicum diſſoluenda ſunt in vino albo, & traiicienda per ſetaceum, de quibus ſingulis accipiendæ erunt duæ drachmæ. Hæc omnia in vas vitreum, quo cætera continentur, indantur, addendo olei, vel ſpiritus vitrioli vnc. ſ. olei moſchatæ vnc. j. ſ. quo promptius procedat omnium fermentatio: Vaſe clauſo cum ſubere vel ceta Hiſpanica, omnia digerantur in B.M. calido per 3. aut 4. dies: Interea hæc, quæ ſequuntur ſeorſim in pulueres redigenda ſunt, nempe

Iridis florentinæ ℥j. ß.
Caſſiæ lignea veræ

Zedoaria, Iunci odorati,
Pentaphylli, valeriana
Calami aromatici ana ℥vj.
Gentiana ʒ. ß.
Aristolochia rotunda ℥ ij.

Pulueriſentur radices ſeorſim, & ſeorſim quoque fiat pulueriſatio foliorum, comarum, & florum: veluti

Dictamni, Marrubij,
Calamentha montana
Polij Cretici ana ℥vj.
Comarum Hyperici ʒ. ß.
Comarum Centaurij minoris ℥j.
Flor. Roſ. rubrarum ʒj. ß.
Stœchados Arabicæ
Nardi Indicæ an. ℥vj.

Ex his omnibus in prædicta doſi ſimul mixtis fiat puluis ſubtiliſſimus. Sic etiam ſeorſim pulueriſabis

Sem. Buniadis dulcis, ſeu napi agreſtis ʒj. ß.
Sem. Petroſelini Macedonici
Aniſi torreſacti
Fœniculi dulcis,
Seſeleos, Thlaſpios
Ameos an. ʒ. ß.
Sem. Dauci Cretici ℥ij.

Et vt ſatisfiat nimis forte curioſo & ſcrupuloſo, adde ſi placet

Agarici ʒj. ß.
Rhabarbari ℥vj.

Omnes enumeratos Pulueres, & Rad. foliis, comis, ſeminibus factos, optime inuicem miſce, & per cribrum tranſmitte: adde mellis Hiſpanici, vel Narbonenſis albi & granulati lib. vj. Fiat Theriaca noſtra reformata, in hunc modum.

Mel infundendum eſt & liquefaciendum in ſuff. quantitate Hydromelitis vinoſi vel vini cretici, vt optime deſpumetur & depuretur. Poſt perfectam eius decoctionē, ea omnia, quæ in diſſolutione ſtante in vaſe vitreo, ſenſim adiicies, probe inuicem omnia cōmiſcendo cum ſpatula, vaſq; ſemper igni moderato adhibendo, qua mixtione prima peracta, paulatim

paulatim miſcebis omnes prædictos pulueres (vas tuum nunquam ab igne demouẽdo) donec perfecte mixta ſint omnia, & materia ſpatulæ adhęreſcere incipiat: Tunc vas ab igne remouendũ eſt, cõtinuo tamen agitando, vſque dum refrigerata fuerit, tum enim facile agnoſces, num electuarii iuſtam adepta ſit conſiſtentiam, nec ne. Quibus autem veri balſami Orientalis habendi datur copia, illius ℥j. ß. adiicient, materia iam ab igne remota, & refrigeſcere incipiente. Vel eius loco addi poſſunt aliquot drachmæ oleorum aromaticorum, cinnamomi, nucis moſchatæ deſtillatorum. Ad materiæ, ex vaſe nondum exemptæ, fermentationem 7. vel 8. dierum ſpatium ſufficiet: Opium enim iam recte præparatum longiori tempore non opus habet. Quo temporis ſpatio materia tua inſtar paſtę eleuabitur, quam bene commouere oportet bis vel ter in die, & poſtea eam adſeruandam ponere in vaſis mundis argenteis vel terreis expolitis, & vitreatis: Et ſic citra omne dubium Theriacam habebis excellentiſſimam. Vulgaris illa Theriaca pro doſi, ad auellanæ nucis magnitudinem præſcribitur: at vero noſtram piſi tantum magnitudine exhibere ſufficiet. Diligentem nauabis operam in materiæ tuæ decoctione, ne poſtquam refrixerit, plus æquo dura aut mollis appareat, quod peritus & ſolers artifex facile præcauebit.

Theriaca Benedicta I. Q.

Accipe eſſentiæ opii rite præparatæ ℥iij. Hæc eſſentia in mellitam conſiſtentiam redacta diſſoluatur in ſucci limoniorum optime depurati lib. ſ. omniaque poſt diſſolutionem imponantur vaſi æneo, vel pollubro argenteo capaci: Opium ita diſſolutum inſtar baſis erit ad faciliorem omnium mixtionem procurandam. Huic diſſolutioni in vaſe æneo inditæ adde confectionis viperinæ ℥iij. Adiice quoque

Eſſentia croci præparata ℥j.
Terra ſigillata ʒvj.
Acacia, Hypociſtidis
Gummi Arabici ana vnc. ſem.
Liquoris aciduli vitrioli vnc. ſem.

His adiiciantur etiam in oleo Terebinthinæ diſſolutorum

Myrrhæ
Thuris Maſculi ana drach. vj.
Styracis calamitæ vnc. ſem.

Nunc paratum habebis extractum ex omnibus radicibus, herbis, seminibus & floribus Theriacam ingredientium, cum aqua vitæ vini vel vino Maluatico siue canariæ: exempli gratia sunt

Rad. Zedoariæ, drach. vj. Gentianæ, vnc. sem.
Pentaphylli, Valerianæ ana drach. vj.
Iridis florentinæ vnc. j. sem. Aristolochiæ rot. drach. ij.
Iunci odorati, cassiæ lignææ veræ ana drach. vj.
Comar. & flor. dictamni
Marrubij, polii cretici,
Calamenthæ montanæ ana drach. vj.
Com. Hyperici vnc. sem.
Com. centaurii minoris drach. ij.
Flor. Ros. rub. vnc. j. sem.
Stœchados Arabicæ
Nardi Indicæ ana drach. vj.
Sem. Napi syluestris vnc. j. sem.
Petroselini Macedonici
Amisi torrefacti, fœnic. dulcis,
Seseleos, Thlaspios, Ameos ana vnc. sem.
Sem. dauci cretici drach. ij.

Ex his tota extractio iuxta singulorum doses addatur in eodem vase æneo. Deinde adde & extractum ex his Aromatis paratum cum aqua cinnamomi, aut hydromelite optime vinoso

Cinnamomi ℥j. sem. *Caryophyllorum*
Macis *Cubebarum ana vnc. sem.*
Zingiberis ℥vj. *Piperis albi*
Piperis nigri *Piperis longi ana drach. vj.*
Opobalsami seu olei nucis moschatæ vnc. j. sem.

Hoc extractum quoque reliquis admisce: Tandem adiice gummi opopanax & Galbanum in aceto dissoluta, & per setaceum more communi traiecta: Item essentiam castorei & bituminis Iudaici paratã spagyrice. Et sic omnes omnium ingredientium virtutes substantificas siue essentiales cum suis liquoribus & propriis dissoluentibus pariter mixtas habebis in vase suo æneo. Quæ omnia simul vno eodemque tempore fieri possunt, ac tanta cum facilitate, vt plane crasso & stupido sit cerebro, qui hæc capere non possit.

Ex fæ-

Digitized by Google

Ex fæcibus horum enarratorum Bezoarticorum simplicium & aromatum omnib. calcinatis, & in cineres redactis, extrahatur sal, qui in aqua communi aliquoties dissolutus, filtratus & coagulatus, tandem dissoluatur aqua carduibenedicti aut vlmariæ: hæcque postea aqua commemorati salis viribus sufficienter imprægnata, addatur compositioni in prædicto vase æneo.

Tota hæc mixtura ex magna ista diuersorum liquorum dissoluentiū quantitate cōcinnata, & in vnum vel plura alembica cum suis recipientibus indita, ponatur in B. vaporosum, vt liquor exhalet, & materia in mellis consistentia aut paulo duriori in fundo sublideat. Hanc aquam diligenter adseruabis: Est enim Theriacalis & pretiosa: extractum autē siue mellita consistentia, quæ in fundo vasis remanlit, in vase aliquo minus profundo, ad ignem moderatum ponatur, vt in iustam electuarii liquidi consistentiam redigatur: Neque opus hic est triplæ illis mellis quantitatis additione, quæ fraustranea plane & nullius momēti est. Et sic Theriacam habebis, quam propter mirabiles eius effectus benedictam appellamus: de qua pro dosi exigui pisi magnitudine tantum exhibebis & mira percipies.

Patebit etiam cuiuis ex effectis huius Theriacæ nō sine causa factum, cur benedictæ nomine eandem insigniri voluerimus: facileque proinde videre erit, quantum hæc ipsa à vulgari differat, tum bonitatis tum maioris efficaciæ ratione: quam tamen efficaciam & vim in ea amplificare & intendere nitemur: quemadmodum cætera quæuis remedia virtutē & actionis potestatem validiorem & potentiorem sortiri, & in quintam cælestemque essentiam exaltari possunt: quorum postea effectus euadunt prorsus admirandi & diuini, idque beneficio & opera solius artis spagiricæ, siue veræ & legitimæ Chymiæ.

Theriacain cælestem & sublimiorem redactaessentiam.

Accipe huius Theriacæ benedictæ lib. ß. Huic in matratium vitreum inditæ affunde aquæ vitæ Iuniperinæ, vel aquæ destillatæ ex cornibus ceruorum mollibus adhuc & teneris, vel elixiris nostri magni, vel quamcunque aliam ex nostris aquis Theriacalibus, summe bezoarticis & cardiacis, vt materiam 4. aut 5. digitos superemineat, vase accuratissime clauso, ne quid expiret, fiat digestio omniū in B.M. vaporoso per 6. aut 7. dies. donec enumerata aqua colore claro, diaphano & tubi-

& rubicundissimo tincta, & cunctis prædictæ Theriacæ virtutibus ac proprietatibus imprægnata fuerit.

Hanc aquam ita tinctam, & imprægnatam effunde per inclinationem, & caue, ne quid fœculenti aut turbidi, cum ipsa simul mixti effluat. Hunc liquorem depuratum serua, & materiæ in fundo remanenti adhuc nouas affunde aquas, ad virtutes & proprietates penitus inde extrahendas, procedendo vt supra, idque toties reiterando, donec aqua, quam affundis, non amplius tingatur, quod certum signum erit, materiam illam omni essentiali & substantifica virtute spoliatam esse. Materiam in fundo vasis residuam crassam nec in essentiam redactam, seorsim serua, & in patinam vitream, optime lutatam, impositam, in reuerberio Athanoris calcina: vbi continuo exigua flamma in gyrum se circumagens tamdiu apparebit, donec dicta materia in cineres prorsus conuersa fuerit: Ex qua elicies salem pretiosum cum aqua carduibenedicti, aut quadam alia cardiaca, in qua hunc salem solues, filtrabis & coagulabis toties, donec in summam albedinem & diaphanitatem depuretur. Hic sal seorsim seruetur. Interim dum circa hanc salis confectionem versaris, omnes tuos liquores tinctos cum sale hoc vno eodemque tempore in alembicum iniicies, & applicatis alembici capitello & recipiente, inde per B.M. vaporosum, omnem destillabis liquorem, qui aquæ Theriacalis & Bezoarticæ longe præstantiss. vicem subministrabit. Et in fundo residebit vera Theriacæ essentia (quæ antea solummodo extracti gradum adepta fuerat) in consistentia mellis, miræque & stupendæ virtutis ac energiæ, cui addere poteris ad lentum ignem, vt reducantur in bonam opiatæ consistentiam.

Essentiæ coralliorum, & perlarum ana drach. ij.
Pulueris Bezoartici veri
Terræ sigillatæ, vnicornu,
Ossis de corde cerui ana drach. j. sem.
Ambræ drach. j.

Theriaca cœlestis dicta.

Accipe quintæ essentiæ prædictæ Theriacæ vnc. iiij. His adde
Magisterij Coralliorum
Magisterij Perlarum
Magisterij Hyacinthorum

Magisterij

Magiſterij Granatorum
Magiſterii Smaragdorum ana ℥iij.
Magiſterii Bezoartici animalis
Magiſterii Bezoartici mineralis ana ℥ j.

Supradicta quinta eſſentia, patinæ argenteæ impoſita, & calidis cineribus admota, ſtatim liqueſcit: huic ita liquefactæ, poſtea prædicta illa Magiſteria & eſſentias pederentim adde, continuo agitando omnia cum ſpatula argentea, omnia ad continuum ignem relinquendo: donec materia eam aſſecuta ſit conſiſtentiam, vt inde pilulæ, ſi vſus requirat, formari poſſint. Hæc Theriaca conſeruabitur longo tempore, ita vt durationis diuturnitate excedat ternam, vel cuiuslibet viuaciſſimi hominis ætatem, hoc eſt, ſine corruptione aut alteratione vlla, perpetuo integris valentibusque viribus vigeat: doſis grana ij. ad gr. iij. Magiſteriorum compoſitionis mentio facta eſt in noſtra Baſilica chymica, ſed vt omnia clare pateant, capite ſequenti de magiſteriis & ſalibus, ea reddemus apertiora.

Theriaca Diateſſaron regia I. Quercetani.

R. Tinctura auri, tinctura coralliorum,
Tinctura omnium lapidum pretioſorum,
Tinctura Viperarum ana ℥j.
Nepenthes Quercetani maioris ℥ij.

Enumeratum modo nepenthes adhuc manens in molli conſiſtentia imponatur in patina argentea, vt igne lento liqueſcat: Huic ita ſoluto admiſce primum tincturam auri: dein tincturam coralliorum: tum tincturam lapidum pretioſorum, & tandem tincturam viperarum, modice agitando & incorporando continuo materiam ad ignem lentiſſimum, donec in iuſtam conſiſtentiam redigatur, ex qua formare poſſis pilulam grani piperis magnitudine, aut paulo maiori: cuius admirandi effectus ſe prodent in omni peſte, & Venenis, aliisque morbis deploratis: potiſſimum autem in proliciendis ſudoribus: præterea reparat & reficit collapſas & proſtratas vires, & duplo robuſtius efficit balſamum noſtrum radicale, cui ſoli vis medicatrix morborum debetur. Vnde ſæpenumero contingit, vt idem remedium tot tamque admirabiles effectus etiam per inſenſilem tranſpirationem exerere conſpiciatur.

Sal Theriacum Galeni.

℞ *Viperas artificioſo modo captas, num.iiij.*

Salis, Ammoniaci, vel communis modium j.
Gentianæ conciſæ, Ariſtol. rotundæ ana lib.j.ß.
Cardamomi, Marrubii ana lib.ß.
Centaurii minoris lib.ij. *Sem. Rutæ lib.j.*
Scordii montani, *Chamædryos ana lib.j.*
Sem. Rutæ lib.j.

Hæc omnia melle attico commiſcebis. Harum rerum mediam portionem in ollam nouam, ex argilla confectam, coniice, poſtea viperas quatuor viuas ſuperimmitte, & cum eis ſcillas quinque recentes, conciſas: in reliquum aliarum rerum dimidium, poſtremo lutum ollæ diligenter inducito, vbi prius operculum impoſueris, quod foraminibus quatuor aperies, vt per eam vapor egrediens afflationis menſuram ſignificet. Nam fumus, qui primum exibit, obſcurus admodum & valde turbidus, denotabit ignem ad viperas iam peruenisſe: quo tempore diligẽter aduertas moneo, vt reſpirando, nõ aerem attrahas infectum hoc fumo, qui à viperis exhalat. His peractis, cum fumus deſiſtet, & tenuem quandam flammam è foraminibus aſcendere videbis, tunc optime tofta cuncta iudicato, itaque transfer ollam ab igne in locum, vbi per integrum diem & noctem frigeſcat: inde vaſe adaperto, combuſtas res exime, quibus contuſis atq; cribratis adde

Sem. Rutæ ſylueſtris ʒiix. *Hyſſopi ʒix.*
Sem. Fœniculi ℥vj. *Nardi gallicæ ℥vj.*
Petroſelini Macedonici ʒiv. *Stachyos ſcythicæ ℥vj.*
Racemorum Amomi ʒiij. *Summit. Thymi attici ʒix.*
Origani heracleotici ʒix. *Fol. Malabathri Indici ʒiv.*
Sem. hormini torrefacti ʒiij. *Sem. Coriandri lib.ß.*
Carnium baccarum Inniperi *Laconici lib.ij.*
Piperis albi lib.ij. *Piperis nigri lib.ij.*
Rad. ſilphij ʒx. *Zingiberis lib.ij.*
Rad. Satyrii lib.ß. *Pulegii montani lib.ß.*
Sem. ſeſeleos ʒvj. *Sem. Tordilii montani,*
Mentæ an. ℥vj. *Caſſiæ optimæ vnc. ij.*
Cinnamomi vnc.j.

Hæc vbi ſemel contudi, & excuſſi, denuo contundere, & excutere

melior,

melior, quo ſæpenumero cribrata in tenuiſſimum puluerem redigãtur, quem in vaſis vitreis poſitum, non ſtatim, ſed à quadrageſimo die vtendum trado.

Reformatio noſtra huius ſalis, eſt hæc:

℞. *Rad. Angelicæ, Gentianæ, Imperatoriæ,*
Zedoariæ, Tormentillæ rec. an. ℥ij. *herb. dictamni,*
Scordii, ſcorzoneræ, ſcabioſæ,
Rutæ, meliſſæ recent. an. p. ij. *gran. Iunip. recent.* ℥iiij.
Sem. Rutæ, cardui-bened. cti, coriandri,
Fœniculi dulcis an. ℥j. ß. *Flor. centaurii min. hyperici an. p.* ij.
Cardamomi, Piperis longi, & albi an. ℥j.

Contuſis & ſimul mixtis omnibus, adde

Succ. Limonum lib. j. *ſucc. ſcordii,*
Vlmariæ an. lib. j. ß. *vini canariæ* ℥viij.

Macerentur omnia per 24. horas in magno alembico cupreo, cũ ſuo refrigerio, quo deſtillari ſolent olea: deinde deſtilletur aqua ſiue totus liquor ad ſiccitatem vſque: caue tamen, ne ex nimia ignis violentia materia aduratur: quod periculum facile præcauetur deſtillatione in balneo vaporoſo facta: nam ea tutiſſima eſt & optima deſtillandi ratio: liquor inde deſtillatus accurate ſeruetur ſeorſim: fæces ſiccæ redigãtur in puluerem, & ſeorſim etiam ad vſum ſeruentur, vt infra dicemus.

Interim dum hæc deſtillatio fit, accipe ſalis marini, puri & pellucidi lib. iiij. ad ſummum: ſi forte impurus ſit, aqua lauandus & repurgandus eſt, dein ad ignem probe exſiccandus: cui poſtea puluerizato adijce

Corall. rubr. pulueriſat. ℥iiij. *Perlar. tantundem.*

Omnia cum ſale permixta iniiciantur in cruſibulum capax, vrgendo ignem fuſionis, ita vt prædictus ſal ignis violentia fundatur, quſ inſtar metalli fluet. His quatuor libris ſalis fuſi, ſimul cum corallis & gemmis in dicta proportione calcinatis & puluerisatis, adiice libras duas fœcum ſiccarum ſimplicium bezoarticorum & aromatum, ex quibus extraxiſti aquam vt ſupra, reſeruatam: Ex media parte horum omnium inuicẽ mixtorũ fac ſtratũ in olla terrea apta, in qua appoſite collocabis carnes 4. viperarũ in fruſta inciſarum: His ſuperiniice reſiduam omniũ materialium partẽ, manu omnia bene premendo & claudendo dictam ollã cum ſuo operculo, tamq; exquiſite lutãdo, vt nihil tranſpirare poſſit. Dicta olla ponatur ad ignẽ calcinationis ſiue reuerberij per 24. ho-

ras, donec materia reducatur in cinerem album : quo iam vti poteris multo cum maiori emolumento, quam cineribus siue salibus istis Theriacalibus vulgari modo paratis.

Sed huic operi hucusque elabotato nondum acquiescendum erit, adhuc enim materiale nimis est, crassum & imperfectum. Vlterius igitur pergendum totusque ille cinis in manicam hippocratis iniiciendus, & cum aqua simplicium destillata, & vt supra, reseruata, & ad ignem rursus calefacta, inde eliciendus est sal secundum artem: reiteratis toties dissolutionibus, filtrationib. & coagulationibus, donec salē allicias exactissime repurgatum & vere Theriacalem, qui imprægnatus erit virtutibus salium viperarum, & rerum bezoardicarum & aromaticarum, & salium gemmarum & corallorum, quorum copiam etiam augebit additio librarum 4. salis marini, qui iam per se spiritu suo balsamico contra morsus tum serpentum, tum aliarum bestiarum venenatarum conditas salitasque omnes carnes aptissimas reddit. Loco trium cochlearium, quæ pro dosi de vulgaribus dantur, nos de nostris exhibemus tātum 10. vel 12. grana, siue ℈j. ad summum, & mirabiles exerunt virtutes. Vt centuplo adhuc efficaciores reddantur, verus Philosophus loco salis communis accipiet salem sulphureum & balsamicum naturæ nitri, cum quo fundet & calcinabit philosophice, non tantum corallia & gemmas, sed etiam fragmenta hyacinthorum, rubinorum, smaragdorum, & aliorum lapidum pretiosorum in quanta copia libuerit, quæ virtutes suas spirituales, quæ potentissimæ & efficacissimæ sunt, impertient dictis salibus, ope sulphuris naturæ, quod est illorum proprium & verum dissoluens.

Trochisci de vipera Galeni.

Recipe Viperas num. xx. sumendæ sunt autem, non quæ quouis tempore captæ sunt, sed à medio potissimum Aprile, in finem vsq; Maij, aut paulo tardius locisque procul à mari dissitis. Eligendæ sunt fœminæ, quæque colore subflauo sint, non prægnantes: quum caput latius habeant, & depressum: collum longius, graciliusque quam mares: ventre vastiores, cauda minore, quæ non inuoluta est, sed potius contorta & distensa: incessu quieti proximo, quæ tamen postremas partes in incessu magis moueāt: aspectu ferino & inuerecundo, oculis subrubentibus, & recēs captę. Capita primū & caudas amputabis, 4. digitorum longitudine vtrinq; his amputatis, cōsiderandum est, si motum quendam in ipsis residuum

reſiduum conſpicies, ſanguinemq; multum fundent: nam hæ ceu præſtantiſſimæ ſumendæ ſunt: deinde pelle detracta, interanea cum adipe abiicienda erunt: reliquum corpus in ollam nouam bene coctam immittendum, & coquendum in aqua fontana, additis anethi comis, & ſub finem pauxillo ſalis, (ignis autem eſto è carbonibus accenſis, aut ſarmentis vitium) donec carnes à ſpinis ſeparentur. Cum coctæ fuerint, ollam ab igne depones, & carnes diligenter à ſpinis exemptas, per ſe contundes, nulla iuſculi addita parte: & addito puluere panis biſcocti maxime puri, quantum paſtillis formandis ſufficiat, quæ erit ſecundum Galenum tertia aut quarta pars, admiſceto. Formabis in paſtillos ponderis drach. ij. & ſiccabis in ſuperiori ædium parte, in cella ad meridiem cõuerſa, à puluere diligenter mundata. Sæpe autẽ conuertendi ſunt per quindecim dies, aut eo amplius, donec probe exiccati fuerint: deinde in pyxidem vitream, aut figulinam vitratam bene obturatam reponendi. Annum vnum integri perſeuerant, quanquã longe melius ſit, haud multo poſt, quam ipſos confeceris, theriacam conficere. Qui autem diutius conſeruare volet, ſubinde abſtergendi ſunt à puluiſculo quodam, qui illis obnaſci conſueuit: qui ſi diutius inhæreat, paſtillos perforabit. Hoc itaque modo conſeruari poſſunt integri ad tertiũ annum.

Reformatio Trochiſcorum de viperis hæc eſt ſecundum I. Q.

Confectio viperina Aromatica.

Recipe carnem de quatuor viperis recens captis, gregaria via præparatam, hoc eſt, capitibus, caudis & viſceribus internis abiectis, optime lotam cum vino, & in fruſta inciſam: hanc indes in matracium vitreum capax, ſuperaffundendo aquę cinnamomi excellentis, & vini canariæ vel hydromelitis vinoſi an. vnc. v. vel vj. vel tantum, quantum ad irrigandam ſolummodo dictam carnem ſufficiet: his adde

Cinnamomi	*Cardamomi an. ʒ. ß.*
Caryophyllor.	*Summit. Anethi*
Macis	*Hyſſopi*
Piperis nigri	*Thymi an. p. j.*
Zingiberis	*Salis communis p. ß.*
Cubebæ	*Sp. elect. de gemmis*

Pulueris aromat. roſati Diambræ an. ℥j.

Dein vaſe clauſo, vt nihil expirare poſſit, pone in B. Mar. ad bulliendum, & omnia decoque ad ignem luculentiſſimum per 7. vel 8. horarum ſpatium, aut donec viperarum carnes in liquorem redactæ videãtur. Aperto vaſe omnia effundantur in patinam argenteam, aut vas terreum vitreatum & mundum, ac inde ſeparatis omnibus oſſibus colentur & exprimantur omnia per quã optime, quæ cum iuſculo ſiue liquore fere omnia per ſetaceum trãſmittuntur. Et hoc modo habebis eſſentiam, ſeu integram ac ſubſtantificam viperarum virtutem: quæ odoris erit fragrantiſſimi, vtpote virtutibus rerum aromaticarũ impregnata, quę balſami ſiue opobalſami (ab antiquis additi) locum tenent. Materia excipiatur alembico apto & capaci cum ſuo capitello & recipiente, vt ad ignem baln. vaporoſi exquiſite ſeparetur omnis liquor, quem ſeorſim ſeruabis, & erit ſummum alexiterium, & aqua theriacalis præſtantiſſima: in forma eſſentiæ ſiue extracti viperarum, & in conſiſtentia inter molle & durum media: quæ iam, vel nulla, accedente alia præparatione, vſui apta erit. Hæc cum cæteris theriacæ ingredientibus, permiſceatur: vel etiam (ne omnino communem præparandi formulam faſtidire videamur) inde formabuntur trochiſci, addendo tãrum quintam partem amyli probe pulueriſati. Et ſiccando dictos trochiſcos ad ignem lentum hypocauſti, ſic trochiſcos habebis excellentiſſimos, qui viperarum virtutem ſubſtantificam in ſe perfecte continebunt, & longiſſimo tempore, ſi opus ſit, adſeruabuntur: ſiquidem ſpirituum aromatum balſamicorum viribus & armis inducti ſunt, locoq; communis theriacæ vſurpabuntur. Imo vſus illorum erit quoque ad alias nouas theriacarum formulas fabricandas, prout mali, quod expugnandum eſt, natura & conditio poſtulauerit. Si loco aquæ cinnamomi, vini Canariæ ſiue hydromelitis vinoſi ad enarratam carnium viperarum coctionem accipies, Alexiterium longe præſtantius præparabis, ita vt non ſit opus addere omnia dicta materialia, &c.

Confectio Viperina Sacharina.

Accipe carnem de quatuor viperis fruſtatim inciſam vt ſupra: hanc impone patinæ magnæ argenteæ, ſuperaffundendo aquam vitæ fortiſſimam, & perfecte dephlegmatam, vt ſupernatet 4. aut 5. digitos: admoto igne cum charta accenſa, aqua vitæ flammam concipiet, ſicque ardendo

dendo viperas coq ıet: affunde deinceps nouam aquam vitæ, quoties priorem flamma abſumptam perſpexeris: affuſio vero hæc fiat per ampullã ſuperius occluſam cum collo perquam anguſto: alias hęc aqua vitæ ignis flamma apprehenſa ardere incipiet. Hæc coctio continuanda eſt, donec carnes illæ ſufficienter coctæ appareant: aquæ vitæ quantitas pro vnius aurei pretio huic viperarum decoctioni ſatis erit. Tandem fac, vt tota aqua vitæ ſubſtantia inardeſcat, & conſumatur, ceu in ea, quæ optimæ notę eſt, probeq; rectificata, accidere ſolet. Si quid incombuſtibilis ſuperſit liquoris, is viperarum adſcribendus eſt carni, quam (ſeparatis ſpinæ oſſibus) tundas in mortario marmoreo, admiſcendo ſenſim proprium liquorem, donec huius opera redigatur in pultem tenuem, & fiat apta, vt per cribrum ſimul tranſmitti queat, eamq; poſt ad ignem lentum reducas in extractum. Hæc caro ita præparata, omnique ſua ſubſtantifica virtute dotata, iam idonea eſt, vt recipiatur in theriacæ compoſitionem: neque opus eſt, eam prius transformare in trochiſcos, aut aliud quid addere. Sin vero libeat forte trochiſcos inde effingere, qui longiori temporis ſpatio citra corruptionis metum adſeruãdi ſint, eos parabis cum duabus drachmis gummi diatrachacanthi, in mucaginem redacti cum ſufficiente quantitate aquæ cinnamomi, mucilagini dictæ adiicies carnis huius ita præparatæ vnc. jv. & vnc. ij. vel iij. ſacchari candi pulueriſati: omnibus ſimul mixtis, cõfice inde trochiſcos ſiue tabellas, quæ ad lentum calorem exſiccatæ diutiſſime adſeruari poterunt. Commiſcebis etiam cum dicta maſſa ante trochiſcor. confectionem, oleorum Nucis Muſcatæ & Caryophyllor. an ſcrup. j. ſ. ſiue ſingulorum guttas xxx.

Confectio viperina juniperina.

Tertia præparatio carnium viperarum, quæ formulla prorſus virium abolitione, ſed potius earundem conſeruatione & augmentatione, ſe habet eo, qui ſequitur, modo.

Commemorata caro viperina ſufficienter imbibatur ſpiritu ſalis balſamici & rerum omnium conſeruatoris, idque vel materiali & craſſo tantummodo, carnem dictam ſale aſpergendo marino, vt vulgo ſolent: vel formaliter & philoſophiæ eandem imbibendo vero illo nitro ſulphureo ſiue ſpiritu acido ſolis philoſophis cognito, quæ vltima methodus omnium præſtantiſſima, priori illi longe præferenda eſt.

Hæc

Hæc caro ſummo & principali naturæ balſamo ſic condita, appoſite locetur in cribrum ex ſerico factum, & quodam inſtrumento, ſiue ex panno cerato incluſum, ita vt facta ſuffumigatione, per prædictum cribrum penetrare poſſit fumus: ſitque idem cribrum vndiquaque probe munitum, ad prohibendam vel quantulamcunque euaporationem, & ad fumum tranſuerſim id ferientem excipiendum. Hoc autem ſuffimento ita parato

Recipe Bacc. Iuniperi lib. j ß.
Bacc. Lauri ʒiiij.
Myrrhæ ʒij.
Caryophyll. ʒj.
Granorum alkermes
Succini aut karabes
Benioini an. ʒ. ß.

Omnibus craſſo modo conquaſſatis & ignitis carbonibus iniectis, fiat ſuffitus in loco conuenienti, & carnibus ter vel quater in die ſuffumigandis apto, ipſumque continua ad 4. vel 5. dies, donec ſuffumigationis perfectionem odor approbauerit. Quo facto, carnes prædictas inter duas ollulas terreas vitreatas, exquiſitiſſime lutatas, ne quid expiret, incluſas, mitte in furnum, è quo recens exempta ſint panificia, aut qui ſimili moderato regatur calore, ibique ſine continenter ſtare, donec tota hárum carnium ſubſtantia ſimul cum oſſiculis ſuis in puluerē redigi poſſit tenuiſſimum & ſubtiliſſimum, qui ſubſtantifica carnium virtute nequaquam ſpoliatus erit, vt in communi decoctione vſu venire ſolet, ſed multo auctior & potentior euadet, ſpirituum balſamicorum, ſalis, & prædicti ſuffitus ingredientium acceſſione.

Hic precioſiſſimus puluis ex tam venenatiſſimo animali eductus ſuperat quæuis alia alexiteria & alexipharmaca, ſiue eo vtaris ad compoſitionem theriacæ, citra trochiſcorum cōfectionem cum pane, quod opus nullius eſt pretii, (hic enim puluis poteſt perpetuo conſeruari) ſiue exhibeas eundem cōtra omnis generis venena, vel in nobis progenita, vel ex quodam ictu aut morſu animalis, vel ſecus excitata, ſiue per ſe ad ſcrup. j. porrigas, ſiue inde varia alexipharmaca, quorum is præcipuum & primarium fundamentum ſemper erit, componere velis.

Trochiſci de Scylla Galeni.

Scyllam initio Iulii collectam, mediæ magnitudinis, plenam, candidam, cortice primo detracto, & parte duriore cui radiculæ adhærent, abiecta, farina ſubacta inuolues, & eo vſq; in clibano coques, donec farina

tina probe ſiccata ſit & ea perforata, ſtylo ligneo tentabis, nũm ſcylla vndiq; tenera ſit. Ea exempta, partem interiorem diligenter teres: cui admiſcebis farinæ erui tenuiſſime cribratæ vnc. viij. ad ſingulas libras, & formabis in trochiſcos ponderis duarum drachmarum, & ſiccabis in ſuperiore parte ædium, in cella probe mundata, meridiem ſpectante, ſæpius obuertendo, donec probe ſiccati ſint, deinde repones: vt ſupra dictum eſt de paſtillis viperinis.

Reformatio horum trochiſcorum talis eſt I. Q.

In horum trochiſcorum correctione ſequenti progrediemur Methodo. Accipiẽda eſt ſcyllæ pars media, optima & tenerrima, quam cor vocant, ea minutim incidenda ſoliq; exponenda eſt, donec molleſcere, & fere in liquorẽ redigi incipiat: ea videl. ratione, qua Galenus ſcyllas præparare, & viribus ipſarum integris ſeruatis: ad ſolẽ æſtiualem coquere ſolebat. Quibus vero tantum otii non ſupereſt, vt æſtatis tempus huic coctioni ob intenſiſſimum ſolis ardorem dicatum expectent, hanc ſequantur formulam.

℞. Eandem ſcyllæ partem optimam, cor vocatam, hanc minutim inciſam iniice in matracium aut vas vitreum cum collo longo, ita vt ad mediam impleatur partem.

Hoc vas minime vel leuiter tantum, ſi velis, clauſum, nullo affuſo alio liquore ponatur in Baln. Mar. feruens per vnum aut duos dies tantum, aut donec ſcylla redigatur in pultis formam, aut liquorem ſpiſſum, edulcatum, omnibuſq; ſuis viribus inſignitum, qui ſolus ſine quauis alia admixtione idoneus eſt, vt recipiatur in theriacæ compoſitionem, vel ſi placet poſt temporis aliquod ſpatium eundem adhuc calentem tranſcola per ſeraceum, & exſicca, aut ad ignem lentum cinerum, & erit inſtar fæculæ, aut amyli ſicci, quod ſeruabitur diu omnibus ſuis virtutibus dotatum. Adde, ſi velis, tantillum gummi tragacanthi, aut amyli, & inde forma trochiſcos: tantillũ, inquam, gummi & amyli additum, incidendi, detergendi ſcyllæ vires minime obtundet: hæcq; eadem magis familiaria & amica ſunt naturæ noſtræ, quã farina erui. Sed hanc de induſtria addi quidam contendunt, ad ſcyllæ nimirum vim incidentem & detergentem actuoſiorem reddendam: ſed hoc ſimpliciter negatur. Farina enim in tanta quantitate addita potius obſtruendi & oppilandi vim exeret. Adhæc cum eiuſdem vi detergendi, vt & ſupra

Digitized by Google

notauimus, pernicioſa ſimul atque adeo noxia coniuncta eſt facultas, vt ſanguinis fluxum prouocet, tam per vētrem, quam per veſicā. Quod ſi velis ſcyllam paſta inuolutam, iuxta craſſam cōmunēq; viam, in furno quodam coquere, ita, vt nullæ in ipſa nocēdi vires remaneant, licet minus cocta ſit, & incidendi vi acrique qualitate abunde vigeat: Scylla probe trita per ſetaceū traiicienda eſt, cuius vnc. IV. iniice in oct. vel dec. vnc. ſacchari, in tantillo aceti ſcyllitici diſſoluti & ad perfectionem cōcti: recoquendo totum adhuc ſupra ignem, agitando & probe miſcendo cum ſpatula, donec amplius non adhæreat vaſculi fundo: ita facies ſaccharum ſcylliticum excellentiſſimum, ex quo formare poteris trochiſcos, rotulas, ſeu cuiuſcunque formæ aliæ: tum ad theriacæ, tum ad quoſuis alios vſus, quibus ſcylla deſtinata eſt, cuius venenum per hanc vltimam coctionem, & ſacchari admixtionem penitus ſecernitur.

Optima, emendatior, certior & ſecurior præparatio ſcyllæ eſt, ſi ea in extracti formam redigatur, vt ſequitur.

℞. Optimam eius partem ſiue cor, vt ſupra, hanc craſſo modo inciſam iniice in vas vitreum aptum, ſuperaffundendo acetum roſatum, vt duos digitos materiā ſupernatet: omnia in infuſione ſtēt in loco frigido per 24. horas: deinde effunde acetum per inclinationem, quo cepa fermentata, omne venenum deponet: dein adde lac vaccinum vel ouinum optimum, & recens mulctum: omnia ſinantur in Bal. M. bulliente, donec liquefacta ſint, colentur per linteum: dein ad ignem lentum cinerum fiat euaporatio & reductio in extractū ſiccum, cuius vſus erit, ſi velis, loco trochiſcorum in dicta theriaca, & in doſi debita. Hactenus illa quę theriacam attinent. Sequitur nunc caput 7. de electuariis & miſturis.

CAPVT VII.

De Electuariis & Miſturis.

DEductum potius & corruptum eſt hoc vocabulum à Græcorum nomine ἐκλεκτὸν vel ἔκμακτὸν, quo nomine ipſi medicamentum appellant, quod lingendo quaſi abſumi poteſt. ἐκλείχειν enim & ἐκμάσσειν eſt lingere & lingendo abſumere. Electuarii nomen iis præcipue medicamentis tribuendum cenſemus, quæ melle, vel ſyrupo ſachari ſimplici, vel alio conueniente excepta, ad conſiſtentiam ſyrupo craſſiorem & minus.

Digitized by Google

minus fluidam, liquidam tamen, adhuc rediguntur. Quando solidæ confectiones Electuarii nomine insigniuntur, ex eo factum est, quod confectiones illæ, quæ plerumque hodie cum sacharo in tabulas, vt gustui consulatur, concinnantur, olim cum melle, vel aliquo syrupo maiori proculdubio efficacia parabantur, & vere Electuaria erant, vt passim ex Mesue videre est. Ita confectionem diambræ, quæ hodie in rotulas redigitur, Mesues cum syrupo rosar. & aqua rosarum in Electuarium redigere iubet. Et confect. Diaxyloaloes cum melle emblicorum Electuarii forma parare decet. Et sic pleraſque alias confectiones aromaticas, quæ hodie in tabulis habentur, cum melle aut syrupis conuenientibus in Electuarii formam redigit. Atque ita retenta est appellatio, forma mutata. Sed rectius rotulæ, vel morsuli, aut alio nomine appellantur. Nonnullis parum apte opiatæ nominantur, non quod opium recipiant, sed quod medicamentis illis antiquorum, quæ opium recipiunt, quale theriaca, & opiatæ hinc appellari possunt, consistentia sint similia.

Electuariorum autem pro simplicium, è quibus componuntur, natura, varii vsus esse possunt. Alia enim ad alterandum & confortãdum, alia contra venena (hæc nos referemus inter Antidota) alia ad purgandum apta sunt, de quibus etiam singulariter acturi sumus: Nonnulli misturas vocant, de his etiam, verum in hoc capite seorsim Deo dante agemus: quod prospere cadat initium sumemus ab Elect. calefacientibus caput.

Electuaria caput calefacientia sunt: Diambra Mesue.

℞. *Cinnamomi*	*Cardamomi vtriusque an.* 3j.
Zedoariæ	*Zingiberis* 3j.ß.
Caryophyllorum	*Ligni aloes*
Macis	*Santali Citrini*
Nucis Moschatæ	*Piperis longi an.* 3ij.
Folij	*Ambræ* 3j.
Galangæ an. 3iij.	*Moschi* 3. ß.
Spicæ Indicæ 3j.	*Syrupi rosati*
Sachari albi q. s.	*Aquæ rosaceæ an. q. s.*

Dosis 3iij. ad 3iv.

Diacastoreum Nicolai.

℞. Castorei
Myrobal. Citrinorũ an. ʒiij.
Aloes ʒj. ß.
Pyrethri
Foliȝ
Glycyrrhizæ
Tragacanthæ
Calami aromatici
Nitri, Galbani,
Spicæ Indicæ,
Schœnanthi
Opoponacis
Cassiæ lignææ
Leucopiperis.
Macropiperis
Melanopiperis
Xylobalsami
Carpobalsami
Colocynthidis.
Sagapeni
Rheupontici
Styracis calamitæ
Styracis calamitæ rub.
Sanguinis draconis.
Cardamomi.
Thurisi
Agarici
Masticis.
Salis Ammoniaci
Zedoariæ.
Anisi an. ʒj. gr. ij.
Thymbræ
Hyssopi
Pulegȳ
Chamædryos.
Origani
Balsamitæ
Ocymi
Rad. Branchæ Vrsinæ
Dictamni Cretensis
Sem. Rutæ
Aristol. longæ ac rot.
Mabathematicon
Azari
Zingiberis
Cinnamomi an. ʒj. gr. ij.
Asæ fœtidæ
Myrrhæ
Euphorbȳ an. ʒj. gr. xvij.
Staphisagriæ
Dauci
Fœniculi
Petrosilini
Apȳ
Sileris montani
Baccarum lauri
Petreoli.
Sem. sinonis an. ʒj. gr. ij.
Mellis despumati triplum.
Saluiæ minoris
Rosarum
Bdellii an. gr. xvij.
Epithymi
Polypodȳ quercini
Opobalsami an. gr. xiv.
Alpiados.
Rad. Capparorum an. gr. xj.
Peucedani
Absinthȳ an. gr. vij.
Azacardȳ.
Sabinæ.

Digitized by Google

Sabina *Cort.mandrag.an.g.xj.*
Gentiane *Ireos gr.iij.*

Fiat electuarium in vase vitreo seruandum.

Pleres Archonticon Nicolai.

R. *Cinnamomi,* *Mentha aquatica,*
Caryophyllorum, *vel Sisimbrii*
Ligni aloes, *Cardamomi,*
Galanga, *Piperis longi,*
Spica Indica, *Albi,*
Nucis moschata, *Sem. Basilici,*
Zingiberis, *Baccarum myrti,*
Spodij, *Cort. citri an.ℨij.g.v.*
Schænanthi, *Margaritarum,*
Cyperi, *Beeni albi,*
Rosarum, *Rubri,*
Violarum an.ℨj.g.xv. *Coralli rubri,*
Folij, *Serici vsti an.ℨj.g.ij.ſ.*
Seu macis, *Moschi g. vij. ß.*
Glycyrrhizæ, *Caphuræ g. v.*
Mastices, *Syrupi Rosati,*
Styracis, *Saccharo albi an.ℨiiix.*
Maiorane,

Fiat electuarium. Seruatur in vase fictili vitrato per annos duos.

Opopyra Cosmi & Damiani.

R. *Herbæ paralyseos,* *Zedoariæ,*
Saluiæ, *Xylobalsami,*
Rasuræ eboris ana ℨj.g.xiij. *Rheupontici,*
Opij Thebaici ℨij. & iv.ℨij. *Pyrethri,*
Cinnamomi electi, *Coralli rub.*
Spicæ nardi, *Caryophyllorum,*
Galangæ, *Tragacanthi,*
Croci, *Myrrhæ,*
Costi, *Castorei,*
Zingiberis, *Opopanacis,*

Digitized by Google

Piperis longi,
Piperis nigri ana drach. ij.g.vj.
Balsami,
Moschi,
Ligni aloes,
Schenanthi,
Medulla cassiæ fist.
Styracis calamitæ,
Styracis rubeæ,
Mastices,
Galbani,
Serapini,
Assæ fœtidæ,
Meliloti,
Aristolochiæ longæ & rotundæ,
Dragontiæ, ana vnc. ß.
Asari,
Helleborinigri,
Meu,
Rad. Paoniæ,
Rad. Raphani domestici,
Rad. Acori,
Cort. Peucedani,
Cort. mandragoræ,
Betonicæ,
Gentianæ,
Chamædryos,
Pulegii,
Centaurii maior. & min.
Spicæ Celticæ,
Capillorum Veneris recent.
Absinthii recent.
Sponsæ solis,
Hyperici,
Tormentillæ,
Prasii viridis, millefolii,
Sem. Rutæ syl.
Calamenthi,
Faniculi,
Sem. Hyoscyami albi,
Cardamomi,
Carpobalsami,
Lenticis,
Farinæ orobi,
Sem. Petroselini,
Baccar. Lauri,
Sileris montani,
Lupinorum,
Marathri an. ʒ ß.g.xxix.
Mellis despumati lib. ij.ʒij.

In cuius parte soluatur cassia fist. & post pulueres cæterarum specierum, & vltimo imponatur balsamus in modico melle vel vino dissolutus, incorporentur, & reseruentur, vt decet.

Hygiia Græca.

R. *Sem. Hyoscyami drach.* ij.ℨij.
Opii drach ij.ℨj.
Costi drach j.g.xv.
Myrrhæ,
Opopanacis,
Scordii,
Origani ʒj.g.x.
Styracis calamitæ,
Galbani,
Agarici,

Gentia-

Digitized by Google

Gentianæ, Pigani,
Stœchados,
Præßii.
Cardamomi ana ſcrup.ij.ß.
Balſami,
Nardi,
Croci, an. ʒij.
Schenanthi,
Thymiamatis,
Ammoniaci,
Terebinthinæ,
Caßiæ lignea,
Mandragoræ,
Rad. Eryngij,
Roſarum,
Eupatorij,
Euphorbij,
Melanopiperis,
Irinſtici,
Dauci,
Faniculi,
Trifolij ſem. an. ʒij.
Mellis q.ſ. eſt.

Acorus conditus, vulgaris.

R. Conſervæ rad. aceri lib.j.ß.
Mellis deſpumati (vel eius loco, brodij Zingiberis conditi) lib.j.
Amygdalarum inciſarum lib.ß. Zingiberis albi an. vnc.ß.
Piperis nigri, nucis moſchatæ,

Miſce, & fiat conditum.

Electuaria calefacientia pectus.

Diaireos ſimplex Magiſtralis.

R. Irios vnc.ß. Spec. Diatragacanthi frig. an. ʒij.
Saccharicandi, Sacchari albiſſimi, quant. ſuff.
Fiat confectio.

Diaireos Salomonis.

R. Irios vnc.j. Zingiberis,
Pulegij, Piperis ana drach.iij.
Hyſſopi, Caricarum,
Glycyrrhizæ an. ʒvj. Paſſularum enucleatarum,
Tragacanthæ, Carnium dactylorum an. ʒiij.ß.
Amyli, Styracis calamitæ rubeæ ʒij.ʒj.ß
Amygdal. amarar. ana ʒiij. Pinearum an. ʒiij.
Cinnamomi, Mellis quant. ſuff.

Fiat electuarium. Conſervatur per annum.

Diaireos

Diaireos vſitata.

R. *Spec. Diatragacanthi frig.* ℥j.
Rad. Ireos ℥ij.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ an. ℥ ß.

Hæc compoſitio magis grata eſt, quam diaireos Salomonis, proinde frequentius in vſu eſſe ſolet.

Diapenidion Nicolai.

R. *Penidiarum* ℥ij. ℥ ß.
Pinearum,
Amygdal. mundatar.
Sem. Papaueris albi an. ʒiij. ℈j.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Succi Glycyrrhiza,
Tragacanthæ, an. ℥j. ß.
Gummi Arabici
Amyli
Sem. cucurbitæ
Sem. citrulli
Cucumeris
Melonum ana ℥j. ß.
Caphuræ gr. vij.
Syrupi violati q. ſ.

Fiat electuarium in vaſe fictili vitreato conſeruandum.

Diatragacanthum calidum.

R. *Gummi,*
Tragacanthæ,
Hyſſopi an. ℥iv.
Pinearum nucleor. mundator.
Amygdalar. ambar. purgat. an. ℥vj.
Sem. Lini,
Sem. Fænugraci,
Cinnamomi ana vnc. ſ.
Glycyrrhizæ raſæ,
Succi Glycyrrhiza,
Zingiberis ana drach. ij.
Sacchari quant. ſuff.

Fiat electuarium per annum conſeruandum.

Diahyſſopum.

R. *Hyſſopi,*
Ireos,
Thymi,
Melanopiperis ana drach. xxx.
Pulegii,
Thymbræ (eius loco ſume ſatureiam)
Rutæ,
Cumini ana drach. xx.
Carnium dactylorum,
Tragacanthæ, ana drach. x.
Glycyrrhizæ,
Caricarum pinguium,
Paſſular. enucleatar.
Fœniculi an. ℥ x.
Zingiberis,
Sem. Aniſi,

Carui,

Digitized by Google

Carui,
Sem. Liguſtici ana. ℥ij. ß.
Mellis vel ſacchari q. ſ.

Fiat electuarium, in vaſe fictili vitrato conſeruandum.

Diapraſſium.

℞. Praſſii ℥v. ß.
Tragacanthæ,
Pinearum mundatarum,
Amygdalarum dulcium,
Piſtatiorum,
Carnium dactylorum,
Caricarum pinguium,
Paſſularum enucleatar. ana ℥iij. ß.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Ligni Aloes,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Glyzyrrhizæ,
Rhapontici,
Anacardi,
Styracis calamitæ,
Galbani,
Terebinthinæ,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Rad. Ireos,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Cort. rad. Capparis,
Gentianæ,
Melanopiperis,
Aniſi,
Sem. Fœniculi,
Sem. Anethi,
Sem. Apij,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Sem. ſaxifragiæ ana ℥ij.
Hermodactylorum,
Origani
Peucedani
Cardamomi,
Leucopiperis,
Carui,
Schænanthi
Liguſtici,
Vinætoxici ana ℥j ß. g. j. ß.
Balſamitæ, vel
Menthæ aquaticæ,
Pulegij,
Dictamni,
Cretici,
Coſti,
Pyrethri,
Satureiæ,
Baſiliconis,
Paoniæ radicum,
Vel ſeminis macropiperis
Amomi,
Sinoni,
Piperis Longi
Orobi ana ℥j. gr. ij.
Xylobalſami
Caſſiæ lignea

Corallirubri
Raſuraeboris
Carpobalſami vel
Sem. Balſami
Dauci cretici an. ʒß.
Moſchi
Ambra
Oſſis de corde cerui an.g.xij.
Mellis deſpumati q.ſ.
F. Electuarium.

Diacalaminthon Galeni.

R. Calaminthae montanae,
Calaminthae campeſtris,
Seſelios (vel, ſiler montani)
Petroſelini macedonici ana ʒvj.
Zingiberis ziij.
Sem. Apij,
Comar. Thymi an. ziij.
Ligiſtici ʒvj.
Piperis nigri ʒxij.
Mellis quant. ſuff.
Fiat electuarium. Seruatur per annum.

Diacalaminthon aliud.

R. Calaminthae montanae,
Pulegii,
Sem Petroſelini,
Seſelios an. ʒj.
Sem. Apij,
Cacuminum Thymi an. ziß.
Libyſtici ſeminis ʒxix.
Piperis ʒxxiv.
Mellis quant. ſufficit.
Fiat electuarium.

Diacalamenthum Nicolai.

R. Calamenthi,
Pulegii,
Hyſſopi
Melanopiperis,
Seſeleos,
Petroſelini an. ʒiij. ℈j.
Leuſtici ʒj. ℈j.
Semin. Apii ℈j.
Ameos,
Thymi,
Anethi,
Cinnamomi,
Zingiberis an. ℈ij.
Confice.

Diathamaron.

R. Antophyllorum
Zingiberis an. ʒv. ß.
Cinnamomi,
Carnium dactylorum,
Caryophyl an. ʒiv. ℈j. g. xvj.
Galangae,
Corall. rubei
Spica celtica,
Tragacanthae,
Anacardii,
Oſſium dactylorum,
Margaritarum integrarum,
Blaita

Blattæ bizantiæ an. ℈ij.
Limaturæ auri puri,
Limat. argenti an. ℈ij.ß.
Spicæ Indicæ,
Zedoariæ,
Coſti albi & aromatici,
Pyrethri,
Rhabarbari
Carpobalſami ſeu cubebar.
Aniſi,
Baccarum Iuniperi,
Trium piperum an. ʒj. ℈ij. g. ıix.
Oſſis de corde c. ℈ij. ß.
Raſuræ eboris
Moſchi ana ℈j. g. vij.
Ambræ ℈j.
Mellis q. ſuff.
Fiat electuarium doſis ʒiij.

Diaſulphur, Meſuæ.

R. Piperis albi & longi an. ʒvj.
Sulphuris flaui,
Thuris,
Mei,
Hyoſcyami albi,
Myrrhæ,
Styracis, an. ʒj.
Cardamomi an. ʒj.
Rutæ,
Coſti an. ʒj.
Caſſiæ ʒv.
Opii,
Mandragoræ an. ʒiij.
Croci ʒij.ß.

Melle deſpumato excipe.

Electuarium ſulphuratum Fioravanti.

R. Sulphuris flaui triti lib. j.
Olei Tartari ʒij.
Cinnamomi ʒ ß.
Mellis albi & crudi ʒıv.
Croci ſcrup. j.
Zingiberis ʒij.
Moſchi in aqua roſ. diſſoluti ℈ß.

Miſce abſque igne, ac ſerua in loco ſicco. Doſis à ʒıv. ad ʒvij.

Quadrimeron Arnoldi Villanouani.

R. Enulæ campanæ ʒj. ʒiij. *Cymini* ʒiij.
Piperis ʒ ß. *Marathri, mellis deſpumati lib.* j. ʒj.

Incorporentur. Doſis à ʒj. ad ʒiij.

Acharistum Nicolai.

R. Coſti, Opii,
Galbani,
Phœnici Indici,
Hyſſopi,
Sem. Lini an. ʒj.
Spicæ, Myrrhæ,
Croci, olibani,
Coralli
Xylobalſami
Caſſiæ Fiſtulæ
Xylocaſſiæ
Calam. aromatici

Digitized by Google

Rhapontici
Styracis calamitæ
Opopanacis ana drach.ij.
Bdellii, Cicidon,
Ammoniaci,
Spicæ celticæ
Abrotani
Asari, acori,
Brathyos
Roris Syriaci
Scyllæ, pyrethri,
Diaphiridon
Amomi, anisi
Psyllii, dauci
Ocymi, Leuisticí
Marathri
Meconis
Melanopiperis ana drach.ij.
Macropiperis
Leucopiperis
Floris Syriaci ana drach.ij.
Zingiberis ℈j.
Elenii ℈j. ß.
Hellebori ℈j.
Mellis q.s.

Electuaria cor calefacientia.

Aromaticum rosatum Gabrielis.

℞. *Ros. rub. drach. xv.*
Glycirrhizæ rasæ drach. vij.
Ligni aloes
Santali citrini ana drach. iij.
Cinnam. electi drach. v.
Caryophyllorum
Macis ana drach. ij. ß.
Gummi Arabici
Tragacanthæ ana ʒij ℈ij.
Nucis moschatæ
Cardamomi minoris
Galangæ ana ʒj.
Spicæ Indicæ
Ambræ grisea ana ℈ij.
Moschi ℈j.
Syr. rosati
è Cort. citri
Sacchari albi ana drach. ix.

Trita prius omnia quæ sunt terenda, deinde misceantur cum syrupis & coquantur in electuarium iustæ consistentiæ.

Aromaticum Rosatum Mesuæ.

℞. *Ros. rub. drach. j. ß.*
Ligni aloes
Macis
Galangæ
Caryophyllorum
Zingiberis
Trochis. Diarrhod.
Nucis moschatæ
Gallæ moschatæ ana drach. ij. ß.
Glycirrhizæ rasæ unc. j.
Cinnamomi ʒiij.
Cardamomi
Spicæ nardi ana drach. j.
Syrupi rosati
Syrupi corticum
Citri ana q. suff.

Fiat

Digitized by Google

Fiat Electuarium *Dosis* ʒiij. *ad* ʒv.

Aromaticum Rosatum Mesuæ minus.

℞. *Ros. rubrarum* ʒx.
Ligni aloes
Santali Citrini an. ʒij.
Cinnamomi ʒ. ß.
Masticis ℈iv.
Ambræ ℈ ij.
Moschi ℈j.
Syrupi ros. q. s.

Aromaticum Moschatum Mesuæ.

℞. *Ligni aloes* ʒ vij.
Cinnamomi crassi ʒx.
Ambræ ʒij.
Moschi ℈ij.
Syrupi rosati q. s.

Aromaticum Nardinum Mesuæ.

℞. *Spicæ Nardi* ʒij.
Rosarum Rub. ʒ ß.
Cubebarum
Ligni aloes
Masticis
Caryophyllorum
Cinnamomi
Folij Indi
Anisi
Cort. mali Citri,
Trochis. Diarrhodon an. ℈iv.
Gallinæ febellinæ ℈iv.
Pinearum mundatarum
Amygdal. purgat. an. ʒv.
Gummi Arabici
Tragacanthi an. ʒij.
Moschi ℈ ß.
Syrupi ros. q. s.
F. Electuarium.

Aromaticum Caryophyllatum Mesuæ.

℞. *Caryophyll.* ʒvij.
Macis
Zedoariæ
Galangæ
Santali Citrini
Trochis. Diarrhodon,
Cinnamomi
Ligni aloes
Spicæ Indicæ
Piperis longi
Cardamomi maioris an. ʒj.
Rosarum ʒiv.
Glycyrrhizæ rasæ
Gallinæ Moschatæ veræ an ʒij.
Cinnam. ℈iv. ß.
Cubebarum ℈ij. gr. v.
Ambræ ʒj.
Moschi ℈. ß.
Tritis adde syr. è citro.
Sachari albi ana q. s.
Permistis F. Electuarium.

Dianthon.

℞. Florum Roriſmarini ℥j.
Violarum
Roſarum
Glycyrrhizæ an. ℥vj.
Caryophyllorum
Spicæ Indicæ
Nucis Moſchatæ
Galangæ
Cinnamomi
Zingiberis an. ℈iv.
Zedoariæ
Macis
Ligni aloes
Cardamomi
Sem. Aniſi
Anethi an. ℈iv.
Mellis q. ſufficit.
F. Electuarium.

Diaxyloaloes Meſuæ.

℞. Ligni aloes
Roſarum an. ℥j.
Caryophyllorum
Spicæ Indicæ
Macis
Nucis Moſchatæ
Gallæ Moſchatæ Meſ.
Cubebarum
Cardamomi vtriuſque
Maſticis
Cinnamomi
Cyperi rotundi
Stenanthi
Zedoariæ
Beden vtriuſque an. ℥. ß.
Macis
Serici crudi toſti
Margaritarum an. ℥iv.
Coralli rubei
Carabe
Fol. Citri
Cort. Citri mali
Ocymi Caryophyllati
Siſymbrii
Menthæ ſiccæ
Sampſuci
Piperis longi
Zingiberis an. ℈iv.
Moſchi boni ℈j.
Ambræ ℥j. ß.
Mellis Emblicorum
Mixæ aromaticæ ana
q. ſufficit.
Fiat Electuarium: Doſis ℥j. ad ℥iij.

Diamargaritarum Calidum Auicennæ.

℞. Margarit. non perforat.
R. *Hyssopi* *Sem.carthami vnc.ij.*
Calaminthæ an.m.i. *Polypodii quercini vnc.i.s.*
Passular.mundator.℥.i.s. *Trium florum cordi dicator.an.p.j.*
Anisi *Flor.Chamæmeli*
Faniculi *Melilotian.p.s.*
Cari ana drach.vi.

Includantur omnia in ventre galli decrepiti, præparati vt decet: in fine coctionis adde

Foliorum sennæ vnc.ij. *Agarici trochiscati drach.x.*

Fiat colatura ad lib.ij. ac reponatur. Accipiemus præscripti decocti vnc.iv. serapii violati vnc.j. Fiat haustus: si robustior fuerit æger, adde drach.ij. Diaphænici, aut benedictæ laxatiuæ.

Decoctum atram bilem vacuans.

℞. *Buglossæ* *Sem.anisi*
Scolopendrii ana m.s. *Faniculi ana drach.s.*
Sennæ Alexandrinæ vnc.j. *Zingiberis scrup.ß.s.*
Flor.violarum *Passularum vnc.s.*
Thymi *Prunor.Damasc.num.x.*
Epithymi ana p.i.

Decoquantur in aqua ad tertias. Ex iure hoc sumantur vnc.iv.

Decoctum hellebori nigri.

R. *Cort.rad.helleb.nigri præparati drach.ij.* *Cinnamomi*
Anisi, *Caryophyll.an.g.iij.*
Sem.faniculi ana drach.i.

Fiat decoctio s.a. cuius dosis vnc. iij. cum confectionis Hamech ℥s.

Aliud.

Myrobalanorum omnium an.vnc.s. Comminuantur crasse, & macerentur per diem & noctem in aquæ fumariæ lib.vii.

Poly-

Digitized by Google

Polypodii
Grithymi ſenæ ana vn.i.
Glycyrrhizæ
Sem. Citri
Hermodactylorum vnc.ſ.
Caryophyllorum an. drach.ij.
Cort. præparator. helleberi nigri ʒ.ſ.

Coquantur ad medietatis exhauſtionem cum tenui expreſſione. Accipe huius decocti partem ſeſquam.

Syrupi de fumaria compoſiti,
Syrupi roſati ſolutiui ana vnc.j.
De corticibus Citriorum ʒ.ſ.

Miſce, bibat: medetur hypochondriacis & laborantibus ex malo venereo.

Decoctum Cordiale.

℞. Prunorum num.xij.
Paſſularum vnc.i.
Sebeſten num.xvi.
Iuiubarum num.x.
Flor. Borraginis
Bugloſſæ
Violarum
Meliſſophylli
Capill. Vener. an.m.ſ.
Sem. baſilici
Glycyrrhizæ
Dauci ana drach.ij.

Coque, vt ſupra; decoctum vero cordiale refrigerans fit, additis ſeminibus communibus, iiſque ſeminibus quæ decoctum refrigerans ſupra deſcriptum ingrediuntur.

Decoctum Cordiale.

℞. Prunor. Damaſc. num.vi.
Palmular. Indicar.
Paſſarum ana vnc.ſ.
Glycyrrhizæ drach.i.ſ.
Flor. Borraginis,
Bugloſſæ
Violarum
Hordei an.p.j.
Sem. 4. com. frig. an. drach.ſ.

Aquæ fontanæ quant. alia medicamenta tres digitos ſuperare poſſit: in qua reliqua omnia coquuntur ad tertias: deinde ex iure colato datur triens, aut quincunx. Si ſæpius exhiberi debet, maior tum aquæ, tum medicamentorum modus adhibeatur.

Decoctum pectorale.

℞. Paſſularum vnc.j.
Sebeſten
Iuiubarum ana Num.xv.
Hordei purgati vnc.j.
Glycyrrhizæ vnc.ſ.

Dactylorum num.vi. *Adianthi m.ſ.*
Caricarum pinguium N.ix. *Hyſſopi drach.ij.decoque.*

Decoctio florum & fructuum.

R.*Caricarum Num.v.* *Florum roſarum*
Prun.Damaſc.Num.xv. *Violarum*
Iuiubarum *Borraginis*
Sebeſten an.Num.xx. *Bugloſſe an.drach.ſj.*
Tamarindorum vnc.j. *Lupulorum*
Capillorum Ven.m.ſ. *Endiuiæ an.m.ſ.*
Glyzyrrhizæ drach.ij.

Incidantur ac decoquantur pro vſu:

Decoctum ad macerandа medicamenta.

R.*Prunorum Num.xij.* *Folliculorum ſenæ*
Sebeſten Num.x. *Polypodii*
Paſſularum vnc.j. *Epithymi*
Hordei decorticati vnc.ſ. *Carthami*
Glycyrrhizæ raſæ *Aniſi*
Violarum *Dauci an.drach.ſj.*
Cinnam.an.drach.ij.

Coque in lib.ij.aquæ communis ad medietatem.

Decoctum carminatiuum.

R.*Aniſi, Dauci* *Glycyrrhizæ vnc.ſ.*
Faniculi *Flor.Chamomillæ m.ſ.*
Cumini Carui an.ʒ.iij. *Paſſarum vnc.j.ſ.*

Coque in lib.ij.aquæ ad medietatem.

Decoctum ligni guaiaci cum corticibus.

R.Ligni guaiaci vnc.x.cort.ligni guaiaci vnc. iv. Aquæ fontanæ lib. xij.Infundantur, vt ſupra: & decoquantur vſque ad conſumptionem librar.ix.deinde addantur vini optimi lib.iij. & iterum feruere modice ſinito,poſtea refrigeratum colato,& in vaſe vitreo pro ſyrupo ſeruato.

Decoctum guaiaci Fiorananti.

R.*Cortic.ligni guaiaci triti lib,j.*
Aquæ Fontanæ lib.xiv.

Macerentur horis 24. deinde coquantur vſque ad lib, iv. conſumptionem:poſtea adde

Poly-

Polypodii quercini vnc.ij. Cichorii m.i.
Aloes hepaticæ vnc.ſ.

His iterum per horam decoctis,adde

Fol.ſenæ,epithymi ana vnc.i.
Colocynthidis drach.vi. Sacchari vnc.viij.

Denuo coquantur,dum pars dimidia fuerit conſumpta, & lib.viij. remanſerint: coletur & ſeruetur in vaſe vitreo obturato,ad vſum. Dofis cyathus vnus mane & ſero, & ſudet:ſicque continuet per dies 10.& liberabitur.Pro potu autem vtatur ſequenti decocto.

R. *Ligni Guaiaci incifi lib.i. Vini albi lib.x.*

Macerentur per noctem: deinde cum per horam 1.bullierint, adde aquæ lib.xv,Denuo coquantur non diu,& erit factum.

Decoctum aliud ligni guaiaci.

R. *Remanentiam prioris decoctionis, aquæ purißimæ lib.xv.*

Iterum coques ad tertias: ſub decoctionis finem addes

Glycyrrhizæ raſæ,& contuſæ vnc.ſ.
Paſſularum mundatarum vnc.ij.

Abſoluta decoctione,addes

Cinnamomi drach.v.ad ſaporis iucunditatem.

Eoque decocto vtetur in paſtu. Nonnulli ſub finem primæ decoctionis addunt

Fumariæ,Lupulorum,Borraginis,Bugloſſæ an.m.ſ.

Alii vero addunt: Cyclaminis,Carduibenedicti, Olibani ana vnc. j. Alii rad. Enulæ in pul.redactæ,mumiæ ſing. vnc. ſ.carabæ drach.ij.ſ. pulueris hermodactylorum drach.ij.ſenæ orientalis vnc.ſ. Alii mediã partem vini albi: alii tres partes vini, & vnã aquæ iniiciunt: quod profuturum putauerim corporibus pituitoſis, ac robuſtis, atque cum nerui ac tendines non afficiuntur. Cum vero corpora ſint imbecilla, ſatius duxerim,magiſque profuturum, ſi decoctio in ſola aqua fiat: imo cum corpus imbecillum biliioſum, aut ad tabem propenſum, ſæpe guaiaci vſu ipſum contabeſcit: inflammantur vrinæ, doloresaugentur. Itaque cum corpus eſt biliioſum, loco aquæ communis, vtimur aquis cichorii,bugloſſæ,violarum,fumariæ in decoctione,&c.

Decoctum zarſaparillæ compoſitum.

R. *Zarzaparillæ vnc.iij.* *Cap.Ven.*

Digitized by Google

Cort.ligni vnc.i.
Rod.chinæ drach.ij.
Hermodactyl.vnc.i.
Polypodii
Rapontici
Turbith
Rad.liliorum alborum
Apii
Aſparagi
Faniculi
Petroſelini
Glycyrrhizæ an.drach.ij.
Fol.ſenæ vnc.ſ.

Decoquantur omnia ſ.a.in lib. xx. aquæ ad lib.v. & hoc pro ſyrupo. Capiat bis in die mane & veſperi vnc. vi. calide. In reſiduo infunde lib. xx.aquæ, & decoquantur ad lib. xii. & iſtam aquam bibat loco vini,& de octo in octo dies purget humorem peccantem: & debet ſumi per dies xv.ad minus.

Decoctum guaiaci cum zarza parilla.

R.*Zarzæ parillæ*
Cort.ligni guaiaci an vnc.ij.
Polypodii quercini vnc.ſ.
Cinnamomi electi ʒj.
Aquæ lib.xij.

Coquantur vſque ad duarum menſ.conſumptionem,coletur& ſeruetur pro potu ordinario. In fine adde cinnamomi electi vnc. ſ.vel vnc.i.

Potio pro phthiſicis,noſtra.

R.*Cort.ligni guaiaci vnc.i.*
Tuſſilaginis
Virgæ aureæ
Plantaginis an.m.j.
Conſolidæ maioris vnc.j.
Paſſularum
Iuiubarum
Sebeſten
Glycyrrhizæ ana vnc.ſ.
Cinnamomi electi vnc.ſ.
Aquæ ferratæ menſ.iv.

Coquantur ad cõſumptionem quartæ partis, cui adde olei ſulphuris,quantum ad acorem inducendum ſufficit. Vſus in prandio & cœna loco vini.

Decoctio vulneraria.

R.*Virgæ aureæ*
Sanículæ
Polygonati
Plantaginis
Saluiæ minoris
Pulegii
Ariſtolochiæ rotundæ
Centaurii minoris ana m.j.

Coquan-

Coquantur in vino & aqua menſ. j. ſ. vſque ad conſumptionem duorum digitorum, coletur, & vtatur mane ſtomacho ieiuno, hauſtu vno.

Potio vulneraria, qua vulnera mirum in modum curantur.

℞. *Ceruiſiæ menſ. ij.* — *Arthemiſiæ rub.*
Clematis m. j. — *Peruincæ ana parum.*

Decoque ad medietatem in vaſe fictili cooperto. Deinde excola in ollam lapideam, ſiue lagenam, ſic vt orificium eius probe obſtrui poſſit, ne aer ingrediatur poſtea vſui ſerua.

Potio alia vulneraria.

℞. *Limonii ſylueſtris* — *Betonicæ ana vnc. j.*
Sanicule — *Vini opt. menſ. ij.*
Pedis leonis ana drach. ſ.

Coquantur in olla vitreata, bene obturata, per ſpatium duarum horarum. Ex hac potione homini ſauciato ſingulis diebus mane & veſperi ad quantitatem vnius cochlearis exhibe bibendum: & loco affecto braſſicæ folia, vel aliquod emplaſtrum vulnerarium impone.

Potio vulneraria cephalica.

℞. *Flor. Lilii conuall.* — *Chelidoniæ*
Betonicæ an. p. j. — *Vincæ peruincæ*
Galangæ — *Veronicæ*
Macis drach. iij. — *Centaurii an. m. ſ.*
Perſicariæ

Macerentur vt ſupra, & ad vſum ſeruentur.

Potio alexipharmaca, contra vulnera ſcolopetica venenata.

℞. *Mithridatii* — *Syrupi de limonibus vnc. j.*
Theriacæ opt. an. drach. ſ. — *Aquarum bugloſſæ*
Margar. præpar. — *Scabioſæ*
Coralli rub. prep. an. ℈j. — *Anæ q. ſ.*
Boli armeni drach. ſ.

Fiat potio. Reiteretur bis, vel ter, ſi opus videatur.

Alia pro ditioribus.

℞. *Auri vitæ,* — *Terræ ſigillatæ electæ ℈j.*
Eſſent. margar. an. gr. vi. — *Aquatheriac. noſtræ vnc. ij.*

Eſſen-

Digitized by Google

Essentiæ corallorum g.viij.

Fiat potus, statim sumendus. Cor mirifice ab omni veneno & contagione tuetur.

Potio vulneraria in fracto osse, ab ictu sclopetario.

R. *Aristolochiæ,*
Cyclamini
Serpentariæ,
Consolidæ vtriusq;
Geranii ana m.s.
Sabinæ m.ſ.
Macis
Zedoariæ
Oculor. cancri ana vnc.ſ.
Mumiæ
Galangæ min. an. drach. s.ſ.

Conquassatæ, ac minutatim concisæ herbæ, & reliqua in puluerem crassiusculum redacta coquantur in duplici vase horis quatuor cum mens.i. vini. Vtatur mane & vesperi.

Hactenus decocta. Sequitur nunc caput 9. de vinis medicatis.

CAPVT IX.

DE VINIS.

VINA medicata in multos vsus parari possunt: Omnia tamen erunt vel corroborantia, vel alterantia solum, vel purgantia. Sunt quidem gratiora talia medicamenta, & præsertim iis, qui alias potiones abhorrent, sapor enim purgantium, aliorumue hac ratione occultari videtur. Diuidemus autem vina sicut & aquas in simplicia & composita, nempe quod ex variis rebus componantur, cum simplicia ex vna tantum constent, vnde & ipsorum orta differentia.

Conficiũtur a. vina duobus modis: primo cum musto tempore vindemiarum: vbi aliquot doliola parua 12. 15. aut plurium mensurarum comparanda erunt. Exempli loco describemus absynthiacũ, ad cuius normam cætera omnia facile concinnabuntur.

Vinum absynthiacũ.

Accipe absynthii Romani exsiccati q. v. hoc iniice in vas aliquot idoneum, superaffunde mustum recens, & sine bullire per aliquot dies, nouum perpetuo mustum alternis diebus reaffundendo, quo vas semper repletum maneat, vinumq; à fæcibus suis exquisitius repurgetur, peracta ebullitione, reple totum dolium eodemmet musto & optime claude. Macerentur & digerantur omnia per 24. dies aut mensem, nec priusquam

Digitized by Google

priuſquam hoc temporis ſpatio perfecte digeſtum & clarificatum fuerit, hoc bibendum exhibe, ſeruatur ad annum vnum aut amplius.

Deinde parantur etiam vina quouis tempore. Exempli gratia: Recipe idem abſynthium minutim inciſum, immitte in vas vitreum, ita vt tertia pars vaſis vel paulo plus eo impleatur, affunde vinum albũ optimum vaſe probe obturato, quod deinde in repoſitorio vel loco quodã tepido ponatur ad macerandum per 10. aut 12. dies: Interea temporis vinum attrahet abſynthii virtutem atque ſaporem, & ita in phiola ſiue vitro relinquatur, & loco eius, quod in vſum quotidianum detrahitur, reaffunde vinum nouum generoſum: ſi hoc vinum ſpecificum vis reddere ad expellendos vermes, adde flores hyperici vel centaurii minoris, & in reliquis procedatur vti diximus.

Sic fient varia vina ſimplicia vt vinum Acori, Angelicæ, Anthoſatum, ſaluiatum, ad frigidos cerebri affectus.

Vinũ Euphragiæ & fæniculi oculorũ aciei & corroborationi cõfert.

Vinum Enulatum ac Tuſſilaginis, aſthmati & pulmonum vitiis medetur, valetq; ad detergendos pulmones, & iuuãdam expectorationẽ.

Vinum hypericonis & centauriminoris liberat iecur ab obſtructionibus, ſimulac roborat.

Vinum buglоſſatum cordi, omnibuſque melancholicis affectibus commodatum eſt, fitque vel cum floribus vel radicibus eiuſdem.

Vinum aniſi ad colicum dolorem ex flatu prouectum, ſiue is in ſtomacho, ſiue in vniuerſo ventre exiſtat, laudatur.

Vinum epithymi & tamariſci confert lieni.

Vinum paſſulatum in ſenibus maxima eſt virium reſtauratio.

Vina alkekengi & eryngiorum nephriticos & calculoſos leuant.

Vinum vero iuniperinum, cor, cerebrum, ac partes nobiles roborat.

Vinum ſcilliticum præparat humores, & incidit attenuatq; craſſas, pituitoſas ac melancholicas materias, nullum etiam excellentius eſt remedium ad reſoluendos humores mucilaginoſos ac tartareos.

Vinum ſenæ melancholicos ac varios humores purgat.

Vina hermodactylorum & turbith, ſeroſos ac pituitoſos humores ex ipſis iuncturis euacuant: Vnde ad arthritidem vſurpantur.

Vina ſeminis ebuli & ſambuci aquas potenter ducunt, & ad hydropis curationem adhibentur, veluti & vinum hederæ.

Hactenus vina præcipua ſimplicia, eorumq; virtutes & proprietates

ordine enumerauimus: Ad eorum v. præparationem quod attinet, alia hic instructione opus non est, quandoquidem illa per se facilis est, & ex duob. exemplis supra propositis nullo negotio addisci possit. At v. vina seminum ebuli & sambuci, quod hæc semina vinosa, & eo solum tempore, quo vuæ, matura sint, paulo aliter, quam dictum est, præparari debent. Quare prædictorum seminum vtrumlibet exprimendum est, & succus extrahendus, qui cum dupla musti optimi vini albi quantitate admisceatur, & in dolium magnitudinis conuenientis ad solitam digestionem & fermentationem infundatur. Notandum vero, hic melius esse, si id obturato dolio peragatur, hoc est, si dolium penitus non repleatur, & obturetur bene, ne quid exhalet. Quo facto & fermentatione per mensem integrum absoluta, dolium aperiendum, vinoq; ad summum vsque adimplendum est. Hæc vina purgant serosos humores & conducunt hydropicis.

Vinum præterea scylliticum paulo etiam diuersa ratione, quam prędicta vina, parari debet. Scylla enim cultro ligneo aut eburneo, vel quouis alio, qui tamen ferreus non sit, mundari, & in talleolas secari, solique per vigintiquinque aut triginta dies ad exsiccandum exponi debet. De qua sic præparata accipe lib. j. & in vas vitreum aptum iniice, superaffundendo vini albi optimi lib. viij. omnia vase bene clauso digerantur in Baln. Mar. calido per quinque aut sex dies: dein transcolentur per manicam Hippocratis, adiectisque mellis optime depurati lib. iij. parum bulliant & purificentur: & sic vinum habebis scylliticum, quod ad vsum reseruabis in vase accuratissime occluso. Remedium est præstantissimum ad omnes humores præparandos, vt iam dictum.

Verum vt vina purgantia ingratum suum saporem amittant, gustui grata fiant, post prædictam illam macerationem, per manicam Hippocratis sæpius transcolanda, & saccharo, paucoque cinnamomo & coriandro aromatizanda sunt, ad quam eandem methodum parabuntur etiam alia vina tam roborantia, quam purgantia, quæ grata & vtilia erunt, nec adeo magno constabunt precio, sed promiscue omnibus, tam infimæ, quam summæ conditionis hominibus commodissime exhibebuntur.

Restat iam, vt de vinorum etiam compositorum præparatione, duobus à vinis purgantibus exordio, verba faciamus.

Vinum

Digitized by Google

Vinum purgans ſenæ vindemiarum tempore parandum.

℞. *Foliculorum ſenæ lib.iv.*
Caryophyll.vnc.ij.
Cinnamomi
Macis ana vnc.iij.
Sem.feniculi vnc.ij.ſ.
Prun.Damaſc.lib.iv.
Liquiritiæ inciſæ lib.ſ.
Polypodii
Sem.Carthami contuſi ana lib.ij.

Omnibus probe inuicem mixtis indantur vaſe (cuius magnitudo erit 20.menſurarum Pariſienſium) & affuſo muſto generoſo bulliant, ſuperaffundendo ſemper vinum nouum. Poſt perfectam coctionem vaſe optime clauſo omnia macerentur & fermententur ad viginti aut vigintiquinque dies : Et ſic habebis vinum purgans, quod integris validiſque viribus per integrum annum præſtabit : huius doſis eſt vitrum paruum in aurora, vel vnc.iij. aut vnc.iv. mane ac veſperi, ſecundum morbi genus.

Si facultatem eius purgatricem reddere cupis generaliorem, adeo vt inſtar Catholici omnes humores ſimul trahat & expurget, addere oportet rad.exſiccatarum oxylapathi, ſiue rhabarbari Monachorum, Hermodactylorum, Mechoacæ, Turbith q. lubet. Et ſic medicamen habebis ſummum aduerſus podagram, Luem Veneream, & ſimiles affectus, addendo ſalſæ parillæ & Raſuræ ligni guaiacini ad libitum. Ex cuius vſu continuato ad pluſculos dies, ſingulares & eximios percipies effectus.

Vinum Catholicum purg. ns facilis præparationis

I. ℞.

℞. *Rad. Acori vnc.ſ.*
Polyp.quercini
Sem.Carthami ana ℥i.
Faniculi
Aniſi ana ℥iij.
Cort.myrobal.citrin.
Chebulorum ana ℥ij.
Cynnamomi
Caryophyll.ana ℈iv.
Macis ℈iv.
Conſ.flor.geniſtæ
Violarum
Malvæ ana ℥.ſ.
Hermodact.alborum ℥vj.
Turbith ℥.ſ.
Folic.ſenæ vnc.ij.
Vini albi generoſi lib.iij.

Omnibus probe inuicē mixtis in vaſe vitreo optime lutato & clauſo macerentur ad calorem lentum Baln. Mar. per 4. aut 5. dies, amplius ue-

pliusue. Colentur aliquot vicibus per Manicam, addendo sachari vnc. vi. Dosis vnc. ij.

Vinum purgans aliud.

℞. *Sena vnc. ſ.* *Caryophyllorum num. vi.*
Cinnamomi contusi drach. ſ. *Vini albi q. ſ.*

Claudatur vas addendo si placet sachari: macerentur in loco frigido per 3. dies, quod vinum sufficienter tinctum sit.

Vinum purgans ex floribus prunorum.

℞. *Florum prunorum q. v.* *Dactylorum absq; nuclei lib. i.*
Vuarum Corinth. lib. v. *Faniculi vnc. ij.*
Prunorum dulcium lib. ij. *Cinnamomi vnc. ß.*
Iniubarum lib. ß.

Affundatur vinum optimum recens, tempore veri, quoad vsque doliū in quo confectus ad summum sit repletum, macerentur omnia ad dies 20. siue mensem vnum.

Ad eundem modum parari potest, tempore veris vinum purgans contra vermes siue lumbricos ex Persicæ arboris floribus: Item ex floribus hyperici, summitatibus centaurii, minoris ac fumiterræ fit vinum ad mundificationem sanguinis, purgandam flauam & atram bilem, si addere placet senam; fortius erit, amaritudo & quæ insit corrigitur vuis Corinthiacis & liquiritia.

Sic eodem modo purgans vinum præparetur ex rosis pallidis & albis tam hortensibus quam syluestribus, quod purgat serosos humores, addita radice vincetoxici confert hydropi, & purgat per vrinas: Ex ebuli semine cum hedera idem fit vinum, &c.

Vinum helleboratum.

℞. Rādices hellebori nigri bene mundatas, & ab omni terrestri impuritate purgatas, quas minutim concisas in B. M. cum sufficienti vini vel aceti quantitate; & semine anisi per viginti quatuor horas macerabis: hinc post quatuor aut quinque dies vnum prædictum separabis: Eo enim modo omne venenum ex prædicta radice extrahetur, quæ dein exsiccari debet.

℞. *Rad. hellebori, ea qua dictum est ratione prepar. vnc. ß. ſ.* *Feniculi dulcis*
Folicul. ſenæ vnc. iß. *Anisi ana drach. vi.*
Cort. citri ana vnc. ſ.

Mace-

Mácerentur omnia in duabus vini albi optimi, & iam purificati mẽ-ſiſtris per quatuor aut quinque dies in Bal. Mari calido, coleturque vinum abſque expreſſione vlla, dein bis terue per manicam Hippocratis tranſmittatur, dulcoretur & aromatizetur cum ſachari ſufficienti quantitate, & pauculo cinnamomo. Sequuntur nunc vina corroborantia.

Vinum Hippocraticum.

℞. *Cinnam. vnc. ij. vel vnc. iij.*
Caryophyllorum ℥ſ.
Piperis longi
Cardamomi
Granorum paradyſi
Galangæ ana drach. ij.
Nucis moſch. drach. i ſ.

Omnibus craſſe contuſis in inuicem mixtis macerentur in ſpiritu vini, in vitro optime clauſo, poſitoque in B.M. per 3. aut 4. dies, aut donec ſpiritus vini colores & virtutes aromatum omnes extraxerit. Frigefactum vas aperi, & ſepara tincturam per inclinationem, quam in phiola ſeorſim ſerua ad vſum. Fæcibus ſeparatis reliquam aromatum partem fortiter exprime per linteum, quam in phialis aliis reſeruabis ad vſum. Sed prior tinctura poſt macerationem filtretur & coletur per manicam; idque ob extractionem faciliorem virtutum rerum aromaticarum. Eiuſmodi extracta diutiſſime ad vſum ſeruari poſſunt. Quoties igitur libuerit, cũ vini optimi menſura vna infundes drachmam vnam atque alteram extracti, & ſachari q. voles: & habebis ſic vinum aromaticum.

Claretum Excellens I. Q.

℞. *Cinnamomi vnc. ij.*
Macis vnc. ſ.
Dactylor. ſine nucleis minutim inciſorum n. xx.
Myrobal. n. iv.
Sem. aniſi
Fœniculi an. vnc. i.
Vuarum Damaſ. vnc. vi.
Coriandri prep. v. ſ.

Aromatibus & ſeminibus craſſo modo contuſis, omnia indantur vitro, affundendo aquæ vitæ rectificatæ, vini Canariæ, vel vini albi generoſi, ſingulorum menſuram j. Pariſienſem, quæ facit tres libras aut circiter: Occluſo vaſe macerentur in loco frigido per quatuor aut quinque dies, citra ſeparationem liquoris à fæcibus ſuis: aut ſi placet, poſt macerationem transcola per manicam inſtar vini Hippocratici,

Digitized by Google

ſerua in phialis clauſis ad vſum. Doſis eſt vnum atq; alterum cochlea-re, tempore matutino: Poteſt hoc claretum dulcificari ſacharo.

Claretum eiuſdem aliud.

℞. Vini maluatici aut vini albi optimi menſ. j. ſ. vel iv. aut v.

Indatur in vitrum aut Pellecanum, addendo

Caryophyllorum
Nucis moſch.
Macis ana vnc. ſ. ſ.
Zingiberis
Cardamomi ana vnc. ſ.
Coriandri, aniſi ana drach. ij.
Sachari albiſſimi lib. j.
Feniculi ana drach. ij.
Diptamni
Flor. roſmarini
Bugloſſæ ana p. ij. vel illorum conſerua-rum an. vnc. j. ſ.
Tabell. aron. roſ. vnc. j. ſ.

Omnibus craſſo modo contuſis & inuicem mixtis, infundantur cũ vino & ad macerandum ponantur in B. M. tepido, vaſe bene clauſo per 2. aut 3. dies. Poſtea colentur per manicam aliquot vicibus, vt ſpecierũ virtus melius extrahatur. Huius vini, quod diutiſſime ſeruatur in lage-nis clauſis, mane exhibe 1. aut 2. cochlearia.

Vinum Antepilepticum I. Q.

℞. Raſuræ cranii humani recent. vnc. ij.
Viſci querni minutim inciſi vnc. j. ſ.
Flor. paoniæ
Liliconuallium
Tiliæ an p. iij. vel iv.
Sem. paoniæ
Cardiib. contuſi an. drach. vj.
Cinnamomi ℥ ſ.
Nucis moſch.

Indantur in vas vitreum colli oblõgi: affundatur vinum optimum: occluſo vaſe, macerentur omnia in B. M. tepidiſſimo per 4. aut 5. dies, colentur bis vel ter, & ſi velis dulcificare colaturam, adde paululum ſachari. Hoc vinum curat epilepſiam. Eius doſis ſunt aliquot cochlea-ria tempore matutino, idque in quouis lunæ ſeptenario.

Vinum Antapoplecticum.

℞. Florum Lauendulæ
Saluiæ p. iv.
Anthoſp. iv.
Baccarum iuniperi vnc. ij.

Affundatur vinum opt. & in cęteris procedatur vt ſupra.

Vinum zedoariæ compoſitum.

Digitized by Google

℞ Zedoariæ vnc. ij. Zingiberis
Macis Piperis longi ana vnc. i.
Caryophyllorum Nucis moſch. vnc. ſ.
Cinnamomi an. drach. j. ſ.

Omnia craſſiuſcule conquaſſata, vno pluribuſue nodulis lineis includantur & ſuſpendantur, per dolioli foramen, in dolio muſtipleno 40. dier. aut ad minus menſis vnius ſpatio ad macerationem, quibus poſtea ſublatis, vinum ad cerebri ventriculiq; corroborationem tempore neceſſitatis exhiberi poteſt.

Egregium fit vinum Antiparalyticum ex floribus. Calendulæ & lauendulæ, per extractionem tincturæ, &c.

Vinum Ophthalmicum.

℞. Enulæ campanæ in talcolas ſectæ & exſiccatæ ℥ij.
Fol. Euphragiæ ℥ij. Sem. feniculi, Sileris montani an. ℥ſ.

Contundantur craſſiuſcule & omnia in vnũ, vel in plures nodulos concluſa, ſuſpendantur in dolio, vt dictum eſt, aut in phiala vitrea, & macerentur per menſem. De quo vna atque altera vncia ad acuendum viſum exhibeatur, idque ſingulis matutinis.

Vinum Chalybeatum 1. ℞.

℞. Limaturæ chalybis ℥iv. Cinnamomi
Rad. Eryngiorum Zingiberis ana drach. iij.
Enulæ campanæ ana vnc. j. ſ. Ceterach
Santali citrini vnc. j. Flor. geniſtæ
Coralli rubri Anthos
Raſuræ eboris ana drach. vi. Epithymi an. p. ij.
Caryophyllorum Vini albi generoſi lib. vi.
Macis

Macerentur per octiduum ad minimum ad ignem B. M. calidũm, dein tranſcolentur per manicam Hippocratis ter quaterue, vt vinum optime clarificetur, quod dulcorari ſacharo poterit, vt fiat vinum guſtui gratum: Doſis vnum aut alterum cochleare in principio, deinceps ſi opus, augeatur.

Vinum aliud Chalybeatum 1. ℞.

℞. Laminas chalybis puriſſimi vi ignis ſcintillantis atque liquefactioni proximi, mergantur in magdaleones ſulphuris, vt liqueſcat chalybs inſtar ceræ Hiſpanicæ, recipiatur in vaſe ſemipleno vini albi gene-

Digitized by Google

generosi vel aceti sambucini, dein in tigillo ad ignem ardentem sinatur per vnam atque alteram horam, vt optime exsiccetur, leuigeturq; tandem vt Alkohol in porphyrite, huius sic præparati chalybis cape vnc. iij.

Rad. Eryngiorum
Rubia tinctor. an. drach. vi.
Cort. med. fraxini
Rad. filicis ana vnc. ſ.
Sem. feniculi
Baccar. iuniperi recent.
Gran. Alkermes ana drach. iij.
Fol. siccor. chamædr.
Ceterach
Flor. genistæ ana p. i.
Caryophyllorum
Macis ana drach. ij.
Cinnam. interio. drach. ij. ſ.
Vini albi generosi lib. x.

Indantur omnia in vas vitreum, & exponantur ad radios solares æstatis tempore, vel ad ignem lentum per 20. dies, materiam bis terue baculo agitando, dein transcolentur per manicam Hippocratis. Ad cachexiam & hydropem ineuntem singulare illud est præsidium: Dosis primis diebus ab ʒi. ad ʒij. deinde in dies augenda censeatur.

Vinum Antinephriticum.

Vt vinum Antinephriticum conficias, dolium iustæ magnitudinis vino generosissimo, repleatur: quod quidem vinum prius decoctum, & ab aquea sua humiditate depuratum sit. Super huius vini Heminis octo dolio inclusis, vt supra, addes

Fructuum Alkekengi lib. ſ.
Rad. restæ bouis
Eryngiorum in taleolas dissect. & exsic. an. vnc. iij.
Sem. Bardanæ
Milii solis
Saxifragiæ
Bismalvæ ana vnc. ij.
Fol. Herniariæ
Flor. genistæ ana p. iv.

Macerentur omnia per mensem integrum, deinde ad vsum reseruetur vinum. Si post prædictam macerationem illud transcolaueris, melliſque optime depurati tertiam partem addideris, & vt supra, in vino scyllitico ebullire siueris: Vinum efficies, quod diu conseruari poterit, neque ingratum gustui erit. Cuius vnc. ij. aut vnc. iij. (præmissa tamen primæ corporis regionis purgatione cum bolo aliquo ex cassia aut simili) ad calculi expulsionem, & prohibendam eius generationem exhibentur: Hactenus Chymiæ reformatæ verba, nunc & sapientum Galenicorum auctoritates.

Vina,

Digitized by Google

Vina, caput calefacientia ſunt: Vinum è Betonica, Euphragiæ, Roſmarini, ſtæchados, ſaluiæ, fæniculi, &c. In præparatione non confundimus, ſed noſtra coniungimus.

Vinum ad memoriam & obliuionem Arnoldi.

R. *Zingiberis, Piperis longi, Galangæ ana* ʒj.
Caryophyllorum, Cubebarum an. ʒß.
Nucis Indicæ ʒiij. ß.

F. puluis, qui ligetur lente in ſacculo, & ponatur in vini boni bullientis lib. IV. & cooperiatur ne reſpiret, & permittatur clarificari: Et cum opus eſt, aſſiduetur: ne ſacculus de vino remoueatur.

Vina cor calefacientia ſunt: Vinum Borraginatum, Bugloſſatum, ſacharatum, Hippocraticum & Nectar.

Vinum Hippocraticum Alex. Benedicti.

R. Vini auſteri odorati ſextarium, ſacchari albi lib. ß. Cinnamomi, Zingiberis an. ʒß. Galangæ ʒj. miſce, & cola ſecundum artem.

Infuſum pro vino Hippocratico.

R. Cinnamomi ʒj ß. Zingiberis albi ʒiij Caryophyl. Nucis moſchatæ an. ʒß. Granorum paradiſi ℈ij. Piperis ℈j. pulueriſentur craſſiuſcule ac macerentur in ſemilibra aquæ vitæ, & probe obturato vaſe luto ex farina & aqua, fiat infuſio dies ſex: ac in cella vinaria interim ponatur, & quotidie bis concutiatur, vt ſe motu res variæ mixtæ feriant: Guttulæ aliquot huius liquoris remixtæ cyatho vini, Hippocraticum vinum illiço præbent.

Nectar.

R. *Cinnamomi* ʒj. ß.
Zingiberis ʒiij.
Cardamomi ʒij.
Folii,
Galangæ an. ʒj.
Spicæ nardi,
Carui an. ʒß.
Piperis longi ʒiv.
Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Granorum paradiſi an. ʒij.
Mellis deſpumati vel ſachari lib. j.
Vini boni lotum Burgenſ.

Et ſi potes, loco mellis, pone ſachari libram.

Vina Thoracem calefacientia sunt.

Thoracem calefaciunt vinum Hyssopites, vinum è Marrubio, Enulatum, passulatum, Anisi & Fœniculi, item & Hippocraticum, quale est.

R. *Cinnam. optimi* ʒj, *Caryphyllorum* ʒj.ß;
Anisi, Fœniculi an. ʒj. *Glycyrrhizæ* ʒiij.
Macis, Ireos an. ʒß. *Cardamomi* ʒß.
Sachari albissimi ʒiij.

Singula diligenter trita infundantur cum sequentibus:

R. *Vini Maluatici* ʒix. *Aquæ Borraginis lib.*j.
Aquæ Rosaceæ ʒj.ß. *Aquæ mellis* ʒiij.

Fiat vinum Hippocraticum clarum, ponendo omnia per horas aliquot iuxta fornacem, tandem per saccum filtri sæpius colato.

Vina excalefacientia ventriculum.

Ventriculum excalefaciunt vinum Absinthites, vinum ceraforum nigrorum acetosorum, vinum raspatium, vinum Anisatum, &c.

Vinum Hippocraticum Alexandri Benedicti.

R. *Cinnamomi electi* ʒß. *Caryophyllorum*
Zingiberis albi ʒij. *Nucis Moschatæ*
Sachari lib.ſ. *Piperis longi an. obolos* iv.

Bene tusa cum sacharo, in meri albi congio commisceto, deinde percolato: optimum dissolutis stomacho remedium est.

Vinum Hippocraticum Ioannis Langij.

R. *Cinnamomi electi* ʒj.ʒv. *Granorum Paradisi*
Zingiberis ʒvj. *Cardamomi*
Caryophyllorum *Coriandri an.* ʒj.
Galangæ ana ʒj. *Anisi* ʒß.
Macis *Sachari lib.ij.*
Nucis Moschatæ an. ʒij. *Vini rubri Mens.ij.*

Fiat secundum artem vinum Hippocraticum.

Vinum Hippocraticum Augustani.

R. *Cinnamomi* ʒj.ß. *Macis*
Zingiberis ʒß *Gran. Paradisi ana* ʒj.
Caryophyllorum. ʒß: *Galangæ* ʒj.ß.

Cardá-

Digitized by Google

Cardamomi 3j. *Sem. Aniſi* 3ß.
Vini lib. x. *Sachari albi lib.* j.ß.

Fiat potus ſecundum artem.

Vinum ſeu Nectar optimum.

℞. *Cinnamomi lib.ſ.* 3ß. *Cardamomi* 3ij.
Zingiberis, galangæ *Piperis longi* 3j.
Granorum paradiſi *Spicæ nardi*
Caryophyllorum *Squinanthi an.* 3j.
Cubebarum, Macis an. 3ij. *Nucis Moſchatæ* 3ß.

Croci ad pondus denarii: omnia minutiſſime trita miſce, & habebis ſpecies abunde pro loto nectaris; Deinde accipe libram j. mellis cũ pinta aquæ fontanæ decoctam, vſque ad conſumptionem aquæ: & refrigerandam ſepone: tunc accipe circiter lotum boni vini, & ſucco cũ prædictis ſpeciebus in vas immiſſo, vinum percolando, infundito paulatim, mel etiam cum vini parte prius mixtum paulatim infundendo, ita vt ſuccus non comprimatur. Quod ſi erit pretioſius, adde pro melle ſacharum. Item agallochi opt. folii ana gr. ij. & Moſchi aliquantulum vel gr. j.

Claretum cum ſacharo.

℞. *Cinnamomi electi* 3vj. *Zingiberis* 3ß.
Caryophyllorum 3iij. *Nucis Moſchatæ* 3ij.
Macis, Cardamomi an. 3ß. *Coriandri præpar.* 3j.ß.
Sachari albi lib. j. *Vini optimi lib.* iiij.

M. & ſecundum artem fiat claretum.

Claretum cum melle & ſacharo.

℞. *Cinnamomi electi* 3j. *Caryophyllorum*
Zingiberis 3ß. *Piperis longi*
Vini albi odoriferi lib. vj. *Cardamomi an.* 3j.
Sachari albi lib. j. *Mellis albi deſpumati quart.* iij.

M. & fiat claretum ſecundum artem.

Vinum chamædrites, excalfacit Hepar: Vinum Tamaricis, excalefacit lienem: Vinum Alkekengi & ſaluiatum, excalefaciunt Renes & Veſicam, ſic vinum ad calculum, quod tale eſt.

℞. *Rad. Ononidis* 3ij. *Fol. Betonicæ*
Ruſci *Fol. ſaxifragiæ an.* Miij.

Digitized by Google

Aſparagi	*Flor. Ononidis*
Rubia Tinct. an. ʒj.	*Flor. ſaxiſragia. an* ℔.ij.
Sem. Alkekengi ʒiij.	*Sem. Vrtica* ʒj.
Vini vel Muſti Menſ. xv.	

Incidenda incidantur, contundenda contundantur, & ferueant ſimul in dolio partuo.

Vina Aſtringentia ſunt: Vinum Cydonites, ex piris, Vinum œnanthinum, ex punicis, roſaceum, Myrtites, Palmeum, è prunis ſylueſtribus, &c.

Vinum prouocans ſudorem Matthioli.

R. Ligni quaiaci præſtantiſſimi, lima in ſcobem tenuiſſimam attriti lib. iv.

Cort. quaiaci lib ij.	*Carduibenedicti lib.* j. ß.
Adianthi, Aſpleni	*Caſſiæ odoratæ* ʒvj.
Florum Borraginis	*Seminis Aniſi* ʒj. ß.
Florum Bugloſſæ an. lib. j.	*Sachari lib.* v.

Coniiciantur omnia in cado vinario mundo aptæ capacitatis, deſuper affuſis vini albi quam optimi & feruentis q. ſ. poſt triduum linteo percolentur.

Vina venenis reſiſtentia. Claretum.

R. *Vini optimi Menſ.* j.	*Angelicæ* ʒß.
Boli Armeni ʒj.	*Nucis Moſchatæ* ʒij.
Galangæ	*Zingiberis* ʒj. ß.
Piperis longi	*Cinnamomi* ʒvj.
Coriandri an. ʒß.	*Sachari lib.* ß.

Miſce, & fiat claretum ſecundum artem.

Species pro vino zedoardico.

R. *Cinnamomi* ʒiij.	*Zedoariæ* ʒvj.
Caryophyllorum	*Cubebarum*
Nucis Moſchatæ	*Piperis longi an.* ʒij.
Granorum paradyſi an. ʒß.	*Vini quantum ſufficit.*

Vina purgantia Pituitam.

Pituitam purgant, vinum Scilliticum, Acetum Scilliticum, &c.

Clare-

Digitized by Google

Claretum laxatiuum.

℞. *Galangæ* ʒvj.
Cinnamomi ʒj.
Hermodactylorum ʒß.
Turbit,
Eſulæ,
Cataputiæ an. ʒß.

Tere & fiat claretum cum melle & ſacharo.

Claretum pro Epilepticis.

℞. *Rad. paoniæ*
Sem. Paoniæ decort. an. ʒj.ß.
Cinnamomi ʒj.
Fol. Senæ ʒj.
Rhabarbari ʒiij.
Vini quantum vis
Galangæ
Macis, Zingiberis,
Caryophyllorum an. ʒj.
Turpeti ʒvj.
Sachari ℥vj.
Aquæ ℥viij.

Macera per 24. horas: Deinde addito ſacharo quantum ſufficit, per filtrum ſæpius colentur.

Vinum purgatorium in Epilepſia.

℞. *Abſinthii*
Carduibenedicti
Verbenæ
Betonicæ
Eupatorii
Aſpleni
Tamariſci
Rad. Cappar. an. Mj.
Flor. vel. Rad. paoniæ
Sem. paoniæ an. ʒj ß.
Cinnamomi
Macis
Galangæ
Zingiberis an. ʒj. *vel.* ij.
Sem. citri. ʒß.
Fol. ſenæ ℥ij.
Turpeti inciſi
Agarici anæ ʒß.
Vini Veteris Menſ. iij.

Miſceantur in vaſe diligenter clauſo.
Vinum ſcammonites purgat Bilem flauam.
Vinum è veratro nigro purgat Bilem Atram.
Vinum Ebulatum, è Thymelæa & Chamelæa purgant aquam.

Vinum ad Hydropem.

℞. *Rad. 5. aperientium*
Glycyrrhizæ
Cort. Rad. Cappar.
Cort. Med. fraxini an. ʒj.
Abſynthii pontici,
Cardui benedicti,
Hyſſopi
Praßii an. M. ſ.

Digitized by Google

Feruefiant omnia l.a.in duplici vaſe per horas 6.dein permaneant in infuſione per horas 12. poſtea fiat fortis expreſſio, & colentur per ſaccum mundum ſexies aut ſepties. Tandem adde ſachari puri, & albi diſſoluti lib.j.ſ. & fiat in modum nectaris. Doſis ℥ij.ad ℥iiij.

Vinum quaiacinum purgans.

R. *Ligni quaiaci inciſi lib.*IV.
Adianthi
Scolopendrii
Flor Borraginis
Bugloſſæ
Rad.Cichorii an.Miij.
Betonicæ
Lupulorum
Cort.Tamaricis
Epithymi ana Mj.ß.
Nucis Moſchatæ
Caryophyllorum an.℥ß.
Carduibenedicti Mvj.
Polypodii ℥ij
Sem.Carthami lib.j.
Sem. Aniſi ℥iij.
Fol.ſenæ lib.j.
Hellebori nigri ℥j.
Turbith.℥iij.
Macis ℥j.
Cinnam.electi drach.vj.
Calami aromat. drach.ij.

Incidenda incidantur, contundenda contundantur craſſe, in ſaccullo ligentur, ſuſpendantur in cado vinario mundo aptæ capacitatis, ſuperinfundendo muſti optimi lib. c. omniaque ſic macerari ſinito, donec deferueſcat, clarumque euadat, &c. curat morbum Gallicum, & alios innumeros morbos. Doſis ℥v.ad ℥vj.

Vinum purgans.

R. *Abſynthij Mj.*
Centaurii
Carduibenedicti
Quinquefolii an.M.ſ.
Rad. Gentianæ drach.j.ß.
Senæ ℥ij.
Rhabarbari drach.vj.
Agarici ℥ß.
Rad.Mechoacæ ℥j.
Spicæ Indicæ drach.j.
Zingiberis drach.j.

Inciſa omnia in ſacculo linteo mundo ponantur, ſuperinfundendo vini albi boni menſuram vnam: febres tertianas ſpurias radicitus tollit.

Claretum purgans D.H.Wolffii.

R. *Ruſci*

R. *Ruſci,* *Turpeti* ℥ß.
Aſparagi, *Hermodactyl.* ℥x.
Acori *Polypodii quercini,*
Fœniculi ana ℥iij. *Fol.ſenæ ana* ℥ij.
4.Sem.frig.maior.an. ℥ij. *Zingiberis* ℥j.
Sem.Endiuiæ, Cichorii, *Vini albi lib.*iij.
Scariolæ an. ℥j. *Sachari q.v.*

Claretum laxatiuum Medici Regis Damiæ.

R. *Fol.ſenæ Alexandrinæ mundatæ* ℥j.
Rhabarbari electi ℥ij. *Agarici optimi* ℥iij.
Cinnamomi electi ℥j.ß.

Hæc omnia miſceantur in duobus ſextariis vini optimi, ac in loco calido ponantur per horas 12. Deinde colentur per laneum ſaccum ſepties, & poſtea addatur ſachari albi lib.ſ. & bene miſceatur. Quotieſcunq; igitur quis ſe purgabit, ſumet dimidium ſextariũ huius potionis.

Claretum laxatiuum pro delicatis.

R. *Vini optimi lib.*IV. *Galangæ*
Polypodii *Caryophyllorum*
Mellis ana lib.ſ. *Cinnamomi*
Agarici ℥ij. *Zingiberis an.* ℥ß.
Sennæ ℥IV. *Piperis*
Cardamomi ℥j.

Bulliat polypodium coctum cum vino & melle ad conſumptionem tertiæ partis: Deinde alia purgantia addantur, colentur per ſaccum bis vel ter.

CAP. X.

De Oxymelitum & Hydromelitum medicatorum varia compoſitione.

Ceruiſiæ Medicatæ.

Aceta medicata.

HActenus tradidimus vina medicata, ad varios vſus varia: Eodem modo & Cerevisias medicatas ex abſinthio, lingua ceruina, ſaluia, Betonica, Roremarino atque aliis herbis parare licet. Item fiunt etiam tali modo aceta medicata, eaque quoniam in medicina frequentiorà, paucis de his præmittemus: Inter Aceta Medicata frequentiora ſunt

Acetum

Digitized by Google

Acetum scylliticum, acetum rosaceum, acetum florum calendulæ, acetum florum caryophylli, acetum saluiatum, menthaceum, anthosatum sambucinum, acetum passulatum & acetum caryophyllatum, &c. exépli gratia præmittemus acetum Scylliticum, in cuius imitationem fient & reliqua.

Acetum Scylliticum.

Scyllæ laminæ inter corticem & cor mediæ, ex arte purgatæ & in orbiculos siue taleolas sectæ, soli, aut remisso calori exponantur per 30. aut 40. dies, dein libra minutim concisa, (cultro è candidiore ligno parato aut eburneo) in lagenam demittatur optimi aceti lib. vj. vel viij. affusis: vasculum rite obturatum, ne quid exhalet, exponetur æstiuo tẽpore, radiis solaribus, 30. aut 40. dies. Postea aperto vase totum transcolabitur, indeque acetum Scylliticum conficies, quod lagenis diligenter occlusis adseruabis. Quidam vnicam vel plures Scyllas accipiunt decorticatas, quas Maza siue pasta inuoluunt, vt singulæ, panis figuram videantur adeptæ, tum demum furno calido aptoque pani coquendo illas cõmittunt, & ita tempore multo breuiore Scyllas suas præparant, quam si per 40. dies soli obiicerentur. Scyllarũ ita coctarum in clibano, & postea ad lentum calorem desiccatarum sesquilibram accipere oportet, aceti fortissimi lib. vij. excipiantur lagena vitrea bene clausa, quæ ad solem aut similem tepidum calorem per 30. aut 40. dierum spacium posita sinantur. Quod si in athanore, vel alio furno digestorio id fieret, dimidium temporis compẽdium effet. Tandem materia per colum transmissa, seruabitur vitreis vasculis diligenter obturatis. Hæc præparatio præparatur: nullum n. vomitum ciet, vt in plerisq; facere solet, breuiore etiam tempore perficitur, tutiusque exhibetur.

Vt acetum rosaceum conficiatur accipere oportet rosas rubras exsiccatas, quibus lagenam implebis, & acetum optimum affundes, donec illud lagenæ ceruicem fere pertingat: Vasculi osculum arctissime occludes, & ad solis calorem expones persetaceum temporis iam expositum, vel ad Hypocaustum transferes, vel igni cineritio committes. Eodem prorsus modo compones acetum passulatum, florum reseccatorum, saluiæ, roris marini, sambuci, calendulæ, veronicæ seu floris caryophilli: imo tot formas & species acetorum licebit tibi parare, quot sunt simpliciũ vinorum, quæ etiam in variis morbis debellandis propter eosdem scopos vsurpabuntur: verum acetum quodlibet semper erit facultate magis attenuante, incidente, & magis idonea dissoluen-

Digitized by Google

dis & liquandis humoribus viſcoſioribus & tartareis. Præterea validius etiam aduerſabitur cuilibet putredini & corruptionibus omnibus, quã vina ſuperius enarrata. Vſus horum ſimplicium acetorũ præcipui erunt, vt ſint Baſes in componendis diuerſis oxymelitum formulis, tum purgantibus, tum robur conciliantibus, vt quoque ſatisfaciant ſcopis & medicationibus, quæ ſeſe offerunt in plurium & magnorum affectuũ cura &c.

Vſus acetorum medicatorum.

Clareta & vina Hippocratica quid.

Vina medicata quæ ſacharo vel melle dulcorantur, clareta & vina Hippocratica nominantur: Horum compoſitiones etiam præceſſere.

Vinũ mulſum ſimplex.

Si loco ſacchari melle vinum dulcoretur ἀνάμελι, mulſum & vinum mulſum dicitur. Paratur ex vna mellis drabus vel tribus, vel pluribus etiam vini partibus miſtis & ſimul decoctis: poſſunt & omnis generis aromata addi.

Vinũ mulſum compoſitum.

℞ *Cinnam. Electi* ʒj. *Zingiberis* ʒij. *Macis* ʒvj.
Nucis Moſch. ʒß. *Caryophyll.* ʒj. *Piperis*
Coriandri prep. *Calam arom. gran. paradiſi,*
Cardamomi an ʒj. ß.

Contuſis craſſo modo, affundantur menſuræ vini iiij. Mellis deſpumati lib. j. Bulliant in M. B. per horam dimidiam, deinde traiiciantur per manicam Hippocratis.

Vinum ad Aſthma R. vini albi optimi, hydromelitis ana lib. j. infunde per 24. horas Rad. Helenii ʒiij. Poſtea ebulliant, & colentur, &c.

Oxymel.

Mulſæ proximum eſt Oxymel, quod ab eo ſaltem aceti admiſtione differt: potus apud antiquos frequentiſſimus, vt ex Hippocrate, Galeno, Aetio, Oribaſio, Tralliano, aliiſque antiquis medicis videre eſt, qui hodie multo rarior & parcior eſt. Cui rei anſam præcipue dederunt Arabes, qui ſacharum, ſiue eo medicamenta rectius aſſeruari, ſiue quod paulato gratius eſſe crediderunt, in frequentẽ vſum duxerũt, & pro Hydromelitum & Oxymelitum variis generibus infinitas ſyruporum formas ſubſtituerunt. Antiqui etiam Oxymel in febribus & acutis morbis vſurparunt: vt patet ex Hippocrate. 3. de vict. rat. in ac. t. 24. & ſeqq. Item Galeno lib. 8. meth. med. cap. 4. & Oribaſio ex Galeno collect. lib. 5. cap. 24. Item Hippocrate 1. de rat. vict. in ac. t. 43. & Gal. lib. 3. de vict. rat. in ac. t. 31. &c.

Porro oxymelita & Hydromelita diuiduntur in ſimplicia & compoſita. Oxymel ſimplex duobus modis à nobis paratur. Prior eſt, ſi ſu-

mas

mas vnam mellis partem, cui tantundem aquæ pluuię primo admiſcebitur, miſcellam igni lento admouebis, perfecte deſpumabis, donec mel omnem ſorditiem depoſuerit, purumque appareat. Tum melli affunde optimi aceti tantum quantum, guſtui gratificando ſufficit, ſicq; regulam & normam certam habebis, ne iuſto acidius, aut plus æquo dulcius, oxymel componatur. Iterum igni lento hæc coquantur, inter coquendum paulatim & per vices inſtilletur aqua, q. ſufficit quæ ſecernendis heterogeneis operam ſuppeditabit, & magis defæcatum reddet: proderit etiam ad dulcorem comparandum, id eſt, vt remedium γλυκύπικρον & dulcoacidum fiat, quo etiam in paſtu, potionis loco, vti quis poterit in diuerſis corporis affectibus potius, quam hydromelite aut vino, vt ſuperius annotauimus. Vt vulgare oxymel componatur ex tempore, hac ſerie progredi oportet.

R. Mellis à ſordibus liberi & expurgati
ſextarios quatuor ſiue duas pintas
Pariſienſis
Optimi aceti ſextarios duos
Aquæ octo ſextarios ſiue quatuor pintas.

Imprimis miſceas baculo aquam iam tepefactam cum melle, totum feruere ſinas, mitiori igne abſque magnis bullis & ebullitionibus, tum ſpumam auferas & coqui permittas, donec aqua ad medium reſoluta & conſumpta fuerit, tum demum acetum adiiciatur, cui affuſo tres aut quatuor ebullitiones ſatis erunt, facta legitima omnium ſimul confuſor: coctione, per manicam ſiue pannum denſum tranſmittentur, colatura diligenter aſſeruetur.

Quod ſi vice vulgaris aceti, Scylliticum, roſaceum, ſaluiatum, anthoſatum, ſambucinum, paſſulatum, & ſimiles aceti ſimplicis compoſitiones, quarum ſupra meminimus, admiſcuerimus, efficiemus oxymel ſimplex roſaceum, paſſulatum, anthoſatum, &c. quorum ſingula variis affectibus aptiſſima exiſtunt. Verbi gratia, quando ea vſurpamus, vt humores lenti & viſcidi incidantur, plurimorum morborum cauſæ, etiamſi cum febre complicentur, oxymel paratum cum aceto roſaceo, buglоſſato, violaceo, & ſimilibus accommodatius

erit ſaluiato, vel anthoſato, quæ magis idonea ſunt melancholicis, hypochondriacis, epilepſiis, apoplexiis, cachexiis & huiuſmodi affectibus, quarum cauſa terreſtris potius & frigidus humor ſtatuitur, quam calidus.

Et quando voles in morbis cõtumacioribus & peruicacioribus humores validius attenuare & incidere, Oxymel ſimplex & Scyllinum hoc modo compones.

R. Mellis depurati lib. 3. *Aceti Scillitici lib.* ij.

Coquantur ad perfectam mixtionem & conſiſtentiam, hoc oxymelite & aliis ſupra deſcriptis obſeruatis ſeligendo ſemper magis accõmodata morbis, quos expugnare voles, poteris tot ſpecies oxymelitis compoſiti fabricare, quot decoctorum aut vinorum, quæ diuerſis medendi ſcopis inſeruient, vt verbi cauſa oxymel cephalicum hoc modo tibi erit faciendum.

R. Rad. Fœniculi	*Polypodii*	*Acori vulg. an.* 3vj.
Fol. Betonicæ	*Meliſſæ an M.* j.	*Sem. ſeſeleos* ℥j.
Flor. Stœchados	*Bugloſſ. an p.* ij.	*Cinnamomi* 3iij.
Macis	*Caryophyll. an.* 3j. ß.	*Croci.* drach. j.

Macerentur per 24. horas in lib. iij. oxymelitis anthoſati, dein coquantur ad vnius tertiæ conſumptionem. doſis ℥iij. vel iiij. conducit omnibus cerebri affectibus frigidis & melancholicis: ſpiritus animales fouet & illuſtrat, prodeſt ad memoriam, itemque ad mæſtitiam à quauis cauſa ſubortam. Prout particulares cerebri affectus poſtulabunt, adiicere poteris, quæ ſpecifica proprietate ipſis aduerſantur, vt ſi epilepſia curanda proponatur, addes viſcum quernum, rad pæoniæ, flores tiliæ, lilium conual. & ſimilia. Idem iudicium relinquitur, ſi morbi & ſymptomata alteri cuidam parti infixa hæreant.

Oxymel pectorale ſiue thoracium.

R. Rad. Enulæ campan.	*Tuſſilaginis*	*Et Iridis Floret. an.* ℥j. ß.
Fol. Capill. Ven.	*Polytrichi*	*Scabioſæ*
Hyſſopi an. M. j.	*Dactylor.*	*Iuiubar. an p.* vj.
Sem. Carduibenedicti	*Bombacis*	*Vrticæ an.* ℥j.
Flor. Tuſſilaginis	*Violar.*	*Bugloſſæ*
Nymphææ	*Papaueris rheadis an. p.* ij.	

Macerentur in oxymelitis paſſulati & Bugloſſati an. lib. j. ſ. & aquar. Carduibenedicti & ſcabioſæ in lib. j. per 24. horas: dein coquantur ad ignem.

Digitized by Google

ignem lentum ad vnius tertiæ consumptionem, ac tandem transcolentur per manicam Hippocratis, & aromatizentur pauco Cinnamomi. Dosis ʒiij. vel iiij.

Oxymel de peto purgatorium.

R. Nicotianæ seu peti exsiccator. ad solem & pulueriſatorum, inditorumque in modulo linteo ʒj ß.

Rad. Iridis siccata, & in taleolas secte ʒj.

Polypodii	*Liquiritiæ,*	*Sem. Carthami tusi an.* ʒvj.
Spicænardi	*Thymi*	*Epithymi*
Hyssopi	*Menthæ an. M. j.*	*Sem. Anisi*
Fœniculi	*Carduiben. an.* ʒiij.	*Flor. Tussilaginis*
Et Bugloss. an. p. j.	*Fol Sennæ* ʒij.	*Agarici trochisc. in nodulo concluſ.* ʒj.
Nucis Moschatæ	*Caryophyll.*	*Cinnamom. an.* ʒij.

Contundantur & macerentur per triduum in aceti passulati & sambucini an. lib. ij. deinde coquantur, exprimantur & clarificentur, addendo mellis Narbonensis opt. despumati lib. *j. ß.* denuo coquantur ad bonam consistentiam vsu postulante, præbe cochlearia aliquot, vel per se, vel cum aliqua aqua pectorali.

Oxymel accõmodatum humoribus serosis euacuandis.

R. *Rad. Irid. vulg.* ʒj. ß.	*Vincetoxici* ʒij.	*Taraxaci*
Valeriæ	*Mechoacæ*	*Rubiæ tinctorum*
Polypodii an. ʒj.	*Cort. Fraxini*	*Tamarisci*
Ebuli an ʒvj.	*Rasl. ligni rhodii*	*Eboris in nodulo an.* ʒ ß.
Herb. Eupatorii Mesuæ	*Fumariæ*	*Hepaticæ*
Ceterach. an. M. j.	*Sem. Cuscutæ*	*Melonum*
Acetosæ an. ʒij.	*Carthami*	*Ebuli*
Halicacabi an. ʒv.	*Fœniculi*	*Anisi an.* ʒiij.
Flor. Genistæ	*Ebuli*	*Sambuci*
Centaurii min. an. p. ij.	*Flor. Cichorii*	*Spicænardi an. p. j.*
Trochisc. de Rhabarb. ʒx.	*Trochisc. de capparib.* ʒß.	
Acheerici trochiscati in nodulo ʒvj	*Aceti Sambucini*	
Aceti Scyllitici an lib. j.	*Aquæ flor. Ebuli lib. j. ß.*	

Macerentur per tres quatuorue dies ad ignem Bal. Mar. dein coquantur ad vnius tertiæ consumptionem, in colatura clarificata adde

Syrup. Ros. solutiu. Flor. Persicæ arboris an. ʒiij.
Mellis Narbon. opt. prius despumati. ʒx.

Digitized by Google

Et coquito ad ignem materiam opt.despumando, addendo sub finem coctionis elaterii ʒij. scammoneæ ʒß. fiat oxymel coctum ad legitimam consistentiam. Dosis cochlearia duo vel tria pro robustioribus. Remedium est ad cachexias, hydropes, obstructiones & scirrhosos tumores iecoris & lienis maxime accõmodatum, vt iam supra diximus. Eius vsus per aliquot vices repetendus, prout mallem facile aut difficile permanserit, per se assumetur, aut commixtum vni aut duabus vnciis aquæ nostræ scorbuticæ, quã ante descripsimus, aut alteri cõuenienti.

Oxymel Benedictum.

R. Scobis ligni quaiacini	*Cort. eiusdem an.* ʒij.
Sarsæ Parillæ ʒj. ß.	*Fol. sennæ orientalis.* ʒiij.
Hermodactylor.	*Turpethi an.* ʒj.
Rasur. Eboris	*Et cornu cerui*
Sem. Fæniculi	*Cinnamomi an* ʒß.
Flor. Anthos	*Stœchados*
Hyperici	*Epithymi an. p* j.
Flor. Buglossæ	*Cichorii an. p.* j ß.

Rasuræ ligni & Cort. quaiacini, eboris, & cornu cerui nodulo includantur, & alia, quæ supersunt, crassiuscule pistillo frangantur & cõquassentur, omnia excipiantur alembico vitreo conuenienti, eoque cæco, id est, cuius os optime occludi possit, affundendo

Aquarum Carduibenedicti	*Vlmariæ an. lib. ß.*
Oxymelitis simplicis	*aut Buglossati lib. ij.*

Omnia rite commixta macerentur balneo Mariæ, blandoque calore (imo absque eo, si voles, in frigido hor. infusio fieri potest) si per quatuor aut quinq; dies foueãtur. Interea ipsum oxymel alliciet ad sese & imbibet dictorum simplicium facultates: deinde post vnam aut alteram ebullitionem fiat valida expressio, & collatura per manicam trãsmittatur, imo etiam depuretur, si ita libuerit, vt exquisitioribus & delicatioribus hominibus satisfacias, in quorum gratiam dulcedinẽ quoque sacharo, si velis, conciliabis, ne vllas gustus molestias persentiant. Dosis erit quatuor aut quinque vniarum, quandoque etiam plurium pro validioribus.

Oxymel Diureticum.

R. Mellis albi Narbonensis Prouincialis aut Hispanici lib. ij.
Aquæ itidem lib. ij. Blan-

Digitized by Google

Blando igni hæc committantur, vt ſecundum artis præſcriptum fæculentia deponatur, quæ tamen pauca erit: qua penitus ablata, admiſcebis lib. vj. aquæ & duas aceti generoſi, ſiue albi, ſiue rubri, non refert, vel vnam & ſemiſſem, ſi minus acidum affectes: huic miſcellæ fictili vitreato conuenienti contentæ adiicies quæ ſequuntur.

R. Rad. Taraxaci	*Valeriana*	*Vincetoxici*
Rubiæ tinctor.	*Aſari*	*Eringii*
Fæniculi	*Petroſelini an.* ℥ij.	*Ononidis*
Roſ. corticis Fraxini	*Capparum*	*Tamariſci an.* ʒx.
Sem. Raphani.	*Bardanæ*	*Aniſi*
Coriandri	*Fæniculi dulcis.*	*Petroſelini*
Aſparagi	*Cinnamomi electi*	*Caßiæ lignea an.* ℥ß.
Flor. Hyperici	*Geniſtæ*	*Sambuci an.* p. ij.

Omnia ſimul coquantur ad medietatum conſumptionem, poſt trauiciantur ſemel atque iterum per manicam Hippocratis ad meliorem clarificationem, habebis oxymel ad ea accommodatum, quę ſupra cõmemorauimus, de quo vtendum ad pluſculos dies, doſis ℥iv. Huius oxymelitis parandi ratio valde facilis eſt, ad cuius normam infinitas alias formulas componere licebit, quæ non maiorem quam apozemata difficultatem, ſi parandi modum ſpectes, præ ſe ferent. Hactenus chymicos audiuimus de oxymelitum differentiis, nunc & Deo dante præceptores honorandos percipiemus Galenicos.

Oxymel compoſitum Meſuæ.

R. Rad. Fæniculi, Apii, Rad. Petroſelini, Ruſci, Aſparagi an. ℥ij. ſem. Apii, Fœniculi, Petroſelini an. ℥j. coquantur in aquæ claræ lib. vi. aut quant. ſuff. colaturæ adde Aceti acerrimi lib. i. ß. mellis optimi deſpumati lib. iiij. Coquantur ſecundum artem.

Oxymel Scilliticum compoſitum.

R. Rad. Apii, Fæniculi an. ℥iv. Rad Petroſelini, Ruſci, Aſparagi, ſem. Apii, Fæniculi an. ℥j. Coquantur in aquæ lib. vj. q. ſufficit. Colaturæ adde aceti Scillitici lib. j. mellis optimi deſpumati lib. ij. Fiat ſecundum artem.

Oxymel Scilliticum Democriti.

R. Origani, Hiſſopi, Thymi, Liguſtici, Cardamomi, ſtæchados an. ʒv.

Aquæ

Aquæ lib.iij.Coque ad librar.duar.conſumptionem:adde mellis lib.ij. mellis paſſul. lib.ſ. ſucci Bryoniæ ℥v. Aceti Scyllini lib. ſ. coque iterum ſemper deſpumando.

Oxymel noſtrum, compoſitum.

R.Rad Fæniculi,Rad.Petroſelini an ℥ß.Sem. Fænic.Aniſi,Petroſel. an. ℥j. Gentianæ tritæ ℥ij. Zingiberis ℥ij. coquantur in aqua ſufficienti vſque ad remanentiam ℥v. Quibus adde mellis ℥vj. Acet Scillitici ℥iv. iterum coquantur ad ſyrupi vſque conſiſtentiam.

Oxymel ex Liguſtico.

R.Rad.Apii,Rad.Fæniculi,Rad Petroſ.&c.Calaminthes,Dauci an. ℥j. Zingiberis, ſem. Liguſtici,ſem. Apii, ſem. Fæniculi, ſem. Aniſi,ſem. Cari,Eupatorii, Aſari,Abſinthii an. ℥ß.Caryophyllorum,Galangæ an. drach.iij.Spicænardi drach. ij. Aceti lib. x. coque ad dimimidias : adde mellis lib.v.coque iterum ad ſyrupi conſiſtentiam.

Oxymel ex Calamintha.

R. Rad. Apii, rad. Fæniculi, rad. Intybi an. vnc. j. Schænanthi ℥ij. ſem. Apii, ſem. Fæniculi, ſem. Aniſi an. ℥vj. Calaminthæ montanæ & domeſticæ,ſpicæ,aſari,caſſiæ,maſticis, dauci,petroſelini an.℥ß Caryophyllorum, liguſtici, zingiberis, galangæ an.drach.ij. Aceti lib.iix.Aquæ lib. vj. coque ad duarum partium conſumptionem, adde mellis deſpumati lib.v.coque, datur ab ℥j. vſque ad℥ij.

Oxymel vacuans melancholiam.

R. Thymi,calaminthes,agarici,Bugloſſi hortenſ.& erratici, glycyrhizę an.℥j polypodii ℥iij.chamædryos,chamæpityos,ſtęchados,ſpinę albæ an.℥v. paſſular. lib. ſ.macera 24. horis,adde aceti albi, ſucci Bugloſſi an.lib.ij.ſ. Aquæ lib. ij.coque igne lento ad dimidias, cola & adde mellis lib. iij. percoque,inter coquendum autem epithymi ℥j. ellebori nigri aur. iij. nodulo ligata merſaque ſæpe confricentur.

Oxymel Diureticum.

R. Mellis deſpumati ℥xv. Aceti,aquæ an lib.ij. Rad. Raphani ℥j.Fæniculi,apii,petroſelini,geniſtæ,aſari,leuiſtici an.drach.iij.ſem. Fæniculi,petroſelini,aſparagi, ruſci an.drach. ij. Coriandri præparati, cumini an.

Digitized by Google

an. ℥ß. Coquantur ſecundum artem. Hæc ſufficiant de oxymelitis, ſi plura, vide præterea aliquot oxymelita præcedenti capite in fine de ſyrupis: Nunc de Hydromelitis.

Hydromel, mulſa & mellicratum eiuſdem potus nomina ſunt, ex aqua ſcilicet & melle confecta, aut ſi quæ inter hæc eſt differẽtia, in ſola vetuſtate eſt. Melicratum enim ſubito ad præſentem vſum ex mellis & aquæ miſtura fit: ὑδρόμελι vero paratur, vt diutius durare, & vetuſtatem aliquam referre poſſit. *Differentia quadam inter melicratum & Hydromel.*

Eſt autem mulſa alia dilutior, alia meracior. Alias n. octuplum, alias decuplum, alias duodecuplum aquæ fontanæ ſumitur. Coquuntur ad deſpumationem mellis, ſeu quartæ aut quintæ partis conſumtionem. Deinde per pannum colantur. Inter mulſæ genera, quæ ætatem ferre poſſunt, hodie notiſſimus eſt potus ille, quem medonem vulgo nominant, ac præſtantiſſimus quidem in Lituania paratur. Sumũt partem vnam mellis, & partes octo aquæ, vel etiam plures, prout mulſam dilutiorem vel meracioré parare lubet. Coquantur & deſpumentur, donec ouum recens iniectum in eo ſupernatet & non ſubmergatur. Colentur & in dolea lignea, quæ antea vinum continuerunt, fundantur, & fermentati ac deferuere permittantur, quod commodiſſime fit diebus canicularibus ad ſolis radios, vel etiam in loco alias calido. Ad fermentationem promouendam, & feruorem conciliandum alii in ſacculo in vas ſuſpendunt ſemen ſinapi, alii fæces cereuiſię addunt, & vt diutius duret, flores lupuli ſalictarii adiiciunt. Potionis genus eſt ſuauiſſimum, æque alimentarium, ac medicamentoſum, iis affectibus maxime peculiare, quibus vinum damnoſum eſt & nociuum, vt ſunt paralyſes, Arthritides &c. audiamus de hoc Chymicos. *Medo Lituania vſitatus.*

Hydromel noſtrum vinoſum.

℞. *Mellis albi Narbonenſis optimi & granulati* p. j.
Aquæ pluuialis partes quinque.

Ponantur in cacabum æneum ſtanno incruſtatum, his liquoribus recipiendis ſatis capacem, mel & aquam ſimul confunde, hæc tamen plus quã tepida & calidiuſcula eſſe debet, dum melli ſociatur, fiat horum coctio, ſed blãdo calore procurata, id eſt, quam minimũ ſines ferueſcere, atq; interim ſpumam cochleari ſolido vel perforato diligenter auferes, ipſumq; decoctum ad vnius tertiæ conſumptionem conſumi permittes, adæquatæ coctionis nota tibi erit, ſi ouum recens iniectum

Digitized by Google

non demergatur, sed supernatet. Totum artificium in coctionis modo, consistit, proinde industrium te & accuratum esse oportet, ne in illius defectu aut excessu pecces. In mellis bonitatem & attendere debes. Si enim primæ notæ fuerit, minorem exposcit coctionem, si ab illa recedat, maiorem Porro materiam perfecte coctam adhuc mediocriter calentem per duplicatum pannum transmittes, vel per Hippocratis manicam, sed amplam & huic ministerio tantum dicatam, vt ita exquisitius crassior fæx secernatur. Tum transfundes in doliola vinum maluaticum olim recipientia, vel in alia, quæ ex vase, quod vinum album idque generosissimũ continuit, fabricata fuerint. Expones deinde diebus canicularibus ad solis radios, vel potius in hypocaustum calidum transferes, vel etiam supra furnum collocabis, in quo quotidie panificia coquuntur. Relinques illic mensem vel sex hebdomadas in fermẽtationis & defæcationis gratiam. Tandem vascula in cellam traduces. Vsus erit non ante trimestre: interea temporis hydromel vinosum penitus fit, similque redditur vino maluatico è Creta asportato, atque hic modus vulgaris est.

Qui enim tartari tincturam elicere norunt, illinsq; tantum in singula dolia addunt, quantum potest capere putamen qui, & qui artem tenent fermentum adiungendi ipsi hydromeliti, vt augeatur & producatur ebullitio, potionem multo præstantiorem efficiunt, quæ nihil mellei saporis gustui repræsentat, nunquam acescit, & quæ diutissime integra seruatur, imo hydromel ita paratum indies melius redditur, & quo antiquius, eo generosius euadit.

Huiusmodi hydromel, quemadmodum nuper descriptum, vtile est, prouectæiam ætatis hominibus, pituitosis, asthmaticis, paralyticis, epilepticis, podagricis, calculosis & similibus, quibus vini vsus interdicitur.

Ex commemorato maluatico vino nostro artificiali extrahitur præstantissima aqua vitæ, vino longe accõmodatior ad eliciendas rerum essentias. Idem etiam hydromel vinosum non destillatum optimum organum ad plurimorum medicamentorum extracta conficienda. Ex illo quoque acetum componitur validum ac vegetum, quod vinoso aceto non cedit, ad diuersa remedia, & diuersis oxymelitis compositionibus æque conueniens acacetum vulgare.

Hydromel simplex officinarum.

Hydro-

Hydromel ſimplex quo communiter pharmacopæi vtuntur ita fit:

*R. Mellis optimi lib.*j. *Aquæ lib.*viij.

Fiat commiſtorum coctio ad perfectam mellis deſpumationem. Tot hydromelitis ſpecies præparari poſſunt, quæ vel morbificum humorem excernunt, vel excretioni idoneum reddunt, quot oxymelitis, eademque etiam medicamenta recipere poterunt, prout agendorum ſcopi dictitabunt & inſinuabunt.

Hydromel cum ſucco ceraſorum ad ſitim ſedandum.

*R. Aquæ fontanæ lib.*xij. *Mellis albi lib.*ij.

Coquantur ſimul, donec expurgata ſint, hoc eſt, mel amplius ſpumam non emittat. Adiice

*Succi Ceraſorum acidulorum lib.*ij.

Rurſus bulliant parum, ſpumam auferendo, quam fieri poteſt accuratiſſime, tum hydromel è ceraſis habebis ſaporis iucundiſſimi. Eodem plane modo conficies è ſucco citri aliiſque ſuccis acidis & graris, vt inde fiant potiones dulcacidæ, ſuauiſſimæ, & ad omnes febres oxyſaccharo potiores & aptiores.

Melicratum vinoſum cum Aromatibus, Illuſtriſſimi principis Friderici, pie memoriæ Electoris Palatini.

*R. Mellis optimi & albiſſimi p.*j. *vel lib.*ß.
*Aquæ pluuiæ, aut fluuiatilis par.*vj. *vel lib.*ix.

Imponito in cacubum reſpondentem copiæ hydromelitis, quam componendam ſuſcepiſti: vtrumque ſimul confundito, coquito, & craſſiorem fæcem deſpumando detrahito, deinde herbas, quę ſequuntur, reſiccatas imponito, ſacculoque concludito, videlicet

Saluiæ	*Arthemiſiæ*	*Hyſſopi*
Origani	*Horminì*	*Betonicæ an. M.*j.

Præterea alio nodulo recipitò

*Baccar. Lauri craßiuſcule conquaſſatar. lib.*j.
Flor. Lupuli M. iij. *Hordei integri p.* iij.

Omnia ſimul bulliant, & à ſpuma expurgentur ad partis tertiæ conſumptionem ita vt liquor ouum recens immiſſum in ſuperficie ſine demerſione contineat, vt iam ante demonſtrauimus: fiat omniũ exquiſita

Digitized by Google

per pannum traiectio. Colatura recondantur vno aut pluribus dolio-. lis, prout quantitas liquoris postulat. Vase autem vinum album gene-. rosum ante adseruarint, quæ etiam firmissime ligneis circulis coagmẽ-. tata sint, ne dissiliant aut disrumpantur spirituum agitatorum efferue-. scentia. Elapsis tribus aut quatuor diebus à feruore per vasorum latiusc-. cula & superna orificia nodulum suspendito, cuius hæc est materia.

R. Cinnamomi *Piperis*
Caryophyllorum *Granorum paradisi ana* ℥ß.
Galangæ

Aliquot dies feruescendo & fermentando liquori concedito: Tan-. dem singula vasa ad eorum capedinem replebis eodem liquore, quem quibusdam lagenis seruatum oportuit, & arcte obturabis appositoo-. perculo, sed memineris aromaticum nodulum relinquendum esse. Post tres Menses liquorem habebis plane vinosum, linguam iucundis-. sime afficientem & oblectantem, nec minus vtilem, maxime hyemali-. bus frigoribus, si mane ieiuno ventre quotidie ad duas aut tres vnc. as-. sumatur. Mirifice enim spiritus exhaustos reparat, obtusiores sensus il-. lustrat & acuit, oculos imbecilliores corroborat, hebetiores iuuat, au-. ditus grauitatem & difficultatem sanat, omnibus principibus partibus robur & firmitatem addit, cordi scilicet, cerebro, quinetiam ventricu-. lo maxime languenti & debilitato. Et, vt vno verbo dicam, est langui-. dæ senectutis refocillatio, leuamen, calorisque restauratio; denique ad contracturas, paralyses & similes affectus frigidos, quibus senectus ob-. noxia est, salutare præsidium iudicatur.

Hydromel D. Sennerti.

R. mell. op. lib. ſ. fontanæ lib. vj. despumentur. Postea adde saluiæ M. j pulegii, betonicæ, hyssopi an. M. ſ. coq. pene ad tertias, colentur. In colatura ebulliant cinnam. opt. ʒj. ß. trium piper an ℈ß. Gran. paradi-. ſi, Cardamomi an. ℈j. F. Hydromel. clarum paralytico.

Hydromel compositum Augustani.

R. Aquæ fontis lib. xx. *Mellis despumati lib. j.* *Saluiæ*
Origani ana p. ſ. *Anisi* *Coriandri an.* ʒj.
Glycyrrhizæ ʒij. *Cinnamomi* ʒj. ß. *Bulliant vt ſ. & F.*

CAP:.

CAP. XI.

De electuariis purgantibus.

VAcuatio fit per medicamenta purgantia, & ſecundum Galeni ſententiam duplicis ſunt naturæ lib. 5. c. 20. ſimpl. Alia in genere dicta ſunt purgantia, quæ promiſcue tantum & ſine delectu hominis excrementa educunt: alia vero proprie ſic dicta κατ' ἐξοχὴν, à certa quadã facultate ſiue proprietate, aut à totius ſubſtantiæ, vt volunt, ſimilitudine, vim & efficaciam habent trahendi & vacuandi humores, quorum alia ducunt pituitoſos, alia bilioſos, alia v. Melancholicos & aduſtos ſuccos, vel per vomitum, vel per ſeceſſum, idque vel blande, aut vehementer aut mediocriter. Diuiduntur à nobis enarrata medicamenta in tres claſſes. 1. in Benigna ſeu moderata: vt ſunt

Caßia, ſuccus prunorum dulcium,
Manna, ſyrupus violarum, ſeu lactis, &c.

2. In mediocria, qualia ſunt

Rhabarbarum, Agaricus, ſena
Aloe, Turbith, Hermodactylus
Polypodium, Myrobalani:

3. In violenta: vt ſunt:

Colocynthis,	*Scammonium,*
Elaterium,	*Peplium,*
Helleborus	*Thymeleæ*
Chamaleæ:	*Thapſiæ:*
Catapotia:	& aliæ Tithymali ſpecies.

Ex cunctis enarratis parantur varia compoſita medicamenta, quæ purgant vel bilem, vel pituitam, vel melancholiam, vel craſſos ac viſcidos, & aqueos, ſiue ſeroſos humores, modo vnum, modo binos ſeorſim, modo omnes ſimul, ob quam cauſam talia remedia nuncupantur cholagoga, phlegmagoga & hydragoga.

Differunt & eadem remedia ratione conſiſtentiæ, vbi alia mediocritatem inter molle & durũ obtinent, & dicuntur electuaria liquida: alia ſunt ſolidæ conſiſtentiæ & ſiccæ, ex quibus rurſus triplicia efformantur genera, electuaria videlicet ſolida, pulueres & pilulæ, ita à figura ſua rotunda, quaſi paruæ pilæ dictæ, quas Græci à ſumendi modo καταπότια appellant.

Digitized by Google

Inter purgantia primum assignabimus locum Electuariis mollibus & liquidis,eaque hic,quę maxime in vsu esse solent,describemus,quorum alia humoribus actibus & biliosis,alia pituitosis,alia Melancholicis vacuandis magis conueniunt.

Remedia lenientia, bilemque purgantia talia sunt.

Cassia extracta simplex & composita.
Diaprunum lenitiuum seu diamascenum Nicolai.
Antidotus catholica Nicolai præpositi.
Electuarium Diasebesten Montagnanæ.
Electuarium lenitiuum cum manna Nicolai Alexandrini.

Hæc sunt purgantia illa Eccoprotica vt vocant, ad primam corporis regionem purgandam apta:ab omnibus authoribus inter benigna recensentur, vt quæ humores humectando & leniendo clementer educant.Eorum præparationes sequentur paulo post.

Vera cholagoga sunt.

Diaprunum solutiuum Nicolai,
Electuarium de succo Rosarum Nicolai
Electuarium Rosatum Mesuæ & Montagnanæ,
Electuarium de pfyllio Mesuæ

Phlegmagoga sunt.

Diaphœnicum Mesuæ.
Diacarthamum Arnoldi de Villa Noua.
Diaturbith maius Petri de Tussignano.
Benedicta Laxatiua Nicolai.
Electuarium Indum maius Mesuæ.
Hiera picra Galeni cum Agarico.
Hiera pachi & similia.

Melanagoga sunt.

Confectio maior & minor Hamech Mesuæ, Diasena Nicolai, Triphera persica Alexandri,&c.

Exordium purgantium primo sumemus à nostris spagyricis reformatis, deinde & sapientissimos audiemus præceptores Galenicos.

Catholicum purgans I. Q.

R. Succi Fumiterræ	*Succi Ros.pallid.lib.ij.*
Cichorii	*Limonum lib.j.*
Lupulorum an.lib.ſ.	

Hi

Digitized by Google

Hi omnes ſucci perfecte depurentur in B. M. donec nullæ amplius fæces appareant, his adde

Follorum ſenæ mundat. ℥vj. *Macis, Cinnamomi,*
Agarici recenter trochiſ. ℥iij. *Fœnic. dulcis an.* ℥j.

Omnia hæc ſtent in infuſione B. M. feruido per 3. dies, Deinde expreſſio, quæ digeratur & iuxta artem depuretur: Interim dum hæc fit Digeſtio, cape quoque ſeorſim

Pulpæ Caſiæ, *Tamarindorum ana* ℥vj.

Hæc diſſolue in ſuff. q. aquæ violarum, Maluæ & Citrullorum, vel in decoctione lenitiua optime clarificata: Digerantur donec materia appareat clariſſima, collige ſeorſim, quod depuratum fuerit, & miſce cum priore infuſione depurata: his adde

Mannæ Calabrinæ lib. ſ. *Sachari albiſſimi lib.* ij.

Diſſoluantur in ſ. q. aquæ & depurentur, cum duabus his infuſionibus permiſceantur. Dein coquantur omnia ad ignem lentum ad mellis ſpiſſitudinem & cõſiſtentiam, vel vlterius. Remoueantur ab igne, & ſub finem addantur

Pulueris ſenæ *Spe. Diatragacanthi frigidi.*
Rhabarbari an. ℥ij. *Aniſi ana* ℥ß.

Probe diuque miſceantur omnia piſtillo ligneo, & fiat Electuarium ad iuſtam conſiſtentiam. Doſis ℥ß. ad ℥vj.

Cholagogum I. Q.

R. Succorum depuratorum Centaurii minoris,
Roſ. rubearum, Pallidarum ana lib. j.
Succi Rad. oxylapathi depurati lib. ſ.

In quibus macera ad ignem B. M. per triduum

Rhabarbari Electi ℥ij *Santali rubri.*
Foliculorum ſenæ ℥iv. *Aniſi ana* ℥ß.
Cinnamomi ℥ß.

Hæc omnia in vas vitreum indita macerentur & digerantur per tres dies: Dein fiat expreſſio & colatura, cui adde

Pulpæ prunorum dulcium lib. ſ. *Sachari lib.* j.
Syr. ex nouem infuſionibus violarum. *Muag. ſem. pſyll. ana* ℥iiij.

Coquantur lento igne ad mellitam conſiſtentiam, cui adde

Scamon. præpar. ℥j. *Trochiſcorum de berb.* ℥iij.

Pulue-

Digitized by Google

Pulueris Rhabarbari — *Sem. Staphidis*
Fol. ſenæ ana ʒj ß. — *Portulacæ*
Spec. Diatria ſantali ʒiij. — *Lactucæ an.* ʒij.

Fiat lege a. Electuarium, ſi velis, omitte ſcammonium.

Electuarium purgans pituitam.

R. *Rad. Helenii* ʒj. — *Sem. Aniſi*
Polypodii — *Faniculi an.* ʒß.
Sem. Carthami an. ʒij. — *Flor. Stœchados*
Fol. Chamædryos — *Betonicæ an. p.* ij.
Camæpityos — *Calendulæ*
Thymi — *Hyperici an. p.* ij.
Hyſſopi an. Mj.

Coquantur in aqua Betonicæ: Dein fiat expreſſio & colatura, de qua cape lib. ij.

Succorum depurat. Citon. & Roſar. Damaſcen. an. lib. j.

In quibus mixtis macera ad ignem M. B. calidum vt ſupra

Agarici recens trochiſ. ʒij. — *Scammon. præpar.* ʒvj.
Turbith gummoſi ʒij. ß. — *Caryophyllorum*
Fol. ſenæ ʒiij. — *Cinnamomi*
Aſari ʒj ß. — *Zingiberis ana* ʒß.

Dein fiat fortis expreſſio, defæcatio, ſeu depuratio ac tandem tranſcolatio: in qua adde mannæ granatæ purificatæ lib. j. penidiorum ʒiiij. Coquantur lento igne donec reducantur ad bonam electuarii conſiſtentiam: Doſis ʒß. vel ʒvj. pro robuſtioribus.

Electuarium purgans Melancholiam & atram bilem.

R. *Rad. Helleb. nigri veri* ʒij. — *Sem. Ireos.*
Polypodii quercini ʒj. ß. — *Carduibenedicti.*
Cort. Cappărum — *Faniculi*
Tamariſci ana ʒj. — *Aniſi ana* ʒvj.
Summitatum meliſſæ — *Cubebarum*
Thymi, Epithymi, ana p. j. — *Cinnamomi*
Foliorum ſenæ ʒiiij. — *Macis*
Turbith gummoſi ʒij ß. — *Caryophyllorum ana* ʒij.
Myrobal. omnium ana ʒß. — *Conſ. florum Buglоſſæ*

Agari-

Digitized by Google

Agarici recenter trochiſ. ℥j.ß. *Violar. Nymphæa ana* ℥ſ.

Hæc omnia contuſa & permixta macerentur in ſuff. q. ſeri lactis & ſuccorum optime depuratorum fumariæ, Bugloſſæ, pomorum redolentium, idque in B.M vaporoſo. vaſe optime clauſo per quatriduum: Dein fiat expreſſio, coltura itemque depuratio: cui adde

Manna Granata *Pulpe tamarindorum*
Sachari violati *Pulpæ racemor. recent prap.an.* ℥vj.

Coquantur lento igne ad conſiſtentiam ſyrupi bene coĉti, cui ſubſequentes pulueres paulatim inſperge, rudicula omnia ſemper commouendo.

Pulueris Diaſenæ querc. ℥ij. *Trochiſ.de Capparibus* ℥ß.
Trochiſcorum de Rhabarbaro *Scammoneæ prapar.* ℥vj.
De Eupatorio an. ℥ß.

Miſce & F. Electuarium vt a. eſt. Doſis ℥ß.

Electuarium lenitiuum Antinephriticum I. Q.

℞. *Rad. Althea* *4. Sem. frig. maior.*
Polypodii quer. ana ℥j.ß. *Lactuca*
Taraxaci *Portulaca*
Aſparagi *Malua*
Petroſelini *Papau. albi an.* ℥iij.
Faniculi *Sen. Aniſi.*
Eryngiorum an. ℥j. *Fœniculi*
Iuiubarum *Bardana*
Sebeſten ana par. vj. *Milii ſolis*
Herb. Cichorii *Saxifragiæ an.* ℥ß.
Scariolæ *Fruct. Alkekengi*
Agrimoniæ *Senelorum*
Pimpinellæ *Prun. Damaſcen. an.* ℔ xij
Saxifragiæ *Flor. Geniſtæ*
Capillorum ana Mj. *Violarum*
Sem. Carthami ℥j.ß. *Nimphææ an.* ℔ ij.

Coquantur vt artis eſt, in ſuff. aquæ q. in lib. j.ß. Colaturæ clarificatæ adde ſucci limonum optime depurati ℥iiij. in quibus macera per 24. horas ad ignem B.M.

Folic. ſenæ ℥iij. *Macis, Cinnamomi an.* ℥ij.

Digitized by Google

Dein fortiter exprimantur, & in hoc expresso denuo macera, & parum decoque folicul.oriental.ʒj.ß.in colatura adde

Penidiorum	*Pulpa Cassiæ*
*Sacchari violati an.*ʒiiij.	*Tamarindorum extract. cum aquæ viol.an.*ʒiiij.

Coquantur ad mellis consistentiam addendo

Puluerꝭ sennæ ʒij.	*Crystall. Tartari* ʒj.ß.
Pul.Diatriasant.frigidi ʒß.	

Omnia simul rite misceãtur & F.Electuariũ s.artem.Dosis ʒß.ad ʒvj.

Electuarium Hystericum l. Q.

R. *Succor opt.depur.Mercurialis*	*Sem.Anisi*
Betæ, Fumariæ ana lib.j.ß.	*Paoniæ ana* ʒj.
Succor. depurat. Artemisiæ	*Althea* ʒß.
Matricariæ, Ebuli,	*Flor. violarum*
Centaurii minoris ana lib.ß.	*Chamomillæ*
Folicul.sennæ ʒiiij.	*Sambuci*
Sem.Faniculi ʒj.	*Hyperici an p.ij.*

Fiat decoctio, expressio & colatura, cui adde

Pulpa prunorum ʒvj.	*Pulpa Cassiæ* ʒvj.
Mannæ	*Sachari an.*ʒviij.

Lente coquendo reducantur omnia in elect. addendo sub finem pulueris subtilissimi

Folicul.sennæ ʒij.ß.	*Sem.Anisi faniculi,*
Faculæ Bryoniæ ʒj.	*Cinnamomi an,* ʒß.

Misce fiat electuarium. Dosis ʒß. Hactenus spagyrici reformati: nũc Galenici loquentur.

Electuaria Lenitiua.

Flores Cassiæ.

R. Cannas seu siliquas Cassiæ ponderosas, & quæ non resonant cũcussæ: aperi eas, & contentam in eis pulpam seu medullam cum laminis & seminibus suis diligenter euacua: & exempta proiice super inuersum & angustum cribrum, setis equinis contextum. Cribrum deinde pone supra bullientis aquæ vaporem, & auerso cochlearis conuexo medullam cassiæ hinc & inde ducito, vt per cribrum paulatim excernatur: & si quid excretum est, aut penetrauerit, confestim subinde auferto,

Digitized by Google

ferto, ne pluſquam neceſſe eſt, de vapore imbibat: idque tamdiu facito, donec quantum voles, collegeris. Porro cum neceſſitas requirit, ſemper recentes exprime caſſię flores: repoſiti n. aceſcunt. Si quis caſſiæ flores ſiue pulpam magis ſolutiuam reddere volet, in bullientē aquam proiiciat folia perſici, aut flores perſici, & prunellorum ſylueſtrium, aut omnia hæc ſimul: horum enim vapor & deſtillata aqua ſoluit aluū.

Caſſia extracta.

℞. *Prunorum num.* xij.
Violarum M. j.
Hordei mundi,
Aniſi,
Polipodii,
Sem. Carthami an. ʒv.
Thymi
Epithymi an. M. ſ.
Paſſularum ʒß.
Sem. Faniculi ʒij.
Sem. Portulacæ
Sem. Malua an. ʒiij.
Glycyrhizæ ʒß.
Capillorum Veneris M ſ.

Fiat horum decoctio in ſufficienti quantitate aquæ, colentur: in colatura diſſolue

Pulpæ Caſſiæ lib. ij.
Pulpæ tamarindorum. ʒj.
Cinnamomi ʒiij.
Sacchari optimi lib. j.

Coquantur ad perfectionem, ſecundum artem.

Diacaſſia Nicolai.

℞. *Pulpæ Caſſiæ lib.* j.
Pulpæ tamar.
Mannæ electæ,
Penidiorum.
Sacchari violati
Sacch Candi an. ʒß.
Syrupi violati. ʒiij.

Hæc omnia diſſolue in decocto ſequenti:

℞. *Prunorum,*
Violarum,
Glycyrrhizæ,
Sem. Communium frig.
Maiorum enucleatorum,
Polypodii an. ʒj.
Foliorum ſena. ʒß.
Aniſi,
Faniculi an. ʒj.

Coquantur in aqua ad tertiæ partis conſumptionem, & colaturæ bene expreſſæ addantur ſuprādicta, ac in electuarii formam reducantur.

Digitized by Google

Caſſia Extracta cum foliis ſenæ.

R. Confectionis caſſiæ extractæ ſine foliis ſenæ lib. ij. pulueris folior. ſenæ ʒij. miſce ſecundum artem.

Diacaſſia magiſtralis,

R. Iuiubarum, prunorum, capillorum Veneris, Tamarindorum, ſebeſten, violarum an. Mj. coquantur in aqua, ſecundum artem, & in colatura diſſolue pulpæ caſſiæ lib. x. ſachari albi lib. v. coquantur ad perfectam conſiſtentiam.

Diacaſſia Meſuæ.

R. ſucci violarum, ſucci Betæ, ſucci Mercurialis, ſucci maluæ, ſucci muralis herbæ an. quart. j. ſucci Abſinthii pontici ʒij. mellis q. ſ. eſt. Coque ad iuſtam craſſitiem: tunc adde medullæ.

Caſſia communis extracta.

R. Violariæ,	*Betæ,*
Maluæ,	*Parietariæ,*
Mercurialis,	*Flor. Violarum an M. ſ.*

Fiat horum viridium decoctio in Aquæ communis lib. x. Bulliant ad dimidii conſumptionem: hac colatura bene expreſſa extrahitur caſſia, & ad ſingulas libras pulpæ adduntur mellis deſpumati ʒvj. coquitur in forma electuarii.

Diacaſſia cum manna, Auguſtani.

R. Prun. Damaſ. ʒij. Violarum M. j. ſ. Aquæ puræ ʒxviij. Bulliant, vt artis eſt, ad medietatis conſumptionem, cola & in colatura diſſolue pulpæ caſſiæ ʒvj. pulpæ Tamarind. ʒj. mannæ electæ ʒij. ſyrupi violati ʒiv. ſaccari candi, Penidii an. ʒj. ſacchari violati ʒiv, confice, vt artis eſt.

Diacatholicon Nicolai.

R. Pulpæ caſſiæ, pulpæ tamarindorum, ſenæ mundatæ an. ʒij. Rhabarbari, polypodii, violarum, Ani an ʒj. Glycyrrhizæ raſę, penidiorum, ſachari candi, Quatuor ſem. frig. maior an. ʒij. conteranda conterantur, & ſume polypodii recentis ʒiij. ſem. fæniculi ʒvj. Aquæ communis lib. ix. coque ad dimidii conſumptionem, & cola, colaturæ adde ſachari albi lib ij. Coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam, & ſupra ſcriptis additis, fiat electuarium.

Dia-

Digitized by Google

Diaprunum ſimplex.

R. Prunorum magnorum acetoſorum & vinoſorum quantitatem quam volueris, & exemptis nucleis in fictili vitreato magno coquito: deinde per cribrum ſetaceum exprimito: expreſſam pulpam iterũ lento igne ad perfectam & iuſtam ſpiſſitudinem coquito, & ſine ſaccharo reponito.

Diaprunum compoſitum, lenitiuum.

R. Pruna Damaſcena electa num. c. Coquantur perfecte in aqua ſufficienti, deinde cribro raro tranſmittantur: & reſeruata pulpa decoctioni affunde violarum ʒß. Bulliant ſufficienter, & colentur: colaturæ addantur ſacchari lib. ij. pulpæ ſupradictæ lib. j. pulpæ caſſiæ, pulpæ tamarindor ʒj. Coquantur lento igne, & addantur ſubſequentes ſpecies, tenuiſſime tritæ, ſemper cõmouendo: ſantali albi, rubri, ſpodii, Rhabarbari electi, Cinnam. an. ʒiij roſar. rubr. violarum, ſem. Portulacæ, ſem. ſcariolæ, ſem Berberis, ſucci Glycyrrhizæ, tragacanthæ an. ʒij. ſem. cucurbitæ, cucumeris, melonum an. ʒj. contundantur vt ſupra.

Electuarium lenitiuum.

R. Paſſularum enucleatarum ʒij. Cãpil. Vener. violarũ, hordi mundi an. M. j. Iuiubarũ, ſebeſten an. num. xx. Glycyrrhizæ ʒß. Prunorum, tamarindorum an ʒvj. ſenæ, Polypodii an. ʒij mercurialis M. j. ſ. Decoquantur ſecundum artem in ſufficienti aqua, colã: & in colatura diſſolue pulpæ caſſiæ, pulp tamarindorũ, pulp. prunor. ſacchari opt. ſacchari violati an. ʒxj. puluer is ſenæ ʒiij. ſ. confice ſecundum artem.

Electuarium lenitiuum, magiſtrale.

R. Myrobal. flauorum, Chebulorum, Indorum an. ʒij. myrobal. Bellicorum, emblicorum an. ʒj. ß. ſachari optimi ʒß. terantur triduum in vaſe lapideo, ſingulis diebus bis vel ter aquam fontanam inſpergendo, deinde ſiccata terantur in puluerem tenuem: cuius ſumes ʒj. Turbith boni ʒiij. Zingiberis ʒj. ß. Cinnamomi, Aniſi, ſantali rubri an ʒj. Scammonii præparati ʒj ß. ſacchari q. ſ. Fiat electuarium.

Electuarium lenitiuum de manna.

R. Capillor. Veneris, ſcolopẽdriæ, id eſt, ceterach, epaticæ, id eſt, Lichenis an. ʒiij. ſem. cucurbitæ, ſem. citrulli, ſem. melonis, ſem. Cucumeris, violarum an. ʒj. Prun. Damaſcenorum num. xx. coquantur in aqua ad dimidias, deinde percolentur cum expreſſione: in colato diſſoluatur.

tur mannę opt. puræ, conſeruæ violarum, Pulpæ Caſſiæ recens extractę an. ℥j. ſacchari albiſſ. lib. iv. Coquantur ad mellis conſiſtentiam: poſtremo ſpecies ſequentes iniiciantur: Nucleor. ſem. melonis, ſtem ſem. Cucumeris, ſem. Cucurbitæ, ſem. Citrulli, Flor. violarum, Flor. Nenupharis, ſem. Lactucæ, ſem Scariolæ, ſem. Portulacæ, Rhabarbari electi, foliorum ſenæ an. ℥j. His accurate ſubactis conficiatur electuarium.

Electuarium de Sebeſten.

R. Sebeſten ſine nucleis, prunorum ſiccorum enucleatorum, pulpæ Tamarindorum an. ℥v. Aquæ violarum lib. j. Aquæ Ireos, ſucci anguriæ an. ℥vj. ſucci Mercurialis depurati ℥iiij. Penidiorum ℥viij. Diapruni ſimplicis lib. j. ß. Nucleorum ſem. cucurbitæ, ſem. cucumeris, ſem. Melonis, ſem citrulli an. ℥ij Diagridii ℥iij. caro ſiue pulpa, ſebeſten, prunorum & tamarindorum minutiſſime teratur, & cum aquis extrahatur, ſemina vero minutiſſime incidantur, & reliquis miſceantur, & fiat ſecundum artem electuarium.

Diamanna Galeni.

R. Mannæ electæ lib. j. Scammonii præparati ℥j. ſucci roſarum rubrarum lib. j. diſſoluatur in ſucco manna, & coquatur ſufficienter lento igne. Deinde adde maſticis puluerizatæ ℥iij. Fiat electuarium.

Diamanna aliter.

R. Mannæ bonæ ℥j. v. Tamarindorum immat. ℥vj. medullæ caſſiæ, ſachari violati an. ℥xvj. ſucci intybi, ſucci Apii, ſucci mal. dulcium, ſucci mal. acidorum an. ℥iij. In quibus purgatis prædicta tria diſſolue & cola. Deinde R. Radic. intybi, rad apii an. ℥iij. Fol. lupuli, adianti albi an. ℥ij. prunorum ſiccorũ num. C. violarum ℥j. ß. Roſarum ℥j. ſpicæ nardi ℥iij. Coque hæc libris tribus aquæ fontanæ ad dimidias: colato adde ſacchari lib iij. aceti boni lib. j. ſemel feruefiant. Adde colatum prius, & percoque ad mellis craſſitudinem: poſtremo adde ſantali citrini, roſarum, ſpodii, ſuccini, Berberorum, ſem. portulacæ, ſem. oxalidis, ſem. melonum, ſem. citrulli, ſem. cucurbitæ, ſem. cucumetis an. ℥iij. Ligni aloes ℥ß. cubebarum ℥v. caphuræ ℥j. Repone vaſe vitreo. Datur æſtate cum aqua frigida ab ℥j. ad ℥ij.

Electuaria Bilem purgantia.

Electuarium de ſucco Roſarum Nicolai.

R. ſuc-

R. ſucci Roſar. rubrar. ſacchari albi an. lib. j. ℥iv. ſcammonii præparati ℥j. ß. ſantali rubri, albi, citrini an. ʒvj. ſpodii ʒiij. caphuræ ℈j. Coquatur ſaccharum cum ſucco roſarum, deinde reliqua trita adiiciantur, & fiat electuarium. Seruatur per annos duos. Datur à ʒij. ad ℥ß.

Electuarium roſatum Meſuæ.

R. ſucci roſarum rubrarum lib. iv. ſacchari opt. lib. j. ß. Mannę electę & recentis ℥vj. ſcammonii præparati ℥j. ß. Coque igne lento ad mellis craſſitudinem, tunc adde ſubſequentia bene trita, & per cribrum transmiſſa, Trochiſcorum de ſpodio ℥j. Galliæ moſchatæ, croci an. ℥ij. trochiſcorum de Berberis ℥ß. confice ſecundum artem. Hoc electuario vtimur in catapotiis conficiendis aggregatiuis, & de hermodactylis. Doſis eſt ʒv.

Electuarium de pſyllio.

R. ſucci Buglоſſi, ſiue Borraginis domeſticæ, & ſylueſtris, ſucci endiuiæ, ſucci apii an. lib. ij. ſucci fumariæ ℥iv. clarificentur, & in his infunde cuſcutæ, Aniſi. ſenæ, an. ℥ß. capill. Ven. M. j. Aſari ℥j. Nardi Indicę ʒij. macerentur viginti quatuor horas. deinde ſemel feruefiant, & adde violarum recentium ℥iij. Epithymi ℥ij. Rurſus feruefiant, colentur: colaturæ addantur pſyllii, id eſt ſeminis ℥iij macerentur 24. horas, identidem agitando, poſt exprime totam mucilaginem: in cuius lib. iv. coque igne cento ſacchari optimi lib. ij. ß ſcāmonii præparati ℥iij. ß. coctis omnibus adde ſuſequentia ſubtiliſſime trita. Trochiſcorum diarrhodon, trochiſcorum de ſpodio, Rhabarbari an. ℥j. Trochiſcorum de Berberis ℥ß. fiat electuarium.

Electuarium de pſyllio Montagnanæ.

R. Polypodii recentis lib. j. ſenæ violarum, prunorum, tamarindor. paſſularum, an. ʒiij. Aquæ fontis lib. x. macerentur horis 24. poſtea decoquantur ad medietatem, colentur, & exprimantur, colaturæ portio reſeruetur pro extractione Caſſiæ, & tamarindorum, reſiduo adde ſeminum pſyllii ℥iij. macerentur rurſus totidem horis ſemper agitando: poſt exprime mucilaginem, cuius libræ vni adde ſacchari lib. iv. Decoquantur iterum lento igne, & addantur caſſiæ fiſtulæ, pulpæ tamarindorum diſſolutorum cum prædicta decoctione an. lib ß. diagridii ℥iv. ſpodii, Rhabarbari, ſantali albi, rubri, roſarum rub. violarum, ſem. papaueris albi, ſem. portulacæ, ſem. endiuiæ. ſem. ſcariolæ, ſem. lactucæ, ſem. fæniculi, ſem. aniſi, ſem. Berberorum, tragacanthæ, amyli, gummi

Ara-

Arabici, Raſuræ Eboris, Fumiterræ, Glycyrrhizæ an. ʒiij. Myrob. Indor. Myrob. Emblicor. an. ʒv. ß. miſce, & fiat electuarium.

Oxylatiuum.

R. ſucci mali granatorum acet. & dulc. an. ʒviij. Prunor. ſiccor. lib. ij. coquantur in x. lib. aquæ vſque ad medietatem, & extrahatur poſt de aqua, & ponantur in cribrum, catino ſuppoſito, tam diu fricentur manibus, donec tota pulpa exeat, & in aqua, in qua pruna fuerint cocta, bulliat ß. viol. poſt fiat ſyrupus in hac decoctione, nõ decoctus ad plenum cum lib. ij. ſ. ſacchari, & prædicto ſucco, ſeu pulpa prunorum addito, bulliat ad ſpiſſitudinem, & addantur poſt Tamarindorum mundat. à nucleis ʒiv. Caſſiæ fiſt. mundæ, & diſſ. cum aqua roſ. ʒij. ponatur cum ſyrupo, & cum inceperit inſpiſſari, ponantur ibi ſucci vtrorumque granatorum, & agitetur continue, donec perueniat ad perfectionem cum ſpatula de oliua, & depoſito ab igne, adde pulueres harũ ſpecierũ.

R. ſantali albi, & rub. ſpodii an. ʒß. Portulacæ ʒvj. Roſarum, Tragacanthi, Berberis an. ʒij. & ſi volueris facere laxatiuum, pone in vnaquaque libra diagridii puluerizati ʒj. cum deponitur ab igne. Doſis ʒß. ad ʒj.

Alcantalum Arnoldi Villanouani.

R. cort. myrobal. citrin. myrob. Emblicor. myrobal. chebulorum an. ʒxij. myrobal. Indorum ʒvj. ſem. portulacæ, violarum, ſem. ſcariolæ an. drach. j. myrob. bellicorum ʒj. Gr. vj. marathri ʒij. Gr. x. calami aroma. ʒij. Gr. ij. Cinnamomi, Spicæ nardi, Croci, Coſti, Maſticis an. ʒij. ℈j. Tamarindor. mundat ʒij. Nenupharis, Been rub. an. ʒj. gr. iv. medullæ caſſiæ fiſtularis ʒiv. ſyrupi violacei quantum ſufficit.

Electuarium frigidum Nicolai. R. ſantali albi, rubei, ſpodii ana ʒj. Gummi Arabici. Amyli, Raſuræ Eboris, Rhabarbari, ſenæ, Roſarum, violarum, fumiterræ, Berberis, ſebeſten, ſem. portulacæ, aniſi, marathri, papaueris, Glycyrrhizæ, ſem. Lactucæ an. ʒiij. Myrobal. citrinorum, Belliricorum, capillorum Veneris ana ʒj. ß. myrob. emblicorum ʒj. confectionem qui appetit videat Weckerum.

Electuarium Euangelon dictum Nicolai. R. Myrobal. citrinor. chebulorũ an. ʒj. Indorũ ʒvij. ſem. portulacæ, violarum, ſcariolæ an. ʒß. myrob. belliricorum, emblicorũ an. ʒj. gr. vij. Maſticis ʒij ℈j. Tamarindorũ ʒiij. Flor. Nenupharis, berberis, Been Rubri, Rhabarb. an. ʒj. gr. iv. medullę caſſiæ fiſt. ʒiiij cum aqua, ſyrupo violato & ſacharo fiat.

Electua-

Digitized by Google

Electuarium Diacarthami Cholagogum Felicis Plateri. R. Diagridii ʒß. Turpeti ʒj. Medullæ ſem. Carthami ʒß. Cort. citri ſicci, carnis cydoniorum ana ʒj. Cinnamomi, Zingiberis, Diatragacanthi frigidi an. ʒij. Syr. Roſ. laxat. q. ſ. F. Doſis ʒß.

Aliud eiuſdem. R. ſcammoneæ præpar. ʒj. ß. Turpeti ʒß. ſachari candi ʒß. Zingiberis ʒj. Cinnamomi ʒj. ß. galangæ ʒß. pulpæ ficuum extract. cum vino opt. lib. ſ. ſyrupi liquiritiæ ʒiij.

Cholagogum Eiuſdem. R. Diagridii ʒß. Cinnamomi ʒj. ſantali albi, rubri ana ʒß. conſer Roſ. recent. ʒv. Rob de Ribes ʒj. ſucci liquiritiæ ʒj. maſticis ʒß. M. F. Electuarium.

Vel. R. ſcammoneæ præpar ʒj. ß. Turpeti ʒj. Caryophyllorum, Zingiberis, Piperis, Cinnamomi, pulpę citoneorũ coctæ cũ ſacharo quart. j. fiat electuarium. Doſis. ʒij.

Electuaria purgantia pituitam.

Benedicta Laxatiua.

R. *Turbith electi,*	*Sachari an.* ʒx.	*Diagridii*
Eſulæ prepar.	*Hermodactyl.*	*Roſarum an.* ʒv.
Caryophyllorum,	*Spica Indica,*	*Zingiberis*
Croci,	*Saxifragiæ,*	*Macropiperis*
Calam. arom.	*Cardam. minor.*	*Sem. Apii*
Salis gemmæ	*Galangæ,*	*Macis*
Sem. Carui	*Feniculi*	*Petroſelini*
Aſparagi	*Ruſci*	*Milii ſolis ana* ʒj.

Mellis deſpumati quantum ſufficit, fiat electuarium.

Diaphœnicon Meſuæ.

R. *Dactyl. mundat.* ʒc.	*Penidiorum* ʒl.	*Amygdal. dulc.* ʒ. xxx.
Turbit electi ʒxxxv.	*Scammonii* ʒxij.	*Zingiberis*
Piperis longi,	*Fol. Rutæ*	*Cinnamomi*
Ligni aloes,	*Macis*	*Aniſi*
Feniculi	*Dauci*	*Galangæ an.* ʒij ß.

Mellis deſpumati lib. vj. fiat.

Electuarium Indum maius Meſuæ.

R. *Cinnamomi,*	*Caryophyllorum*	*Spicæ nardi Indicæ*
Roſarum rub.	*Caſiæ lignea vera,*	*Macis*

Cyperi ana ʒß. *Santal. citrini* ʒij.ß. *Ligni aloes*
Nucis Moſchate an. ʒij. *Maſticis* ʒj.ß. *Turbith.ele.* ʒL.
Sachari optimi *Penidiorum ana* ʒxx. *Galange*
Cardamomi vtriuſque, *Aſari an.* ʒj ß. *Scammon.pre.* ʒj.ß.

Omnia tenuiſſime conterantur, & manibus oleo amygdalarum dulcium recens extracto, bene inunctis, fricentur, & F. electuariũ cum ſyrupo ſubſequenti, qui

R. Succi Apii, *Funiculi,* *Cydoniorum*
Allii lib. IV.ß. *Mellis deſpum.lib.* iij.ß. *Granatorum*
omnium depuratorum ana ʒvj. *coquantur in ſyrupum.*

Electuarium Indum minus Meſuæ.

R. Turbith electi, *Sachari an.* ʒvj. *Caryophyllorum,*
Macis, *Piperis* *Zingiberis*
Cinnamomi, *Nucis Moſchate,* *Cardamomi an.* ʒvij.
Scammonii prepar. ʒj.ß. *Mellis deſpumati lib.* iij. F.

Electuarium Elesoph. Meſuæ.

R. Scam.prepar. *Turbith an.* ʒvj. *Caryophyllorum*
Cinnamomi, *Zingiberis,* *Nucis Moſchate*
Myrobal Emblic. *Polypodii an.* ʒij.ß. *Sachari opti.* ʒvj.
Mellis deſpumati lib. j. ʒiiij. F. *electuarium.*

Diaturbith maius. Zezar.

R. Turbith albi & gummoſi, ʒx. *Zingiberis.* ʒv.
Maſticis ʒiij. *Sachari albi* ʒij.ß.
Mellis quantum ſufficit. F. Electuarium.

Diaturbith minus.

R. Turbith opt. ʒj. *Diagridii,* *Zingiberis an.* ʒiv.
Cinnamomi, *Caryophyll. an:* ʒij. *Galange*
Piperis longi *Macis an.* ʒj. *Mellis* ʒviij. ʒv. F.

Hiera Prica Galeni.

R. Cinnamomi, *Xylobalſami,* *Rad. Aſari*
Spica Indica, *Maſtiches* *Chia*
Croci an. ʒvſ. *Aloes electæ* ʒc. *Mellis q.ſ. Fiat.*

Hiera Picra Conſtantini Nicolai.

R. Myrob:

Digitized by Google

R. Myrob. Chebul.
Violarum
Bellericorum
Agarici
Schenanthi
Spicæ,
Xyloaloes
Mellis quantum sufficit. F.
Indorum,
Absinthii ana ℥ß.
Cassiæ
Sennæ
Rhabarbari
Anisi
Salis gemmæ
Citrinorum
Myrob. Emblic.
Epithymi
Cuscutæ
Xylocassiæ an. 3ij.
Masticis
Nitri an. 3j.

Hiera composita Galeni.

R. Colocynthidis 3viij.
Ammoniaci,
Stachados
Gentianæ
Epithymi
Bdellii
Euphorbii
Myrrhæ
Aristolochiæ.
Opopanacis
Mellis ad specierum pondus F.
Scyllæ Assatæ,
Scammonii,
Hyperici
Spicænardi
Polii Montani
Aloes
Marrubii
Sagapeni
Trium piperum
Castorei
Agarici
Cort. Rad. Helleb. veri
Pulegii
Schænanthi an. 3xvj.
Polypodii
Chamædryos
Cassiæ an. 3viij.
Croci
Cinnamomi
Petroselini an. 3iv.

Hiera composita alia Nicolai.

R. Spicæ Indicæ
Croci
Xylobalsami
Absinthii
Turbith
Masticis an. ℈ij.
Cinnamomi,
Asari
Carpobalsami
Epithymi
Rosarum
Aloes Crudæ 3x. ℈ij.
Schænanthi
Xylocassiæ
Violarum,
Agarici
Colocynthidis
Mellis despu. ℥viij.

Hiera picra composita alia Mesuæ.

R. Aloes 3xv.
Euphorbii
Chamedry an. 3vj.
Calami arom.
Xylobalsami ℥ß.
Gentianæ
Mellis q. s. F.
Epithymi
Croci
Agarici 3ix.
Masticis
Piperis albi,
Amomi an. 3j.
Costi an. 3v.
Spicænardi
Caryophyll. 3ij.
Cassiæ an. 3vij.
Piperis nigri
Diagridii 3ij.

Digitized by Google

Hiera picra cum Agarico.

R. *Specierum hierae simplicis sine aloe,*
Agarici trochiscati an. ʒß. *Aloes non lotae* ʒj.
Mellis despumati ʒvj. F. *Electuarium.*

Hiera Pachij: Nicolai Alexandrini.

R. *Stechados,* *Marrubii,* *Chamedryos*
Agarici *Colocynthid. an.* ʒx. *Opopanacis*
Sagapeni *Petroselini* *Aristol. rot.*
Piperis albi an. ʒv. *Cinnamomi,* *Spica nardi*
Myrrhae, *Folii* *Croci ana* ʒß.
Mellis despumati Triplum. F.

Hiera Archigenis, Aetij.

R. *Colocynthidos* ʒj. *Chamedryos,* *Agarici*
Marrubii *Stechados an.* ʒx. *Opopanacis*
Sagapeni an. ʒj. *Petroselini* *Aristol. rotundae*
Piperis albi an. ʒv. *Cinnamomi,* *Spicae Indicae*
Myrrhae *Polii Montani* *Croci an.* ʒiv.
Mellis despumati ad pondus specierum.

Hiera Archigenis Mesuae.

R. *Pulpae Colocynthid.* ʒij. *Prasii* *Stechados*
Hellebori nigri, *Chamedryos* *Scammonii*
Leucopiperis *Macropiperis an.* ʒij. *Scyllae assatae*
Euphorbii *Aloes* *Croci*
Gentianae *Petroselini* *Hammoniaci*
Opopanacis an. ʒj. *Polii* *Cinnamomi*
Sagapeni *Myrrhae* *Spicae nardi*
Schenanthi *Calam. montanae* *Aristol. rot. an.* ʒij.
Melle sufficienti excipiantur omnia Epithymi decocto, & Vuarum passarum mundatarum.

Hiera Archigenis Pauli.

R. *Prasii* *Agarici* *Chamedryos*
Pulpae Colocynth. *Stechad. an. aur.* x. *Opopanacis*
Sagapeni *Petroselini* *Aristol. rot.*
Piperis,

Digitized by Google

Piperis albi an. aur. v. *Cinnamomi* *Spicæ nardi.*
Polii *Croci an. Aur. iv.*

Sicca terantur, liquores frangantur, Hydromelite infundantur, & omnia melle excipiantur.

Hiera Archigenis cum Dracunculo Mesuæ.

℞. *Aloes* ℥j. *Trochiscarum Albandali aur.* viij. *Stachad.* ℥j.
Turbith *Agarici* *Ireos*
Dracũculi utriusque sicci, *Sagapeni,* *Myrob. Chebulorum*
Citrinorum, *Indorum an.* ℥j. ß. *Zingiberis*
Cinnamomi *Masticis* *Bdellii*
Hellebori nigri *Euphorbii* *Asari*
Cassiæ lignea *Salis Indi* *Castorei*
Croci *Apii* *Ligustici*
Coccignidii an ℥j. *Scyllæ assatæ* ℥ij ß. *Scammonii* ℥ij.
Vini Odoriferi q. s. succi Cucu. agrest. q. s. Mellis, olei q. s. Mellis despumati q. s.
Fiat.

Hiera Diacolorynthidos. Rufi.

℞. *Stachados,* *Agarici* *Chamædryos an* ℥x.
Colocynthidos ℥xx. *Sagapeni* *Opopanacis an.* ℥viij.
Petroselini *Aristol. Rot.* *Piperis albi an* ℥v.
Cassiæ ℥vij. *Croci.* *Cinnamomi*
Spicænardi *Myrrhæ* *Polii ana* ℥iv.
Vini. *Mellis despumati ana q. s.* *Fiat*

Hiera fortissima Galeni, Nicolai.

℞. *Colocynthidis,* *Scyllæ* *Agarici*
Ammoniaci *Helleb. nigri* *Sylphii*
Hyperici an. ℥v. *Epithymi* *Bdellii*
Chamædryos *Succi Brassicæ* *Cassiæ ana* ℥iv.
Smirnii, *Sagapeni,* *Aristol. longæ*
Piperis albi *Cinnamomi* *Piperis longi*
Opopanacis *Castorei an.* ℥iij. ß. *Petroselini*
Absinthii *Piperis nigri an.* ℥ij. *Aloes* ℥j. ß.
Mellis q. s. *Fiat Dosis* drach. ij. *ad* drach. iij.

Digitized by Google

Blanca Nicolai.

R. Therebinthinæ, Opoponacis, Galbani
Aſſæ Sagapeni Caſtorei
Antimonii Sulphuris Bdellii
Aſphalati Ammoniaci Styracis liquidæ
Carnis leonis, Diagridii, Euphorbii
Agarici Elleb. nigri Pulpæ Colocynthidis
Polypodii Thapſiæ, Pyrethri
Schœnanthi Peucedani Aſari
Cyperi Paoniæ Betonicæ
Chamædryos Polii Amomi
Leuiſtici Sem. Rutæ Sang. Draconis an. ʒj.
Cinnamomi Caryophyllorum Macis
Cardamomi Aniſi Maratri
Balſami an. ℈ſ. Ambragr. ℈v. Mellis q.ſ.

Electuarium Diabryonias Democriti.

R. Rad. Bryoniæ purgat. & trit. lib. ſ. Mellis paſſul. lib. IV.
Scyllæ aſſatæ, pinearum mundat an. ʒj. ß. Cardamomi
Nucis Moſchatæ, Macis Zingiberis an. ʒij.
Caryophyllorum Fiperis longi Stachad. an ʒj ß.
Seſeleos, Salis gemmæ Galliæ an. ʒj.
Agarici ʒiij. Fiat.

Theodoricon Anacardinum Nicolai.

R. Aloes Hepat. ʒj. ß. Irios Caſſiæ an. ʒvij.
Zingiberis Anacardi Carpobalſami a. ʒiij. ß.
Cort. Myrob. Folii Spicæ
Mei Epithymi an. ʒiij. ℈j. Caryophyllorum
Rhapontici Maſticis Schœnanthi an. ʒj.
Mellis q.ſ. Fiat. cum decoct. Fœniculi lib. j.
Aceri lib. ij. coquendo ad tertiæ partis conſumt. addito
Melle fiat Electuarium.

Theodoricon Hyperiſton Nicolai.

R. Aloes Hepat. ʒiij. gr. iij. ß. Acori, Cinnamomi
Chamædrios ana ʒiij. Croci Caſſiæ lignæ

Rhapon-

Digitized by Google

Rhapont.an.ʒij gr.xvj.
Costi
Scylla
Ammoniaci an. drach.j.ß.
Piperis
Succi Brassica
Schœnanthi
Myrobalan.
Opopanacis
Aristol.longæ
Amomi an.ʒij.
Mellis q.s.

Nardi
Asari.
Assæ
Agarici ʒij ß.
Epithymi
Piperis albi
Zingiberis
Colocynthid.
Castorei
Petroselini
Diagridii.
Dosis ʒiij.

Mastices
Silphii
Bdellii
Helleb.nigri
Polypodii
Longi an.ʒj.
Smyrnæ
Sagapeni
Absinthii
Gentianæ
Piperis nigri an.ʒj.

Electuarium purgans pituitam Heurnij.

℞ Sem. Cnici ℥iv.
Diacrydii drach.v.
Mannæ ʒij.ß.
Zingiberis drach.ij.

Turpeti gum.
Rhabarbari ʒj.
Myrob.Chebul.ʒiij.
Aquæ vitæ cum ʒj.

Fol.sennæ an ʒj ß.
Agar.trochis.drach.vj.
Polypodii ʒij.
Diambræ impregnate: macerentur & exprimantur: deinde inspissentur in iustam consistentiam.

Electuarium Fumanelli.

℞ Turpeti electi ℥ß.
Hermodactylorum an.ʒiij.
Asari.
Nucis Moschatæ
Sem.Apii.

Acor.ʒj.ß.
Stœchados,
Origani
Caryophyll.
Anisi

Carthami
Zingiberis
Anthos
Herbæ paralysis an.ʒj.
Liguistici an.ʒij.

Mellis despumati quantum sufficit. Dosis drach.ß.

Aliud eiusdem.

℞ Cassiæ Fistularis ℥ij.
Sachari Violacei ʒj.
M. F. Dosis ℥ß.ad ʒj.

Manna electæ ʒj.ß.
Succi Rosarum ʒß.

Electuaria purgantia Bilem atram.

Diasena Nicolai.

℞ Sennæ ℥iij.
Lap.Armeni loti ʒj.

Anellanas tostas N.L.
Lap.Lazuli lauati ʒiij.

Serici vsti drach.ij.
Sachari.drach.vj.

Cinna-

Cinnamomi ʒj.	*Caryophyllorum*,	*Galangæ*
Piperis nigri	*Spicæ Indicæ*	*Folii*
Sem. Ocymi,	*Cardamomi*	*Croci*
Zingiberis,	*Zedoariæ*	*Flor. Rorismarini*
Piperis longi an. drach. ij.	*Mellis despumati lib.* ij.	

Diasena Gentilis de Fulgino.

R. *Fol. sena* ʒiij.	*Auellan.* N.L.	*Serici vsti* drach. ij.
Lap. Armeni drach. j.	*Sacchari* ʒv.	*Mellis despu.* ʒvj.

Confectio Hamech maior Mesuæ.

R. *Myrob. Citrin.* ʒiv.	*Chebulorum*,	*Indorum*
Rhabarb. electi an. ʒij.	*Agarici*	*Colocynthidos*,
Polypodii an. ʒxiix.	*Thymi*	*Absinthii*
Sennæ an ʒvj.	*Violarum* ʒj. ß.	*Epithymi* ʒij.
Sem. Anisi	*Fæniculi*	*Ros. rubrarum an.* ʒvj.
Succi fumariæ lib j.	*Prunorum* N.LX.	*Passul.* ʒvj.

Macerentur omnia in sero lactis Caprini sufficiente, in vase vitrato angusti oris, per dies ʒ. deinde feruefiant vna vel altera ebullitione, colentur, colaturæ bene expressæ adde

Pulpæ Cassiæ, ʒiv. *Pulpæ Tamarin.* ʒv. *Mannæ* ʒiij.

Frica manu, cola & adde

Sachari albi lib. j. ſ. *Scammonii præpar.* ʒj ß.

Coque ad mellis consistentiam, & adde

Myrob. Citrinorum,	*Chebulorum*,	*Indorum an.* ʒß.
Emblicorum.	*Belliricorum*	*Rhabarbari*
Semi fumariæ an. drach. iij.	*Anisi*	*Spicæ Indicæ an.* ʒij.

Fiat

Confectio Hamech minor Mesuæ.

R. *Myrobal. Indorum*	*Chebulorum*,	*Epithymi an.* drach. i.
Fumi terræ	*Absinthii an* drach. xx.	*Thymi*
Calamenthæ	*Polypodii*	*Agari*
Glycyrrhizæ	*Buglossæ an.* drach. x.	*Stachad. Arabicæ*
Chamædryos,	*Bedeguaris*,	*Chamæpityos*
Anisi an. ʒv.	*Prunorum*	*Iuiubarum*

Sebesten an. N.LXX. *Passularum enucleatarum lib.* j.

Deco-

Digitized by Google

Decoquantur in aqua ſufficienti vſque ad tertias: colentur, colaturæ addantur,

Sapæ lib. ij. *Mellis deſpumati lib.* j. *ſcammon. prep.* ℥ij.

Coquantur lento igne vſque ad mellis ſpiſſitudinem.

Diapolypodion Magiſtrale Florentini.

℞ *Polypodij mundati lib.* ij. *Mellis deſpumati lib.* vj.
Aceti ſcyllitici lib. j. ℥ij. *Zingiberis* ℥vj. F.

Hiera-logodium Actii.

℞. *Colocynthidis* ℥xx. *Piperis albi*
Ammoniaci *Croci*
Cort. Rad. Helleborinigri veri an. ℥j. *Caſtorei*
Epithymi *Scyllæ aſſatæ*
Chamadryos *Hyperici*
Myrrhæ *Aloes*
Cinnamomi *Bdellii*
Sagapeni *Caſiæ an.* ℥j.
Ariſtolochiæ ana ℥ ß. *Nigri*
Agarici *Opopanacis*
Scammonii *Petroſelini*
Polypodii *Mellis deſpumati ad pondus omnium.*
Marrubii

Hiera-logodium Nicolai.

℞. *Pulpæ colocynth.* *Sem. Thymelææ ana* ℥j. ß. *gr.* vj.
Polij montani, *Myrrhæ ana drach.* j. *gr.* xij.
Abſinthii *Agarici*
Centaurii *Scyllæ*
Folij *Aloes*
Scam. prep. ana drach. j. *Chamedryos,*
Caſiæ lignea *Caſtorei*
Marrubii an. ℥ß *g.* xiv. *Ariſtol. longæ*
Opopanacis *Sagapeni*
Croci *Albi an. gr* vj.
Helleb. nigri, *Euphorbii*
Polypodii ana ℥ j. *Ammoniaci*

Nardi Indica — *Trium piperum*
Comarum Thymi — *Petroselini an.* ℥ß.
Bdellii — *Mellis despumati* ℔j. ß.
Cinnamomi

Electuarium Hydragogum Gordonii.

℞. *Succi cucum. asini, Rad. cucumeris asinini*
Succo: Laureolæ, Iridos purpurei, absinthij.
Succi Eupatorij ana ℥iij.

Resideat: quæ supernatat aqua, abliciatur; Crassiori vero parti insperge

Rhabarbari — *Agarici an.* ℥ß.
Spicæ Indicæ — *Sem. Endiviæ*
Sem. scariolæ, — *Portulacæ*
Masticis — *Lappæ*
Tragacanthæ — *Salis gemmæ an.* ℥j.
Mellis colati ℥ß.

Electuarium purgans aquam Mesuæ.

℞. *Fol. Thymelææ prepar. part.* x.
Carnis cydoniorum in aceto coctor. sacchari an. p. lxxx.
Mannæ part. xl. *Olei ex coccognidio part.* xij.

Sacharum & Manna dissoluantur in sero lactis, cui infusus erit Agaricus, part. xxx. Misce carnem cydoniorum, coque igne lento ad mellis crassitudinem. Puluis foliorum thymelææ mistus prædicto oleo reliquis addatur. Dosis ℥ ß.

Catharticum imperiale Nicolai.

℞. *Scammon. prepar.* — *Sacchari an.* ℥j.
Cinnamomi — *Spicæ Nardi,*
Rad. saxifragiæ — *Polypodij*
Zingiberis an. ℥ß. — *Spicæ celticæ*
Piperis longi — *Piperis albi,*
Cardamomi — *Amomi*
Caryophyllorum an. ℥ij. — *Mellis despumati q. s.* Tritis F.

Diacarthamum Arnoldi Villanouani.

℞. *Specierum Diatragacanthi frigidi* ℥ß. — *Pulpæ cydonior.* ℥j.

Pulpæ

Digitized by Google

Fulpæ carthami ʒ ß.
Scamm. prep. ʒiij.
Mannæ drach. ij.
Sachari candi an. ʒj.
Sachari albi ſ. ʒx. ß.
Zingib. ʒij.
Turbith ʒvj.
Mellis Roſ. colati
Hermodactyl. ʒ ß.

Diaturbith cum Rhabarbaro Montagnanæ.

℞. *Turbith,*
Rhabarbari ʒx.
Santali albi
Violarum
Maſticis
Cinnamomi
Sachari albi lib. j. ʒiij.
Hermodactyl. an. ʒj.
Scammo. prep. ʒß.
Rubri
Zingiberis ana ʒj. ß.
Aniſi
Croci an. ʒß.
Fiat Electuarium.

Hiera Ruffi, Nicolai.

℞. *Aloes ʒj.*
Nigri an. ʒß.
Colocynthidis an. ʒiij.
Euphorbii
Salis Ammon. drach. ij. g. xv.
Chamædryos
Agarici
Epithymi an. drach. j. ß.
Xylobalſami
Gith ana drach. ij.
Mellis q. ſ.
Helleborі albi,
Diagridij,
Nitri
Polypodii
Piperis
Croci
Maſticis
Caſſiæ lignæ,
Opopanacis
Myrrhæ gr. xv.

Hiera Abbatis Nicolai.

℞. *Agarici*
Epithymi
Carpobalſami.
Croci
Maſticis
Abſinthij
Lap. Lazuli an. drach. ij.
Turbith
Cuſcutæ an. drach. ij. gr. v.
Xyloaloes,
Aſari
Roſarum
Rhapontici
Diagridii drach. j. ß.
Colocynthidis
Schœnanthi

Digitized by Google

Xylocaſſiæ
Cinnamomi
Violarum
Folii
Aloes Hepa. ʒiv. ß.
Mellis q. ſuff. F. Electuarium.

Antimoron Nicolai.

R. *Aloes* ʒv. ß. *gr.* vj.
Maſticis an. ℈ij. *gr.* v.
Xylobalſami ℈ij. *gr.* iij. ß.
Dragons. an. ℈j. *gr.* ij. ß.
Nitri
Apii Maced.
Diagridii
Caſſiæ fiſt. ʒj. *gr.* vj. ß.
Croci drach. ß.
Ireos drach. j.
Agarici
Euphorbii
Petroſelini an. ℈ij. *gr.* v.
Coccognidii an. ℈ij. *gr.* v.
Marathri
Aſari ℈ij. *gr.* v.
Aronis
Colocynthidis
Caſtorei an. ℈ij. *gr.* v.
Elleb. nigri ʒ ß.
Mellis q. ſ.

Electuarium Angelicum Fioravanti.

R. *Croci*
Corall. rub. an. ℈j.
Moſchi ʒj.
Elect. de ſuccoroſ.
Ligni aloes
Eleb. nigri ʒj.
Eſſentiæ noſtræ ʒij.
Meſuæ ʒvj.
Cinnamomi
Conſeruæ roſ. ʒiv.
Lapid. philoſ. ʒiij.
Mellis deſpumati q. ſ.

Electuarium Alharif Meſuæ.

R. *Myrob. chebularum, Citrinorum, Nigrorum an. part.* ij.
Emblicorum Belliricorum an. part. j. ß.
Tere, cribra, de hac maſſa accipe ʒxiv. Turpeti ʒvij.
Zingiberis
Cinnamomi
Cardamomi
Ligni aloes
Maſticis
Caryophyllorum
Et Tormentillæ an. vnc. i. ſ.
Extracti theriaces vnc. ii.
Confect. Alkermes
Et de hyacintho an. vnc. ß.
Eſſentiæ Corallorum drach. i. ſ.
Terræ ſigillatæ vere q. ſ. vt

Digitized by Google

Reducantur in pilularum conſiſtentiam: doſis ſcrup.i. ſ. Qui peſte correpti ſunt vtentur iis mane in doſi præſcripta, confeſtim ſuperbibendo aquæ benedictæ vnc.ii.& ſtragulis tecti multum ſudabunt: quo modo venenum à centro ad circumferentiam prouocabitur, & admirandum percipietur remedium.

Pilulæ mirabiles ad tremorem & ſpaſmum.

R. *Caſtorei* — *Extracti trochiſc. alhandal*
Pyrethri — *Et hierapicræ Gal. an. vnc. ſ.*
Caſſ: a ligneæ an. drac. iii.
Sagapeni præparati, vnc. ſ.

Miſce, fiat pilularum maſſa: Doſis ſcrup.i. vel ſcrup.ii.

Pilulæ Peſtilentiales Alberti Ducis Bauariæ.

R. *Croci* — *Caryophyllorum*
Myrrhæ — *Zingiberis albi an. ſcrup.ii.*
Camphoræ — *Ambræ ſcrup.i.*
Oſſis de corde ceruĩ — *Fragmentor. hyacinthi*
Spodii an. drach.i. — *Smaragdorum*
Ligni aloes — *Granatorum an. ſcrup.i.ſ.*
Been albi an. drach.ſ. — *Agarici electi*
Terræ ſigillatæ veræ drach.ii. — *Rhabarb. opt. an. vnc.ſ.*
Flor. Sulphuris drac.i. — *Aloes ex veſica ad pondus omnium*
Cort. & ſem. citrii

Miſce, fiat pilularum maſſa: doſis drac.i.

Si loco horum ingredientium craſſo tantum modo præparatorum recipiantur, illorum extracta remedium euadet multo præſtantius & vtilius.

CAP. XIII.

De Pulueribus purgantibus, confortantibus &c.

PVlueres purgatorii ita diuiduntur, vt alii, vel ſimpliciter purgent quemlibet humorem ſeorſim, bilem videlicet, pituitam, vel ſuccum melancholicum: alii vel duos ſaltem, vel omnes pariter educant: alii vero

Digitized by Google

vero apti & appropriati ſint certis corporis partibus, veluti capiti, ſtomacho, ventri, lieni, peculiariter à varia fæcum illuuie, putredine & corruptione repurgandis, de quibus ſolis pulueribus purgatiuis, ne longius ab inſtituto diſcedamus, hic agemus. Quib. ſi acceſſerint nonnulli pulueres morbis quibuſdam peculiares ac ſpecifici, eos ideo addimus, quod tanquam, ſelectiſſimi propriaque experientia diutius nobis cõprobati ſint, quibus lucem aſpiciendam publici commodi cauſa nullo modo denegauimus. De cæteris pulueriб. tam alterantibus quam roborantibus, variiſque aliis medendi ſcopis accommodatis, ampliſſima quidem dicendi occaſio hic eſſet: ſed illos reiicimus in cap. de confectionibus aromaticis, vbi de maxima illorum parte tractaturi ſumus: plures vero alios in ſcriptis hinc inde noſtris ſparſim iam tradidimus.

Puluis Cholagogus.

R. *Rhabarbari electi vnc. iii.* *Maſtiches*
Flor. Violarum drach. ii. *Cinnamomi an. ſcrup. ſ.*
Roſ. Pallidarum *Scammoniæ prep. ſcrup. i.*
Hyperici an. drach. i. *Sacchari violati vnc. ſ.*
ſpec. Diatriaſantali ſcrup. ſ.
Miſce, Fiat puluis: doſis drach. i. ſumatur ex iuſculo.

Puluis Phlegmagogus.

R. *ſpec. Diacarthami drac. ii.* *Turbith*
Agarici trochiſcati drac. ſ. *Hermodactyl. an. drac. i.*
Miſce: Doſis ſcrup. ii. cum iuſculo vino.

Puluis melanagogus Quercetani.

R. *Sennæ vnc. i.* *Aniſi, Fœnic. dulcis an. drach. i.*
Cinnamomi ſcrup. ii. *Sacchari vnc. i. ſ.*
Cryſtallor. tartari drac. vi.
Doſis drach. ii.

Puluis panchymagogus.

Cryſtallor. tartari vnc. i. *Sennæ drac. x.* *Hermodactylorum*
Turbith an. vnc. ſ. *Rhabarb.* *Agarici trochiſcati an. ℥iii.*
Scammoneæ prep. drac. ii. *Macis* *Cinnamomi*
Galangæ an. vnc. i. ſ. *Sacchari violati ad pondus omnium.*
Doſis drac. i. cum iuſculo.

Alius.

R. Fol. ſenæ vnc. i. ſ.	Epithymi	Rhabarbari an. drach. iii.
Ligni aloes	Macis	Zingiberis an. ſcrup. ii.
Salis abſinthii drach. i. ſ.	ſpec. Diatria ſantali ſcr. i. ſ.	Saccha, ad pondus omnium.
Turbith	Hermodactil. an. vnc. ſ.	

Miſce, fiat puluis: doſis ſemicochlear. argenteum ſuperbibendo iuſculum.

Puluis purgatorius conducens ad omnes morbos frigidos cerebri.

R. Cryſtallor. tartari	Ameos
Foliculor. ſenæ an. vnc. i.	Nardi Indici an. ſcrup. iiii.
Hermodactylorum	Coralli prep.
Turbith an. vnc. ſ.	Margaritar. prep. an. drac. i.
Pulueris foliorum peti drac. iii.	Cubebarum
Calami aromatici	Macis
Zedoariæ an. drach. i.	Caryophyllor. an. drac. ſ.
ſem. paoniæ	Salis euphragiæ
Sileris montani	Salis Betonicæ an. drach. i. ſ.
Faniculi	Sacchari antho ſati ad pondus omn.
Aniſi	
Miſce, fiat puluis: doſis drach. i.	Superbibendo ſtatim iuſculo.

Puluis purgans hydropicorum aquas.

R. Rad. Aſari,	Trochiſcorum de Rhabarbaro
Mechoacæ an. drac. ii.	De Eupatorio an. ſcrup. ij.
Eſulæ preparatæ	ſpec. Diatriaſantali
Soldanellæ an. drach. i.	Cinnamomi
ſpec. Diacarthami drach. i. ſ.	Macis an. ſcrup. i.
Scammoneæ preparatæ	Croci Martis drach. ſ.
Faculæ bryoniæ & ireos an. ſcrup. iiii.	Sacchari roſati ad pondus omn.

Miſce, fiat puluis: doſis drachm. i. cum iuſculo aut vino iunipe-
rino.

Pulvis

Puluis ad expellendos lumbricos, & ad deturbandum eorum seminarium.

℞. *Pulu. flor. hyperici*
Cornu cerui prep.
sem. Portulaca
Coralline
Diptamni an. scrup. i.
Asari an. scrup. iiii.
Croci
Trochisc. alband. an. scrup. i.
Coriandri an. drach. ii.
Centaurii min. an. drac. ii.
Coralli
Citri an. drach. s.
Gentiane
Rhabarbari
Myrrhæ
Scammoneæ prep.
Cinnamomi
Sacchari parum ad gratiam gustus.
Dosis scrup. j.

Puluis alius paratu facilis ad eorundemmet vermium infantum expulsionem.

℞. *Puluer is lumbricorum, supra prepar. drach. iii.*
Rhabarbari
Spodii
sem. Acetosæ an. scrup. i.
Cornu cerui prep.
Corall. rubr.
Coriandri prepar. scrup. ii.
Misce: dosis drach. i. vel drac. i. s.

Puluis cachecticus Quercetani.

℞. *Limaturæ chalybis in tenuissimum alkool per simplicem aquam redactæ, vel cum sulphure calcinatæ, vt artis est drac. i.*
Faculæ rad. Aronis drac. i. s. Ambræ griseæ drac. i. s.
Essentiæ corallor. margarit an. drach. ii.
Succini preparati, Cinnamomi an. scrup. iiij.
Sacchari q. s. vt fiat puluis gustui gratus.
Dosis semiçochlear argenteum mane.

Hactenus pulueres nostri purgantes, audiamus & pulueres seu Tragæas confortantes.

Tragea ad frigidos omnes capitis affectus.

℞. *Pulu. Rad. Acori drach. vi.* *Coralli preparati drach. ii.*

Pulu. Flor. Calendula	*Betonica*
Stachados	*Anthos an. ſcrup. ß.*
Coriandri præparati	*Nucis moſchata*
Cinnamomi an. vnc. ſ.	*ſem. Aniſi*
Fæniculi dulcis	*Paonie*
Ileris montani an. drach. iii.	*Card. amomi*
Caryophyllorum an. drach. i.	*Sacchar. anthoſati q. ſuff.*

Vt hat puluis guſtui gratus, doſis ſemicochleare argenteum, mane.

Tragema capitale Longij contra vertiginem & apoplexiam.

R. *Maiorane*	*Betonicæ*
Saluiæ	*Roſmarini*
Lauendulæ	*Meliſſæ*
Stachados an. ſcrup. i.	*Nucis moſchatæ*
Cinnamomi	*Coriandri prap. an. drach. iii.*
Cubebarum	*Cardamomi*
Galangæ	*Piperis longi*
ſem. Gallitrichi	*Gran. Paoniæ an. drach. i.*
Caryophyllorum	*Macis*
Zedoariæ	*Zingiberis*
Fenículi	*Carpobalſami*
Xyloaloes an. drac. ſ.	*Sacchari lib. i.*

Miſce fiat puluis.

Tragema ad vertiginem expertum Cratonis.

R. *Cinabrii non factitii, ſed mineralis veri vnc. ſ.*
Coralli rubri præp. Margaritar. præparatar. an. ſcrup. ii.
Croci ſcrup. i. *Fol. auri num. xv.*

Omnia terantur ſubtiliſſime ſupra marmor, & miſceantur: doſis gr. x. xij. vel xvj. cum aqua lilii conuall. prouocat ſudores. Excellens eſt, & multo vſu comprobatum remedium contra vertiginem.

Tragea antepileptica Quercetani.

R. *Eſſentiæ Corallor.*	*Margaritar. an. ſcrup. iiii.*
Vngulæ Alcis veræ	*Vnicornu an. drac. ſ.*

Salis

Salis cranii humani drac. i.ſ. *Pulu.Flor.lilior.conuall.*
Calendula *Tiliæ arboris*
Anthos an.ſcrup.i.ſ. *ſem. Paoniæ*
Ruta *Viſci querni an.ſcrup.ii.*
Lapidis bezoardici veri *Ambræ griſeæ an.ſcrup.i.*
Cinnamomi *Cardamomi*
Ligni aloes an.drach.i. *Camphoræ ſcrup.ſ.*
Sacchari anthoſati quant.ſuff.

Tragea ad omnes pectoris affectus.

℞.*Spec.Diarieos* *Pulmonis vulpis præp.drach.ſ.*
Diatrachacanthi frigidi an.ʒi.ſ. *Flor.Sulphuris præpar.drac.i.ſ.*
Pulu.Rad.vngulæ caballinæ *Eſſentiæ Margar.*
Summitatum hyſſopi *Coralli an. drac.i.*
ſem.Vrticæ an ſcrup.iiii. *Sacchari violati q.ſuff.*

Miſce,fiat puluis,vel ſi velis,elect. vel tab. concinnabis.

Tragea antipleuritica.

℞. *Salis prunellæ (quem anodynum minerale vocant veri Chymici drac.ii.)*
Pulu Flor.papaueris rheados, *Coralli rubri an.drach.i.*
Sacchari violati vnc.ſ. *M.Fiat Tragea.* Doſis drach.ij.

Puluis ad omnes ventriculi affectus mirabilis.

℞. *Pulu. Rad. Aronis præparata, vt docebitur vnc.ii.*
Rad.Acori vulgi *Salis Abſinthii*
Pimpinellæ an.vnc.i. *Et Iuniperi an. drach. i.*
Oculorum cancri vnc.ſ. *Sacchari roſati q. ſuff.*
Cinnamomi drach.iii. *M.Fiat Tragea.*

Tragea ad affectus hepatis.

℞. *Coralli rubri præp.* *Spodij*
ſpec.Diatragac.an.drach.ii. *Pulueris hepaticæ*
ſem. Acetoſæ *Portulacæ*
Berberis an.drac.i. *Croci martis opt.prap.ʒii.ſ.Croci olei ſulphu.ℨ.ii.*

Conſeruæ roſ.è ſiccis,vel ſacchari roſati q.libuerit.
Miſce,fiat puluis:doſis drach.i.

Tragea

Tragea ad icterum: Horum remediorum vnum paratur ex anserculo, qui veris tempore herbis pascitur, stercore seu excremento: hoc collectum, & in sole vel alio loco moderate calido exsiccatum, pulueriz andum est, de quo puluere exhibeatur drach. ſ. vel drach. j. ſi malum inueteratum fuerit, vel per se, vel cum vino albo. Non est morbus aurigino-sus, quin hoc medicamine perfecte eradicetur & euellatur, idque in tertia vel quarta eiusdem exhibitione: huic pulueri addere poteris cinnamomi, & sacchari ad libitum.

Ad idem: Summum & certissimum ad eandem icteritiam medicamentum est pullorum gallinaceorum, vel gallinarum excrementum album, seorsim collectum, de cuius puluere mane exhibe drach. ſ. & continuando 4. vel 5. matutinis mira percipies. Idem puluis sumitur ad calculi contritionem & expulsionem, & vrinæ suppressionem.

¶ *Tragea ſplenitica.*

R. *Pulueris rad. aronis, vt supra praparatæ vnc. ſ.*

Carpobalsami	*Xylobalsami*
Zedoariæ an. vnc. i.	*Pulu. Flor. geniſtæ*
ſem. Naſturtij	*Eruca*
Carduibenedicti	*Faniculi*
Aniſi an. drach. i. ſ.	*Caryophyllorum*
Zingiberis	*Cubebarum an. drach. ſ.*
Cinnamomi drac. i.	*Salis Fraxini*
Tamariſci	

Ceterach an. ſcrup. iiij. Sacchari anthoſati ad pondus omnium. Misce, fiat puluis. Dosis ij. cochlearia argentea, conducit ad obstructiones & scirrhosas durities lienis, & cæteros affectus inde promanantes.

Tragea antinephritica & ad colicam paſſionem.

R. *Tunicæ interioris ventriculi gallinæ, & ſtercoris albi eiuſdem an. drach. ſ.*
Pulueris pellicularum interiorum, quæ in putaminibus ouor. reperitur drach. ii. ſ.

Herniaria	*Cinnamomi an. ſcrup. iiij.*
Nucleor. meſpilorum drach. ii.	*ſem. Aniſi*
Faniculi an. drach. i.	

Reducan-

Digitized by Google

Reducantur in puluerem tenuiſſimum & miſceantur. Doſis drac. ſ. vel vnc. i. ad ſummum cum vino albo.

Tragea hiſterica.

R. *Caſiæ lignea*	*Calami aromatici an. vnc. ſ.*
ſem. Agni caſti	*Paſtinacæ*
Rutæ	*Peoniæ*
Aniſi	*Faniculi an. drach. ii.*
Cardamomi	*Macis*
Cinnamomi	*Caryophyllorum an. drach. i.*
Faculæ bryoniæ drach. i. ſ.	*Sachari anthoſati ad pondus omnium.*

Miſce, fiat puluis. Doſis drach. i. ſ. Prodeſt albo mulierum fluori & vteri ſuffocationi.

Tragea granorum actes ad dyſenteriam.

Exprimatur ſuccus baccarum ſambuci maturarum, tempore videlicet Autumni. Ex quo ſucco & farina ſecalina conficiatur paſta ſiue maſſa optime elaborata, ex qua formentur exigui panes, qui in furno ad biſcocti duritiem coquantur, adeo vt in puluerem tenuiſſimum redigi queant: qui puluis cum eodem ſucco iterum imbibatur, omniaq; denuo reducantur in paſtam, quæ in biſcocti forma coquatur in furno: idque tertio repetatur. Poſtremo omnib. probe coctis & reſiccatis, fiat puluis ſubtiliſſimus, qui longiſſimo tempore adſeruabitur: ſpecificum eſt arcanum aduerſus dyſenterias. De eo accipe drach. j. & nucis moſchatæ tantundem, mixtis ſimul omnibus cum ouo parum cocto incorporentur: & ſic omnia ſorbenda exhibeantur, vel miſceantur cum aquæ noſtræ dyſentericæ ſupra deſcriptæ ſuff. quantitate, & propinentur.

Tragea ad bronchocelem.

R. *Spongiarum vel excreſcentiarum ſpongioſarum, quales in cynosbatis naſci ſolent vnc. ii. ſpongiæ marinæ tantundem.*

Hæ ſpongiæ ſimul reducantur in cineres, vt artis eſt.

R. *Cinerum harum ſpongiar. ℥i.*	*Cin. chartæ leucophæ combuſtæ ℥ii.*
Cinnamomi vnc. ſ.	*Coralli rubri puluerizati ℥i. ſ.*

Miſce omnia inuicem, & fiat puluis.

Puluis ad omnes hernia ſpecies, & ipſam enterocelem.

R. *Pulu. rad. Conſolidæ maior. ℥ſ.* *Pulu. herniariæ .vnc.i.*
Pulu. ſpongiarum, cynosbatis adnaſcentium drach.iii.
Eſſentiæ coralli *Eſſentiæ perlarum an. drach.ii.ſ.*
Magiſterii lapidis hæmatitis ℈iiii. *Spodii*
Terræ ſigillatæ an. drach.ii. *Cinnamomi*
Fœniculi dulcis an drach.i. *Sacchari roſ. ad lubitum, fiat puluis.*

De quo vtatur hernioſus mane ad pluſculos dies: non neglectis interim perpetuis & commodis ligamentis, ac præſertim balſamo diakibric noſtro ſumme igneo exſiccante, ac partes membranoſas præhumidas & relaxatas contrahente.

Præparatio Radicis Aronis.

Colligenda eſt hæc radix, dum vix inter dumeta germinare incipit, ac antequam eius virtus in folia ſe diſpergat, mundanda optime & lauanda: poſtea in orbiculos diſſecta infundatur cum vino albo, & maceretur in loco frigido per inclinationem: & rurſus affundatur nouum vinum album, repetita adhuc maceratione eadem per 12. horas, vt nimia acrimonia & vis pungens eiuſdem ſalis aronici mitigetur, quæ alias tangentis manibus bullas ſiue puſtulas inducit eaſque exulcerat. Sed in eo tamen acri ſale latet vis illa diſſoluens, quæ vero artificio inde eruenda eſt, hoc eſt, adeo edulcanda eſt, vt amplius linguam non pungat acrius ac ipſum piper, citra vllam exulcerationem, idque ex guſtu facile percipitur. Radix itaque poſt macerationem reſiccetur ad ignem lentũ in furno videlicet, in quo panifica modo cocta fuerint, dein reducatur in puluerem ad ſuum vſum.

Puluis Rhabarbari purgans Bilem Fuchſii.

R. *Rhabarbari electi ℥ii.* *Spicæ Indicæ* *Maſticis an. gr. vi.*
Sacchari ſcrup. ii. M. F. puluis.

Puluis Alius Fumanelli.

R. *Rhabarbari* *Diagridii an. drac. iii.* *Zingiberis drach. ſ.*
Sacchari electi vnc. i. M. F. puluis.

Puluis

Digitized by Google

Puluis alius Andernaci.

R. *Sennæ mundatæ, Violarum purpur. an.* ℥ſ. *Glycyrrhizæraſæ Zingiberis an. ſcrup. i. ſ. Tartari ſcrup. ſ.* M. F. Puluis.

Puluis è Turbith Magiſtralis Florentini.

R. *Turbith boni drac. i. Zingiberis albi ſcrup. ii. Hermodactylorum drach. ſ. Sachari albi vnc. ſ.* M. F. puluis.

Puluis alius Auicennæ.

R. *Zingiberis albi, Maſticis Tubith electi an. drach. x. Sachari drach. xxx.* M. F. puluis.

Puluis ſennæ Montagnanæ.

R. *Fol. Sennæ vnc. ſ. Zingiberis Macis an. drac. iii. Cinnamomi Tartari an. drac. i. ſ.* M. F. puluis.

Puluis ad Hydropem Eraſti.

R. *Pulu. fol. ſoldanellæ ℥ ſ. Sennæ drac. ii. Rhabarbari vel Turpeti ſcrup. i. Sachari drac. i.* M. F. puluis.

Alius eiuſdem pro Mulieribus.

R. *Turpeti drach. i. Rhabarbari drac. ſ. Soldanellæ ſcrup. ii. Zingiberis Sachari an. drach. i.* M. F. puluis.

Pulueres purgantes Humores Mixtos.

Puluis Laxatiuus Magiſtralis.

R. *Turbith vnc. i. Zingiberis Cinnamomi Maſticis Galangæ Cardamomi Caryophyllorum Aniſi Hermodactylorum Scammonii præp. an.* ℥ſ. *Fol. Sennæ vnc. ii. Sachari albi vnc.* IV. F.

Puluis Stckſtaldi.

R. *Turbith electi* ℥ſ. *Cinnamomi Zingiberis an. drac. ii.*

Caryophyllorum *Cardamomi* *Galanga*
Maſticis an.drac.ſ. *Aniſi drac.i.* *Hermodactylorum*
Diagridii *Sena an.vnc.ſ.* *Sachari vnc.iii.F.*

Puluis alius Trincauelli.

R. *Sena vnc. ix.* *Diagridii vnc.i.ſ.* *Salis Indi vnc.ſ.*
Facum vini vnc.iv. *Maceris vnc.iij.* *Cinnamomi drach.i.ſ.*
M.Fiat puluis.

Puluis ſolutiuus de Tribus Auguſtani.

R.*Sena drac.vi.* *Turbith vnc.ſ.* *Rhabarbari drac.ii.*
Glycyrrhizæ *Aniſi* *ſem.Faniculi an.drach.i.*
Spicæ Indicæ ſcrup.ſ. M.Fiat puluis.

Puluis paſſauant Colonienſium.

R.*Flor. Borrag.* *Violarum an.ſcrup.ii.* *Zingiberis*
Spicæ Nardi an.vnc.i. *Glycyrrhizæ* *Aniſi an.drach.ij.*
Diagridii drach.iij. *Rhabarbari electi drac.vi.* *Turbith gum.vnc.i.*
Sena vnc.ii. M.Fiat puluis.

Puluis purgatorius Hermanni.

R.*Fol.ſenæ,* *Sachari an.drach.vi.* *Zedoariæ*
Zingiberis *Liquiritiæ an.drach.ii.* *Tartari ad pondus omnium.*
Miſce F.puluis. Doſis drac.i,ſ.

Puluis purgatorius Baſſani.

R. *Cinnamomi* *Zingiberis* *Galangæ an.drach.i.*
Caryophyllorum *Nucis Moſchatæ* *Croci*
Macis an.drac.ſ. *Tartari vnc.ſ.* *Sena vnc.i.*
Diagridii drach.i. *Roſ.rub.drach.ſ.* M.F.puluis.

Puluis Purgatorius Ioan.Stockſtal.

R. *Turpeti electi drac.i.* *Zingiberis* *Cinnamomi an.drac.ſ.*
Galangæ *Maſticis* *Calami aromatici*
Caryophyllorum an. ℥i. *Aniſi ſcrup.i.* *Diagridii*
Hermodactyl.prep. *Sena an.drac.i.* *Sachari* ℥i. M. F. puluis.
Doſis drach.i. ad ℈iv.

Puluis

Puluis Laxatiuus Arnoldi Villanouani.

R. *Esulæ repressæ in aceto infusionis Tragacanthi drach. vii.*

Caryophyllorum	*Macis*	*Nucis Moschatæ*
Zingiberis	*Galangæ*	*Anisi*
Cymini an.drac.i.	*Sachari ad placitum.*	M.F.Puluis.

Puluis Laxatiuus alius.

R.*Cinnamomi*	*Zingiberis an.drac.i.*	*Nucis Moschatæ*
Galangæ	*Masticis*	*Caryophyllorum*
Cardamomi an.scrup.i.	*Xyloaloes scrup.ſ.*	*Anisi drac.ſ.*
Turpeti optimi drac.ii.	*Sennæ drach.ii.*	*Hermodactyl. drach.v.*
Sachari vnc.i.ſ.	*M.F. puluis.*	Dosis drach.j.

Puluis contra Lumbricos Colonienſium.

R.*Comarum Centaurij min. Lupinorum an.lib.ſ.* *Gentianæ*

Abſinthii	*Bacc.Lauri an.vnc.iv.*	*Ariſtolochiæ rot.*
Pyrethri	*Polypodij*	*Petroſel.Macedonici*
Zedoariæ	*Myrrhæ an.vnc.ii.*	*Abrotani vnc.i.*
ſem.Athanaſiæ vnc.iii.	*Flor.perſicorum vnc.ii.ſ.*	*Coriandri prap.vnc.i.ſ.*
Sennæ Alexandrinæ	*ſem.Santonici an.ʒ.ii.ʒ.ii.*	*Aloes*
ſem. Portulacæ,	*Rad.Dictamni albi an.* ʒii.M.Fiat puluis.	

Alius Auguſtani.

R.*ſem.ſancti vnc.iv.*	*Fol. Sennæ drac.i.*	*Coriandri præpar.*
*Cornu cerui an.*ʒſ.	M.E.Puluis.	

Alius Laurentij Ioubertí.

R. *Coralliné,*	*Cornu cerui vſti*	*Raſuræ Eboris*
Coralli rubri	*ſem. Caulium*	*Acetoſæ*
Portulacæ	*Coriandri prap.an.vnc.ſ.*	*Rad. Dictamni albi,*
*Filicis Maſcul.an.*ʒii.	*ſem. Citri* ʒii.	*ſem.Contra* ʒi.

Puluerata irrorentur aceto acerrimo,& in vmbra ſiccentur per tres vices.

Alius puluis.

R. *ſem. Contra vnc. i. Fol. ſenæ mundata drac. vi. ſem. Tanaceti*
Portulacæ Lupinorum an. drac. iii. ſem. Acetoſæ
Rhabarbari opt. Rad. Diſclaminia Zedoariæ
Corallinæ, Cornu C. vſti an. drach. ii. F. Doſis drach. i.

Alius Caſpari Bauhini.

R. *Rad. Mechoach albiſſ. ℥ii. Cornu cerui uſti ℥ſ. Diagridii gr. i.*
M. Fiat puluis in lacte ſumendus, & tertio iterandus.

Puluis ad ſuppoſitoria ſiccæ Auguſtani.

R. *ſpec. Hierapicræ ℥i ſ. Colocynthidis drach. vi. Hellebori albi vnc. i.*
Salis communis vnc. iii. Farinæ frumenti vnc. xiix.
Cum vitello ouorum & melle deſpumato q. ſ. Fiant ſuppoſitoria.

Alius acutior Medici Florentini.

R. *Aloes Hellebori nigri, Centaurii*
Cymini Rutæ an. ſcrup. ii. M. F. puluis, &c.

Hactenus pulueres purgantes à Galenicis ſapientiſſimis præſcripti, qui omnes etiam poſſunt ad Chymicum vſum accommodari & appropriari, eſſenſificando extrahendoue, videbimus nunc pulueres præceptorum antiquorum confortantes, etiam ab intra ſumendi.

Pulueres calefacientes & ſiccantes caput.

Puluis Rondeletij.

R. *Cranei vnc. iv. Cineris cuculi Hirundinis an. vnc. ii.*
Cineris priapi Tauri, vel Caſtorei vnc. ſ. Galangæ drach. ſ.
Sachari q. ſ. M. F. puluis.

Puluis Epilepticus Mercurialis.

R. *ſem. Paoniæ Viſci quercini an. drac. ii. Cardamomi drac. i.*
Cantharidum præparatarum ſcrup. ii. Mellis q. ſ. ſi placet bolus.

Puluis

Digitized by Google

Puluis Epilepticus Angeli de Tarento.

R. *Cranei Hominis,* *ſem. Paeniæ* *ſem. vel Rad. gallitrici*
Rad. Tormentillæ M.F. puluis. Doſis drach. j.

Puluis ad Tuſſim Meſuæ.

R. *Amygdal dulcium,* *Sachari an. vnc. ii.* *ſem. Fœniculi vnc. i.*
M. Fiat puluis. Datur cum Iulapio violaceo.

Puluis Bezoarticus contra peſtem Meſuæ.

R. *Boli Armeni vnc. ii.* *Roſarum Rub. drach. i.* *ſem. Acetoſæ*
ſem. Citri mundati, *ſem. Rutæ* *Cornu cerui vſti*
Doronici Romani, *Carabæ,* *ſem. Carduiben. an. ſcrup. IV.*
Coralli vtriuſque *Ligni aloes* *Serici crudi*
Santalorum omnium *Margaritarum,* *Oſſis de Corde C. an. ℥. i.*
Spec. Diamarg. frig. *Tormentillæ* *Dictamni*
Tunicis *Scabioſæ* *Coriandri*
Terræ ſigillatæ an. ℥ii. *Caphuræ ſcrup. ii.* *Ambræ ſcrup. ii.*
Crocigr. xv. *Moſchi ſcrup. iv.* M. F. puluis.

Puluis contra peſtem alius.

R. *Rad. Tormentillæ* *Dictamni* *Tunicis*
Scabioſæ *Rad. Bugloſſæ an. vnc. ſ.* *ſem. Citri*
Acetoſæ an. vnc. ſ. *Coriandri prap. drac. ii.* *Roſ. rub. drac. i.*
ſem. Portulacæ drac. ii. *Raſuræ Iuris drach. ii.* *Coralli albi*
Rubri an. drach. i. ſ. *Terræ ſigill vnc. ſ.* *Boli Armeni vnc. ii.* M.F. pul.

Puluis griſeus Cæſaris contra peſtem Auguſtani.

R. *Rad. Pimpinellæ* *Gentianæ* *Tormentillæ*
Serpentariæ an. vnc. i. *Rutæ* *Abſinthii*
Nucum iuglandium *gran. Iuniperi* *Aceti Roſar.*
Theriacæ electæ an. ℥. i. *Caſtorei vnc. ſ.* Doſis drac. ſ.

Puluis Rubeus Cæſaris contra peſtem Auguſtani.

R *Myrrhæ electæ* *Croci an. drac. i.* *Oſſis de Corde C. ſcrup. ii.*
Cornu cerui ℥ii. *Dictamni Cretici,* *Tormentillæ*
Gentianæ

Gentiana Pimpinellæ an. ℥ii. ſcrup. ii. Zedoariæ
Zingiberis an. drach. iii. Sulphuris viui Bolı armeni an. vnc. ſ.
Caphuræ ſcrup. iv. Theriacæ Andromachi. Mithridat. an. drach. vi.
M. F. omnium puluis aſpergendo aquam vitæ.

Puluis Electuarij de Bolo.

R. *Santalorum omnium, Galangæ, Ligni aloes*
Cinnamomi Coralli rubri Roſ. rubrarum
ſem. Melonum an drach. ſ. Rad. Tunicis Tormentillæ an. drac. iii.
Raſuræ Eboris Cornu Cerui an. drach. ſ. N. Moſch. N. i.
Maceris Cubebarum an. drach. i. Anſi
Marathri Zingiberis an. gr. xv. ſem. Acetoſæ
ſem. Citri, Iuniperi ſem. Cotı
Caryophyllorum an. drach. ſ. Boli Armeni drach. ii. M. F. Puluis.

Puluis præſeruatiuus in peſte. A. L.

R. *Rad. Angelicæ Gentianæ Zedoariæ*
Tormentillæ Pimpinellæ Valerianæ
Oſtrutii Ariſtolochiæ rot. Dictamni Cretici
Zingiberis Carduibenedicti Scordii
Rutæ Flor. Calendulæ ſem Acetoſæ
ſem. Citri an. ℥ii. Croci Myrrhæ
Coralli rubri prep. Cornu C. prep. Caphuræ an. drac. ii.
Oſſis de Corde C. drac. i. Boli armeni Terræ ſigillatæ
Flor. Sulphuris an. vnc. ſ. Theriacæ Androm. vnc. ſ. Mithridatii vnc. i.
F. Cum aqua vitæ.

Puluis præſeruatiuus pro Familia.

R. *Rad. Gentianæ, Valerianæ, Ariſtol. rot.*
Oſtrutii Pimpinellæ Tormentillæ
Rutæ Carduibenedicti Cubebarum an. vnc. i.
gran. Iuniperi vnc. ii. Boli Armeni vnc. i. Aloes drac. ii. F.

Antidotus Illuſtriſſima Saxonica.

R. *Rad. Valerianæ vnc. ſ. Vrticæ vrentis vnc. i. Vincetoxici vnc. i.*

Rad.

Digitized by Google

Rad polypodii, Althea Angelicæ vtriuſque an.℥ii.
Cort.Rad.Laureolæ℥i.ſ. Baccar.herbæ paris N.xxvi.
M.F.puluis Doſis drach.i.

Puluis Ranzonii contra peſtem puerorum.

R.*Oſſis Vnicornis, Coralli rubri, Succini albi*
Margaritarum, Ramentorum Auri Vnguleæ alcinæ an p.æqua.

Puluis Bezoarticus Medici Regis Angliæ.

R. *Pimpinellæ Tormentillæ Cinnamomi an.vnc.ſ.*
Ligni aloes gran.Iuniperi Zingiberis an.drach.i.
Carduibened. Angelicæ an.drach.ſ. M.F.puluis.

Puluis calefaciens ſtomachum Meſuæ.

R.*Ligni aloes drach.ſ. Galliæ aur.i.ſ. Sachari albi vnc.i.ſ.*
Miſce F.puluis. Doſis drach.iii.cum Miua.

Puluis eiuſdem alius.

R.*Ligni aloes vnc. iij. Cardamomi Menthæ ſiccæ*
Spicæ Marrubii Cyperi
Cort.Citri an. drac.ii. Galliæ Schænanthi an.drach.i.
Maſticis Aniſi Apii an.drach.ii.
Sachari ad pondus omnium. M.F.puluis.

Puluis Diarrhodon Meſuæ.

R.*Trochiſ.Diarrhodon Maſticis an.drach.iii. Ligni aloes*
Succi Menthæ ſiccæ an.℥ii ſ. M.F.Puluis Doſis drach.i.

Puluis cum cibo ſumendus.

R.*ſem.Leuiſtici Amomi Ameos*
Cardamomi ſem. Aniſi Apii
Rutæ Origani Anethi
Carui Fœniculi Zedoariæ
ſem. Cimini Saluiæ Calamenthi

Thymi *Betonicæ* *ſem. Sileris Montani*
Piperis longi *Piperis nigri*, *Hyſſopi*
Serpilli *ſem. Petroſelini an. ʒii.* *Pyrethri*
Liquiritiæ *Nucis Moſch an. vnc. ſ.* *Cinnamomi vnc. i.*
Caryophyllorum *Galangæ* *Croci an. vnc. i.*
Pulegii vnc. ii. ſ. M.F. puluis.

Puluis pro condiendis cibis.

R. *Cinnamomi electi* ʒii. *Zingiberis vnc. i.* *Piperis longi*
gran. Paradiſi *Galangæ an. drac. ii.* *Cardamomi*
Nucis Moſchatæ an. ʒi. *Caryophyllorum.* *Macis an. drach. ſ.*
Croci Orient. ʒiii. *Santali rub.* *Roſ. rub. an. drach. i.*
M.F. puluis.

Species ad Carnes & piſces Bertholdi.

R. *Cinnamomi vnc. i.* *Zingiberis drach. x.* *Piperis longi*
gran. Paradiſi *Galangæ an. drach. ii. ſ.* *Cardamomi* ʒi. *ſcrup. ii.*
Nucis Moſchatæ *Macis an.* ʒi. *Croci vnc. ſ.*
Sachari albi lib. i. M.F. puluis.

Puluis ſtomachalis.

R. *ſem. Aniſi* *Fœniculi* *Cari*
Cimini *Petroſelini* *Apii*
Betonicæ *Calamenthi* *Hyſſopi*
Pulegii an. drach. i. *Piperis longi drach. ſ.* M.F. puluis.

Puluis ſtomachalis alius.

R. *Confect. fœniculi,* *Confect. Aniſi* *Confect. Carui*
Confect. Coriandri, *Glycyrrhizæ raſæ* *ſem. Siſami an. p. æ.*
Galangæ *Zingiberis* *Piperis longi an. parum.*

Puluis ſtomachalis etiam talis eſt.

R. *Sachari lib. v.* *Zingiberis inciſi vnc. iii. ſ.* *Zingib. pulu.* ʒiii. ſ.
Cinnam. Inciſi vnc. i. ſ. *Caryophyllorum,* *Macis*
Nucis Moſch. an. vnc. ſ. *Confect. Aniſi lib. i.* M. F.

Puluis

Digitized by Google

Puluis ſtomachicus rubeus.

R. *Cinnam. lib. i.* *Zingiberis albi quar. i.* *Caryophyl. vnc. i.*
Macis *Nucis Moſch. an. vnc. i.* *Piperis longi*
Galangæ an. vnc. i. *gran. Paradiſi vnc. ſ.* *Cardamomi vnc. ſ.*
Sachari lib. IV. *Croci vino infuſi vnc. ii.* M. F. puluis.

Puluis pro mulieribus in puerperio.

R. *Cinnamomi electi ʒii.* *Macis* *Nucis Moſchatæ an. ʒ i.*
Coriandri præpar. ſcrup. i. *ſpe. Clareti vnc. ſ.* *Sachari lib. ſ.*
Macis integræ drac. ii. M. F. puluis.

Puluis ad ſtomachum eructuoſum.

R. *Cinnamomi vnc. ſ.* *Galangæ* *Zingiberis*
Nucis Moſchatæ *Zedoariæ* *Cubebarum an. drac. ii.*
Caryophyllorum *Macis an. drach. i. ſ.* *Aniſi vnc. i.*
Sachari q. ſ. M. F. Puluis.

Puluis ad ſtomachum frigidum.

R. *Coriandri præpar.* *Aniſi* *Fœniculi*
Cinnamomi *Maceris* *Carui an. drach. ii. ſ.*
Zingiberis albi drac. i. *Caryophyll. ſcrup. ii.* *Nucis Moſch. drac. i. F.*

Puluis ſeu ſpecies Imperiales.

R. *Cinnam. electi* *Zingiberis an. drach. ii.* *Macis*
Galangæ *Nucis Moſchatæ* *Cardamomi*
gran. Paradiſi *Piperis longi an. ſcrup. i.* *Calami arom. drac. i.*
Cubebarum *Caryophyll. inciſorum an. ʒ ſ.* M. F. puluis.

Puluis ad iuuandam conceptionem Rondeletij.

R. *Aniſi conditi drac. ii.* *Galangæ* *Cinnamomi an. drac. iii.*
Piperis longi ſcrup. ſ. *Cort. citri ſicci drac. i.* *Sachari ſolidi vnc. vi.*

Alius Caſpari Bauhini.

R. *ſem. Coriandri præpar. ʒiii.* *Faniculi drac. ii.* *Aniſi*
Cinnamomi an. drac. i. *Sachari roſati ad quadruplum.*

Alius eiuſdem.

R ſem. Aniſi Faniculi Coriandri
Sacharo obductorum an.vnc.i. Maceris Nucis Moſchata an.drac.ſ.
Cinnamomi electi ʒ. ii. Caryophyllorum ϑ. M. F.puluis.

Species inciſæ, ſacharo obductæ.

R. Glycyrrhizæ ʒi. Cinnamomi drac.vi. Zingib. ʒv. ſcrup.i.
Calami aromat. ʒſ. Macis Nucis Moſch.an.ʒii.ſcrup.ii.
Galangæ Caryophyll.an.drach.ii. Cubebarum ſcrup.iv.
ſem. Aniſi ſem. Carui Fœniculi
ſem.Coriandri præparati an.ʒii. Conficiantur cum ſacharo.

Tragea groſſa pro ſtomacho, inciſa.

R. Calami Aromatici ʒ. Glycyrrhizæ Gentianæ an. vnc.iv.
Rad. Tormentillæ Zedoariæ gran.parad.ſi
Galangæ an.vnc.i. Zingiberis Nucis Moſch.
Piperis longi an.ʒſ. Cinnamomi Caryophyll.an.ʒvi.
ſem. Aniſi Faniculi Carui
Coriandri præparati an.vnc.i. Miſce Inciſa F.Puluis.

Tragea alia Auguſtani.

R. Glycyrrhizæ inciſæ, Aniſi confecti an.lib. i. Confect. Carui
Confect. fœniculi Conf. Coriandri prap. Zingiberis albi an.vnc.iix.
Cinnamomi electi ʒ.ii. Calami aron.ʒ.i. Nucis Moſchi vnc.ſ.
Conciſa groſſo modo F.puluis.

Puluis aduerſus flatus, Magiſtralis.

R.Coriandri prapar. Aniſi purgati an.vnc.ii. Cinnam.drach.ii.
Caryophyllorum drac.i. Macis ſcrup.ſ. Sachari opt.vnc.iv. F.

Puluis Aromatum Meſuæ.

R. Aniſi aur.xii. ſem. Fœnic.aur.iv. Zingiberis
Glycyrrhizæ an.aur.iii. Macis Caryophyllorum
Cinnam. electi Galangæ Gallic Moſch.an.aur.ii.

Ligni

Digitized by Google

Ligni aloes *Cort.an.aur.i.ſ.* *Moſchi boni drach.i.*
Sachari albi ad pondus omnium, ſachari candi, dimidium pondus omnium. M. F. puluis.

Species dulces, pro cibariis, Auguſtani.

R. *Cinnamomi vnc.ii.* *Zingiberis albi* *Sachari an.vnc.i.*
Croci Orientalis drac.ii. *Caryophyllorum* *Nucis Moſchata*
Galangæ *Macis an. drach.ſ.* M.F. puluis.

Puluis ad Hydropem & Cachexiam Rondeletij.

R. *Inteſtinorum gallinæ prepar. & vſtorum, inque aqua abſynthii extinctor. & vino ablutor. vnc.i.*
Galangæ *Cinnamomi an.drac.i.* *Sachari roſ. tab.vnc.i.* M.F.Pul.

Puluis refrigerans ſtomachum & corroborans.

R. *Spec. Triaſantali,* *Diatrag.frigi.an drac.i.* *Roſ.rub.ſicc.*
Coriandri prepar. *Corall.rub.an.ſcrup.i.* *ſem.Portulacæ ſcrup.iii.*
Sachari roſ.tab.drac.iii. M.F.puluis.

Puluis de granis Myrti Meſuæ.

R. *Baccarum Myrti* *gran.Granatorum toſt.an.drac.xx.* *Polentæ,*
Coriandri prepar. tor. *Succi Meſpilorum,* *Cerationum*
Cymini aceto prep. *Rhois* *Glandium an.drac.x.*
Acaciæ *Hypociſtidos an.vnc.v.* M. & confice.

Puluis Antonij Chalmetei ſtomachicus.

R. *Coriandri prepar.vnc.v.* *Diacydonitis ſine aromatibus drac.iii.*
Cinnamomi drac.ii.ſ. *Macis drac.ſ.* *Pul.Roſ.nouella drac.i.*
Sachari roſati tabellati ad pondus omnium M. F. Puluis.

Puluis refrigerans & confortans Hepar, Fuchſii.

R. *Spec.Diarrhod.Abb.* *Triaſantali an.drac.i.ſ.* *ſem. Endiuiæ*
Cichorii an.drac.i. *ſem.Melonum* *Citrulli*
Cucurbitæ an. drac.i.ſ. *Roſ.rub.drach.ſ.* *Santal.omnium an.ſcrup.i.*
Sachari albiſſimi vnc.v. M.F.Puluis.

Puluis ad conſtringendum orificium ventriculi.

R. *Coriandri prepar.vnc.ii.* *Coralli rub.vſti ac loti vnc.ſ.* *Aniſi drach.ii.*

Roſ. rub. *Cort. Citri ficci* *Carnium Cytoniorum*
Vel ſorborum *Vel pyrorum agreſtium exiccatorum*
Vel pul. Diacitonites an. drach. i. *Sachari roſ. tab. q. ſ.* Miſce.

Puluis ad vomitum & ventris fluxum Rondeletij.

℞. *Carnis Cytonior. exicc. vnc. i.* *Corall. rub. vnc. ſ.* *Cort. Citri ficci*
ſem. Vuarum *Vel flor. Labruſcæ an. drac. ii.* *Roſ. rub. p. i.*
Cinnamomi craſſi ʒ. i. ſ. *Sachari roſ. tab. q. ſuff.* M. Fiat.

Puluis ad Menſium prouocationem Rondiletii.

℞. *Myrrhæ* *Cinnamomi an. drach. i.* *Sabinæ drach. ſ.*
ſem. Apii *petroſelini* *ſpicæ nardi*
Aſari *Squinanthi an. ſcrup. i.* M. F. puluis.

Puluis Vrinas mouens.

℞. *Gummi prunorum,* *Carabe,* *Cineris cancro. an. drach. i.*
ſem. Apii *Petroſelini* *Alkekengi an. drach. ſ.*
Cinnamomi, *Aſari,* *Squinanthi anſcrupii.*
M. F. puluis.

Puluis ad Calculum ex Cineribus, Auicenna.

Cinerum Vitri *Cinerum ſcorpionum,* *Cinер. Rad. Braſſicæ,*
Cinerum leporis *Cin. putam. ouorum,* *Lapidis ſpongiæ*
ſang. Hirci prep. *Lapidis Iudaici* *Gummi iuglandis*
Acori an. drach. i. *Petroſelini* *Dauci*
Pulegii *Gummi Arabici* *ſem. Althææ*
Piperis nigri an. drac. i. ſ. Trita M. Fiat que puluis.

Puluis ad Calculum Auguſtani.

℞. *ſem. Milii ſolis* *Saxifragiæ an. drac. i.* *Lactucæ*
Hyoſciami *Papa. albi an. ſcrup. ii. ſ.* *4. ſem. frig. mai. an. ſcru. ii.*
Trochiſ. halicacabi drach. i. ſ. *Glycyrrh. ſcrup. iv.*
Rad. Pimpinellæ *ſem geniſtæ an. drac. ſ.* *Sachari vnc. ii.* F.

Puluis contra Calculum alius.

℞. *ſem. Fæniculi* *Raphani* *Petroſelini*

Aniſi

Digitized by Google

Anisi *Anethi* *Alkekengi*
Saxifragiæ an. drac. ii. *Cicerum rub. drach. i.* *Cardamomi*
Oculorum Cancri *Dentium piscis lupi*, *Macis an. drach. ii.*
M. F. puluis. Dosis drac. i.

Heurnius ad arenas Calculosas.

R. *sem. Petroselini* *Rad. petros. purgat. an. vnc. ß.*
Florum Cardui stellati vnc. i. *Furno siccata pulueri sentur.*

Alius ad Calculum.

R. *Gummi ceraforum*, *Milii solis an. drach. ii.* *sem. Petroselini*
Liquiritiæ rasæ, *Malua* *Melonum an. drach. iiii.*
Sachari candi drac. x. M. F. puluis.

Puluis ad Venerem stimulandam.

R. *Cinnam. electi drac. ii.* *Macis* *Caryophyll. an. scrup. ß.*
Piperis longi scrup. v. *sem. Eruca drac. i. ß.* *sem. Raparum drac. i.*
sem. Pastinacæ scrup. i. *Priapi Cerui vel Tauri, Scincor. Mar. an. drac. i.*
Boletorum cerui sicc. drac. i. ß. *Cantharidum gr. vi.* *Sachari albi ß. vnc. v.*
M. F. Puluis.

Puluis prouocans partum Augustani.

R. *Cinnamomi drach. i.* *Croci drac ß.* *Cassiæ lignea scrup. ii.*
M. F. Puluis; alii addunt Boracis. q. sufficit.

Puluis pro vlceribus gutturis Augustani.

R. *Sulphuris viui ℥. i v.* *Myrrhæ rub.* *Alum. sachari. an. vnc. ii.*
Masticis, *Thuris an. vnc. i.* *Pyrethri drach. vi.*
M. F. Puluis. *Huius pulueris vnc. i.* *Vini sublimati lib. i. M.*

Tragema ad pulmones exulceratos.

R. *Cineris Cancrorum, priapi Tauri in aqua ros. lotorum an. drach. ij.*
Boli Armeni, *Terræ sigillatæ* *Gummi Tragacanthi*
Gummi Arabici an. drac. i. sem. papau. albi, *4. sem. frig. mai. an. scrup. i.*
Glycyrrhizæ rasæ scrup. ii. *Penidiarum vnc. i.* *Sachari rosati tab. ad*
ppndus omnium. M. F. Puluis.

Puluis

Puluis contra casum.

R. *Mumiæ* *Scabiosæ* *Filosellæ*
Hyperici an. vnc. ſ. *Costi dulcis* *Costi amari*
Nucis Mosch. an. drac. i. ſ. *Terræ ſigillatæ* *Boli armeni an. ſcrup. iv.*
Rubiæ Tinctorum, *Rhapontici* *ſem. Nigellæ an. drac. vi.*
Rhabarbari *Spermatis ceti an. vnc ii.* *Trochiſ. de agarico,*
Cum ſalegemmæ preparatorum, Cymini præpar. an. drach. i. F.

Puluis alius Auguſtani.

R. *Terræ ſigillatæ aut* *Boli armeni,* *ſang. Draconis*
Mumiæ an. drac. ii. *Spermatis Ceti drac. i.* *Rhabarbari drac. ſ.* M. F.

Puluis Impinguans Meſuæ.

R. *Farinæ Cicerum in lacte infuſ. & ſiccat. vnc. vi.*
Orizæ lotæ vnc. ii. *Trici excorticati lacte infuſi*
Hordei excorticati lacte infuſ. an. vnc. iii.
Amygdalarum dulcium drach. v. *Papaueris albi*
Panis bis cocti an. vnc. iv. *Sachari albi lib. i.*
M. Trita. Da ſorbendas in die mane vnc. iii. Coctas cum lacte, & aqua Cicerum.

Puluis ſedans dolores ad ſuppoſitoria, Florentini.

R. *Cymini, Rutæ, Caſtorei, opii an. drach. i.*
M. F. puluis Melle excipiendus.

CAP. XIIII.

De Eclegmatis & lohoch.

HÆc remedia veteribus dicta ſua Arteriaca: recentioribus bechica & Eclegmata: Arabibus loch & looch, quod ſenſim lambendo deglutiantur.

Diſtinguuntur à nobis in duas claſſes, vel in calefacientia, attenuantia, incidentia, detergentia humores frigidos, lentos, viſcidos & craſſos, qui thoracis cauo continentur, vel in refrigerantia, incraſſantia & lenientia humores calidos, acres & tenues qui eroſionum & exulcerationum auctores exiſtunt. Vtriuſque generis exempla petenda ſunt ex Galen. lib. 1. ſecundum loca. Ex his porro duobus remediorum generib. componitur vnum tertium, quod inter vtrumq; mediũ obtinet, attenuando

Digitized by Google

attenuando & incraſſando ſimul, quodque confert tam ad cauſam cõiunctam, quam antecedentem, ad humorem nempe craſſum, in pulmonibus iam collectum, qui incidendus & detergendus eſt, & ad tenuem, per aſperam arteriam in pulmones influẽtem: qui incraſſandus, quod breuiter exemplis illuſtrandum erit.

Eclegmata ſeu Loch incidentia detergentia ſunt.

Loch è ſucco ſcillæ Galeni.

R. Succi ſcillæ, diebus canicularibus excepti lib.j. Mellis lib.j.ſ.
Coque vt Fiat Loch.

Loch de ſcilla compoſitum Meſuæ.

R. Scillæ in pane aſſatæ drach.iv. Marrubii, Hyſſopi. an drach j.
Iridis drach. ij. Myrrhæ Croci an.drach.ſ.
Mellis quantum ſufficit, Fiat Loch.

Loch ſanum & expertum Meſuæ.

R. Cinnamom.	*Hyſſopi*	*Glycyrrhizæ an.vnc.ſ.*
Iuiubarum	*Sebeſtenan.n.xxx.*	*Vuarum paſſarum*
Ficuum ping.	*Dactyl. ping. an. vnc.ij.*	*Fœnigraci drach. v.*
Capill. Vene.m.i.	*Aniſi,*	*Seni. Fœniculi.*
Irios	*Calamenthæ*	*Sem. lini an.vnc.ſ.*

Coquantur in lib. iv. aquæ ad dimidii conſumptionem: Colaturæ bene expreſſæ adde penidiarum albarum lib.ij.

Coquantur ad perfectionem: poſtea inſperge ſubſequentia minutiſſime trita.

Nucleor. pinearum mundat. Amygdal. mundat. an.drach.v. Succi glycyrrhizæ, Tragacanthi, Gummi Arabici, Amyli candidi an. vnc.ſ. Irios drach.ij. F. Doſis ad drach.x.

Loch de praſſio Pauli.

R. Comarum Marrubii,	*Iridis*	*Hyſſopi*
Pulegii	*Glycyrrhizæ*	*Sam. Apii an.drach.iv.*

Ficuum paſſarum pinguium, Nuclear. pinear. mundat an.drach.vi.

Macerata in aqua ſ. per noctem, decoquantur: & percolatis addatur mellis pars media: coquatur ad perfectionem.

Loch de eruo Pauli.

R. *Amygdal. amar. vnc. ſ. Farina Orobi, Hyſſopi an. vnc. i. Mellis quantum ſufficit.* Fiat Loch.

Loch de carthamo Meſuæ.

R. *Medullæ Sem. Carthami drach. vi. Amygdal. mundat. drach. ii. Nucleorum pinearum mundat. drach. i. Mellis cocti, ſucci ſcillæ ana. quantum ſufficit.* Fiat Loch.

Eclegmata minus incidentia & detergentia.

Loch paſſularum Auguſtani.

R. *Rad. paeniæ vnc. ſ. Hyſſopi, Meliſſæ, ſcolopendrii an. m. ſ. Glycyrrhizæ ʒ ſ.* Fiat omnium decoctio in ſ. q. aquæ pluuiæ, facta colatura cum fortis expreſſione, adde paſſularum minorum in mortario bene cõtuſarum, prius bene mundatarum à gigartis, & cerillis lib. i. decoquantur, & per pannum linteum fortiter exprimantur, expreſſioni adde *Sacchari lib. j.* Fiat vt artis eſt Loch.

Loch de caulibus, Gordonii.

R. *Succi caulium rubeorum lib. i. Croci drach. ii. ſacchari, mellis an lib. ſ.* M. Fiat Loch.

Loch de pulmone vulpis Meſuæ.

R. *Pulmonis Vulpini præparati, ſucci glycyrrhizæ. Sem. Fœniculi, Aniſi, Capillor. Veneris an. vnc. i. Mellis vnc. xvi.* Fiat Loch.

Loch de tuſſilagine ſimplex.

R. *Rad. Tuſſilaginis lib. i. coquantur in aqua, donec diſſoluta ſint, contundantur & colentur: deinde additis Mellis lib ii.*
Coquitur in iuſtam conſiſtentiam vt F.

Loch de tuſſilagine compoſitum Magiſtrale.

R. *Rad. Tuſſilaginis vnc. vi. Cocta, contuſis & diſſolutis in ipſa decoctione adde, ſachari lib. i. ſ.*

Igni

Igni deponuntur & agitantur, donec in commodam formam redigantur: adde

Nucleorum pinearum denudat. vnc. i. ſ. Paſſular. purgat. vnc. ii.

Contuſis in mortario lapideo, & permiſtis, adde

Croci, Caryophyllorum an. ſcrup. ſ. Cinnamomi Macis an. ſcrup. i. Succi glycyrrhizæ ſcrup. iii. ſ. M. Fiat.

Eclegmata incraſſantia fortiora.

Loch è papauere Meſuæ.

℞. *Papaueris albi drach. xxv. Amygdal. dul. depellatarum, Nucleor. pinearum, gummi Arabici, Tragacanthi, ſucci glycyrrhizæ an. drach. x. Amyli Sem. portulacæ, Sem. Lactucæ, Sem. Cytonior. an. drach. iv. Croci drach. i. penidiorum alborum vnc. iv.*

Inciſa omnia & contuſa cum ſyrupi, de Papauere excipiantur lib. iii. Fiat Loch.

Dracodion ſimplex Galeni.

℞ Capita papaueris albi, mediocri magnitudine, nec nimium viridia, nec nimium matura Num. xx. Aquæ pluuiæ aut fontanæ lib. iii.

Macera horis 24. poſt coque, donec capita contabuerint, cola, & adde Mellis lib. ii.

Coque ad iuſtam conſiſtentiam. Fit cum ſacharo eodem modo, item cum ſapa hac ratione:

℞. *Decoctionis prædictæ lib. ii. Succi glycyrrh. vnc. ii. Sapæ Vini dulcis lib. ii. coque ad iuſtam conſiſtentiam.*

Diacodion Montani.

℞. *Capitum papaueris albi cum ſeminibus Num. xx. ſiliquarum dulcium vnc. iii. Red. Althææ, Glycyrrhizæ raſæ an. vnc. ii. Aquæ fontis lib. i.*

Eximantur è ſiliquis grana, poſtea decoquantur ad remanentiam librarum trium, deinde exprimantur & colentur, poſtea adde ſachari candi roſ. lib ſ. penidiorum lib. i. Decoquantur ad Mellis conſiſtentiam.

Loch incraſſantia leniora ſunt.

Loch de Pſyllio.

R. *Mucilaginis pſyllii ſ. artem extractæ vnc. ij. ſachari clarificati lib. i.*

Coquatur ſacharum ſufficienter, donec candidum fiat: deinde miſceatur mucilago, & tamdiu agitantur, donec probe vnita ſint, & albeſcant.

Loch de pſyllio Meſuæ.

R. *Pſyllii, gran. Cytoniorum an. drach. v. Sebeſten Num. L. ſem. Papav. albi drach. x. Iuiubarum N. xxx. Glyrrhizæ drach. vii. Paſſularum exactarum drach. xv. Caſiæ fiſtulæ munda vnc. i.*

Decoque in lib. iix. aquæ, donec impinguentur: Deinde cola & proiice ſuper ea

Rob. lib. ij. Sachari ſaliemini, Syrupi violati, penidiarum an. vnc. vi. Farinæ fabarum drach. iii. Tragacanthi, gummi Arabici an. Aur. iv.

Coquantur vſquedum tranſeant in conſiſtentiam mellis: Deinde

R. *Sem. Cucurbitæ Sem. Melonis, Cucumeris, Citrulli an. aur. ij. Sem. papau. albi aur. ij. Sem. Aniſi, Fœniculi, an. aur. ij. Confice vt F.*

Loch è portulaca Auguſtani.

R. *Succi portulacæ lib. ij. Trochiſ. de Terra lemnia vnc. ij. Trochiſcorum de Carabe, gummi Arabici, ſanguinis Draconis an. drach. i. Lap. Hamatitis, pilorum leporis vſtorum an. ſcrup. ij. Sachari albi lib. i. F.*

Loch ex Tragacantho Auguſtani.

R. *Gummi Arabici, Tragacanthi an. drach. i.*

Infundantur in aqua roſacea, donec mucilago fiat, adde

Terra lemnia, Boli armeni, Lap. Hamatit. an. drach. i. Conſeruæ roſ. antiquæ, Syrupi è roſis ficcis an. q. ſ.

Loch de pino abſtergens Meſuæ.

R. *Nucleorum pinearum mundat. vnc. xxx. Amygdalarum, Auellanarum aſſatarum, Tragacanthi, gummi Arabici, ſucci Glycyrrhizæ, Amyli, Capill. Veneris, Ireos an. vnc. ſ. Carnis Dactyl. drach. xxxv. Amygd. amar. vnc. iii. Mellis paſſularum, ideſt, ſapæ Butyri recentis, ſachari optimi an. vnc. iv. Mellis opt. lib. iii. vnc. ij.* Fiat Loch, Doſis vnc. j.

Loch

Digitized by Google

Loch Antipatri.

℞. *Nucleorum pinear. mundatarum drach. xii. Tragacanthi, Iridis an. drach. xii. Sem. lini aßi drach. ix. Carnis Dactylorum drach. xiix. Amygdal. dul. drach. xvi. D ſſoluatur Tragacantha in aqua Violarum, & reliquis contuſis, cum Melle* Fiat Loch.

Loch de Amygdalis Meſuæ.

℞. *Amygdal. dulcium, Amygdal. amar. pinearum, Sem. lini torrefacti, Tragacanthi, Aniſi, gummi Arabici, Glycyrrhizæ an. drach. i. ſ. Sacchari penidiarum an. drach. iii. Mellis, ſucci fœniculi an. q. ſ.*

Loch de Alliis.

℞. *Alliorum purgatorum lib. ſ.*

In cicerum & Hyſſopi iure decoquetur: Deinde tundetur, medulla exprimetur, incerneturque, & cum mellis & Butyri recentis ſingulis libris, igne lento ad eclegmatis ſpiſſitudinem percoquetur.

Loch de caulibus Meſuæ.

℞. *Succi caulium lib. v.*

Lento igne coque, auferendo ſpumam eius, vſque dum redeat ad lib ij. Deinde decoquatur cum Rob, id eſt, ſapæ vini & mellis an. lib. j. vſque dum ingroſſentur, agitetur vt F. Loch.

Loch ſputum ſanguinis Rondeletii.

℞. *Conſerua ſymphiti, Conſer. Roſarum antiquæ an. vnc. ſ. gelatinæ, Cytoniorum conditorum ſachari vnc. i. Trochiſcorum de terra ſigillata, vel de Caraba drach. ii. Syrupi Myrtillorum q. ſ.* Fiat Loch.

Loch ad eundem affectum eiuſdem.

℞. *Gelatinæ Cytoniorum, vel ſucci eorundem vnc. i. Amyli, Tragacantha an. drach. iii. Terræ ſigill. ſang. Draconis an. drach. ii. Carabæ drach. i. Lapidis Hæmatitis drach. ſ.* Incorporentur F.

Aliud cum albumine Oui.

℞. *Sang. Draconis drach. ii. Amyli, Tragacantha an. drach. i. Sem. portulacæ, papaueris, ſem. Vuarum an. drach. i. Terræ ſigillatæ vel Boli Armeni Roſ. ſub. an. drach. ſ.*

Fiat puluis tenuiſſimus: qui albumine Oui crudo fortiter agitato, vt ſit tenuium partium, excipiatur ſumaturque eclegmatis loco: cui ſaporis gratia ſacharum roſatum Tabulatum addatur.

Aliud ex ſuccis recentibus.

℞. *Succi Burſæ paſtoris, ſucci herbæ ſanguinariæ, ſucci plantaginis, depuratorum an. vnc. ij. Amyli,*

Sang. Draconis an. 3iij. *Corallirubri*
Tragacanthæ an. drach. iij. *Sachari roſati q.ſ.*

Loch ad incipientem inflammationem laterum & pulmonis.

℞. *Spec. Diatragacanthi frig.* 3iij. *Sachari candi, penidiarum an.* ℥j. *Syrupi Iuiubarum q.ſ.*

Loch ad inflammationem declinantem.

℞. *Spec. Diairis ſimpli. drach.* ij. *Diatrag. frigidæ ſcrup.* j. *ſachari candi* ℈ij. *ſyrupi capillorum Veneris, Syr. de glycyrrhiza an. vnc.* j. M. Fiat Loch.

Loch ad defluxionem tenuem incraſſandam.

℞. *Pulpæ Iuiubarum* ℥j. *Amyli* 3ij. *Tragacanthæ Gummi Arabici an. drach.* j. *Syrupi de papauere q.ſ.* Fiat

Loch ad acres & erodentes deſtillationes.

℞. *Spec. Diatrag frig.* ℥ſ. *Bolis armeni aqua Roſ. loti drach.* ij. *Trochiſcorum de terra ſigillata* ℈ij. *ſyrupi de papauere.*

Loch ad caliditatem, aſperitatem pectoris, & Tuſſim calidam Meſuæ.

℞. Glycyrrhizæ 3xv. Paſſularum ℥ij. Zizypharum Myxarum an. Num. xxv. Coque igne lento in aquæ lib. iv. ad librarum trium conſumptionem, adde Caſſiæ fiſtulæ ℥j. colatum percoque cum penid. lib. ſ. ſapæ ℥iv. ad iuſtam craſſitiem: Tunc miſce Farinæ fabarum ℥ij.

Aliud ad idem Meſuæ.

℞. *Sem. Papaueris drach.* x. *Glycyrrhizæ drach.* vij. *Myxarum, nu.* xx. *ſem. Pſyllii,*

Digitized by Google

Pſyllii, Cydoniorum an. drach. v. Aquæ lib. iij. Coque ad dimidii conſumptionem: colatum percoque cum ſapa, penidiorum an. vnc. iv. Deinde miſce Tragacanthi, gummi an. drach. v. Sem. Melonum, papaueris albi, Citrulli, Cucumeris an. drach. ij.

Loch abſtergens & concoquens Rondel.

R. Pulpæ paſſularum vnc. j. Mucilag. ficuum decoct. hordei ext. ℥ſ. enulæ campanæ ſiccæ drach. j. Spe. Diaireos ſdrac. j. Syrupi de Glycyrrhiza q. ſ. Fiat Loch.

Aliud eiuſdem.

R. *Amygdal. dul. vnc. j ſ. Pulpæ paſſul. vnc. ſ. Sem. Malua, Sem. Bombacis an. drach. j. Succi Glycyrrhi. drach. ij. Sem. Aniſi drach. j pinearum infuſarum in decocto hordei & glycyrrh. vnc. j. ſ. Syrupi de praſio vel glycyrrhiza q. ſ.* Fiat Loch.

Aliud fortius.

R. *Scillæ in paſta inuolutæ, & in furno aſſæ vnc. ſ. contunde & adde ſucci glycyrrhizæ vnc. ij. Conſ. enula Camp. vnc. ſ. Sapæ, oxymelitis ſimpl. an. vnc. ij. Auellan. vnc. ſ. 4. Sem. frig. maior. inciſ. an. drach. iij. Pinearum, Amygdalarum dulcium an. vnc. j. Piſtentur ſimul &* F.

Vel: R. *Marrubii, Capillorum Veneris, Hyſſopi, Calamint. an. m. i. Paſſularum, Ficuum, Dactylorum an. Num. xxx. Aniſi drach. ii. Glycyrrh. raſæ drach. iii. 4. Sem. frig. an. drach. ii.* F. Decoctio in aqua hordei ad quart. j. cui adde

Pinearum drach. iii. Tragacanthæ, gummi Arabici an. drach. i. Pulpæ paſſularum, Dactylorum, Ficuum an ℥ſ. ſapæ parum. F. Loch.

Loch ad humorem pituitoſum.

R. *Spec. Diaireos ſalomonis, Diaireos ſimpl. an. drach. ii. Enula Campanæ drach. j. ſ. Oximelitis ſcyllitici q. ſufficit.*

Loch ad pus retentum.

R. *Syrupi Roſati laxatiui ℥ii. Succi glycyrrhizæ drach. i. Farinæ hordei ℥ſ. Tragacanthæ drach. i.* Fiat Loch.

Loch ad vlcera pulmonis.

R. *Conſeruæ ſymphyti, Roſ. antiquæ an. ℥j. Tragac. torref. Gummi Arabici leuiter torrefacti, Cin. Cancrorum fluuiat. lotorii in aqua roſ. an. drach. ii. Terræ Sigillatæ, Coralli rubri, Boli armeni an. drach. i. Sem. papau. albi, Sem. plantaginis an. drach. i. ſ. Syrupi de Roſis ſiccis.*

Loch

Loch ad phthiſim Meſuæ.

℞ *Sem. papaueris albi, ſem. lini torrefacti, ſpodii, Amygdal. dulcium, Crocci an. drach. iii. Tragacanthi, Amyli, Gummi, Sem. Citrulli, Sem. Cytoniorum an. drach. vi. Sem. Naſturtii torrefacti, Amygdal. amar. Fabarum an. drach. i. ſ. Penidiorum drach.* LX.

Hæ aqua fontana diſſolutæ coquantur, reliqua M.

Loch ad Aſthma Geſneri.

℞. *Fœnigraci vnc. i.*	*Aniſi vnc. ſ.*	*Sachari vnc. ii.*
Aquæ lib. ii.	*Decoque ſ. a.*	Fiat Loch.

Loch de althea I. Quercetani.

℞. Rad. Biſmaluæ opt. mundat. lib. ſ. Bulliant in Hydromelite communi ad ſufficientem decoctionē, coctas traiice per ſetaceum. Accipe huius mucag. vnc. ii. Spe. Diatragacanthi, Diaireos an. drach. iii. Sachari candi, penidiorum an. vnc. ſ. Florum ſulphuris drach. ii. Syr. Capill. Vene. Tuſſilag. an. q. ſ.

Loch paſſulatum Quercetani.

℞. *Rad. Taßilag.*	*Liquiritiæ an. vnc. i.*	*Enulæ Campan. an. vnc. ſ.*
Herb. Scabioſæ,	*Capillorum*	*Hyſſopi an. m. i.*
Flor. Tuſſilag.	*Violarum*	*Bugloſſæ*

Nymphææ an. p. ii. Sem. Aniſi drach. vi. Fiat decoctio in Hydromelite ſimplici: colatura clarifi. cape lib. IV. *in quibus decoque paſſul. purgat. iuiubar. ſebeſten an. vnc. ii.*

Coquantur ad medium: prælo exprime & adde ſachari Candi, penidiorum an. vnc. IV. Coque ad mellis conſiſtentiam: cui adde Flor. ſulphuris vnc. ſ. miſce. Fiat Loch.

Loch ad Empyema, phthiſin, & exulceratos Pulmones.

℞. *Syr. de ſucco hederæ terreſtris vnc. ii. Flor. ſulphuris q. ſ. ad reducenda omnia in Loch.*

CAP.

CAPVT XV.

De Trochiſcis.

Τροχίσκοι & κυκλίσκοι ὀρτίσκοι, Latinis paſtilli, ſunt medicamenta ſolida, figura ſeminis lupinorum, eo fine præcipue inuenta, vt medicamenta in puluerem redacta ſub hac ſolida figura aduerſus aeris iniurias tutius conſeruari poſſint. Sunt a. Trochiſci è πολυχρήστων genere, atque in omnes fere vſus pro medicamentorum, è quibus componuntur, natura adhiberi poſſunt, & cõmunem pluribus aliis compoſitionibus præbent materiam. Alii enim Trochiſci intra corpus tum in potu, tum in pilulis, electuariis, tabulis ſumuntur, & quidem ad diuerſos fines. Quidam enim purgant, vt Trochiſci alhandal, de Agarico: quidam obſtructiones epatis & lienis aperiunt, vt Trochiſci de Rhabarbaro, de Abſinthio, de lacca, de Eupatorio, de Roſis, capparibus: quidam menſes mouent, vt Trochiſci de Myrrha: quidam renum obſtructiones liberant, vt Trochiſci de Alkekengi: Quidam æſtum mitigant, vt Trochiſci de Camphora: Quidam pectori & pulmonibus ſunt dicati, vt Trochiſci Bechii albi nigri: quidam cerebrum confortant, vt Trochiſci Galliæ Moſchatæ: Quidam fluxus & ſanguinem ſiſtunt, vt de ſpodio, de Terra Sigillata, de Berberis, de Carrabe. Alii extra adhibentur, vel vt affluentes humores deprimant vel vt carnem noxiam abſumant, quales ſunt paſtilli Polyidæ & Andronij.

Trochiſci calidi ſunt.

Trochiſci ligni aloes Meſuæ.

℞. *Ligni aloes*
Cinnamomi
Macis
Cardamomi vtriuſq;
Cort. Citri an. ʒj. ß.
Roſ. rub. an. ʒiſ.
Caryophyllorum
Nucis Moſchatæ
Paſtinacæ
Moſchi
Maſtiches
Nardi Indicæ
Cubebarum
Gallicæ Moſchatæ,
Ambræ an. ϑß.

Mellis paſſulati quantum ſufficit. Formentur Trochiſci.

Trochiſci de Croco Nicolai.

℞. *Croci* ʒiij.
Myrrhæ an. ʒj. ß.
Roſ. rubrarum
Ligni aloes ϑij.
Ammi
Aquæ Roſ. q. ſ.

F. Trochiſci

Digitized by Google

Croco-Magna Damocratis Galeni.

℞. *Croci* ʒc. *Myrrhæ Roſ. rub. an.* ʒL.
Amyli Gummi Arabici an. ʒxxx. *Vini q. ſufficit.*
F. Trochiſci.

Paſtillus calefaciens ad vitia ventris ex frigore.

℞. *Abſinthii Sem. Apii Cinnamomi*
Aniſi Caſiæ odoratæ an. ʒiij. *Myrrhæ*
Spicæ Indicæ Caſtorei an. ʒj. *Piperis longi*
Lachrymæ papau. Croci an. ℈ij. *Succi ſaniculi q. ſ.*
F. Trochiſci.

Trochiſci frigidi.

Trochiſci de ſpodio Meſuæ.

℞. *Roſarum rub.* ʒj. ß. *Spodii* ʒx. *Sem. Acetoſæ* ʒvj.
Sem. Portulacæ Coriandri prep. Sumach an. ʒij. ß.
Amyli vſti Balauſtiorum Berberis an. ʒij.
Gummi Arabici aſſati ʒj. ß. *Agreſtæ quantum ſufficit.*
Fiat.

Trochiſci ſantalorum Meſuæ.

℞. *Trium Santalorum an.* ʒIIX. *Spodii, Sem. Cucumeris*
Sem. Cucurbitæ Sem. Citrulli Sem. Portulacæ
Boli Armeni an. ʒIV. *Roſarum* ʒvj. *Caphuræ* ʒ. ß.
Berberorum aut ſucci eius ʒiij. *Aquæ portulacæ q. ſ.*

Trochiſci ſantalorum eiuſdem alii.

℞. *Santalorum Citrin.* ʒij. *Sem. Citrulli Gummi Arab. an.* ʒj.
Sem. Lactucæ, Sem. portulacæ Tragacanthi
Succi Glycyrrhizæ an. ʒß. Fiant Trochiſci.

Trochiſci de Caphura Meſuæ.

℞. *Fol. roſarum rub.* ʒ. ß. *Spodii* ʒij. *Santal. Citrin.* ʒij. ß.
Croci ʒj. *Glycyrrhizæ* ʒij. *Sem. Citrulli*
Melonis Cucumeris Cucurbitæ
Tragacan-

Digitized by Google

Tragacantha	*Gurami Arabici*	*Nardi Indicæ an.* ℥j.
Ligni aloes	*Cardamomi maior.*	*Amyli*
Caphuræ an. ℈ij.	*Sachari albi*	*Mannæ an.* ʒiij.

Mucilaginis ſem. Pſyllii cum aqua roſacea extracta q.ſ.
Fiant.

Trochiſci aſtringentes.

Trochiſci de terra ſigillata Meſuæ.

℞. *Sang. Draconis,*	*Gummi Arab. Aſſi,*	*Trochiſ. Ramich*
Roſ. rubrarum	*Sem. roſarum*	*Amyli aſſati*
Acaciæ	*Hypociſtidis*	*Lap. Hæmatitis,*
Balauſtiorum	*Boli Armeni*	*Terræ ſigillatæ*
Coralli rub.	*Charabæ ana* ʒj.	*Spodii*
Margaritarum	*Tragacanthæ*	*Sem. Papau. nigri an.* ʒj ſ.
Sem. portulacæ	*Cornu cervi vſti*	*Thuris*
Gallarum	*Croci an.* ʒij.	*Opii ſi placet* ʒij.

Aquæ plantaginis q. ſufficit. F. Trochiſci.

Trochiſci de Charabe Meſuæ.

℞. *Charabe* ʒix.	*Cornu Cervi vſti,*	*Gummi Arab. aſſi*
Corall. rubri vſti,	*Tragacanthæ*	*Hypociſtidis*
Acaciæ	*Balauſtiorum*	*Maſtiches*
Laccæ	*Papau. nigri aſſati an.* ʒiij.	*Thuris*
Croci	*Opii an.* ʒij. g. xv.	*Mucileg. pſyllii q.ſ.*

Trochiſci de Berberis Meſuæ.

℞. *Berberis* ʒij.	*Spodii*	*Ligni aloes*
Sem. acetoſæ	*Maſtiches*	*Gallæ Moſchatæ*
Nardi Indicæ an. ℥j.	*Roſ. rub.* ʒv.	*Gummi Arab.* ʒiij.

Aquæ roſarum quantum ſufficit. F. Trochiſci.

Trochiſci ad fluxum Meſuæ.

℞. *Balauſtiorum,*	*Rhois*	*Baccarum Myrti*

Hippociſtidos Cort. glandium aceto. macerat. & toſtorum an. ℥ij.
Cymini, Capitum granat. Fructus Tamaricis
Macis Gallarum aceto prepar. Xyloaloes
Gallia aromatica Maſtiches Spica Indica an. ʒj.
Sem. oxalidis Gummi Boli Armeni
Sem. vua Paſſerum toſtorum ana drach. ſ. ß.
Sem. Coriandri aceto prepar. drach. ij. Vini Pontici q. ſufficit.

Trochiſci alii ad exulcerationem inteſtinorum eiuſdem.

℞. Spodii ʒ vij. Sem. Roſarum Balauſtii
Roſarum Acacia Sang. Draconis ana
Sem. acetoſa ʒj. ſ. Oxyacanthæ Carnis Rhu (ʒij. ſ.
Sem. Plantaginis, Portulacæ aſſati an. ʒj. gr. x.
Gummi aſſati ʒj. Fiant Trochiſci ponderis ʒ. ß.

Trochiſci de Corallo Nicolai.

℞. Coralli rubri Cinnamomi Myrrha
Sem. papav. albi Amomi an. ʒ. ſ. Schœnanthi
Croci an. ℥ij. Calami aromatici Xylobalſami
Maſtiches Caſſiæ Folii
Polii montani Phu Aſari
Pedis columbini an. ʒj. Vini q. ſufficit.

Diacorallum Galeni.

℞. Coralli rubri Terræ ſamiæ ana ʒj. Balauſtiorum
Amyli Terræ Lemniæ an. ʒ. ſ. Sem. Hyoſciami
Opii Hypociſtidis an. ℥ij. Succi plantaginis q. ſ.

Trochiſci de Agno Caſto, Rhaſis.

℞. Agni caſti, Tamaricis ana ʒv. Sem. Endiuiæ
Sem. portulacæ an. ʒij. ſ. Aquæ ſcolopendriæ q. ſ. F. Trochiſci.

Trochiſci Diaſpermaton Galeni.

℞. Sem. Apii Sem. Ameos ana ʒ. ß. Sem. Aniſi
Sem. Fœniculi an. ʒij. Opii Caſſiæ ana ʒj.
Aquæ pluuialis quantum ſufficit. F. Trochiſci.

Trochiſci

Trochiſci ad Phthiſin & vlcera pulmonum Auicennæ.

℞. Balauſtiorum
Medullæ tritici
Tragacanthi
Crocian.drach.ß.
Anarcinæ drach.v.
Roſar. ſiccarum aa.ʒ ß.
Olibani ana ʒij.
Maſticis ana drach.iij.
Carabe
Miuæ cydoniorum q.ſ.
Sang.Draconis
Gum.Arabici
Acaciæ
Myrrhæ ana drach.j.

Trochiſci emollientes.

Trochiſci de capparibus Meſuæ.

℞. Cort. Rad. capparum,
Calamenthi
Amygdal. amar.
Sem. Naſturtii
Ceterach an.ʒj.
Sem. Agni an.drach.vj.
Succi Eupatorii
Fol. Rutæ,
Ammoniaci an.ʒij.
F. lege artis Trochiſci
Sem. Nigellæ
Acori
Ariſtol. rotundæ
Cyperi

Trochiſci Aperientes.

Trochiſci Hepatici, Aſclepiadis, Galeni.

℞. Sem. Aniſi
Amygdalarum,
Apii
Abſinthii an.ʒß.
Aſari
Aquæ pluuiæ q.ſ.

Paſtilli ex amygdalis amaris Paulini.

℞. Aniſi
Amygdalarum amararum an.ʒij.
Apii
Aquæ q.ſ. Fiat.
Comarum Abſinthii.

Trochiſci de Abſinthio Meſuæ.

℞. Roſarum
Rhabarbari
Sem. Apii
Maſtiches
Abſinthii
Succi Eupatorii
Amygdal. amararum
Spicæ Rom. an.ʒj.
Aniſi an. drach. ij.
Aſari
Nardi Indicæ
Succi Enduiæ q.ſ.

Trochiſci de Roſis, Rhaſis.

℞. Roſ. rubrarum ʒ ß.
Abſinthii
Caſſiæ
Ligni aloes ʒij.
Cinnamomi
Sçhœnanthi an.ʒj.
Maſtiches drach. j. ß.
Nardi Indicæ
Vini antiqui q.ſ.

Digitized by Google

Trochiſci de Lacca Meſue.

R. *Lacca* *Succi glycyrrhiza* *Succi Eupatorij*
Succi Abſinthii *Berberis* *Rhabarbari*
Ariſtol. longa *Coſti* *Aſari*
Amygdal. amar. *Rubia* *Sem. Apii*
Sem. Aniſi *Schœnanthi ana drach. ſ.* *Vini q. ſ.*

Trochiſci de Alkekengi Meſue.

R. *Fructus Alkekengi* ʒiij. *Sem. citrulli,* *Cucumeris,*
Cucurbitæ ana ʒiij. ß. *Boli Armeni,* *Gummi Arabici*
Thuris *Sang. Draconis* *Sem. papau. albi*
Amygdal. amar. *Tragacanthæ* *Succi glycyrrhizæ*
Amyli *Pinearum mundat. an.* ʒvj. *Carabe*
Sem. Apii, *Terræ ſigillatæ* *Sem. Hyoſciami*
Opii ana drach. ij. *Iulepi roſati q. ſ.* Fiant.

Trochiſci de Eupatorio Meſue.

R. *Manna Electa* *Succi Eupatorii an. drach. j.* *Roſ. rubrarum* ʒ ß.
Nardi Indicæ ʒiij. *Spodii drach. iij. ß.* *Rhabarbari electi*
Aſari *Aniſi an.* ʒij. ß. *Succi Eupatorij q. ſ.*

Trochiſci aliptæ Moſchatæ.

R. *Ladani* ʒiij. *Styracis* ʒj. ß. *Styracis rub.* ʒj.
Ligni aloes ʒij. *Ambræ drach. j.* *Camphoræ ſcrup. j. ß.*
Moſchi ℈ß. *Aquæ Roſarum q. ſ.* Fiant.

Trochiſci de Benzoi Auguſtani.

R. *Benzoi* ʒvj. *Ligni aloes* ʒIIX. *Moſchi drach. ß.*
Styracis calam. ʒiii. *Ireos* ʒij. *Sachari candi lib. iij.*
Aquæ roſarum quantum ſ. F. Trochiſci.

Trochiſci de Myrrha Rhaſis.

R. *Myrrhæ* ʒiij. *Lupinorum drach. v.* *Fol. Rutæ*
Mentaſtri *Pulegii* *Cumini*
Rubiæ *Aſæ fœtidæ* *Sagapeni*
Opopanacis ana ʒij. *Succi Abſinthii q. ſ.* *Aceti ad gummata q. ſ.*

Trochi-

Trochiſci de Aniſo Meſuæ.

℞. Aniſi, *Succi Eupatorii an.* ℥ij. *Nardi Indicæ*
Sem. Anethi *Maſtiches* *Folii*
Fol. Abſinthii *Aſari* *Apii*
Amygdal. amar. an. ʒ ß. *Aloes drach.* ij. *Syrupi Abſinthii q. ſ.*

Trochiſci de Aniſo Meſuæ alii cum 10. *ſimplicibus.*

℞. *Aniſi* *Succi Eupatorii an.* ʒ ß. *Maſtiches*
Spicæ Indicæ *Apii* *Abſinth. Romani*
Aſari *Folii ana drach.* j. *Amygdal. amar.* ʒj. ß.
Aloes bonæ ʒiij. *Decocti Abſinthii quantum ſufficit.*

Trochiſci cyphi abſtergentes Damocratis.

℞. *Pulpæ paſſularum,* *Terebinth. cocta an.* ℥iij. *Myrrhæ*
Schœnanthi an. ʒj. ß. *Calami aromat.* ʒix. *Cinnam.* ʒ ß.
Vnguis Odorati *Edellii* *Nardi Indicæ*
Caſſiæ lignea *Cyperi* *Bacc. Iuniperi an.* ʒiij.
Aſpalathi ʒij. ß. *Croci drach.* j. *Mellis q. ſ.*
Vini Modicum F. Trochiſci

Trochiſci contra peſtem tempore Æſtatis.

℞. *Roſar. rubrarum,* *Violarum* *Flor. Nymphææ an.* ʒj.
Cort. citri *Sem. citri an. drach.* ß. *Coriandri*
Santali rubri *Spe. Diarrhodon an.* ℈iij. *Boli armeni drach.* j.
Mucilaginis Tragacanthæ cum aqua Roſ. extractæ q. ſ. Fiant.

Trochiſci contra aerem peſtilentialem Caſpari Bauhini.

℞. *Mithridatii opt.* ʒj. *Rad. Angelicæ,* *Zedoariæ*
Spec. Diamer. frig. *Cinnam. electi* *Santali citrini ana dr.* ß.
Myrrhæ electæ *Boli armeni prep. an.* ℈j. *Moſchi gr.* iij.

Cum mucilagine gummi Tragacanthæ infuſi in aqua ſcabioſæ & pauculo ſucci Limonum vel citri Fiant Trochiſci.

Trochiſci Diarrhodon Meſuæ: ſedantes dolores.

℞. *Roſarum* [illegible] *drach.* ix. *Ligni aloes* *Nardi Indicæ an.* ʒiij.
Glycyrrhizæ drach. iv. *ſ.* *Spodii drach.* j. ß. *Maſtiches drach.* ij.
Croci ℈ij. ß. *Vini albi q. ſ.* F. Trochiſci.

Trochi-

Trochiſci Diaſpermaton Galeni.

R. *Sem. Apii* *Sem. Ammi ana* ʒj. *Fœniculi*
Aniſi ana ʒß. *Opii* *Caſſiæ ana* ʒij.
Aquæ pluuiæ quantum ſufficit: fiant Trochiſci.

Trochiſci de Rhabarbaro Meſuæ.

R. *Rhabarbari boni* ʒx. *Succi Euphorbii.* *Amygdal. amar. an.* ʒ ß.
Roſarum ʒiij. *Nardi Indicæ* *Rubiæ*
Aniſi *Sem. Apii* *Abſinthii*
Aſari ana drach. j. *Aquæ cuſcutæ q. ſ.* F. Trochiſci.

Trochiſci alii purgantes bilem.

R. *Maſtiches* *Nucis pineæ* *Vuarum paſſarum detra-*
ctis acinis an. gr. v. *Gummi gr.* vij. *Diagridii* ϑj.
Melli quantum ſufficit. Fiant Trochiſci.

Trochiſci de Agarico Meſuæ.

R. *Agarici* ʒiij. *Salis gemmæ* ʒ ß. *Zingiberis* ʒiij.
Oxymelitis quantum ſufficit. Fiant Trochiſci.

Trochiſci Alhandali Meſuæ.

R. *Pulpæ colocynthidis* ʒx. *Inciſa fricentur cum olei Roſati* ʒj.
Tragacanthi, Gummi Arabici *Bdellii ana drach.* vj.
Aquæ Roſaceæ quantum ſufficit F. Trochiſci.

Trochiſci Hamech Meſuæ.

R. *Violarum aur.* xij. *Turbith gummoſi aur.* vj. *Mannæ drach.* iij.
Succi glycyrrhizæ aur. iij. Fiant Trochiſci.

Trochiſci de Viola, Magiſtrales.

R. *Violarum nigrarum* ʒvj. *Turbith* ʒiij. *Succi glycirhizæ*
Diagridii ana drach. ij. F. Trochiſci.

Trochiſci Ramich Meſuæ.

R. *Succi Acetoſæ* ℥xvj. *Roſarum* ʒj. *Baccar. Myrti* ʒij.
Bol pauxillum. *Colatis adiunge* *Gallarum tritarum* ʒiij.

Coque aliquantulum: cola, & adde inſuper ſubſequentia bene tri-turata.

Roſarum

Roſarum ℥j. Santali Citrini 3x. Gummi Arabici ℥j.ſ.
Sumach Spodij an. ℥j. Omphacij 3vij.
Baccar. Myrti ℥iv. Ligni aloes Caryophyllorum
Macis Nucis Moſch. an. 3iv. Caphuræ 3j.ſ.
Moſchi gr. xiix. Succi acetoſæ vel vini Cydoniati q.ſ.
Aquæ roſaceæ q.ſ. Fiant Trochiſci.

Trochiſci hedychroi Andromachi ex Galeno.

℞. Mari Aſari Maiorana
Aſpalathi ana 3ij. Schœnanthi Calami odorati
Xylobalſami Phu Opobalſami
Cinnamomi Coſti ana 3iij. Myrrhæ
Folij Nardi Indicæ Croci
Caſiæ ana 3vj. Amomi 3xij. Maſtiches 3j.
Vini albi q.ſufficit. F. Trochiſci.

Trochiſci Galliæ Moſchatæ Meſuæ.

℞. Ligni aloes 3v. Ambræ 3ij. Moſchi 3j.
Mucilag. Tragacanthæ cum aqua Roſarum extractæ q.ſ.

Trochiſci Diarrhodon Nicolai.

℞. Roſarum recentium ℥ſ. Spodij 3ij. Santali rubri 3j.ſ.gr.vij.
Santali albi 3j.gr.xij. Croci ℈ij.gr.vij. Caphuræ gr.xij.
Aquæ roſaceæ q.ſufficit. F. Trochiſci.

Trochiſci Diani Nicolai.

℞. Violarum purpur. viridium ℥v. Amyli ℥iij. Papau. albi 3ij.℈j.
Sem. plantag. 3j. Rhabarbari ℈v. Olei Caryophyll. ℈j.
Aquæ roſ. q.ſuff. Fiant Trochiſci.

Paſtillus Andronius, Andromachi.

℞. Flor. mali punici 3x. Gallæ omphacit. 3iix. Myrrhæ
Ariſtolochiæ ana ℥ſ. Chalcanthi Aluminis ſciſſilis
Miſii ana 3ij. Sapæ q.ſ. Fiant Trochiſci.

Trochiſci Polyidæ, Andromachi.

℞. Flor. mali punici 3xij. Thuris Myrrhæ ana ℥ſ.
Aluminis ſciſſilis 3iij. Chalcanthi 3ij. Fellis Taurini 3vſ.
Aloes 3iix. Vini auſteri q.ſ. Fiant Trochiſci.

Trochiſci Meſuæ.

℞. *Aluminis ſciſsilis, Aloes, Myrrhæ, Calcanthi ana drach. vj. Croci, Crocomagmatis ana drach. iij. Flor. mal. punic. drach. iv. Vini odorati, Mellis ana q. ſuff.* Fiant Trochiſci.

Trochiſci de Minio.

℞. *Medullæ panis non cocti, bene fermentati ℥ ß. ſublimati electi ʒ ſ. Minii ʒ ß. Aquæ Roſarum q. ſuff.* F. Trochiſci.

CAPVT XVI.

De Conſeruis.

CONſeruæ à conſeruando dicuntur, quod flores inprimis hoc modo conditi in plures annos conſeruantur: ſaccharata etiam ac flores ſaccharati, à ſaccharo, quo condiuntur & aſſeruantur.

Inter has Conſeruas ad partes corroborandas, & tollendas morbi malas qualitates, aliæ ſunt Cephalicæ ſeu capitales, ad cerebrum, aliæ Thoracicæ ſiue pectorales, aliæ ad cor, ventriculum, iecur & alias partes nobiles deſtinatæ.

Capitales ſunt: Conſeruæ Roſmarini, Lauendulæ, Calendulæ, Maioranæ, Meliſſæ, Primulæ veris, Pœoniæ, Lilii Conuall. Tiliæ arboris, Euphragiæ, Betonicæ, Saluiæ.

Thoracicæ ſunt: Conſ. Rad. & Flor. Tuſſilaginis, Roris ſolis, Enulæ Campanæ, Hyſſopi, Flor. Violar. Capill. Veneris, Papau. Rheadis, &c.

Cordiales ſunt: Conſeruæ florum Borraginis, Bugloſſæ, Aceroſæ, Rad. Angelicæ, & Cort. Citri.

Stomachicæ ſunt: Conſeruæ Rad. Acori, Arãtiorum, Menthæ, Diacydonium ſiue Citonia condita, &c.

Hepaticæ ſunt: Conſeruæ flor. Cichorii, Berberis, Ribes, Roſarum rubrarum, &c.

Splenecticæ ſunt: Ceterach, Fumariæ, &c.

Renales ſunt: Conſerua Symphyti maioris, &c.

Enarratarum Conſeruarum præparationes non vſque adeo magni momenti ſunt, vt de iis plura dicere neceſſe ſit. In capitis vero decorationem aliquot tantum Conſeruarum præparandarum formulas adiiciemus, quæ non tam tritæ & vulgares ſunt, ac deſcribemus inſuper quaſ-

Digitized by Google

per quaſdam compoſitiones, ad præcipuos & grauiſſimos corporis affectus accommodandas, quibus Lector benigne ac periucunde perfruetur. Paradigmatis loco proponemus Conſeruas quorundam florum, radicum & fructuum, ad quarum normam alias plures componere licebit.

Prima Conſeruarum præparatio: Comparandum primo eſt vitrum Conſeruis adſeruandis aptum, capax & amplum, in quo fiat ſtratum ex Saccharo puluerizato ad digiti tranſuerſi altitudinem: huic ſuperſpargantur flores, qualescunque condire volueris, ad eiuſdem menſuræ quantitatem. Oportet autem flores colligere tunc, cum a Solis radiis illuminati omni rore & ſuperflua humiditate vacant, dein huic florum ſtrato ſuperiniiciatur nouum Sacchar. & adhuc alii flores, & ita fiat S.S.S. vltimumque ſtratum ex Saccharo conficiatur. Vitrum corio vel membrana craſſiuſcula optimum clauſum, exponatur in æſtate feruentiſſimo Solis ardori per tres ſeptimanas, vel vnum menſem, quo temporis ſpatio materia duriuſcula reddetur, & optime condietur diuque reſeruabitur.

Sic quoque Conſeruæ parabuntur ex omnibus floribus purgantibus, ex roſis pallidis, violis, floribus Perſicæ arboris, floribus centaurii & hyperici, & prunorum ſylueſtrium, quæ purgabunt, & infantibus, aliisque, qui potionibus Medicis plerunque abhorrent commode exhibebuntur.

Altera Conſeruarum præparatio, quæ non gregaria eſt aut communis, & qua flores non ſolum integri permanent, ſed ſuos inſuper colores, odores & ſapores totos conſeruant, (res ſane perquam eximia & elegans) fit vt ſequitur. Accipe flor. (quoſcunq; ad Conſeruas parandas volueris) optime mundatorum & exſiccatorum ℥iv. Miſce cũ ſacchari calidi, & ad perfectionem decocti (ſicut decoqui ſolet ſaccharum roſatum) lib. j. Idem ſaccharum cum admixtis floribus, denuo bulliat ad ignem, donec perfecte coctum apparuerit, cuius perfectionis ſignũ eſt, dum eiectum cum ſpatula, bracteas quaſdam & veluti folia facit: tunc vas æneum, quo materia continetur, ab igne remoueatur, rotula continuo commouendo, donec in puluerem reducatur ſaccharum, & additi flores ab eo ſeparabiles, & nihilominus in conſeruam conditi exiſtant, integros adhuc conſeruantes ſuos colores, odores & ſapores. Hæc eſt altera Cõſeruarum omnium flor. præparatio, q̃ prout ex

saporis, qua fruuntur, bonitate facile colligitur, cæteris vulgatibus longe prestantior est, ex simplici contusione & mixtione præparatis, fit autem hoc modo:

℞. Flor. selector. mundator. & contusor. lib. j. sacchari triti lib. ij. Omnibus simul contusis & mixtis fiat Conserua.

Vsurpamus ad condiendos fructus & radices aliam viam & methodum: sed ex elegantioribus & ad medicum vsum præstãtioribus, vnam atque alteram tantum in medium proferemus formulam, ne gulæ potius gratificandæ, quam Medicinæ amplificandæ gratia, huiuscemodi cupediarum delicias hic introduxisse videamur, quæ magis mulierculis, quam pharmacopœis tractandæ conueniunt, nec quicquam nisi vulgatius & commune suscipiunt.

Proponemus exempli gratia ex fructibus, citria limonia & arantia, & ex radicibus, radicem angelicæ, idque ob singulãrem horum omniũ virtutem & præstantiam, quã ad varios vsus excellent: ad medicinam quippe summopere laudãtur, cum ex iis pharmaca ad cordis, aliarumque partium corroborationem, & pestis præseruationem componantur.

Accipiatur igitur vnum atque alterum malum citrium summe flauum, de cuius cortice, qui omnium maxime sulphureus, odoratus, & cordialis existit, scalpro apto deradatur omne flauum in eius superficie, quantitas rasuræ ex quolibet malo citrio (etiam satis magno) collectæ, erit ad summum ℥ ß.

Hæc rasura vt subtilior & delicatior euadat, optime contundenda est in mortario marmoreo, adeo, vt plane fiat impalpabilis, imo si ita videbitur, instar ipsius cassiæ per cribrum transmittatur.

Sacchari lib. j. pauca aqua rosarum dissoluti instar sacchari rosati, hoc est, ad perfectionem coquatur, in quo sic bene cocto, misce rasuræ prędictæ citri ℥ j. saccharum adhuc parum bulliat, rasuram cum eodem optime permiscendo, dein effundantur omnia, vt in conserua rosar. è siccis fieri solet, & sic erit conserua citri, suauissimi & iucundissimi saporis.

Hæc est prima illa methodus conficiendi conseruas ex citriis, limoniis & arantiis, hoc est, ex eorundem corticum rasuris.

Rasura arantiorum amarior quodammodo est cæcitas, vnde per diẽ vnum atq; alterum maceranda est in vino albo, dein linteolis optime extergen-

extergenda, ad cuius ℥j. adiiciatur ſacchari perfecte decocti, vt ſupra, lib. j.

Reliqua cort. pars carnoſior, ſuccis ſiue medullis interioribus ſeparatis, (ſeparantur autem facili momento) bulliat in aqua vel ſola, vel pauco vino albo permixta, per vnam horam, atque alteram donec ex tactu molliſſima & probe cocta iudicetur, dein ſeparata aqua, cortices hi, quorum ſuperflua humiditas linteolis exquiſite exterſa fuerit, in mortario marmoreo contundantur, & per ſetaceum traiiciantur. Ad lib. j. ſaccha. ad perfectionem decocti, adiice ℥iiij. paſtæ horum corticum: omnibus ſimul optime mixtis & contuſis, coquantur ad ignem lentum, donec paſta vaſculo æneo non amplius adhæreſcat, dein ſupra chartam madidam effundatur, ad formandas inde, ſi velis, tabellas aut rotulas in forma biſcocti. Hoc conditum eſt ſingulare cordiale, nec tanto calore prædituṁ eſt, ac illud alterum de raſura, eorundem fructuum.

Vt eiuſmodi conſeruæ guſtui gratiores, magis cordiales & medicamentoſæ fiant, ad enumeratæ vtriuſque paſtæ ℥j. addatur cinnamomi optime puluerizati ʒj. Moſchi gr. xij. ambræ gr. viij. paſtæ inſuper ab igne remotæ, & iam effundendæ adiiciantur adhuc olei aniſi guttulæ decem vel duodecim, olei caryophyll. guttulæ quatuor. Et ſic habebis conſeruam, & palato gratiſſimam, & ad cor aliasque nobiles partes corroborandas vtiliſſimam. Eadem quoque contra peſtem eſt optimũ præſeruatiuum, ſi ſingulis matutinis, antequam domo exeas, parum de ea ſumas.

Ad radicum condituram eadem fere methodo progrediendum eſt. Verbi gratia: Accipe rad. Angelicæ, quantum voles, coquatur in aqua, donec optime contundi, & in paſtam redigi poſſit, huius paſtę per ſetaceum traiectæ ℥ij. adde

Confectionis alkermes ʒij.	*Margaritarum præparat. an.* ʒ ſ.
Confect. de Hyacyntho ʒj.	*Pulueris lapidis bezoardici veri* ℈j.
Corallor. præparat.	*Ambræ gr. xij.*

Omnia ſimul miſta, & in ſacchari cum pura aqua Cinnamomi diſſoluti, & ad perfectionem cocti ℥x. vel xij. iniecta denuo coquantur, donec paſta non amplius adhęreat vaſculo æneo, quam ſupra chartam humectatam, aut lapidem marmoreum, effundes, redigesque in eam, quam volueris, formam. Ad peſtem excellens præſeruatiuum, de quo

singulis matutinis drach.j.pondere intro assumendum est.Sed hęc medicina diuitibus assignatur. Solam etiam,si velis,& simplicem radicem angelicam coques, & in pastam reductam condies eadem sacchari proportione, qua supra in conseruis fructuum seruata. Ad eundem quoque modum Zedoaria sola condiri potest. Et huiusmodi condita ad pestem pauperibus inseruient.

Ad enarratarum conseruarum normam multas alias componere licebit,ad diuersos corporis affectus pro vario puluerum & cordialium rerum additarum discrimine.

CAPVT XVII.

De Conditis.

VOcabulum conditi in Medicina accipitur in angusta & lata significatione. In prima significatione denotat compositionem quandam,ex speciebus siue pulueribus roborantibus & conseruis,affectibus,quos edomare voles,congruis paratá,idq; in forma puluerisgummosi,qui cochleari argenteo porrigitur,huncq;Medici proprie dicunt conditum. In altera vero lata & generali significatione sumitur pro quouis remedio,quod saccharo vel melle conditur, siue sint fructus, siue radices aut flores,vt gustum acquirant suauiorem,& conseruationi diuturniori aptiores fiant. Vnde à quibusdam inter condita conseruæ annumerantur,de his vide Mesuæum sect.1.sui Antidotarii.

Condita calefacientia & cor confortantia sunt:Nux Mosch.Indica condita Aurantia condita,Citria condita, Myrobalani chebulæ conditæ:Conditum de pomis & Electuar.de pomis Mesuæ,quod tale est:

℞. *Carnium pomorum dulcium & redolentium,intus & foris purgatorum, & in frusta incisorum lib.vj.* *Sacchari albiss.lib.v.*
Aquæ rosatæ lib.ij. *Ligni aloes* ʒv. *Santali Citr.* ʒv.
Caryophyll. ʒß. *Cinnam.* ʒiv.ß. *Ambræ* ʒij.
Moschi ℈ j. M.F.Electuarium.

Condita ventriculum calefacientia sunt:Zingiber conditum,Calamus Aromaticus conditus, Cytonia condita, Diacytonium simplex Nicolai,Pyra condita,Iuglandes conditæ,&c.

Eryngium conditum excalefacit renes:sic sunt refrigerantia condita ad ventriculum:Myrobalani Emblicæ conditæ,Conditum ex Persicis Mesuæ;Item conditum hoc Mesuæ Persicorum.

℞. *Persi-*

Digitized by Google

℞. *Perſicorum propemodum maturorum ab intra & extra purg.*
Succi Perſicorum ana lib.ij. Sacchari albi lib.ß.
Tere Perſica in medullæ conſiſtentiam, coque cum Syrupo, vt in Condito ex Cydoniis fiet: poſt coctionem miſce
Ligni aloes, Santali Citrini ana ʒij.
Cinnamomi Cubebarum Macis ana ʒß.
Moſchi ϑß. Fit etiam aliquando ſine Aromatibus.

Conditum ex fructibus Meſuæ.

℥. *Carnis Cotoneorum, Carnis pyrorum auſterorum, Carn. Malorum acidorum ana lib.j.* Coque ex aceto forti, in quo Rhus 24. horis maceratus fuerit: deinde adde
Omphacii ex acinis expreſſi lib.j. Sacchari lib.iv.
Carnis ſorborum immaturorum ʒv.
Coquantur omnia ad mellis craſſitudinem: Deinde adde
Succi Berberorum ʒij. Spodii, Sem. acetoſæ ana ʒj.
Percoctum conde vitreo vaſe. Doſis drach.ij. ad drach.iij.
Præterea ventriculum roborant: Conditum ex Prunis, Ceraſa condita, Meſpila condita, Rad. Cichoreæ conditæ, &c.

Conditum ad omnes vires roborandas.

℥. *Conſerua Anthos Roſarum Cirſii*
Bugloſſæ Adianthi Cichorii ana drach.ij.
Cort. Citri conditi Nucis Indicæ conditæ ana drach.j.ß.
Spe. Pliriſarcoticon Diamoſchi Diarrhod. Abb.
Triaſantali ana ʒß. Fol. auri N.vj. Fiat Conditū auro coopertū.
Vel: ℥. *Spec. Pliriſarcotici, Diamoſchi, Diarrhod. Abb.*
Conſeruæ Adianthi, Triaſantali ana drach.ß. Conſ. Roſarum,
Cichorii ana drach.ij. Sacchari albiſſimi in aqua roſarum q. ſufficit diſſoluti. Fiat.

Conditum Cordiacum Fernelij.

℞. *Conſeruæ Nymphææ, Bugloſſi Roſarum*
Cort. Citri conditi ana ʒß. Diambræ, Spe. de gemmis
Diamargariti frig. ana ϑß. Oſſis de Cordec. Sem. Citri
Sem. Cardui bened. Rad. Tunicæ Tormentillæ ana ϑj.
Scobis vnicornu gr.viij. Fol. Auri conciſorum N.vj.
Sacchari albi q. ſufficit. Fiat Electuarium.

Diacyto-

Diacytonium Compoſitum Nicolai.

℞. *Carnium Citoniorum comminut.& coctura inſpiſſat.lib.iij.*
*Mellis puri optimeq; deſpumati lib.*iv.

Coquantur ſimul ad iuſtam conſiſtentiam,& poſtquam ab igne depoſueris,antequam refrigerentur, inſperge ſubſequentes ſpecies, in tenuiſſimum puluerem contritas.

Cinnamomi ℥j.ß.	*Zingiberis* ℥j.	*Piperis*
Galangæ ana ℥ß.	*Caryophyll.*	*Nucis Moſch.ana* ʒiij.
Spicæ Nardi	*Ligni aloes*	*Macis*
Cardamomi ana ʒij.	*Zedoariæ* ʒj.	Fiat Conditum.

Diacytonium Compoſitum Meſuæ.

℞. *Carnis Cotoneor.in vino coctorum,* *Mellis deſpumati ana lib.iij.*
Coque igne lento,tunc adde

Cinnamomi	*Caryophyllorum*	*Cardamomi*
Galangæ ana ʒj.	*Cinnamomi craſſi* ʒiij.	*Macis*
Zingiberis	*Piperis longi ana* ℥ß.	

Si autem affectus eſt calidus,coquenda ſunt cotonea cum aceti parte tertia.Et quandoque permiſcetur ſuccus granatorum:quandoq; ſuccus citri, quandoq; adduntur ſpodii, berberis,ſem.acetoſæ,trium ſantalorum,Roſ.rubr. p.æquales.

Diacytonium eiuſdem aliud.

℞. *Succi Cotonetorum* *Mellis deſpumati ana lib.iij.*

Aceti lib.ij.	*Piperis longi*	*Zingiberis*
Cinnamomi ana ℥j.	*Caryophyll.*	*Ligni aloes ana* ℥ß.
Moſchi ℈iij.	Fiat lege artis Conditum.	

Diacytonium è ſucco Citoniorum.

℞. *Succi Citoniorum deſpumati lib.xij.*
Mellis opt.deſpumati, *Sacchari albiſſ.clarif.ana lib.ij.*

Coquantur ſimul ad iuſtam ſpiſſitudinem:Deinde ab igne remoue,& adhuc tepentibus inſperge ſubſequentium pulueres minutiſſime tritos,& per cribrum excuſſos.

℞. *Cinnamomi*	*Nucis Moſch. an.* ℥iv.	*Caryophyllorum*
Zingiberis	*Galangæ ana* ℥ij.	*Nardi Celticæ*
Piperis nigri	*Ligni aloes*	*Zedoariæ*
Cubebarum	*Macis*	*Cardamomi ana* ℥j.

Fiat ſ.artem Conditum.

Diacyto-

Digitized by Google

Diacytonium Galeni.

℞. Carnis Cotonorum Mellis Aceti albi ana lib. ij.
Zingiberis Piperis ana ℥ iij. Petroſ. Macedon. ℥ j.
F. Conditum.

Aliud: ℞. Succi Cotonorum Mellis Attici ana ſextar. Rom. ij.
Aceti ſextarium ſ. Zingiberis ℥ iij. Piperis ℥ ij.

Conditum ad frigidum humorem.

℞. Trochiſ. de Cappar. Conditi citri ana ℥ ß. Diagemma ℥ ij.
Sem. Cumini Fœniculi Aniſi ana ℥ ij.
Sacchari q. ſuff. Fiat Conditum.

Conditum aliud Meſuæ.

℞. Carnis Cotoneorum in vino coctor. Mellis deſpum. ana lib. ij. ß.
Cinnamomi Caryophyll. Galanga
Cardamomi ana ℥ ß. Cinnamomi ℥ iij.
Zingiberis Piperis longi Macis ana ℥ j. ſ.
Carnem & [illegible] meliore lento percoque; tunc adde reliqua.

Conditum pro ventriculo laxo Bauhini.

℞. Corticis Citri conditi ſicci ℥ ſ. Car. Nucis Moſch. condita ℥ j.
Nucis communis condita N. j. Conſerv. Roſar. ℥ ij.
Sacchari roſati ad pondus omnium.

Conditum ad cor calidum Heurnij.

℞. Conſer. Anthos Roſarum Borraginis
Bugloſſi Capill. Ven. an. ℥ ij. Cort. citri cond. ℥ j. ſ.
Spec. Pleresarchon. Diarrhod. Abb. Triſantali ana ℥ ſ.
Fol. Auri N. vj. Sacchari q. ſuff. Fiat.

Conditum ad humorem calidum.

℞. Conſer. Bugloſſi Roſarum Nymphæ ana ℥ ij. ſ.
Diamar. frigidi Corall. rub. ana ℥ ij. Sem. Oxalydis
Sem. Portulacæ Sem. Cichorij ana ℥ j. Lap. pretioſ. omnium ana ℈ j.
Fol. Auri N. iv. Sacchari albi q. ſufficit.

Conditum ad inflammationem pulmonis.

℞. Conſer. violar. ℥ ß. Bugloſſæ ℥ ij. Diamar. frig. ℥ j.
Sacchari candi Sacchari albiſſimi ana q. ſuff. Fiat.

Conditum refrigerans & constringens stomachum.

℞. Conserv. Rosarum ℥j. Spec. Diamargarit. frig. 3j.
Coralli rubri 3ß. Sacchari q.s. Fiat Conditum.

Conditum à pastu conueniens Rondeletij.

℞. Myrobal. Emblicorum in aqua ros. ablut. Num x.
Cort. Citri Carnium Cotoneor. Conser. Ros. antiquæ ana ℥ß.
Corall. rub. Margaritarum ana drach. ij.
Spe. Diarrhod. Diacytoniten sine speciebus calid. ana 3ß.
Sacchari rosati tabuli q. suff. Fiat Conditum.

Conditum ad calorem iecoris.

℞. Conser. Cichorij Violarum Nymphæa
Bugloßi ana ℥ij. ß. Conser. Ros. 3j. ß. Triasantalorum
Diamargarit. frig. an. 3ß. Fol. Auri Num. viij.
Sacchari albißimi q. suff. Fiat.

Aliud ad idem.

℥. Spec. Triasantali drach. ij. Diamargar. frigid.
Diarrhodon Abb. ana ℈ij. Conserv. Cichorij
Violarum ana drach. j. ß. Sacchari albißimi, ex aquæ
Intybi vel Cichorij dißoluti q. sufficit vel ℥iij. ß.

Diacytonium purgans Mesuæ.

℥. Succi Citoniorum lib. iij. Mellis albi lib. ij.

Coque continenter despumando, donec manus non inficiat, quæ forma est Myuæ simplicis vsitatæ: Deinde iniice sequentia.

Scamonii in malo Citonio correcti ℥j. ß.
Caryophyllorum Zingiberis Masticis
Piperis longi Nucis Moschatæ Cinnamomi ana drach. iij.

M. Fiat Diacytonium purgans.

Vel: ℞. Scammonij drach. v: Turbith drach. xij.

Fiet sic Cholagogum, & Phlegmagogum. Aut abiecto Scammonio misce

Turbith drach. xxv. Carthami drach. v.

Phlegmagogum solum erit. Aut si bilem atram vacuare velis, horum loco:

℥. Helli-

℞. *Helleborum nigrum, vel huius loco Epithymum.*

Quidam cum ſaccharo coquunt, alii cum carnibus tantum, alii cum ambobus.

Pruna purgantia.

℞. Fol. *Senæ mundatæ* ℥ij. ß. *Cinnamomi*
Sem. Fœniculi ana ℥ß. *Rad. Galangæ drach. ij.*

F. Infuſio per noctem: dein mane fiat leuis ebullitio, poſtmodum coletur, colaturæ addatur Prunorum Damaſcenorum lib. ß. Coquantur, decoctum clarificetur, dulcoretur cum ſaccharo, & ad perfectionem ſupra Prunas coquatur.

Paſſulæ purgantes Caſpari Bauhini.

℞. *Paſſularum Corinthiacarum mundatarum lib. j.*
Infuſionis roſarum lib. j. ß. *Fol. Senæ* ℥iv.

Infundantur folia Senæ ſ. artem in infuſionem Roſarum tepentem per noctem, dein bulliant parum, coletur: colaturæ addantur Sacchari rubri ℥viij. Coquantur ad conſtitutionem Syrupi, in cuius fine imponantur paſſulæ; & parum bulliant rurſus.

Paſſulatum leniens Heurnij.

℞. *Fol. Senæ mundat.* ℥iij. *Aniſi drach. vj. Aquæ* ℥ix.

Infundantur per diē ac noctem, & bulliant vnica ebullitione, fiatq; fortis expreſſio, cui inde

Paſſularum Corinthiacarum ℥vj.

Bulliant ad exhauſtionem decocti, in fine adde

Sacchari rubri ℥iv. *Cinnamomi* ʒj. ß.

Serapii ænula in ideam coquatur dum abeat ſaccharum. Doſis ℥ij. antequam paſtum ineat; affundi poterit aliquid Serapii roſati ſolutiui, quo vberius madeſcat.

Aliud eiuſdem.

℞. *Rad. Polypodij quercini* ℥iij. *Fol. Senæ*
Rad. Althææ recentium ana ℥ij. *Aniſi* ℥ij.

Omnia infundantur in vaſe vitreato, & coquantur ſ. a. Fiat Expreſſio: addе

Pulpæ paſſular. per ſetaceum tranſmiſſarum ſemilibram. Sacchari albi ℥ij.

Coquantur rurſus ad Cydoniati craſſitudinem. Doſis ʒvj. vel ℥j.

Conditum Capitale I. Quercetani.

℞. *Conſer. Florum Anthos Saluiæ Betonicæ Calendulæ ana* ℥j.
Conf. Diacaſtorei Diacori Anacardinæ ana ℥ß.
Diamoſ. dulcis Diambræ ana ℈ſ. *Syrupi Conſeruæ citri q. ſ.*
Fiat Conditum; Ille vocat Opiatam ab excellentia.

Conditum ad cordis roborationem eiuſdem.

℞. *Conſer. cort. citri conditi* ℥j. *Flor. Bugloſſ. Violarum ana* ℥ſ.
Confect. alkermes ℥j. ſ. *Conf. liberantis Cordialis*
Elect. de gemmis ana ℥ ſ. *Aromatici roſati Dianthos ana* ℈j.
Corall. præparat. Marg. præp an. ℥j. *Vnicornu* ℈j.
Oſſis de corde C. ℥ſ. *Lap. Bezoar* ℈ſ. *Ambræ gr. x.*
Foliorum Auri aliquot. M. contundantur. Fiat Conditum.

CAPVT XVIII.

De Confectionibus.

VT palato & ſapori inprimis conſuleretur, Medicamenta quædam ſaccharo condita, forma etiam ſicca, à Medicis inuenta ſunt. Inter
Confectio. quæ ſunt primo confecta appellata, quæ nihil aliud ſunt, quam condita arida.

Parantur autem hoc modo: ℞. Semina cruda ſiue præparata, Nuclei decorticati, Aromata, radices ac cortices, prius ſi amariores ſint, aqua macerati, & in vmbra ſiccantur, atque in vaſe homogeneo ſaccharum liquatum ipſis guttatim affunditur, & vas, (plerunque vero peluis cuprea) continuo verſatur & varie ſuccurritur, atque ita cruſta quaſi ex ſaccharo Medicamenta inducuntur.

Atque vt iſta ex integris, aut ſaltem ſi maiora ſunt, ſecundum longitudinem diſciſſis, parantur: Ita alia ex pulueribus & contuſis ſimplicibus, ſaccharo exceptis, parantur, quæ diuerſa nomina à figura inprimis, quam obtinent acceperunt. Quæ enim formam habent rotundam, rotulæ & orbiculi appellantur: quæ oblongam & quadratam,
Rotulæ. *Orbiculi.* Tabulæ ac Morſuli. Poſſunt autem omnis generis Medicamenta in
Tabulæ. hanc formam redigi, atque ita non ſolum Tabulæ & Morſuli alte-
Morſuli. rantes, & roborantes, ſed & purgantes, & quæ venenis reſiſtunt, confici.

Rotulæ

Rotulæ parantur hoc modo: ℞. Species vel pulueres Medicamentorum, Sacchari ſeptuplum, plerunque octuplum, in purgantibus etiam triplum vel quadruplum, in aquæ ſ. deſtillatæ appropriatæ quantitate diſſoluitur, atque ad iuſtam conſiſtentiam coquitur. Huic ſaccharo pulueres vel ſpecies paulatim iniiciuntur, atque agitando ſimul accurate miſcentur, & in lapidem porphyritidem, aut in tabulã cupream vel ligneam guttatim quaſi effunduntur, vt materia refrigerata in rotulas & orbiculos concreſcat. *Rotulæ parandi modus.*

Tabulæ Diambræ: ℞. Specierum Diambræ ℥vj. Sacchari albi in aqua Fœniculi vel Maioranæ diſſoluti lib. j. Fiant Rotulæ ad calefaciendum caput. Eodem modo fiunt & Orbiculi ex Spec. Diamoſchi dulcis.

Vel etiam ſic pro capite: ℞. Spec. Diambræ, Diamoſchi dulcis ana ʒj. ſ. Sacchari in aqua Betonicæ diſſol. ℥iij. Fiant Rotulæ.

Alia Hepatica: ℞. Spec. Diarrhod. Abb. ℈v. Diacurcumæ ℈ij. Dialaccæ ʒ ß. Trochiſ. de Abſynthio, de Rhabarbaro ana ℈j. Sacchari in aqua Hepatica diſſ. q. ſ. Fiant.

Vel: ℞. Spec. Diarrhodon Abb. Diairis ana ℈j. Trochiſc. de Eupatorio, de Rhabarbaro ana ℈ij. Rhabarbari opt. Sem. aniſi, Rad. Aſari ana ℈ß. Sacchari in aqua Agrimoniæ diſſoluti q. ſuff. Fiant.

Vel purgantes: ℞. Rad. Mechoacannæ ℥j. Diagridii gr. ij. Cinnamomi ℈ß. cum Sacchari ſ. q. Fiant Rotulæ.

Vel Aſtringentes: ℞. Boli Armeni drach. ß. Margarit. præpar, Terræ ſigillatæ, Coralli rubr. præp. ſpec. liberantis ana drach. ß. Sacchari q. ſuff. Fiant Rotulæ.

Nonnunquam loco ſpecierum ſumimus Olea, Tincturas, Extracta ſiue Eſſentias, atque Extractorum alterantium, prout magis vel minus ſunt efficacia, odore & ſapore excellunt. Capiuntur gr. v. vj. viij. ad x. pro ʒj. Sacchari. Ita & de Oleis deſtillatis ſumuntur gutt. iv. v. vj. ad ʒj. Sacchari. Interdum ſimul ſumuntur, Species, Extracta, Olea. Sic dantur Exempla.

℞. Olei Aniſi, Nucis Moſchatæ ana gutt. ij. Succini albiſſ. gutt. j. Manus Chriſti perlat. ℥ij. Diſſoluantur in aqua roſarum, & fiat Confectio in Rotulis.

Alia ad intemperiem frigidam capitis: ℞. Sacchari in Aqua roſ. diſſol. ℥iij. Olei

℥iij. Olei aniſi gutt. vj. Ambræ griſeæ gran. iv. Fiat Confectio in Rotulis.

Alia contra flatus: ℞. Oleorum Carui, Aniſi, Fœniculi ana gutt. iv. Extracti Calami Aromatici, Galangæ ana gr. ij. Sacchari in aqua Veronicæ diſſoluti ℥j. Fiat Confectio in Rotulis.

Alia ad calorem roborandum, & contra inflationes: ℞. Extracti Aromatici roſati ℈ß. gr. v. Calami Aromat. Ligni aloes ana gr. iij. Sacchari albiſſ. in Aqua roſ. deſtill. diſſol. ℥iv. affuſis ol. Cinnamomi gut. iij. Macis gut. ij. Caryophyllor. gut. j. Fiant Rotulæ.

Alia pectorales: ℞. Spec. Diaireos ſ. Diahyſſopi ana drach. ß. Diatrag. cal. drach. ß. Extracti Glycyrrhizæ ℈ß. Olei fœniculi gut. iv. Conſeruæ flor. Scabioſæ drach. ß. Sacchari in aqua Scabioſæ diſſol. ℥iv. Fiant Rotulæ.

Alia purgantes: ℞. Extracti Rhabarbari drach. ß. Rhabarbari pulueriſati drach. ij. Sacchari in aqua Cinnamomi diſſoluti ℥ij. Fiant Rotulæ.

Rotula Perlatæ: ℞. Eſſentiæ Perlarum ℥ ß. Magiſterii Perlarum ʒj. Ambræ griſeæ gr. v. Sacchari in Spiritu roſarum diſſol. q. ſ. Fiant Rotulæ.

Rotula Corallinæ: ℞. Tincturæ Corallorum rubr. ℥j. Magiſterii Corall. rub. drach. j. Eſſ. Meliſſæ drachm. j. Ambræ griſeæ gr. iij. Sacchari in ſpiritu Violaceo diſſoluti q. ſ. Fiat Confectio in Rotulis.

Rotulæ Aureæ: ℞. Tincturæ Solis drach. ij. Tincturæ Corallorum drach. j. Eſſent. Margarit. drach. ß. Olei Cinnamomi gut. iv. Sacchari in Aqua florum Calendulæ q. ſ. diſſoluti. Fiant Rotulæ aureæ, non deauratæ, &c.

Eadem fere eſt ratio parandi Morſulos, niſi quod Medicamenta in Morſulis plerumque minus ſubtiliter conteruntur, ſed craſſiore modo.

Quibus & alia adduntur, quæ in Rotulas non recipiuntur, vt fructus & ſemina, vt Amygdalæ, Nuclei pinei, Piſtacia, Sem. Melonum, Citrulli, Conſeruæ.

Licet & hæc interdum ad Rotulas, ſed minore quantitate recipiantur. Proportio ea certis legibus adſtringi non poteſt, ſed ea obſeruatur, quæ Medici intentioni conuenientiſſima eſt. Atque omnia vt in

rotulis

Digitized by Google

rotulis dictum, ſufficiente quantitate, hoc eſt, fere ſextuplo vel octuplo ſacchari in conueniente liquore diſſoluti excipiuntur.

Nonnunquam fructus ipſi in ſubſtantia non ſumuntur, ſed cum conueniente aqua ex iis fit emulſio, atque in emulſione ſaccharum diſſoluitur.

Præter hæc etiam, eodem modo, vt in rotulis, extracta & olea deſtillata miſceri poſſunt.

Interdum loco ſacchari Manna in pulvere ſargantibus recipi poteſt. Vbi omnia exacte ſuper igne miſta fuerint, antequam refrigerentur, maſſa rota lapidi porphyritici, vel tabulæ cupreæ inducitur & dilatatur ac complanatur in tabellas latas, vel quacunque figura placet, in tabulas diſcinditur.

Paratæ tabulæ vel morſuli etiam oleis deſtillatis, vel Moſcho & Ambra, in aqua roſarum diſſolutis illini poſſunt. Quomodo & Morſuli Imperatorii vulgares præſtantiores atque efficaciores reddi poſſunt, ſi recipiantur Morſulorum lib. ß. Ambræ, Moſchi ana gr. iij. diſſoluanturque hæc in aqua roſarum, & additis Olei Caryophyllorum ſtillat. gut. vj. Morſuli iis illinantur: Exempla.

℞. Spec. Diacucumæ ʒj. Dialaccæ, Diahyſſopi ana ʒß. Trochiſc. de Rhabarb. de Eupatorio, de Abſynthio ana ℈j. Rhabarb. electi, Calami Aromat. Rad. Ireos ana ʒß. Sacchari albiſſ. in aqua Agrimoniæ diſſoluti q. ſ. Fiat Confectio in Morſulis.

Alij: ℞. Piſtaciorum, Amygdal. dulcium, Pinearum mundat. ana ʒß. Sem. Melonum, Citrulli, Cucurbitæ ana drachm. ij. Papau. albi ʒj. Tragacanthi, Gummi Arabici, Sem. Cydoniorum drach. j. Cinnamomi ʒß. Sacchari in aqua roſ. diſſol. q. ſuff. Fiat Confectio.

Vel: ℞. Cort. Myrobalan. Chebul. condit. Conſeruæ Borrag. Bugloſſæ, Roſarum ana ʒß. Acori conditi, Cort. Citri condit. ana drach. vj. Diamoſchi dulcis, Aromatici roſati ana drachm. ß. cum ſ. q. ſacchari. Fiant Morſuli.

Alij: ℞. Sem. Papau. albi, Amygdal. dulcium, Pinearum mundat. ana drach. iij. ſem. 4. frig. Maior. excort. ana drach. j. Lactucæ ℈ij. cum aqua Tuſſilaginis. Fiat Emulſio. Add. ſacchar. albiſſ. lib. ß. Spec. Diatragac. frig. ʒj. ſ. Fiant Morſuli.

Vel: ℞. Man-

Vel: ℞. Mannæ opt. drach. iij. Rhabarbari, aquæ Cinnam. aſperſi drach. iij. Conſer. Roſar. rec. drach. ij. Manna parum lento igne coquẽda, adiecta parua ſacchari quantitate: deinde Rhabarbarum & Conſerua adduntur. Fiant Morſuli.

℞. Turbith albi & gummoſi drach. j. Diagridii ℈j. Zingiberis, Ana. ana ℈j. Galangæ ℈ ſ. Caryophyll. Calami Aromat. Macis Cinnamon. Deſtill. gutt. ij. Sacchari ℥ij. Fiant Morſuli. ana gr. v. Olei anili. Guli & alio modo concinnari. Recipitur

Poſſunt purgantes Mor. quantitas, vel iis aliquid puluerum Extractorum purgantium debita q. Aromatici, vel extracta purgantium iungitur: his adduntur puluer. Proportio au- Aromatica, & cum Manna ac ſaccharo fiant Mortu. ad ſacchatem ſacchari ad Extracta ſit dupla vel tripla, Mannæ turſum a. rum dupla; Vt exempli gratia:

℞. Extracti Catholici, Rhabarbari ana ℈j. Spec. Diarrhod. Abb. ℈ ſ. Sacch. drach. ij. Mannæ ℥ſ. Fiant Morſuli.

Vel etiam cum ſola Manna licet tales morſulos parare, vt exemplum eſto:

℞. Mannæ Calab. in aqua roſa. & Cinnam. diſſol. ℥ij. extract. Rhabarb. drachm. j. Rhab. opt. pulu. ℈ij. Cinnamo. electi ℈j. Fiant Morſuli iv.

Hoc autem in genere in omnibus Morſulis purgantibus, quæ in plures doſes parantur, eſt obſeruandum, vt purgantia accurate cum ſaccharo permiſceantur, ne in vnum Morſulum plus de purgantibus aggregetur, in alium minus, & vna Doſis excedat in purgando, alia deficiat.

Rotulis, Tabulis, Morſulis non incommode ſubiungitur Medicamentum, quod pandaleon, vndecunque etiam appellatio ſumta ſit, iuniores Medici vocant. Quod materia quidem & fine plane cum Eclegmate conuenit, & ad pectoris pulmonumque affectus deſtinatum eſt: forma vero à Rotulis, Tabulis & Morſulis non differt, niſi quod rotulæ & tabulæ in certam vel rotundam, vel quadratam figuram conformantur; Pandaleum v. informe manet, atque in Pandaleo ſpecies cum ſaccharo in pixide condenſari permittitur, ac tempore vſus fruſtum aliquod cultello vel cochleari effringitur, atque in ore donec liqueſcat, detinetur. Recipiuntur nimirum ſpecies vel puluеres, interdum etiam fructus & ſemina, & cum ſaccharo in aqua conue-

Digitized by Google

conueniente diſſoluto coquuntur vel miſcentur, & in pixide, plerumque lignea, condenſari permittuntur.

R. Spec. Diatrag. frig. ℥ij. ſachari candi, penidio, in aqua viol. diſſol. ana q.ſ. F. pandaleon.

Vel R. conſer. Violarum drach. ij. ſpe. Diatragacanthi frig. drach. ij. ſachari diſſol. & ad perfect. cocti q.ſ. reponantur in pixide.

Vel. R. ſachari albiſſ. ℥ij. candi, penidii an. ℥j. coq. ſimul in aq. hyſſopi, adde Nucleor. pini mundat. exſiccat. piſtacior. recent. an. ℥j. Rad. Ireos drach. j. M. Fiat pandaleon.

Tandem ad hanc claſſem pertinent variæ confectiones, quæ ad inſtaurandas vires inprimis paratæ ſunt, & à baſi præcipue nominantur, quales ſunt Diamygdalatum ſeu Mazapanis, Diateſtudinatum, pineatum & ſimilia.

Primo Diamygdalatum, quod alii paſtam regiam, alii panem dulciarium, vulgo Mazapanem, vel Marzipanem vel panem Martium nominant, componitur ex amygdalis dulcibus, ſacharo & aqua roſarum. Verum ad vſum medicum in Atrophia, phthiſi, pulmonumque affectibus aliis etiam, fructus & ſemina, condita item atq; aromata adduntur, paranturq; inde placentæ hoc modo; Amygdalæ dulces decorticatæ ſubtiliter contunduntur: Quibus nuclei pinei, piſtacia, auellanæ, cortices citri conditi, myrobalani conditæ, ſemina melonum, cucurbitæ, papaueris, conciſa omnia; aromata item, cinamomum, caryophylli, lignum aloes, moſchus, ambra, adduntur, nonnunquam & pulpa caponis; atque omnia cum ſufficiente quantitate ſachari, ſub duplo ſcilicet, duplo, vel æquali, pondere ſenſim affuſa aqua roſatum ſubiguntur, & exacte miſcentur, atque inde placentæ formantur, & ſubſtrato pane azymo ſeu nebula in vaſe cupreo ſubiectis carbonibus coquuntur.

R. Amygdal. dul. ℥xij. contundantur affuſa aq. roſarum, adde cinnam. drach. vj. Macis drach. iij. Caryophyll. drach. ij. cardamomi ℥ij. ſachari albiſſimi ℥xij. fiat panis Martius.

Vel: R. amygdal. dulc. excort. ℥j. pinear. piſtacior. ana ℥ß. ſem. 4. frig. maior. excort. ana ℥j. pulpæ caponis elixæ ℥iij. Gummi Arab. ℥j. pulu. cinnamomi, Nucis moſcha. macis ana drach. ß. Fructus omnes prius aliquandiu in aqua roſ. macerentur, poſtea contundantur, & cum aqua Roſa. & ſuff. quant. ſachari F. maſſa.

Teſtudinatum eodem fere modo fit, carne teſtudinum addita; &

pineatum ſeu pincolatũ ex pineis cum ſacharo cocto & clarificato miſtis, & in buccellas vel placentas efformatis. Hæ ſunt variæ apud medicos confectiones, paucis adhuc placet perſtringere Doctiſſimorum virorum Tabulas ad varios morbos ſapienter ordinatas.

Noſtri ſapientiſſimi Galenici Tabulas nuncupant cephalicas quæ conficiuntur ex ſpec. Diambræ, ſpec. Diamoſchi dul. oleo fœniculi &c. Pectori appropriant Tabula Diaireos, & orbiculos Bechicos.

Tabulæ Diaireos tales ſunt: R. ſpec. Diaireos ʒ. vnc. ſem. ſachari albi in aqua capill. Vene. vel fœniculi diſſol. lib. ſ.

Orbiculi Bechici: R. ſachari albiſſimi lib. j. ſachari candi optimi, ſachari penidij an. vnc. iv. Ireos vnc. j. drach. vij. Amyli vnc. ij. ſem. mucilag. Tragacanthæ cum aqua roſacea factæ, quantum ſufficit. Fiant.

Tabulæ excalefacientes ventriculum ſunt: Tabulæ aromatici roſati, Diacymini, Dianiſi, caryophyllorum, item confectio Zingiberis cocti, qualis eſt Auguſtani:

R. Cinnamomi electi drach. ij. *Nucis moſchatæ drach.* j.
Caryophyllorum ſcrup. iij. *Macis ſcrup.* j. *Inciſa, adde*
Zingiberis tenuiſſime triti drach. vj. *Sachari in aqua roſarum diſſoluti* ℥xvj.
F. confectio in Morſulis.

Hepar excalefaciunt Tabulæ Diacurcumæ, Dialaccæ &c. Matricem calefaciunt Tabulæ de gemmis.

Caput refrigerant Diacodion ſolidum Auguſtani. Pectus refrigerant Tabulæ Diatragacanthi frigidi, Tabulæ Diapenidii ſine ſpeciebus calidis, item ſaponea Auguſtani qualis eſt:

R. Amygdal. dulcium mundatarum vnc. ij. *Amyli puriſſimi & noui vnc. ſem. ſachari albi clari lib.* j. Fiant.

Cor refrigerant, Tabulæ Diamargaritonis frigidi, Item manus Chriſti perlata.

Hepar refrigerant Tabulæ Diarthodon. & Tabulæ Triaſantali.

Bilem purgant, Tabulæ ex Electuario de ſucco Roſarum, vt: R. Electuarii de ſucco roſarum drach. vj. ſachari albi in aqua Endiuiæ diſſoluti lib. ſem. vel ℥iv. F. Doſis ʒß.

Zingiber laxatiuum: R. Zingiberis drach. j Caryophyllorum, cinnamomi ana drach. j. Nucis moſchatæ, Galangæ an. ℈j. Croci gr. xiv. Turbith ℈j. ſ. Diagridii ℥ij. ſachari ℥iv. Fiat confectio in Morſulis.

Pituitam purgant, Tabulæ Diaturbith cum Rhabarbaro: R. Turbith optimi ℥j. Zingiberis drach. j. ſ. Hermodact. ℥j. Rhabarbari ʒx. Diagridii ℥. ſem.

Digitized by Google

ſantali albi,rubri,violarum ana ʒj. ß. Aniſi,maſticis,cinnam. croci ana drach.ſem.ſachari albi lib.j.vnc.ij.drach.ij.F. Tabulæ.

Tabulæ Diaphœnicon: R.Dactyl.triduo aceto maceratorum N.vj. ſem. Libiſtici drach.ij.pinearum,Amyg.dulcium an.drach.xv.Turbith. ʒxij. Diagridii dr.xj. ſachari candi ʒij. piperis longi, zingiberis, fol.rutæ ſicc. cinnam.macis, fœniculi, Aniſi, dauci,galangæ, Ligni aloes ana drach.j. ſachari lib.j. Fiat confectio.

Tabulæ Vnicornu calefacientes caput: R. ſuccini albi,vnicornu an.drach.ſ. Margaritarum drach.j. Ambræ gr. iij. ſachari in aqua cinnamomi diſſoluti ʒx.olei Aniſi g. iv. olei ſuccini gr.ij. F. confectio in orbiculis.

Tabulæ ſaluberrimæ Hieron. Brunſuicenſis: R.Cinnam.Zingiberis ana ʒj.ſ. Nucis moſcha. caryophyll.piperis longi an.drach.j. maceris , Galangæ Dictamni,Zedoariæ, calam. arom. ana drach.j. Rhabarb.optimi vnc.ſ. pimpinellæ,Angelicæ ana drach.j.Rhapontici drach.ij. Croci drach. ſ. ſachari in aqua roſ.diſſol.lib.j.vnc.j. F. Tabulæ.

Tabulæ confortantes ſtomachum: R. Aromat.roſ. drach.ij.ſpe.Diarrhod. Abb. drach.j. ſachari albi diſſoluti in aqua menthæ ʒiij.F. Tabulæ D.ʒij.

Tabulæ ſulphuratæ noſtræ:R.Florum ſulphuris drach. iij. ſachari in aqua roſ.diſſol.ʒiij.olei fœniculi g. xv. moſchi gr.iij.F. Tabulæ ſ. artem.

Tabulæ confortantes aliæ: R. ſpec.Imperialium ʒ. ſ. pinearum electarũ, & ſubtiliter inciſarum drach.ij.ſpec. Aromat. roſ. drach.j.ſ. ſachari in aqua roſarum diſſoluti ʒxij.olei cinnam.gr.iij.Moſchi gr.ij.F.

Morſelli confortantes Langii : R. pinear. præp. drach.iij. Amygdal.dul. drach.ij.ſ.cinnam.electi ϑj. Macis ſcrup.j caryophyll. drach. ſ. phiſticorum viridium drach.j. ſ.Zingiberis albi,inciſi ſcrup.ij. Margarit.præp. ſcrup.ſ. fol. auri N.iv.ſachari albi in aqua roſ,diſſoluti vnc.viij.F.

Morſelli confortantes alii: R.ſpec. Aromat.roſ.drachm.j.ſpe. Diarrhod. abb.drach.ſ.ſpe.Diambræ ſcrup.j.cinn.electi drach.j.Zingib. ſcrup.iij.ſ. Macis drach.ſ.ſantali citrini ſcrup.ſ,pinearum mundat.drach.iv.ſachari opt.in aqua roſ.diſſoluti lib.ſ. F.

Morſelli ad impinguanda corpora emaciata,Mercuriales : R.pulpæ caponum elixorum,pulpæ perdicis ana ʒß.Nucleorum pini, piſtaceorum in vino Maluatico maceratorum ana vnc.ſ.Amygdal.dul.vnc.j.cinnam.caryophyll. Nucis moſch.ana vnc.i.ſ. ſachari fini q.ſ.

Tabulæ orificium ſtomachi claudentes: R.coriandri præp.ʒi.cinnam.electi ʒij.coralli præp.ʒi.ſantali albi,maſtiches an. ϑi. ſachari albi in aqua roſ. diſſ.ʒx.conſ.roſ.ʒß.F.

Tabulæ purgantes Caſpari Bauhini: R. Turpeti gummoſi, ſcammon. præpar. ana vnc. j. Medullæ ſem. carthami vnc. ß. ſpe. Diatrag. frig. Zingiberis, cinnamomi electi ana drach. ij. carnis Cydoniorum, cort. citri ſicci ana drach. j. ſachari candi vnc. j. ſachari albi diſſoluti in aqua Roſarum vnc. x. Fiant. Doſis drach. ij. ſ.

Tabulæ Diaturbith cum Rhabarbaro Langii: R. Turbith in oleo amygdal. per noctem macerati drach. v. Zingiberis, cinnamomi ana drach. j. Caryophyllorum ℈iij. ß. Agarici trochiſcati drach. j. ß. fol. ſenæ drach. ij. ℈. ſ. Hermodactylorum drach. ij. Rhabarbari drach. ij. ſchœnanthi ſcrup. j. Galangæ, macis ana ſcrup. ij. Diagridii drach. iij. ſ. ſachari in vino citoniorum & aqua Roſ. diſſoluti ℥xviij. F. Tabulæ. Doſis ʒ ß.

Tabulæ purgantes aliæ: R. ſpec. Aromat. roſati ſcrup. ſ. cinnam. electi, Zingiberis ana drach. ſ. macis, galangæ, calami aromat. ana ſcrup. ſem. Rhabarbari electi drach. j. ſ. ſpicæ Indicæ ſcrup. ſ. Turbith. opt. drach. iij. Agarici Trochiſcati drach. ij. fol. ſenæ mundat. ſcrup. iv. Diagridii ʒj. ß. Tragacanthæ, maſticis ana ſcrup. ſ. ſachari in aquæ cotoneorum diſſoluti vnc. ix. olei caryophyll. ſcrup. ſ. olei cinnamomi gum. v. Doſis drach. j. Fiant.

Tabulæ peſtilentiales: R. Fragmentorum ſaphiri, hyacinthi, ſmaragdi, Rubini, granati, Margarit. Rad. Biſtortæ, Angelicæ, Tormentillæ, carlinæ, fol. carduibened. ana drach. j. Raſuræ eboris, cornu cerui, coralli rubri, carabæ ana ſcrup. iv. Boli Armeni drach. ij. Doronici, Zedoariæ, caryophyllorum, rad. cyperi, ſchœnanthi, Roſ. rubrarum ana drach. ſ. fol. Meliſſæ, olymi, croci ana gr. xv. ſachari in aqua roſ. diſſoluti q. ſufficit. Fiat.

Tabulæ peſtilentiales Bauhini: R. pulu. Roſar. rub. Boli præparati ana drach. ij. Corall. rubri, Margaritarum, cornu cerui, ſpodii ana drach. ſ. rad. Angelicæ, carlinæ, Macis ana drach. j. Croci ſcrup. j. fol. meliſſæ, ocimi ana ſcrup. ſem. ſachari in aqua roſarum diſſoluti quantum ſufficit: addé ſi placet moſchi parum & Tragacanthæ q. par erit. Fiant Tabulæ.

Tabulæ eiuſdem aliæ: R. pulueris roſ. rub. drach. j. coralli rubri, Margaritarum, cornu cerui, ſpodii ana ſcrup. ij. corticis citri ſicci, rad. Angelicæ, macis ana ſcrup. ſ. ſachari ſoluti in aqua roſarum quant. ſatis. Fiant Tabulæ,

CAPVT

CAPVT XIX.

De Iulebiis, emulsionibus & succis medicatis.

SYrupis cognati sunt Iulebi & Iulebia, & Zulapia dicta, & quidem vt Medici non raro pro eodem medicamento sumant, ac potiones ex aquis & syrupis mistas Iulebos appellent. Est enim Iulep si aliqua inter eum & syrupum est differentia, medicamentum syrupo dilutius, & propterea delicatius & gratius, paraturque ex aquis destillatis, succis depuratis & sacharo. Et quia sunt dilutiores, diu non durant, nisi coquantur ad syrupi consistentiam. Parantur autem sine decoctione, & cum decoctione.

Sine decoctione hoc modo. Sumitur aqua communis vel destillata, vel decoctum hordei, cui etiam succus aliquis, citri, limonum, granatorum, cydoniorum, vel acetum aut spiritus vitrioli vel sulphuris addi potest, affunditurque sacharum album & clarificatum, vel huius loco Iulebi vsuales rosarum & violarum, qui ad syrupi consistentiam decocti asseruantur, & diligenter confunduntur, ac, si opus, per Manicam Hippocratis traiiciuntur. Sachari autem vel Iuleborum vsualium proportio ad aquas & succos varia seruatur, prout res præsens id exigit. Plærumque ægri palato inseruitur, & nunc aquæ ac succorum ad syrupos vel sacharum proportio tripla, nunc quadrupla, sextupla, octupla, vel etiam duodecupla seruatur.

Nonnunquam Iulebi speciebus aromaticis condiuntur, vel rotulæ conuenientes in iis dissoluuntur. Addere etiam aliquibus morbis spiritum vitrioli, vt diximus, est conuenientissimum. Exemplum esto:

Recipe aquæ borraginis, ex floribus diligenter destillatæ vnc. v. syrupi de succo borraginis vnc. j. Iulebi rosacei, aquæ cinnamomi an. vnc. ß. Margarit. dissolut. vnc. ij. M. F. potio.

Hanc Crato consil. 104. ad miraculum in cordis palpitatione scribit, ipse etiam addit auri dissoluti drach. j.

Non solum autem ex sacharo & aquis ac succis fluidus, verum etiam ex conseruis ac succis medicatis, cum aquis conuenientibus, admixtis nostris magisteriis, tincturis, arcanis atque essentiis, Iulebi fieri possunt.

Sumuntur nimirum conseruæ præsenti vsui necessariæ, & succi medicati, Robribium, cerasorum, berberorum, affusisque destillatis conuenien-

uenientibus, vel decocto Hordei, in mortario marmoreo contundantur, vel ſuper igne lento commiſcentur, colanturque: colaturæ ſi placet adde tincturæ vel eſſentiæ gutt. aliquot. Exempli gratia.

R. Conſeruæ roſarum vnc. j. violarum vn. j Borrag. Bugloſ. an vnc. ſ. Robi ribium drach. vj. vel vnc. j. Diſſoluuntur in aqua Hordei vel ſola, vel addita aquæ acetoſæ, cichorii, vel aliarum ſuff. quant. nimirum lib. ij. vel lib. iij. & colentur. Si libet, poſſunt in vaſe clauſo ſemel ſaltem ad ignem ebullire, & poſtea colari: colaturæ adde eſs. roſarum gutt. x. Eſſentiæ margaritarum gut. vj. Miſce ac parum digere. Qui vero cum decoctione parari dicuntur Iubi, nihil aliud ſunt, quam ſyrupi vel decocta dilutiora & puriora, eademque eorum parandi ratio eſt, quæ decoctorum & ſyrupotum, niſi quod ab igne remouentur, antequam craſſiorem accipiant conſiſtentiam.

R. Flor. roſar. M. j. violarum M. ſ. ſachari candi vnc. ij. Coq. in aqua com. lib. ij. ſ. ad lib. ſ. conſumtionem: colentur, paucis adhuc exemplis abſoluemus.

Iulepus Roſaceus: R. Aquæ roſ. lib. iv. ſachari clarif. lib. ij. vel iv. F.

Iulapium violarum: R. Aquæ viol. lib. iv. ſachari lib. ij. vel iv.

Iulapium Oxalydis: Fit ter coquendo herbam acetoſæ reiteratam ſeu renouatam ex aqua modica, quantum pro tegenda ſeu mergenda herba ſufficit: & poſtea decoque ad cõſiſtentiã, cum æquali põdere ſachari.

Iulepus in calore flagrante Italiæ vſitatus, Heurnii: R. Aquæ limpidiſſimæ, ſachari optimi ana: Quæque lib. aquæ, accipiat Alumen oui recentiſſimi, vehementerque quatiantur: hinc affunde ſacharum: lentoq; igne coquantur, vt tota ſpuma abiiciatur. Deinde bis terue per filtrum traiiciatur: hinc iterum coquatur dum cereuiſiæ craſſitudinẽ referat. Aqua autem hæc primo accipit vim roſarum ex frequenti infuſione, vel quaſcunq; herbarũ vim bibit. ad vnc. ij. huius Iulepi, remiſces aquæ limpidiſſimæ vnc. iiij. Poterit etiam ex aquis componi: vt aquæ bugloſſi & ſachari lib. coque dum ſpumant & ſantali lutei drachmæ imbuatur.

Vel: R. Aquæ roſarum li. j. ſ. ſachari lib. j. oui albo perpurgetur & ad formam Iulepi coquatur. Doſis vnc. j. aquæ vnc. iv. M.

Vel: R. Aquæ Cichorii, endiuiæ ana lib. ſ. ſyrupi de acredine citrinum drach. iij. & vt gratius fiat adde olei vitrioli guttulas aliquot: quidam aromata afflant cum drach. ſ. ſantalorum.

Iulapium ad ſiſtendum ſanguinem. R. Aquæ pediculi roſ. ſanguinariæ, id eſt,

eſt, centinodiæ, aquæ burſæ paſtoris ana vnc. iv. ſachari albi lib. ſ. Fiat Iulapium.

Iulapium ad Hepatis refrigerationem: R. Aquæ Cichorii, lactucæ, endiniæ, ſolani ana vnc. iij. ſachari clarificati lib. ſ. vel j. coque ad Iulapii conſiſtentiam.

Iulapium ad pectus: R. Aquæ violarum, bugloſſæ ana vnc. iij. ſachari albi lib. ſ. Fiat Iulapium.

Iulapium ad phthiſim: R. Aquar. Petroſelini, Helenii, Althææ ana lib. j. ſachari q. ſ. Fiat Iulapium. Valentius redditur, ſi antea in ipſis ebullierint gummi Arabici, tragacanthæ an. ʒiij. amyli ʒ ß. glycyrrhizæ ʒj. Fiat.

Iulapium ad Hecticam febrem Rubei: R. Glycyrrhizæ raſæ vnc. ſ. 4. ſem. frig. an. vnc. j. Trium ſantalorum ana drach. j. ſem. citoniorum, gummi Arabici, tragacanthæ ana drach. ij. Coriandri ſcrup. ij. caryophyllorum, cinnam. an. ℈jv. caphuræ ℈ ſ. pomorum dulcium q. ſ. Accipe deinde carnis caponis, vel phaſiani, vel perdicis, vel teſtudinum nemoralium, q. ſ. eſt: eamque vbi viſcera ex animali detracta fuerint, cum fructibus optime terito, mox pulueribus commixtis atque agitatis, deſtillet aqua, è qua conficiatur Iulapium, vt lubet.

Iulapium Mercuriale Fioraventi: R. Menſe Maio, ſucci herbæ Mercurialis filtrati lib. j. Iulapii ſimplicis vnc. iix. Aquæ vitæ optime circulatæ vnc. vj. olei vitrioli ʒij. Moſchi orientalis ℈. ſ. M. & in vaſe vitreo, optime obturato ponantur ad ſolem, vel calore calnei circulentur: & erit factum: doſis ʒjv. ſi loco aquæ vitæ ſumpſeris aliquã tincturam vel aromaticam, vel ex vegetabilibus vnam, &c. annon præſtantior? Artifex me intelligit, & philoſophus chymicus intelligendo ſapit.

De Emulſionibus.

Emulſio non ex eo, vt nonnulli putant, dicta, quod affectus demulceat, ſed quod lacti ſimilis ſit, quo nomine & vulgo appellatur, & emulgendo quaſi paretur, medicamentum potulentum eſt, ex medulla ſeminum, & fructuum nonnullorum inprimis affuſione aquarum conuenientium ac contuſione & expreſſione paratum. Quidam ſaltem inter thoracica medicamenta, & quæ renibus & vrinæ ductibus dicata ſunt, numerant emulſiones: verum & alios vſus habere poſſunt, & ad ſitim exſtinguendam, ſomnum conciliandum, alioſque vſus parantur.

Parantur

Parantur a. hoc modo: amygdalæ dulces excorticatæ, 4. ſem. frig. maiora excorticata, papaueris, portulacæ, lactucæ, pineæ, piſtacia, nuclei Perſicorum, nuclei mali armeniaci & ſimilia pro vario vſu in pila lapidea contunduntur, ſenſim affuſa aqua fontana, roſarum, aliiſque deſtillatis conuenientibus, vel etiam decocto Hordei, radicis glycyrrhizæ, vel alio conueniente clarificato. Contuſa colantur. Cui, ſi libet, ſyrupi vel julebi aliqui conuenientes, vt violarum & roſarum addi poſſunt. Facta emulſio nonnunquam dulcoratur ſacharo vel rotulis Diamargar. frig. Manus Chriſti perlati, & ſimilibus. Poteſt interdum & aliquid aquæ cinnamomi tinctæ cum confortatiuo, ſi morbus patitur, addi. Exempla.

Recipe amygdal. dul. excort. vnc. j. ſem. 4. frig. maior. excort. ana drach. j. contundantur affuſa aq. hordei lib. j. roſar. vnc. j. Emulſio facta dulcoretur ſach. candi vnc. ß.

Alia: R. Amygdal. dul. excortic. drach. ij. ſem. 4 frig. maj. ana drac. ß. Papaueris drach. j. cum aqua endiuiæ, fragorum, cichor. ana vnc. ij. fœniculi, apii ana vnc. ß. f. F. emulſio dulcoretur rot. Manus Chriſti perlat. vnc. j.

Vel: R. Sem. 4. frig. maior. ana vnc. ſ. cum decocto Cicer. rub. in quo Rad. Petroſelini & fœniculi ebullierint, clarificato lib. j. f. Fiat emulſio ad pus per vrinas euacuandum. Poſſunt & emulſionibus margarit. & corallorum aliorumque magiſteriorum Doſes addi, Item Cornu C. præparatum, &c.

Imo nonnunquam ex his ſolis cum aquis conuenientibus fieri poſſunt potulenta medicamenta, quę & ipſa, ob colorē lacteum, quem habent emulſiones ſi placet nominantur. Talis eſt margaritarum emulſio montagnanæ, quæ in morbis grauiſſimis & ſenibus valde cōmendatur.

Recipe aquæ borrag. è floribus deſtill. lib. ß. Margarit. præpar. drach. iiij. aquæ cinnamomi vnc. ß. M. Fiat emulſio. Parantur & emulſiones ad ſudores ciendos, & materiam ad cutem expellendam in febribus malignis.

R. Sem. napi, citri ana drach. ß. Aq. Carduibened. vnc. iij. F. Emulſio: cui adde ſyrupi de ſcordio vnc. ſ. Miſce.

Alia: Recipe Sem. Carduibenedicti drach. j. Aquæ Veronicæ, Carduibenedicti ana vnc. j. ſ. Fiat emulſio. Cui adde ſyr. acetoſ. citri vnc. j. Margaritarum præpar. ℈j. C. Cerui vſti præparati ℈ij. M.

Vel

Digitized by Google

Vel: Recipe Margarit. præpar. Cornu Cerui vſti præpar. ana drach. j. Corall. rub. præpar. drach. ſ. Amygdal. dulcium excort. drach. ij. Aquæ roſ. vnc. iij. liquoris noſtri de Cornu Cerui, Borrag. acetoſæ ana vnc. j ſ. cinnam. drach. ij. Fiat emulſio. Dulcoretur rotulis Manus Chriſti perlati vnc. ſ.

Lac Amygdalarum dulcium: Recipe Amygdal. dul. lib. ſ. mundata ac contuſa in mortario, diluantur cum aqua hordei menſ. j. expreſſione. Fiat.

Vel Hordeatum Heurnii: Recipe Hordei mundati vnc. j. coque ex ſeſquilibra aquæ vt artis, traiice per ſetaceum: & adde emulſionis 4. ſem. frig. maj. ſem. papau. albi ana drach. j. cum aquæ Hordei vnc. iij. Fiat emulſio: adde ſyrupi de papauere: ſachari albi ana vnc. j.

Alio modo: Hordei mundati cocti dum crepet vnc. iij. Amygdalarum infuſorum in aqua roſarum vnc. ij. ſem. melonum & papau. albi ana drach. j. Fiat emulſio in aqua Hordei ad ſemilibram: cui adde Iulepi roſati vnc. j. Miſce.

Emulſio ad renum & veſicæ affectus: Recipe ſem. melonum, cucurbitæ, citrulli, cucum. recent. & mundat. vnc. ſ. Amygdal. mundatarum dul. vnc. j contundantur in mortario lapideo, ex aqua fontana prius cocta: Deinde colentur ad libram, quæ vitreo vaſe condatur.

Vel: R. Sem. frigid. maior. vnc. ij. ſem. papaueris vnc. ſ. ſem. Lactucæ drach. j. Amygdal. dulc. vnc. j. contuſa decoquantur, & ex decocto glycyrrhizæ colentur ad ſeſquilibram.

Emulſio alia: R. Sem. papau. albi vnc. ſ. 4. ſem. frig. maior. an. drach. iij. Amygdal. dulcium vnc. ſ. coquantur ex quadrante decocti glyzyrrhizæ: ſyr. violacei, adianthi & myrtorum ſing. vnc. ſ. in iure decocti diſſoluantur.

De ſuccis medicatis.

Succi inſpiſſati & medicati, Arabibus Rob dicuntur. Parantur plerumque è ſucco fructuum, nonnunquam etiam florum, & quidem hoc modo. Succus expreſſus lento igne ad dimidiæ & tertiæ partis conſumtionem coquitur. Hinc dum adhuc feruet, per colum denſius traiicitur, colatum per ſubſidentiam clarefieri permittatur, vel etiam oui albumine adiecto clarificetur. Quod clarum eſt, iterum coquitur, donec iuſtam conſiſtentiam acquirat. Verum quia per ſe, niſi ad maiorem

craſſitiem vſquē coquantur, & aquoſitas omnis abſumetur, non facile durant ſucci, mellis vel ſachari ſubduplum, vel par etiam quantitas additur. Poſſunt etiam aliqua aromata, vel nodulo incluſa in decocto macerari, vel refrigerato iniici. Atque hoc modo ex ceraſorum, prunorum, pyrorum, malorum, ribes, berberis, bacc. ſambuci, ſucco rob parantur & aſſeruantur.

Solent etiam tales ſucci puriores, clariores ac pellucidiores inſtar gelu in ſcatulas, quas vocant, effuſi conſeruari, qui gelatinæ vulgo, ſeu gelati ſucci appellantur, paranturq; inprimis è ſucco ſine expreſſione parato, puriore & defecatiore cydoniorum, pomorum, pyrorum, ribium, &c.

Rob de rib s ſimplex: R. Succi ribes lib. IIX. coquantur per ſe ad ſpiſſitudinem mellis.

Rob de ribes compoſitum: Recipe ſucci ribes lib. IV. ſachari optimi lib. ij. coquantur ſecundum artem.

Tali modo fit & de berberis ſimplex ac compoſitum, item rob de cornis, de agreſta, nucum, &c.

Diamoron vſitatum Nicolai: R. Succi mororum Celſi lib. ſ. ſucci mororum rubi lib. j. mellis opt. deſpumati lib. j. ſapæ vnc. iij. Coquantur ſecundum artem.

Diamoron ſimplex Galeni: R. Succi mororum domeſticorum lib. ſ. mellis lib. j. clarificetur primum ſuccus, deinde cum melle coquatur ad juſtam conſiſtentiam.

Diamoron compoſitum Galeni: Præter ſupra dicta adde myrrhæ, croci an. vnc. j. ſ. omphacii vnc. j. coquatur omphacium cū ſucco, & melle, myrrha vero & crocus ſub finem adiiciantur, cum ſcilicet ab igne fuerit remotum medicamentum.

Diamoron Meſuæ: Recipe Succi mororum domeſtic. mororum rubi an. lib. j. ſ. mellis, ſapæ ana lib. j. coquantur lento igne ad ſpiſſitudinem mellis.

CAPVT XX.

De Antidotis opiaticis.

TAnta eſt opii dignitas ac præſtantia, vt quam multæ ac præclaræ reperiantur

periantur Antidoti, quę magnificis & ſuperbis nominibus, ob egregios & mirandos effectus, quos in grauibus & deploratis morbis, propulſandis exerunt, inſignitæ ſunt, quæque opium, quamuis nulla arte præparatum, pro baſi tamen & fundamento primario recipiant.

Hinc opium, cum in tot remediorum compoſitionibus fulcri vicē obeat, plurimum in eo ſitum eſſe videtur, vt probe & exacte cognoſcatur, quid ſit, antequam in vſum recipiatur.

Ex papauere nigro elicitur duplex liquor concretus, alter ex eiuſdem papaueris capitibus, herbis, foliis & caulibus contuſis, prælo que ſubiectis fortiter exprimitur, idque circa finem menſis Maij aut Iunij, huncque extractum liquorem in trochiſcos redigunt, & nominant meconium iuxta Actuar. meth. med. cap. 6. de Antidotis. Quod extracti genus vnum eſt de extractis antiquorum, vbi in noſtris hodie conficiendis longe exquiſitius & ingenioſius adhibetur artificium, ad tollendam omnem impuritatem, & purum ab impuro ſeparandum.

Alter liquor, proprie opium dictus, eſt ſola lachryma, quæ effluens ex capitibus tantum papaueris inciſis, menſe quoque Maio aut Iunio colligitur.

Veri opii ſigna & indicia ſunt ſecundum Oribaſium fere hæc: Probatiſſimus autem liquor eſt denſus, ponderoſus, odore ſoporiferus, guſtu amarus, qui facile aqua diluitur, leuis, albus, non aſper, non grumoſus, quique inter colandum non coeat veluti cera, & in ſole diffunditur, & ad lucernam, non atra tamen flamma ardet, quique, vbi reſtinctus ſit, odoris vim conſeruat. (Sed addit Oribaſius citato loco.) Hunc adulterant miſcendo glaucium, aut gummi, aut agreſtis lactucæ ſuccum.

Idem Oribaſius in ſequentibus quoque oſtendit modum colligendi liquorem papaueris ad conficiendum opium, quem locum de induſtria huc transferre placet.

Nos enim iuxta eandem normam & rationem docebimus ex noſtro quoque papauere opium educere, quod ſua præſtantia ac viribus veterum opio longe lateque anteferendum erit. Sed ornamentum hoc acceſſorium ſoli veræ chymiæ debetur. Aliqui igitur (addit Oribaſius) capita & folia contundunt & prælo exprimunt, tum in mortario

terunt, & in paſtillos redigunt, idque meconium nominatur, poteſtate multo ignauius, quam liquor ſit. In liquore autem colligendo oportet, cum ros exarſerit, cultello aſteriſco circumdante, ne ad interiora deſcendat, ex obliquo in rectum ſummam capitum ſuperficiem incidere, ſiquidem concreta inuenietur, &c. Hæc igitur eſt ratio & methodus verum opium more veterum concinnandi: Remedia Narcotica. Antiquorum talia ſunt:

Philonium Tharſenſe Galeni.

℞. *Croci drach.* v. *Pyrethri* *Euphorbii*
Nardi Indicæ an. ℥j. *Piperis albi,* *Sem. Hyoſciami an.*
Opii drach. x. *Mellis quant. ſuff.* ℥xx.

Confice ſecundum artem.

Philonium maius, ſiue Romanum Nicolai.

℞. *Piperis albi,* *Sem. Hyoſcyami albi an.* ℥v. *Opii drach. ſ.*
Caſſiæ veræ drac. j. *ſ.* *Sem. Apii drach.* j. *Sem. Petroſelini,*
Sem. Fœniculi, *Sem. Dauci an.* ℈ij. gr. v. *Croci drach. ſ.*
Nardi Indicæ, *Pyrethri,* *Zedoariæ an. gr.* xv.
Cinnamomi ℥j. ſ. *Euphorbii,* *Coſti an. drach.* j.
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Confice vt artis eſt.

Philonium Perſicum Meſuæ.

℞. *Piperis albi,* *Hyoſcyami an.* ℥xx. *Opii,*
Terræ Lemniæ an. ℥x. *Lapidis Hæmatitis,* *Croci an. drach.* v.
Caſtorii, *Nardi Indicæ,* *Euphorbii,*
Pyrethri, *Margaritarum,* *Carabæ,*
Doronici *Zedoariæ,* *Trochiſc. Ramich.*
Capharæ ℥ſ. *Mellis quant. ſuff.* *an. drach.* j.

Confice.

Paulina Galeni.

℞. *Cinnamomi* *Coſti,* *Galbani,*
Caſtorii, *Opii,* *Piperis longi,*
Nigri, *Styracis an. drach.* j. *Mellis quantum ſufficit.*

Tundun-

Tunduntur quæ tundenda ſunt, & cribrantur per anguſtiſſimum cribrum: Galbanum in melle diſſoluitur, & factum electuarium in conſiſtenti forma reponitur in pyxidem vitream, aut argenteam.

Requies Nicolai.

R. *Roſar. rubr.*	*Violar. an.* ʒiij.	*Opij,*
Sem. Hyoſcyami,	*Sem. Papaueris albi.*	*Nigri,*
Cort. Mandragoræ,	*Sem. ſcariolæ,*	*Sem. Lactucæ,*
Sem. Portulacæ,	*Sem. Pſyllii,*	*Nucis moſchatæ.*
Cinnamomi,	*Zingiberis,*	*Sacchari an.* ℥j. ß.
Santali albi,	*Rubri,*	*Citrini,*
Spodij,	*Tragacanthæ an.* ʒj. g. v.	*Mellis deſpumati q. ſ.*

Confice ſecundum artem. Durat ad decennium.

Sotera Pauli.

R. *Nardi Indicæ,*	*Caſtorii ana* ʒxxxix.	*Myrrhæ* ʒxxvij.
Croci ʒxxxvij.	*Opii,*	*Schænanthi an.* ʒxxxvj.
Petroſelini ʒxlv.	*Aniſi* ʒix.	*Apii* ʒvij.
Caſſiæ ʒxij.	*Piperis longi,*	*Amomi,*
Seſeli an. ʒxij.	*Siſonis* ʒvj.	*Styracis Hedycroi,*
Coſti,	*Aſari an. ſcrup.* xix.	*Mellis quant. ſuff.*

Fiat opiata. Seruatur ad decennium.

Muſa Enea, ſiue Zazenea, Meſuæ.

R. *Caſtorii,*	*Myrrhæ,*	*Opii,*
Piperis nigri,	*Longi,*	*Galbani,*
Coſti,	*Cinnamomi,*	*Phu,*
Meu,	*Dauci,*	*Aſari,*
Croci an. ʒ ß.	*Mellis Hiſpanici deſpumati triplum.*	

Miſce. Seruatur ad annos decem.

Diaolibanum Nicolai.

R. *Caſtorei,*	*Opii,*	*Hyoſcyami ana drach.* iv.
Caſſiæ lignea ʒij. ʒij.	*Folii,*	*Croci,*
Thuris maſculi an. ʒij.	*Rheupontici,*	*Amomi an.* ʒj. ʒij.
Myrrhæ ʒj. ß.	*Spicæ Indicæ,*	*Pyrethri,*
Euphorbii,	*Leucopiperis an.* ʒij. ß.	*Paoniæ,*
Styracis calamitæ,	*Macropiperis an.* ʒj.	*Mellis deſpumati triplex pondus.*

Fiat opiata. Seruatur ad annos tres.

Athanasia maior Mesuæ.

R. *Croci,*	*Myrrhæ,*	*Opij,*
Castorij,	*Sem. Iusquiami albi,*	*Costi,*
Cardumemi,	*Sem. Papaueris nigri,*	*Spicæ nardi,*
Eupatorij,	*Hepatis Lupi,*	

Cornu dextri capræ vel cerui ana partes æquales. Terenda terantur, & alia in vino liquefiant. Excipe omnia melle despumato, & post sex menses vtere cum vino dulci & grato, aut cum sapa & succo intybi & apii. Seruantur annis tribus.

Athanasia alia Nicolai.

R. *Cinnamomi,*	*Cassiæ lign. an* ℥iij. ℊ vij.	*Croci,*
Schananthi,	*Styracis calamitæ,*	*Phu. feseli,*
Sem. Hyoscyami,	*Betonicæ,*	*Sem. Apij,*
Sem. Dauci,	*Anisi,*	*Opii an.* ℥j. *ſ. gr. iij.*
Nardi Indicæ,	*Folij,*	*Castorii,*
Myrrhæ,	*Lapidis hæmatitis,*	*Carabæ,*
Sanguinis Draconis,	*Coralli rubri,*	*Costi,*
Bolis Armeni,	*Mumiæ,*	*Consolidæ maioris,*
Terræ sigillatæ,	*Acori,*	*Asari,*
Cort. rad. mandragoræ,	*Polij montani,*	*Pulegij,*
Baccar. Lauri,	*Meu,*	*Piperis albi longi,*
Sem. Petroselini an. ℨ. *ſ.*	*Mellis q. ſ.*	

Confice, vt artis est, & serua in vase fictili vitreato ad annos tres.

Opiata Antonij Chalmetei.

R. *Pyrethri,*	*Euphorbij*	*Spicæ nardi ana* ℈j.
Croci optimi ℥j. *drach* ij.		*Lachrymæ papaueris* ℥iij ℈j.
Sem. Hyoscyami albi drach ij. ℈j.		*Sem. papau. albi* ℥v. ℈ij.
Mellis optimi non cocti q. ſ.		Misce Fiat Opiata.

Opiata Caspari Bauhini.

R. *Theriacæ optimæ, Mithridatij optimi ana* ℈ß.
Opij Thebaici mund. ℊ ij. *vel* iij. *conſ. anthos* ℈j.
M. pro Dosi. Vsus in vehementiss. doloribus colicis.

Pilulæ

Pilulæ ex opio magiſtrales med. Florentini.

℞. *Opii, Croci, Caſſiæ an.* ℥ß. *Vini albi quant. ſuffic.* Miſce.

Pilulæ opiatæ Andernaci.

R. Opij Thebaici minutim inciſi ʒij. Mumiæ gr. iij. ſucci rad. Alterci, dum adhuc eſt ſucculenta, collectæ purgataeq; ℥ß. Hæc ſimul mixta recondātur vitro, macerenturq; ad ſolem, vel in loco calido per dies quatuordecim. Poſtea ſpec. Diambræ ℥j. Cum vini ardentis quinquies correcti libra, vaſe optime conditur, & in loco calido, ſiue in ſole ſtare per dies octo vel decem ſinitur, ita vt ſingulis diebus ter quaterq; agitetur. Huius vini rubicundiſſimi per inclinationē à confectione ſeparati, modicum ſuper opium, vt antea docui, præparatum, funditur, & in pulticulam redigitur, idq; per triduum iterum in ſole alioue loco calido, vaſe diligenter clauſo digeritur: atq; hic labor ter reiterari debet. Tandem medicamentū exiccati ſinito, donec indureſcat hoc in puluerem ſuper lapidem cōterito vino, quod dixi, ſubinde adiecto, dum pultis craſſitudo ſit, cui adde coralli rubri, ſuccini flaui, præparati ana ʒj. vnicornu gr. xv. moſchi optimi, vel olei ex moſcho, vel ex ambra gr. iij. Croci orientalis ʒj. Probe ſubigūtur, iunguntur q;, & formantur pilulæ minutiſſimæ, quarū ſingulæ pendeant gr. iij. vel xv. Ex his vnicum noctu dormituro, datur ex vino, decumbenti in lecto.

Vera præparatio opii.

Primum accipe opii ℥iij. vel iiij. aut quantum voles, habita ratione quantitatis laudani conficiendi. Hoc opiū cultro quodā in exigua incidatur fruſtula, quæ appoſite in patina aut orbe quadrane quadā collocantur, ne ſe inuicem attingant, vt melius in ea operari queat calor moderatus, cuius ope & virtute ſenſim exhalabit enarratum ſulphur vaporoſum, fœtidum & narcoticum, fiat autē hæc operatio ſub camino quodam, vbi cauendum, ne fumus forte naribus exceptus damnum inferat, hicque ignis eouſque continuabitur, donec opium omnem fere amittat odorem, & omnino ſiccum reddatur inſtar aloes, facileque in puluerem redigi poſſit. Hæc eſt prima ratio & methodus veræ præparationis opii, quod vix tunc temporis concipiet flammam.

Puluerizatum iniiciatur in matracium vitreū capax, & inde extrahatur

tur essentia siue extractum, & loco aquæ vitæ, qua alias plerique vtuntur ad hanc extractionem, accipiatur acetum fortissimum album, vel succus limonum: hi enim liquores vitriolati sola veriſſima opii correctiua existunt. Modus huius extracti siue essentiæ educendæ idem est ac cæterorum, hoc est, oportet opio pulueriſato alterutrum ex his liquoribus affundere, vt tres quatuorue digitos superemineat, & omnia digere Baln. Mar. mediocriter calido, donec liquor tinctus sit, & clarus rubicundusque instar granati appareat. Separa id, quod clarum est, per inclinationem, & rursus affunde nouum liquorem acidulum, iterumq; omnium fiat digestio, donec tinctus sit liquor, non tamen tam intense, vt prius: hæc ita continuabis, donec aqua non amplius tingatur, nisi colore ad flauedinem tendente, quam non miſceas cum cætero liquore, quia inutilis plane est: Tincturam rubicundam & claram in Alembicũ indas, & per Baln. Vaporoſum liquorem separa, & remanebit in fundo opii essentia. Fæces quæ post tincturam extractam remanent, seruentur. Vſus enim illarum erit, vel ad cataplaſmata anodyna, & dolorificis affectibus, qualis est podagra, apta, paranda, vel ad aquas hypnoticas, & ſimilia alia remedia inde concinnanda. Ex ℥iv. opij veri extracti siue essentiæ ℥ij. aut circiter remanebunt, quod extractum præcipuum laudani tui fundamentum erit, cuius compoſitio se habet, vt sequitur.

Laudanum præstantiſſimum.

R. Essentiæ opii à suo dissoluente per B. Vaporoſum, vt ſupra separatæ ℥ij. Essentiæ croci, cum aqua limon. extractæ ℥j. Hæ duæ essentiæ confundantur inuicem in paruo quodam vaſculo argenteo: his adde

Magiſt. Gemmarum — *Pulueris bezoardici veri*
Hyacinthorum — *Vnicornu*
Et Corallorum an ℥j.ß. — *Ambræ griſeæ an* ℈.j.
Terræ ſigillatæ vera drach. j.

Hi pulueres ſufficient ad bonam conſiſtentiam laudano inducendam, miſcendo & agitando omnia continuo ad ignem lentum, donec ex materia frigefacta pilulæ formari possint, ſufficit exhibere de hoc laudano, magnitudine piperis grani.

Alius modus Laudani.

Recipe menſe Matt. vel Septemb. quando radices sunt in vigore, copiam rad. hyoſcyami in veris principio, ſimul cum germinibus ſuis tenellis

nellis adhuc, & vix è terra protuberantibus accipiendæ ſunt: omnibus rite contuſis, ſuccus prælo perquam exquiſitiſſime exprimatur, ita vt ad minimum lib. j. & dimidiam, vel lib. ij. ſucci habeas, qui depuretur in Baln. Mar. mediocriter calido: ſeparando inde fæces, vt iam ſupra docuimus modum depurandi omnes ſuccos tam rad. quam herbarum & florum. Nota: ſuccus hic, qui antea colore albus exiſtebat, per digeſtionem hanc vertitur in ſummam rubedinem, inſtar vini rubicundiſſimi. Et hæc eſt eius perfecta depuratio, quam accurate ſeorſim ſerues: Dum interim præparas extractum hyoſcyami iuxta modum præſcriptum, circa idem tempus, ſi voles, præparabis opium vulgare, illud nempe in exigua incides fruſtula, quæ ad ignem lentum collocabis, vt vi caloris ſulphur eius narcoticum exhalet & pulueriſari facile queat, vt ſupra docuimus.

℞. Itaque commemorati ſucci hyoſcyami depurati perfecte rubicundi vt ſupra vnc. x. Opii præparati, & in puluerem redacti, vt ſupra vnc. v. vel vnc. vj. Omnibus ſimul coniunctis, & in patinam paruam terream vitreatam inditis, videbis horum duorum narcoticorum tam firmam & indiſſolubilem fieri copulationem, vt in vnum corpus & conſiſtentiam vnam duriuſculam coiuiſſe videantur. Quibus omnibus ſoli aut lento calori cinerum per tres aut quatuor dies expoſitis, opium attrahet tantum ſucci hyoſcyami, quant. ſufficiet, quod reſiduũ erit, ſeorſim ſeparabitur per inclinationem, vt vocant, vel exhalabitur, quicquid coagulatum fuerit, fruſtulatim, in matracium vitreum capax iniiciendum eſt: ſuperaffundendo ſuccum limonum perfecte depuratum, vt quatuor vel quinque digitos ſupernatet, iſque tingetur in Baln. M. in rubini colorem, quem ſeparabis per inclinationem, quam potes ſtudioſiſſime, ne quid craſſi aut impuri ſimul immiſceatur, affundendo iterum nouum ſuccum limonum, & digerendo in Baln. M. donec denuo tingatur colore rubini, & ita progredieris donec aduertas, ſuccum non amplius colorari rubini colore, ſed ſubpallidum manere, qui tum inutilis erit ad hanc operationem. Omnis tuus liquor in rubini colorem tinctus reponatur in digeſtione Baln. M. vt denuo digeratur, omniſque ſubſtantia craſſa fundum petens inde ſecernatur. Et ita ſummam & perfectam depurationem ei conciliabis, veramque eſſentiam opii & hyoſcyami coniunctim præparabis, quam curioſe alſeruabis, huius eſſentiæ habebis circiter vnc. 6.

Interim dum circa hanc depurandi operationem versaris, extractum hoc, siue essentiam, vt sequitur, parabis.

℞. *Rad angelice*	*Zedoarie*	*Galange*
Tormentille	*Cort. citrii*	*Ligni aloes*
Santali rubri & citrini an. ℥j.	*Granor. Alkermes*	*Diptamni*
Cinnamomi	*Spice nardi*	*Caryophyllorum*
Nucis mosch.	*Macis*	*Cardamomi*
Boen albi rubei an.	*Camphore drach. i.*	
vnc. ſ.		

Omnibus conquassatis in matracio vitreo cum aqua vitæ iuniperi fiat extractum iuxta modum, quem cap. de extractis docuimus.

Item: ℞. *Myrrha* *Mumie an. vnc. ſ.*

Dissolue in patina ad ignem cum hydromelite vinoso, aut cũ quodam alio vino, & quoniam ipsa sunt viscosa, calentia adhuc per linteũ traiicienda, & cum supradicto extracto bezoardico coniungenda sunt.

Item: ℞. Croci vnciij ex quo extrahe essentiam cum aqua destillata ex succo limoniorum, vel cum aqua pomorum redolentium (quam prius acidulam reddideris cum spiritu vitrioli, vel liquore sulphuris) omnia colabis iterum atq; iterum per chartam leucophæam. Et ex his tribus croci vnciis restabit ℥j. essentiæ, quam ipsam quoque miscebis cum extracto illo bezoardico.

Item: ℞. Ambræ flauæ selectissimæ vnc. ſ. hanc impone patinæ argeteæ, affundendo spiritum vini optimum, & prædicto ambræ puluere rite miscendo: Postea charta accensa admoue ignem, agitando semper omnia cum spatula: Spiritu vini consumpto, alium nouum affunde, admoto igne, vt prius, idque continuando quater. Tandem omnem humiditatem igne separa, & enarratam ambram siue succinum contere in puluerem siccum bene præparatum, quem seruabis ad vsum, vt mox dicetur.

Item: Extrahe salem corallorum & gemmarum cum succo limonum siue berberorum optime depurato.

Et hæ sunt omnes illæ præparationes, quas ad hoc instituturum in promptu habere conuenit.

Extractum deinde totum bezoardicum, vna cum extractis myrrhæ, mumiæ,

Digitized by Google

mumiæ, coniungatur & miſceatur cum tota eſſentia opii, & hyoſcyami reſeruata, vt ſupra, & omnibus in alembicum poſitis, fiat exhalatio ſiue deſtillatio ad ignem lentum, donec materia in ſyrupi conſiſtentiã redigatur, quam adhuc calentem eximes ex alembico, & effundes in patinam argenteam, vt eo mélius & perfectius fieri poſſit omnium mixtio & coctio.

Quando materia redacta fuerit in bonam mellis, vel ſapæ conſiſtentiam, ei admiſcebis & incorporabis hunc ſequentem puluerem.

Succini præp. vt ſupra ℈iv.	*Pulueris bezoardici veri*
Salis perlarum	*Oſſis de corde cerui*
Salis corall. an. drach. ij.	*Vnicornu ana* ℥i.
Terra ſigill. opt. ℥ſ.	*Ambragriſeæ* ℥ſ.

Omnia puluerata ſubtiliſſime inuicem miſceantur, hæcque mixtura ſenſim admiſceatur materiæ in formam mellitam redactæ, quã ſemper igni lento admotam tenebis, agitando & probe miſcendo omnia diu cum ſpatula eburnea vel argentea, donec percipies omnia in bonã conſiſtentiam redacta eſſe, & ex materia refrigerata pilulas formare poſſis: adde rurſus (materia videlicet ab igne dimota) oleorum aniſi & fœniculi dulcis Chymice extractorum ana gutt. 12. vel 15. omnia optime commiſcendo, & ſerua hanc compoſitionem in vaſculis eburneis vel argenteis. Doſis eſt magnitudo grani piperis, & eoſdem quos primum laudanum effectus demonſtrabit, quorum virtus non minuitur temporis longitudine, ſed potius augetur, tanquam res in præſtantiorem commutata ſubſtantiam.

Ad normam & exemplar horum duorum laudanorum, quæ modo deſcripſimus, poterit verus Philoſophus & Medicus tot alia, quot voluerit, parare, & præclara inde alexiteria & veras theriacas componere, aliaque remedia aduerſus omnis generis venena vbi tantum opus erit additione puluerisſalium theriacalium, ſiue extractorum viperarum, præparatorum eo, quo ſupra edocuimus, modo.

Vt ſpecifica fiant ad certum quendam morbum, grauem & deploratum, qualis eſt epilepſia, adde parum extracti cuiuſdam epileptici & eſſentiæ caſtorei.

In vteri ſuffocatione adiice parti vni dimidiam extracti cuiuſdam hyſterici, cuius deſcriptio ſeq. cap. dabitur: Laudana enim ſunt gene-

ralia remedia, & pluribus grauissimis affectibus quibuscunque corporis nostri partibus inhærentibus accommodata.

Elegans methodus conficiendi opium ex papauere nostro domestico & transplantato in hortis nascente.

℞. Capitum selectissimorum papaueris transplantati & satiui, numero centum, aut plus minus pro opii, quod conficies, quantitatis ratione. Colligenda sunt tum, cum flores erumpunt: quo tempore succo maxime abundant. Id accidit in quibusdam regionibus sub finem Maii: in aliis sub finem Iunii, prout regiones aliæ aliis sunt calidiores: In summa, colligenda sunt in anno prima, siue cum primi flores iam explicati appareant. Inter diuersa autem papaueris genera eligendum est id, quod flores ferat rubicundos, quorum inopia aliæ sufficiantur.

Enarrata capita optime contunde in mortario marmoreo cum pistillo ligneo: materiam hanc pone in matracio vitreo capaci, superaffundendo hydromel vinosum vel vinum canariæ, donec materia optime irrigata & humectata sit: vinumque vno atque altero digito transuerso superemineat. Omnia stent in digestione balnei Mariæ, per duodecim vel quindecim dies, quo temporis spatio liquor intensissime rubescere incipiet. Tum exime hanc materiam è matracio, & sacculo linteo inclusam cola, & fortiter exprime, vt omnis virtus eius substantifica, gummosa & resina, inde eliciatur. Hæc expressio, quæ propter admixtum hydromel liquidior adhuc erit, tota iniiciatur in alembicum siue cornutam, ad separandum inde omnem liquorem per Baln. vaporosum, qui modus omnium tutissimus est, & in fundo remanebit gummosa quædam & resinosa materia: quam, si voles, adhuc calentem, liquidam, & quasi fusam immittes in patinam terream vitreatam, aqua frigida plenam & subito coagulabitur in opium, quod manu exime & humiditatem omnem absterge. Hoc est verum probatumque opium ac nullo modo sophisticum.

Laudanum opiatum Paracelsi.

℞. *Opii Thebaici vnc. ij. Succi Hyosciami inspissati s. an. vn. i. s. Spec. Diambra, Diamoschi ana vnc. ß. s. Mumiæ sel. vnc. s. Salis polarum, Corallorum ana drach. ij. Extracti succini,*

Ossis

Oſſis de corde cerui ana drach.i. Moſchi, Ambræ ana ℈ß.
Auri potabilis genuini non ſophiſticati q.p.
Lapidis Bezoartici, Vnicornu mineralis ana drach.i.

In defectu auri potabilis addantur

Olei anisi, Carui, Arantiorum, Citriorum,
Nuciſtæ caryoph. cinnam ſuccini a ℥ß.

Fiat ex his ſ.a. chymica maſſa ſiue extractum, è quo ad neceſſarios vſus poſſunt fieri pilulæ.

Laudanum aliud.

℞. *Spec. diambræ ʒi.ſ. Opii Thebaici ʒij. Mumiæ ℈i.*
Succi hyoſciami ʒi.ſ. Coral. rub. præp. ℈i. Vnicor. gr. iv.
Succini albi ʒſ. Croci Orient. ℈i. Moſchi opt. gr. iv.
Alcool vini lib.ſ. vel q.ſ.

Macerentur ad Solem, vel in loco calido per menſem: deinde exprimantur, & euaporentur ad iuſtam conſiſtentiam: Formentur pilulæ, dentur cum vino.

Laudanum Reguini.

℞. Tincturam ex hyoſciami vnciis duabus cum ſ. vini, per ſpiritum vitrioli vel ſulphuris acido facto, extractum vtra eſt: ex opii vncia vna, vt ſupra extractam, Croci Orientalis vnciis duabus extractam. M. & pone in loco tepido per dies 15. quotidie agitando. Quibus finitis, ſpiritum V. per B. euoca: Deinde maſſæ in fundo remanenti adde: Extracti caſtorei drach.ij. Tincturam ex vnciis duabus, Diambræ per ſpiritum vini Iuniperatum, in B. Vaporoſo extractam vna cum diſſoluente: ſtent in digeſtione per menſem, ſæpius agitando: dum omnis odor grauis euaneſcat. Tandem adde tincturæ corallorum, ſuccini pellucidi præparati an. drach.i. Oſſis de corde cerui ℈j. Tincturæ auri ʒ.ſ. Omnibus in mortario marmoreo mixtis, & prius contuſis contundendis, adde: Olei ſuccini, macis, cinnam. an. ℈j. Extracti moſchi (quod tamen in mulieribus omittendum eſt) ℈.ſ. Hæc omnia pone in loco temperato, vt exſiccentur, ad pilulas facile inde formandas. Doſis gr. j. ad iv.

Facilior & nobilior via ad laudanum hæc eſt.

℞. *Eſſent. opii cum ſ.v extracta vnc.j.*
Magiſterii coralliorum & perlarum ana vnc.ſ.
Tinctura croci drach.ij.

Olei Caryophyllorum scrup. ſ.
Miſce diligenter vt artis eſt. Doſis gr. i. ad iv.

CAPVT XXI.

De ſalibus, magiſteriis, crocis, floribus & præcipitatis.

RATIO conficiendi ſales antiquis plane non fuit ignota. Id teſtatur Ariſt. 1. Met. c. 3. vbi deſcribit ſalis ex plantis conficiendi rationem, vt vix clarius poſſit.

ἐν τοῖς τέφραις, inquit, ὁ ἐμβεύσας, ὁ δὲ πυρώσας πάλαιος τὴν χεῖρα τούτου ἐν πρόσκαιρον, ἢ τὴν τέφραν ἐμφάσσοντες εἰς ὕδωρ ἀφίεσιν ὅταν δὲ λίπωσι τὸ ὕδωρ, ἕψουσιν ἀλῶν χύσιν πάλιν. Hinc ſequitur antiquiores etiam calluiſſe modos calcinandi & incerandi: quando n. mentionem faciunt de cineribus, notum eſt omnibus in eo contineri ſal, quod leui artificio à parte terreſtri ſeparari & elui poteſt. Salium theriacalium crebra apud plurimos eſt mentio. Galenus lib. de theriaca ad Piſonem, c. 18. & 19. de iis agit: Paul. item Ægineta, lib. 7. cap. 11. Aetius, tetrab. 4. ſerm. 1. c. 97. Aliorum autem cinerum mentionem facit Galenus lib. 6. de compoſ. Pharmac. ſ. locos, cap. 7. lib. 8. de ſimpl. medicament. facult. §. Tephra ſeu cinis, & alibi. Aetius, tetrab. 1. ſerm. 2. c. 156. & ſeqq. quibuſdam plurimis. Et clarius quidem alludit ad ſalis conficiendi rationem Galenus citato loco ex lib. 8. de ſimpl. med. fac. vbi docet, cinerem habere in ſe partim terrenum, partim λιπαρὸν καὶ λιγνῶδες. Atque has partes eſſe tenuiores, & quæ maceratis aqua cineribus, & percolata vna aſportantur; quod vero reliquum eſt, terreum eſſe & infirmum & morſu vacans, in lixiuium calidum facultate depoſita. Ab hoc enim modo non differt recentiorum ſalis conficiendi ratio, niſi quod recentiores aquam illam lixiuii exhalare ſinunt, vt ſalem ſine aqua habeant, eumque adhuc impuriorem poſtea crebris ſolutionibus, filtrationibus, & coagulationibus ad ſummam & cryſtallinam puritatem redigunt, &c. Exemplis ordine demonſtrabimus, qua methodo ac forma à ſpagyricis ſalia ex rebus fiant, conſtent atque extrahantur, principium ſit ex vegetabili aliquo nobiliſſimo tale.

℞. Herbam Imperatoriæ ſiccatam in aere, hanc calcina in cineres albi-

cantes, ſuper ferrea tabula, aut alio lapide prout ars noſtra requirit: calcinata Imperatoria, ſalem extrahe, vel cum aqua eiuſdem herbæ propria ac ſtillatitia, vel communi calida, per noctem digerendo; poſtmodum aquam per inclinationem effundendo ſepara, cauendo tamen ac proſpiciendo, ne feces violenta commotione turbentur; aliam aquam vſque ad tertiam vicem reaffunde, viciſſim digere, & omnia vt ſupra peracta perfice. Tandem omnes depletiones filtra & coagula: ſi coagulum non ſatis ſit album; calcina in crucibulo, donec crucibulum abigne rubeſcat, & caue ne materia tua liquefiat: (hi enim ſales raro conſiſtunt, ſed plerique in liquores ab aere reſoluuntur:) deinde reſolue viciſſim ac coagula. Sic extrahitur ſal ex omnibus herbis, verum tali calcinatione perit ſal volatilis, ſiue eſſentialis, manetque ſolum elementalis fixus, ſiue terreus.

Hic ſal ſi ex rad. Imperatoriæ iuxta dictam ſententiam factus conſtet, 4. vel 8. grana in rob. ſambucino exhibita, tollunt omnes febres intermittentes, nec non quartanam, ſi continue vtatur cum ſuo appropriato &c. nunc ad ſalem eſſentialem herbarum deſcribendum tranſgrediemur, qui modus talis eſt.

℞. Carduibenedicti quantitatem magnam, contunde in mortario lapideo vel ligneo: poſtea in alueo amplo, vel æneo, vel ferreo, aut otichalcino, cum magna aquæ vulgaris quantitate coque vſque ad mediocritatem: deinde fortiter exprime & cola, colaturam vero vſque ad exquiſitam ſpiſſitudinem mellis coque. Succus iſte Carduibenedicti ponatur in vaſe vitreo, in loco frigido, per aliquot dies: & generabit in fundo vaſis ſalem criſtallinum, ac pellucidum. Effuſo ſucco colligitur & aqua Carduibenedicti cito abluitur & exſiccatur, quod diligenter ſerua. Eſt enim præſtantiſſimum remedium in peſte, ſi eius grana ij. plus minus, in Carduibenedicti ſpiritu exhibentur, ſudores abunde prouocant: in defectu ſpiritus Carduibenedicti ſumitur aqua aut ſpiritus vlmariæ vel ſyderitis. Eadem quoque ratione fit ſal ex aliis herbis, qui multis modis antecellit ſalem, qui ex cineribus herbarum conficitur; Integritas enim ſalis volatilis, in quo eſſentialis poteſtas latet, ſalua manet hoc modo. Quod vero attinet ſpiritum Carduibenedicti, cuius facta eſt mentio, hic deſtillatur, tam ex herba, quam ex ſale fixo, legitima methodo, ex noſtræ ſpagyriæ doctrina procedendo.

Sal eſſentialis Tartari: ℞. Tartarum Vngaricum, vel Hiſpanicum, vel Mon-

Montiſpelenſe albũ, quod eſt optimũ: reduc in puluerẽ craſſum, & laua in aqua clara fontana, reiectis ſemper turbulentis fecib. tantiſper, donec ad extremum, aqua clara, ceu infuſa eſt exinde abeat, fac deinde in magna aquæ quantitate, in cacabo æneo, vel ferreo bullire ad mediæ partis conſumptionem. Tũc amoue ab igne, & ſi vis traiice per manicam Hippocratis, vel panum lineum, in vas figulinum firmum. Vbi refrixerit ſpumam inſtar glaciei, aquæ congelatam, ſepara, deinde, aquã per inclinationem effunde: & ſalem parietibus ac fundo vaſis adhærentem collige: Feces iterum frequenti aquæ affuſione, vt ſupra decoque, ac ſalem ſeu cremorem Tartari, vt antea collige, hoc toties reiterato, quoad vſque opus fuerit. Tandem ſalem exſiccatum in puluerem reducito, & habebis digeſtiuum excellens, in omnibus obſtructionibus admodum vtile. In melancholia hypochondriaca nihil melius eſt, ſi aliquot diebus quotidie eius drach. ſ. vel ſcrup. ij. in iuſculo cum capparibus cocto exhibeantur, & exterius ad hypochondrium ſiniſtrũ emplaſtrum ex Ammoniaco in aceto ſquillitico ſoluto applicetur. Si in decoctione huius Tartari purgans aliquod, vt folia ſenæ iniecerit fient inde cryſtalli efficaciores ad purgandos melancholicos humores. Dátur etiam hi criſtalli cum aliis extractis purgantibus, & fiunt inde efficaciores: Vt ℞. huius cremoris ℈i. Extracti ſcammoneæ (ſpiritu vini perfecti) gran. viij. vel x. propina in iuſculo vel vino, & inſigne inde conſtabit catharcticum purgans: Melancholicum enim non ſolum expurgat, ſed etiam extrahit.

De ſalibus vegetabilium præterea hoc notabis, ſi eos tranſparentes vel cryſtallinos volueris inſtar ſalis petræ: ℞. denuo cineres cuiuſcunque vegetabilis poſt calcinationem, & viciſſim cum æquali parte ſulphuris commiſce, & ſimul igne non admodum leui calcina, tandem beneficio aquæ communis extrahe, filtra, & euapora, donec tandem aqua cum ſale reſtiterit, ex qua lege artis in frigido perficientur criſtalli. Hi ſales ſunt omnium optimi, nec non facile in deliquium abeunt, nec inſtar lixiuii ſapiunt, quin imo hoc modo ſales præparati mirifice operantur: ſic ſal abſynthii hac methodo præparatus, purgat per vomitus, ventriculi & pectoris impuritates, expediendo, ſi eius ſcrup. ſ. vel drach. ſ. in vnc. ij. aquæ abſynthii exhibeatur; magnum etiam ſecretum eſt in Tertiana hic dictus ſal, item & ſpiritus ſalis abſynthii, qui hydropicis maximum eſt medicamentum. Quidam pro maiori purificatione

ficatione ſalium ſoluunt cum aquis appropriatis, irrigendo ſuper marmore in cella, vt abeant per deliquium, deinde viciſſim coagulant.

Tali modo fit ſal Hyperici ad pleuritin. ſal ex chamæmelo ad Dyſuriam: è cimini herba tota, item ſaxifraga & Thapſia ad calculum & lumbricos: è Bimbinella ad cruditates, & Hydropem, peſtem, phthiſin &c. è gentiana ad Febres, obſtructiones, menſes ceſſantes &c. è gratiola ad Hydropem: ononide & ſtipitibus fabarum ad calculum: è toto Iunipero ad venena: ex Artemiſia ad vterum expurgandum, ſic ex Meliſſa ad palpitationem cordis: Item ex polypodio, Lignis Buxi, fraxini, guaiaci &c. qui mouent ſudorem. Doſis ℈j. ad ʒj. Hoc etiam mandat Dominus I. Quercetanus obſeruati, vt ſinguli ſales propriis diſſoluantur aquis, vt ſal cephalicus qui conficitur ex cranio microcoſmi debet ſolui & præparari aqua pœoniæ, vel flor. tiliæ aut lil. conuallium: ſic ſal Radicis reſtę bouis cum aqua ſaxifragiæ, ſal ceterach cum aqua capillorum Veneris, &c. Adhæc fiunt etiam ſales ex partibus animalium, ex quorum numero iam denominatus eſt ſal cranis Microcoſmi, ſic etiam fit ex ſanguine humano, oſſibus, vrina ſpinis ſerpentum contra venena, item ſal ſanguinis de ſue contra phthiſin &c.

Præterea etiam inueniuntur apud authores ſales compoſiti, inter quos primus eſt ſal Theriacalis Galeni, de quo dictum eſt ſupra in cap. de Theriaca: Alius vult quod & ſic parari poſſit: Theriacam Andromachi miſce cum valeriana, ſcordio & ſimilibus, affuſa aliqua parte ſpiritus vitrioli, vt fiat paſta, calcina in reuerberio, & ſic habebis ſalem. *Sales compoſiti.* *Sal Theriacalis.*

Sic fiet ſal ſtomachalis: Extrahe aquam è cinnamomo: reliquiis adde abſinthium ponticum, Galangam, Nucem moſchatam, mentham, Zingiber &c. Calcina in cineres vaſe clauſo: Extrahe alkali per dictam aquam deſtillatam cinnamomi, vel per aquam abſinthii, & poſtea cum coagulaueris, ſolue cum aqua cinnamomi, filtra & coagula denuo. *Sal ſtomachicum.*

Sal ad Tympaniten: Iuniperi tota ſubſtantia conciſa, ebulus, radix ſambuci, illius quidem manipuli ſex, horum ſinguli manipuli: Fœniculi, carui, meu, aſplenii, epaticæ, cuſcutæ, ſingulæ ſemunciæ, limati chalybis aceto præparati libra. Miſta calcinentur in reuerberio, quoad ſatis. Extrahatur ſal cum aqua Alkekengi. *Sal ad Tympaniten.*

Eo modo potes conficere & concinnare ſales epaticos, cordiales, renales, Lienares, vterinos, Arthriticos &c.

Digitized by Google

Sal Epaticus. Veluti epaticus ſal fieri poſſet ex Lauri foliis & baccis, Rhabarbaro, abſinthio, calamo aromatico, eupatorio, ſantalo, roſis &c.

Sal cordialis. Sal cordialis, ex floribus cordialibus, meliſſa, roremarino, Margaritis, coralliis, cinnamomo, croco, ligno aloes, caryophyllis &c.

Sal Renalis. Sal Renalis, ex pipere, Zingibere, veſicariæ fructu, petroſelino, pimpinella, ſem. & rad. vrticæ, Iunipero &c.

Sal Lienalis Sal Lienalis, ex ſcolopendrio, fumaria, cuſcuta, rad. aſparagi, Tamaricis, Iuniperi, capparum, calam. aromatico &c.

Sal ad morbum gallicũ Sal ad gallicum morbum, ex fumaria, ſchænantho, guaiaco &c.

Sal ad vterum. Sal ad vterum: ex meliſſa, roremarino, pulegio &c.

Sal arthriticum. Sal arthriticus: Ex verbaſco, ebulo, chamæpithyde, cornu hircino, verbena, guaiaco, Lauri baccis &c.

Solent porro eiuſmodi ſalibus non tantum colores ſuarum rerum, ſed & ſapores odoresque conciliari, per imbibitionem propriorum ſuccorum, ſeu Tincturarum, veluti ſal violaceus tingitur ſucco violæ expreſſo & colato: ſiccatur lentiſſimo igne, & teritur: ſal abſynthii ſucco eiuſdem, &c. ſic ſal ſandalinus, Tinctura ſandali aſpergitur: Ita ſal cinnamomi ſaporem ſuum accipit ab extracto per ſ. vini &c.

Tali modo fit ſal Tartari fixum: Stenitur Tartarum, in vaſe terreo non vitreato plani fundi, craſſitie digitali: Reuerberatur poſtea ad albedinem vſque ſpatio quinque vel ſex horarum, igne ita moderato, propter fuſionem, vt vas ſalem candeat. Tartarum ita ad albedinem calcinatum, perfunditur aqua communi; digeritur, filtratur & coagulatur. Nonnulli Tartarum ad nigredinem tantum exurunt, & poſtea ſalem exinde conficiunt, quem ſoluunt in cella vt fiat oleum per deliquium, hoc vtimur ad Magiſterium Tartari Vitriolati.

Sal vitrioli vomitiuum: Diſſolue vitriolum album in aqua communi, filtra & coagula, repete hoc ſecundo, Tertio diſſolue in aqua roſacea & coagula.

Sal colcotharis vitrioli: Colchotar ſeu caput Mortuum vitrioli aqua pluuiali perfunditur, & ſal digeſtione vnius diei vel noctis in eam ingreditur, filtratur ac coagulatur. Rubedo reliqua ſi ſexies aut quinquies iterum calcinetur, & ſalſedo ſemper eluatur: tandem dulcis relinquitur, & vocatur dulcedo vitrioli, quæ maior eſt, ſi ex vitriolo Veneris paretur, & præſens eſt remedium in vlceribus malignis, inſpergendo ſolummodo.

Terra dulcis vitrioli.

Vſus

Vſus quidam eſt hoc ſale ſingulis menſibus, qui retulit ſe ſanitatem in longum vſque traxiſſe terminum. Terra v. vitrioli habet vim emplaſticam, & ſticticam adhibetur in Emplaſtris & Hæmorrhagiis vulnerum.

Gilla Theophraſti: Diſſolue vitriolum album in aqua deſtillata: filtra, & in vaſe vitreo aquam exhala, donec cuticulam ſuperne contrahat. Tum vas pone in loco frigido per quatuor dies, vt criſtallos producat: quibus ſeparatis reliquum humorem euapora: & vt ſupra criſtalliſa, hoc ſecundo repete. Tertio criſtallos in aqua roſacea diſſolue: exhala, & vt ſupra criſtalliſa, igneque lento exſicca. Doſis à ſcrup. ſ. ad drach. ß. in hauſtu vini vel cereuiſiæ, aut conſerua roſarum. Operatur feliciter in febribus, ventriculi affectibus, catharris, lumbricis, peſte &c. vide eius inſuper vires in Baſilica noſtra chymica lib. de mineralibus, capite de vitriolo.

Gilla Theophraſti ſecundum noſtrum Crollium: Criſtalli vitrioli è Venere ſeu Marte præparati reſoluantur in phlegmate acido vitrioli, quantum ſoluere poteſt, circulentur per dies octo. Doſis huius liquoris drach. ſem. ad ℈ij.

Sal ſiue vitriolum Martis: R. Ferri laminati q. vis, ſcinde in fruſta magnitudinis ſemidaleri, fac S. S S. cum ſulphure puluerizato in tigillo lutato, pone igne rotæ: Ignis ab initio Tigillum non attingat, ſed paulatim admouendo augendus eſt ignis, quem vltimo fortificabis: Ita accenſo ſulphure calcinantur prædictæ laminæ, quod intra horam abſoluitur: vbi omnia refrixerunt, eximè materiam & contere in puluerem ſubtilem, & in olla terrea, moue diligenter ſuper ignem cum baculo cupreo vel ferreo, donec totum ſulphur combuſtum fuerit, calx denuo teritur; & cum octaua parte ſui ponderis ſulphuris triti calcinatur; vt ſupra teritur, & in aquam feruentem proiicitur baculo ſæpius mouendo, dum calx fundum vaſis petit, donec aqua refrigeretur: quæ filtrata euaporatur ex tribus partibus, & ponitur in locum frigidum; vt cryſtallos cæruleos producat. vel ex toto euaporet.

Aliud vitriolum Martis ad Aſthmata inueterata, tuſſes, aliasque pectoris infirmitates: R. limaturam chalybis tenuē puram, & neutiquam puluerulentam: ſuperfunde guttatim in ſcutella vitrea olei ſulphuris per campanā facti nō rectificati, ſtatim incaleſcit & totus Mars ſoluitur, ſine quieſcere & refrigerari, fiunt cryſtalli. Doſis gr. ij. vel iij. in ſyrupis pectoralibus

aliquoties exhibita, mirifice asthmata expediunt, idque nec per vomitum neque per sedes: sed sudoribus aliquando prorumpentibus facilis postea succedit expectoratio.

Vitriolum Veneris: Recipe cuprum calcinatum, siue squamas cupri, vel æs vstum, aut æs viride: reduc in puluerem subtilem, quem in aceto destillato per diem naturalem digere. Tinctum acetum per inclinationem effunde: & aliud reaffunde toties; donec non tingatur vlterius. Depletiones filtra: & ex tribus partibus euapora, vel destilla: quod relinquitur in fundo vasis; ponatur in locum frigidum, sic generabitur vitriolum, viride, obscurum, splendens. Vel si placet potes stratificare cum sulphure & deinceps procedere vt cum vitriolo Martis supra est processum.

Sal Iouis: R. Cinerem stanni aperto igne sine sophisticatione præparatum, ex illo salem cum aceto destillato extrahas, quem postea à suo sale aqua pluuiali, soluendo, filtrando & leniſſime in Balneo euaporando septies edulcora. Dosis gr. iij. aut iv. Aqua Artemisiæ vel aquis cordialibus.

Sal Saturni: Calx Saturni siue minium perfunditur aceto destillato, vel saltem eius phlegmate: Digeritur per diem naturalem, sæpius agitando: menstruum decantando detrahitur, aliudque substituitur, donec omnis salsedo abstrahatur: depletiones filtrantur, & in cineribus vel arena coagulantur. Si acetum tertio destilletur à sale Saturni cum cohobiis: postea superfundatur spiritus vini, & destilletur cum trina cohobatione, sal admirandam acquirit virtutem, in diuersis sanandis morbis. Si eius vj. grana dentur in peste, cum vino albo: curatur æger intra 24. horas. In Hydrope dantur iij. grana in vino albo, quatuor diebus continuis: In colica vj. grana cum vino albo: In Lepra vj. cum aqua Fumariæ continue per 18. dies. Sacharum hoc intra corpus sumptum frigiditate sua, Libidinem etiam Veneream extinguit: ac propterea etiam iis vtile est, qui in cœlibatu viuunt. Extrinsecus vsurpatum mira præstat in vlceribus corrosiuis, malignis, cancrosis, Lupo & similibus. Contra putredinem oris etiam, & impetigines, ambusta, inflammationes, Tumores, pustulas faciei rubeas, præstantissimum est Medicamentum: si cum oleis aut aquis conuenientibus applicetur.

De vitrio-

De vitriolo & sale ex auro, vide Basilicæ nostræ Chymicæ librum primum.

Sal corallorum siue margaritarum, fit digerendo corallos tritos, in aceto ter destillato, & acetum ad siccitatem euaporando, sic sal corallorum, vel margaritarum manet in fundo. Vide librum Basilicæ Chymicæ de gemmis.

Sal succini: Hic sublimatur in destillatione olei eius, vt videre poteris in lib. Basilicæ Chymicæ de vegetabilib. hunc aliquoties solutum ac filtratum coagulatumque maximum fit diureticum. In eodem lib. habes etiam salem vrinæ, & præterea multos alios. Salem prunellæ siue salis nitri, vide in eadem Basilica lib. de mineralibus, cap. de sale nitri.

Sic sal fit contra calculum à Crollio nostro: R. Oculorum cancri, calculi microcosmi, lapidis Iudaici, lyncis, spongiæ, aquilæ, crystalli, silicum, lapidum è percis piscibus. Resolue ex his singulis vel omnibus quantum velis aceto destillato, toties repetendo affusionem, donec omnes soluti sint, ac inde para salem, abstrahendo acetum: Hoc sale sæpius per aquam pluuialem prius dulcificato & putificato (soluendo scilicet filtrando & euaporando) per se vtere vel in liquore resoluto.

Sic fiet sal serpentum contra Venena: ℞. 4. serpentes præparatos & exenteratos, sine capite, sanguine, intestinis, cauda & felle, solummodo corda, hepata, carnemq; cum spinis, his parum seu artificiose exsiccatis adde Rad. Angelicæ, valerianæ, tormentillæ, gentianæ, aristolochiæ an. ℥j. sem. rutæ ʒiij. absinthii vnc. j. cornu cerui, corallorũ rubeorum an. ʒ j. Misceantur hæc omnia, & ex artis nostræ lege methodica calcinentur in cineres, habitis cineribus cum vino simplici extrahe salem, quem semel aut bis adhuc correctum habebis pro magno secreto. Dosis eius est scrupulus integer cum suis homogeneis appropriatis. Vel recipe huius salis vnc. j. magist. perlarum, magisterii gemmarum, Bezoartici solis an. drach. j. Vnicornu, Ambræ an. ℈ij. Lapidis Bezoartici præparati ℥. ß. Misce. Dosis scrup. ſ. vel cum vino, aut syrupo, aut conserua vel aqua appropriata, aut aqua theriacali. Vel solummodo misce hunc salem cum puluerisata terra sigill. opt. & exhibe cum aqua cardiibened. siue Vlmariæ. *Sal serpentum.*

Sal ad Cancrum: Auripigmenti quincunx. fuliginis semuncia, salis ammonii quadrans, calcinentur gradu ignis horis 24. Extrahe deinde sal.

Sal ad ſtrumas: Recipe tutiæ trientem, ſalis fuſi, calcis viuæ ſingulas ſelibras. Ex calce & ſale fac S. S. S. calcina in igne reuerberatorio, deinde ſalem aqua ſtillatitia elice.

Sal ad vlcera cruenta: Hæmatitæ quadrans, lut orientalis, boli armeni ſingulorum tantundem. Cum gummi tragacanthæ, aceto ſoluto fiat bolus. Reuerbera hunc 4. gradu ignis. Ex calce fiat ſal.

Sal ad vlcera varia: Colcotaris & florum æris ſingulos trientes miſce & cum antimonii duabus vnciis viciſſim ſterne, calcina in reuerberio, collige ſal.

Vel: Antimonii libra, ſalis ammonii præparati quadruplum, miſcentur & digeruntur in fimo per menſem in aquam, quæ effunditur & filtratur. Colatura coagulatur. Coagulum ſoluitur ſpiritu vini rectificato, extrahiturq; ſal, qui viciſſim coagulandus.

Sic ſunt miſturæ apud medicos, quas vocant ſales, vt ſal catharticum Arnoldi Villanouani.

R. Salis armoniaci vnc. j. ſ. Diagridii, euphorbii ana drach. ij. Piperis, cymini, zingiberis, marathri, aniſi, ſem. apii, ameos, leuiſtici, petroſelini, cardamomi an. drach. ij. Fiat puluis. Cuius doſis vnc. ij. cum vino calido. Purgat caput, & caliginem oculorum, tollit dolorem aurium, & curat Paralyticos.

Sal Marcelli: R. Salis Armoniaci vnc. iv. coſti ʒ. iij. Piperis nigri vnc. j. drach. ij. cymini, zingiberis, piperis albi, marathri, cinnamomi electi an. vnc. j. caryophyllorum, galangæ, cubebarum, cardamomi, ana drach. j. gr. v. hyſſopi, thymi, origani, carui, aniſi ſem. apii, petroſelini, leuiſtici, ana drach. iij. omnia pulueriſentur, & de iſto puluere vtatur in prandio loco ſalis, & ſi volueris facere laxatiuum, adde doſi ipſius ſcrup. ij. Diagridii, & da mane cum mulſa, vel vino vnc. j. Expertum ad omnes humores capitis frigidos, phlegma de cerebro educit: Hydropicis, ſciaticis, & arteticis mirifice ſubuenit.

Sal ſacerdotale Henrici VVolffii: R. Salis calcinati, piperis ana vnc. j. cumini vnc. ſ. carui, cinnamomi, zedoariæ ana drach. ij. zingiberis drach. j. ſ. macis drach. ij. M. Fiat puluis. Defluxionibus confert, ſtomachum confortat & exiccat.

Sal ſacerdotale Nicolai: R. Salis communis vnc. xvj. cinnamomi vnc. iv. zingiberis, amomi, pyrethri, cymini, ameos, piperis, ſileris, ſatureiæ, hyſſopi, origani, pulegii ana vnc. j. quæ omnia terendo in puluerem redige:

& in

& in omni cibo vtere: & vſui ſerua. Dolorem capitis, & oculorum caliginem ſanat, & ſtomachi & dentium dolorem, tuſſim & anhelitum emendat, os odoratum reddit, & corpus humanum incolume ſeruat.

Sal ſpagyricum purgans compoſitum: Recipe Magiſterii Tartari vitriolati vnc. j. Spec. Diacarthami drach. j. Flor. roſarum pallidarum drach. j. cinnamomi ſcrup. ij. ſachari violati vnc. ſ. Miſce fiat ſal cathartícum purgans doſis drach. j.

Sal ſpagyricum digerens compoſitum: Recipe cryſtallorum tartari puluerizatorum vnc. ij. ſpec. diatriaſantali ſcrup. j. cinnamomi drach. j. rhabarbari drach. ij. macis drach. ſ. zingiberis vſti non in totum calcinati, ſachari ana vnc. j. ſ. Doſis drach. ij.

Sal ſpagyricum compoſitum ſudoríficum: Recipe ſalis abſinthii vnc. ij. ſ. ſulphuris aurati diaphoretici drach. ſ. cornu cerui vnc. ſ. Terræ ſigillatæ ſcrup. ij. Miſce fiat ſal ſudorificum.

Sal ſpagyricum ſudoríficum aliud: Recipe ſalis ligni Quaiaci vnc. j. ſ. ſalis, Fraxini, è buxo ana drach. ij. Magiſterii perlarum, corallorum, lapidis Bezoar. drach. ſ. ſuccini præparati, ſalis cranii microcoſmi an. ſcrup. ij. cornu cerui vnc. ſ. M. fiat ſal ſudorificum.

Sal ſpagyricum adſtringens in dyſenteria: Recipe ſalis de rhabarbaro vnc. j. ſ. ſalis corallorum ſcrup. ſ. ſalis è Rad. Tormentillæ drach. ij. Boli armeni, Terræ ſigillatæ an ʒj. ſ. M. Fiat ſal adſtringens.

Sal confortans ſudoríficum ac Bezoarticum. ℞. ſalis perlarum, omnium gemmarum, theriacalis, ſerpentum ana ʒij. Lapidis Bezoar. drach. ſ. Bezoartici mineralis ʒij. Bezoartici Solis ʒj. Antimonii Diaphoreti fixiſſimi ʒſ. Terræ ſigillatæ ʒj. M. Fiat puluis Regius, Diaphoreticus, Bezoarticus ac curatiuus in multis deploratiſſimis morbis.

Hęc ſufficiant paucis de ſalibus compoſitis, reſtat vt etiam commendem ſalia ex gemmis; ſic ſal ſaphyri ad inſaniam, peſtilentiam, carbunculos & cordis palpitationem eſt vtilis.

Sal Smaragdi Melancholicis affectibus confert, & ne caducus redeat, arcet.

Sal Hyacinthi venenis, venenatiſque morſibus obſtat.

Sal Iaſpidis ſtomachum confortat & partum accelerat.

Sal Granatorum ad cordis tremorem, ſputumque ſanguinis eſt commodum, &c. Horum ſalium præparationem vide in noſtra Baſilica Chymica lib. de gemmis.

Vltimo

Vltimo paucis occurrit mihi adhuc enarrandum, de vitrioli rectificati purgantibus qui taliter fiunt: R. Vitrioli Romani cœrulei q. v. pulueriſa, in calidoque loco poſt fornacem exſicca ſuper chartam, ſiccato ſolue per aquam centaurii minoris, filtra & purum ab impuro ſepara. Liquorem in B. ad tertiam partem deſtilla, & vas in locum refrigerationi accommodum, repone, vt concreſcant cryſtalli, quos ſeparatim ſeruabis & ſiccabis reſeruato colore cœruleo. Cryſtallos toties collige, quoties neceſſitas exigit, nempe ſemper deſtillando ad tertiam partem & frigori poſtea exponendo. Collectos cryſtallos ſerua in vitro bene occluſo. Purgant per vomitum & ſeceſſum. doſis gr. v. ad x. cum appropriatis, in febribus peſtilentialibus. Hæc dicta ſint de ſalibus, quorum vſus præſtantiſſimus occurrit in medicina, reſtaret vt etiam enarrarem quomodo ſalia fixa fierent volatilia, & volatilia fixa, &c. quia de his ſupra egimus, quo lectorem remittimus, ſi cupidus ſit eius ſcientiæ, legat lib. de mineralibus in Baſilica noſtra Chymica, vbi multa dicta ſunt de ſalibus.

Ad ſales non incommode referri poſſunt Magiſteria, vt nobiſcum vult doctiſſimus D. Doctor Sennertus, quæ ita appellantur à Chymicis nonnullis, cum nihil aliud ferè ſint, quàm ſal fixus volatili iterum vnitus. Sunt autem magiſteria varia ex gemmis, coralliis, perlis, lap. lazuli, &c. Hæc omnia vide in Baſilica Chymica noſtra lib. de gemmis 4.

Magiſterium Tartari, & Tartari vitriolati vide in eadem Baſilica lib. 5. de mineralibus cap. de Tartaro & capite de vitriolo.

Bezoarticum vero minerale, quod etiam inter magiſteria relatum volo, vide inter metalla lib. 2. Baſilicæ Chymicæ.

Bezoarticum ſolis vide lib. 1. Baſilicæ Chymicæ, Diaphoreticum vero Antimonii, & ſulphur auratum Diaphoreticum vide lib. 5. Baſil. Chymicæ, cap. de Antimonio. Magiſterium v. ſulphuris cap. de ſulphure.

Magiſterium vitrioli tale etiam eſt apud D. D. Sennertum: Recipe terram ſigillatam ſtrigenſem, affunde ſpiritum vitrioli, ſtent in loco calido: vbi refrixerint ſimul coagulabuntur: In calido iterum ſoluentur, & in frigido rurſum coagulabuntur. Hunc ſpiritum coagulatum, ſi placet inde retortæ vitreæ, quam pone in arenam, & deſtillabit liquor minus, quam ſpiritus vitrioli acidus. Deſtillatum iterum affunde terræ, atque tertia vice hoc repete, & nihil niſi phlegma exſtillabit, atque ita

ſal

Digitized by Google

ſal vitrioli in retorta manebit coniunctus cum terra ſigillata, qui in loco humido iterum liqueſcit. Huic coagulato ſi affundatur ſpiritus vini, & is coagulabitur.

Fiunt etiam Magiſteria & ſalia artificioſa ex oculis cancri, lap. carpionum, perdicarum, lap. iudaico, lyncis, ſpongiæ, cryſtallis, ſilicibus, cornu cerui, cranio humano, &c. Duriora cum ſulphure calcinantur, reliqua vero pulueriſantur, deinde ſoluuntur ſuis menſtruis, filtrantur, & vt artis coagulantur: nunc de crocis:

Magiſteriis & ſalibus merito ſubiicimus ea, quæ crocos, flores, & præcipitatos appellamus, qui nihil aliud ſunt, quam pulueres, ſuis ſalibus etiam prægnantes.

Croci quidem nomen quibuſdam medicamentis indiderunt à colore croceo. Sunt vero nihil aliud, quam ſubtiles pulueres, vel tincturæ in pulueris formam redactæ, crocei coloris. Sic præcipue nominantur crocus metallorum, & crocus Martis.

Crocus metallorum deſcriptus extat in hoc libro ſine Antidotario lib. 4. cap. 2. de aquis, inſuper etiam vide Baſilicæ Chymicæ lib. 5. cap. de Antimonio.

Crocus Martis deſcribitur lib. 3. Baſilicæ Chymicæ.

Crocum ſolis, item aurum vitæ, vide lib. 1. Baſilicæ Chymicæ.

Crocum vitrioli vide eadem Baſilica lib. 1. de mineralibus cap. de Vitriolo.

Crocus olei ſulphuris fit: Infundendo olei partem vnam, & tantundem ſpiritus vini, in cochlear ferreum: Vbi omnia bulliunt ad ignē lentum vſque ad conſumptionem; poſtea reſident vt conſpiciantur per tempus in crocum eſſe conuerſa: Huius Doſis parua eſt in iuſculo vel liquore congruo, maximum eſt confortatiuum Hepatis.

Crocum veneris vide in Baſilica Chymica, lib. 3. vbi de Weneris Anatomia conſtat: & hæc de crocis: Nunc de floribus.

Flores fiunt ex Auro: hos vide lib. 1. Baſilicæ Chym.

Flores fiunt ex ære: hos vide lib. 3. Baſ. Chym.

Flores fiunt ex ſulphure: vide eadem Baſil. lib. 5.

Flores fiunt ex Iove: vide eadem Baſil. lib. 3.

Flores fiunt ex Antimonio: vide cap. de Antimonio lib. 5. de mineralibus &c.

Præcipitationes metallorum quod attinet; de his tradit Basilicæ Chymicæ lib. primus vti de auro præcipitato: lib. secūdus docet præcipitare lunam, & Mercurium in multis formis, liber tertius docet & præcipitare reliqua metalla, quare ne hic omnia & singula repetam, puto me esse excusandum, in eis enim locis clara extant.

CAP. XXII.

De oleis & Balsamis.

QVod ad olea attinet destillāda, illa omnia communia sunt admodum, eorumque præparatio omnibus fere, etiam ipsis Tyronibus, nota & perspecta est, siue sint olea aromatum, veluti Cinnamomi, Caryophyllorum, macis, nucis moschatæ, piperis & similium: siue seminum, Baccarum & granorum, vt Lauri; Iuniperi, Anisi, Fœniculi, pæoniæ, &c. Siue corticum & fructuum, vt arantiorum & citriorum, siue omnium etiam herbarum calidarum, vt saluiæ, Rosmarini, menthæ, Betonicæ, Maioranæ, Thymi, hyssopi & infinitarum aliarum, quæ omnia vna eademque via ac methodo conficiuntur, nempe ea conquassando & macerando in 5. aut 6. aquæ tepidæ partibus per 24. horas: & postea destillando per magnum alembicum cupreum cum suo refrigerio, &c. Confectiones & proprietates cōstarent ac paterent quidem ex supra dictis, sed vt etiam lectori satisfiat, paucis ea adhuc perstringemus.

Destillatio oleorum ex herbis: R. herbas virides vel siccas, (nam siccæ per aerem non per solem, plus suppeditant olei) adde salis communis, vel Tartari vini optimi M. ii. iij. vel iv. affunde aquam vt supra dixi, fiat digestio per aliquot dies, deinde accende lentum ignem per horas ii. tres sub velica: Hinc destillabitur oleum, quod ab aquæ separabitur tribus modis vel infundibulum, separatorium, aut tritorium: vel per filtrum, aut fila lanea crassiora: aut tertio per chartam bibulam: sic fiat destill. ex floribus lauendu'ę, Chamomillæ, &c.

Destillatio oleorum ex seminibus: R. Anisi vel Fœniculi vel Sem. carui? Iniiciatur ad lib. i. seminis contusi, salis communis vel Crystall. Tartari ℥. i. vel vnc. i. Salii sumunt M. i. stent in digestione per dies 9. Hinc adde ad huc m. i. salis, deinde sat digestis destillentur: & oleum ab aqua separe-

paretur. Quod autem Baccas Iuniperi, vel alia ſucculentiora attinet, his debetur longior Digeſtio.

Deſtillatio ex aromatibus : R. Caryophyllorum vel nucis moſchatæ lib. iiii. vel vi. &c. Caryophyllos integros, vel parum contuſos, nuces moſchatas v. craſſo modo contuſas, pone in vas Waldenburgicum, & adde ſingulis libris vnc. i. vel vnc. i. ſ. ſalis cõmunis, affunde aquam tepidam, & ſtent in loco frigido per dies 4. aut 5. poſtea imponantur in veſicam, & adiiciantur adhuc ſalis communis vel Tartari cryſtal. M. ii. deſtillentur per veſicam: Aqua ſeparetur, & oleum ad ſuos vſus reſeruetur.

Scribunt nonnulli, quod tali modo multum olei ex Cinnamomo poſſit elici. R. Cinnamomi craſſo modo contriti lib. i. Iniiciatur cucurbitæ vitreæ, imbibaturque ſaltem ſpiritu vini rectificato. Deinde addatur ſulphuris citrini ſcrup. ſ. Fermenti ad pondus oui gallinæ dimidii, vermium naſcentium in caſeis ſcrup. ii. ſtent in loco non admodum calido in infuſione per tres dies: Dein in arenam pone ſeu cineres, & deſtilla. Tali modo etiam procedi poteſt cum aniſo, Caryophyllis & aliis ſi placet. De ſpiritu vini, & fermento ſcio verum eſſe, ſed de ſulphure & vermibus dubito.

Ex corticibus etiam citri oleum præſtantiſſimum elicitur: cortices vſque ad album illud ſeparantur & deſtillantur. In cinnamomi & talium aromatum deſtillatione monent plerique, ne aromata in puluerem conterantur, ſed tantum in fruſta confringantur, aut modice cõtundantur: Alioqui exhaltantibus ſpiritibus & partibus tenuioribus minus olei elicitur.

Ex lignis olea deſtillantur per retortam, vel deſcenſum, quæ etiam à ſe inuicem more ſolito ſeparantur. Vide cap. 2. huius lib. Ex Reſinis & gummatibus olea ſic fiunt: Qua ratione ſpiritus ex Terebinthina fiat, ſupra dictum eſt. Eundem ignem, ſi continuaris, tandem etiam oleũ flauum elicies. Poſtquam oleum flauum exſtillauit, vel etiã mox poſtquam ſpiritus exſtillauit, accipe cucurbitam calẽtem, & colophoniam in ea fluentem infunde in ollam vitreatam ſiccam. Colophoniæ refrigeratæ adde in ſingulas libras ſalis fuſi vnc. iv. vel vi. lib. i. arenę vel farinæ laterum, & deſtilla ex retorta in arena per gradus.

Oleum ſuccini hoc modo paratur: R. ſuccini albi lib. i. vel ii. deſtillatus artis eſt per retortam lento igne, & ne ſal (qui obſtruit aliquando

orificium vasis) aliquid in destillatione peruertat, erit retorta ampliꝰ oris orificii; sic destillabit primo oleum album, deinde flauum, tertio rubeum, hæc singula seorsim sunt excipienda, & si placet cum sale rectificanda. Alii digerunt lib. i. succini triti, in vini albi lib. i. Tunc addunt m. i. salis præparati siue fusi & destillãt per retortam seruatis ignis gradibus. Rectificant, bis destillando cum sale tantum Sacrum hoc oleum olim appellatum fuit: ob vires eius eximias, quas cum per se; tum cum aliis mixtũ præstat: In epilepsia, apoplexia, melancholia, spasmo, vertigine, peste, calculo, frigidis capitis defluxionibus, cordis palpitationibus, animi deliquiis, lethero, difficultate respirandi, dysuriis partum difficili, uteri strangulationibus, mensium retensionibus, fluore matricis albo, vermibus, febribus, &c. De hoc vide plura in lib. 2. præcedenti.

Gummata etiam destillantur, Exempli gratia: R. lib. i. Mastiches, misce cum vnc. vi. salis communis, silicum calcinatorum & contusorũ lib. i. s. Destillentur per retortam vitream in arena. Primo destillabit liquor albus cum oleo flauo, qui vbi cessarit destillare, multa recipiens & auge ignem, vt arena fere incandescat, tum exstillat rubrum oleum, atque pars collo adhærescit. Hoc in parua retorta rectifica, atque extillabit oleum flauum, quod priori oleo flauo addas: & postea destillabit oleum rubrum & Balsamus nigricans: singula seorsim collige.

Generalis modus oleum ceræ, Butyri, mastiches, myrrhæ, thuris, omniumque gummatum destillandi facilis est. Destillantur ex cucurbita vel retorta vitrea, cum cineribus, vel silicibus, vel arena, &c. quantum a. sit addendum materia indicabit, quæ in aliis est mollior, in aliis durior: plerique sumunt partem tertiam, vel quartam, interdum etiam pondus æquale. Pleraque etiam macerantur vino maluatico, spiritu vini, aqua, aceto, &c. Laser, styrax, benzoin, præmacerantur aqua vel spiritu vini: sic laudanum quidam destillant cum vino maluatico: Camphura artificiose miscetur cum cineribus absinthii, deinde cum luto hgulino rediguntur in globulos, qui exiccati destillantur lento igne per Arenam. Thus & mastix etiam cum aqua vitæ destillari possunt: Bdellium soluitur aceto, deinde miscetur cum puluere silicum calcinatorum dimidia quantitate, destillatur per 12. horas. Oleum picis, fit coquendo cum vino donec consumatur, deinde ad lib. i. additur

Alum.

Alum.lib.ſ.ſaluiæ m.i. oleum per alembicum deſtillatum ter rectificatur.

Ceræ oleum ſic fit: coquitur cum vino generoſo ſepties, deinde miſcetur cum lapill. fluuiatilium m.aliquot, vel cum fragmentis laterum.

Oleum è caſtoreo fit vel ſoluendo cum aceto aut ſpiritu vini. Oleum è mumia fit cum ſale & Terebinthina, vel cũ theriaca & moſcho. Oleum ſcorpionum fit, ſuffocando eos in oleo, deinde deſtillãdo: addunt nõnulli dictamum album, roremarinum, verbenam, betonicam, abſynthium, &c.

Oleum mellis fit; primo in fimo per menſem digerendo, deinde cũ momento ſalis & puluere ſilicum caute deſtillando. Vide ſpiritum mellis.

Olea metallorum, gemmarum & mineralium, omnia inuenies & ſingula in Baſilicæ Chymicæ noſtræ lib. 1. 2. 3. 4. 5. &c. His etiam addenda ſunt olea expreſſitia, quæ è rebus comminutis ſub prælo exprimuntur, Item & olea per elixationem excocta, de his talis erit noſter ſermo, & quia officinarum longum ſunt complementum, veram de his præparationem tali methodo damus. R. Oleum omphacinum, ex oliuis expreſſum, recens, & odoratum, hoc ablue aqua communi deſtillata, ipſumque purifica in B.M. donec nullas amplius fæces ſeponat. Huius deinde olei ſic præparati cape lib. i. Roſar. Rubr. recentium vnguibus expurgatarũ, & tritarum in marmore lib. i. ſ. Indãtur omnia in matratio vitreo bene obturato, vt putrefiant in fimo præparato & calenti per 12. dies: poſt expreſſis omnibus & abiecto magmate, recentia & trita in marmore folia oleo reſeruato, denuo immittantur, ac in matratio obturato putrefiant, vt prius in putri vtero calido per 12. dies: idque reiterabis tertio, vt perfectum & optimum oleum aſſequaris. Sic cætera olea refrigerantia pro topicis medicamentis optime conficies. Sic olea cytoniorum & myrtillorum, quæ refrigerant & adſtringunt, ventriculo, lieni, cerebro, ano, inteſtiniſque imbecillioribus accommoda ſunt. Eadem via olea chamæmeli, & liliorum, quæ neruos corroborãt, modice reſoluunt, & dolores apprime ſedant, niſi quod cum oleo dulci maturo præparato fiunt Ex mentha autem, abſynthio, nardo, lentiſco, & reliquis, quæ modice calefaciunt, ventriculum, & alias partes illita corroborant, concoctionemque iuuant, cum omphacino extrahitur eodem modo oleum: ſed prius præparatur, cum propria ipſorum

aqua, & vino aſtringente, & ab omnibus fecibus deputari debet in B. M. per aliquot dies, vt dictum eſt. Quod ſi quis potentius per ipſa olea calefacere, attenuare, & digerere velit, ſumat æquas partes olei in B.M. depurati, & S. vini. Sic ex Baccis lauri, & ſimilibus præſtantiora elicies olea, ſi per menſem in fimo calido omnia digerantur, deinde exprimãtur, & ad vſus reſeruentur. Conferunt a. frigidis cerebri, & neruorum affectibus, flatuſque diſcutiunt. Præſtantiora a. multo omnia hæc calidæ qualitatis olea fient, ſi per ſe cum ſolo ſpiritu vini per Bal. Mariæ vaporoſum extrahantur, ſine olei additione.

Olea hæc craſſo modo parata ſic appropriantur à præceptoribus noſtris Galenicis: Oleum menthæ, abſinthii, maſtichinum, nardinum ſimplex & compoſitum excalefaciunt ventriculum, ab extra intellige vſurpatis. Oleum amygdalarum & nucleorum perſicorum, excalefaciunt Hepar. Oleum de cappatibus, de Behen, liliorum ſimplex ac compoſitum excalefaciunt lienem. Oleum Irinum ſimplex ac compoſitũ, item anethinum, cheyrinum, crocinum, de caſtareo compoſitum excalefaciunt vterum.

Oleum ſulphuris, nucum, rutaceum, nucis moſchatæ, de nuce Indica, ex Beniouino excalefaciunt articulos. Oleum coſtinum compoſitum Meſuæ, de piperibus compoſitum Meſuæ, piperis ſimplex, de euphorbio, enulatum, lũbricorum, ſampſuchinum compoſitum, liguſtrinum, Regis Druid excalefaciunt neruos. Oleum de papauere Meſuæ, mandragoræ Nicolai refrigerant caput: Oleum cytoniorum, myrtinum Actuarii & Meſuæ, item lentiſcinum, omphacinum, roſaceum, refrigerant & corroborant ventriculum. Oleum violaceum & nenupharinum refrigerant pectus. Oleum cucurbitarum refrigerat vterum. Oleum ricinum ſiccat. Sic humectant oleum oliuarũ recens, amygdal. dulcium, ſeſaminum, melonum & cucumeris. Oleum oenanthinum adſtringit. Sic oleum lini, narciſſinum, ex ſtyrace emolliunt. Oleum iaſminum laxat. Oleum chamæmelinum rarefacit. Detergentia olea ſunt, oleum de myrrha, tartari, frumenti, ouorum, ſambucinum, raphaninum, gentianæ, &c. Olea glutinantia ſunt: Oleum Nicotianæ, balſaminæ, liquidambar, balſamum Nicolai, oleũ vulnerum Antonii, & oleum vulnerarium Heurnii.

Olea ſomnum inducentia ſunt: oleum malorum aureorum, oleum hyoſciami; Olea frangũt calculum, è granis citri, ſcorpionum ſimplex ac com-

ac compoſitum, oleum de ceraſis. Olea coitum iuuantia ſunt: oleum formicarum, ex piſtaciis. Dolorem ſedant oleum laurinum, ſambucinum Auguſtani, oleum hyperici Florentini, liliorum cõuallium, moſchellinũ Nicolai Alexandri, populinum Nicolai, vulpinum Meſuæ, ex ſem. ebuli & auellanarum Auguſtani. Olea quæ purgant ſunt oleum cnicinum Meſuæ, & oleum thymelææ Rondeletii, &c. Hæc ſufficiant de oleis, nunc de Balſamis.

A nonnullis hodie, & non paucis balſamum accipitur pro medicamento liniméti forma, ex oleis deſtillatis, parato, quod colorem, odorem ac ſaporem ipſius plantæ vel aromatis refert. Cum enim olea ſint, tenuium partium, & facile exhalent, præterea vitra, in quibus aſſeruantur, facile frangi poſſint: Modus eſt, quo linimenti quaſi forma aſſeruantur in argenteis capſulis, & intra corpus exhiberi, ac loco odoramentorum & vnguentorum vſurpari poſſunt; modus parandi hic eſt: ſumitur cera alba optime depurata raſa: Huic additur oleum deſtillatum, quodcunque lubet & miſcetur, donec linimenti formam acquiſierit; quæ mixtura iam odorem & ſaporem rei refert. Vt & colore non careat, extrahenda eſt ex re illa tinctura cum ſpiritu vini optimo, atque ſpiritu vini iterum ſeparato, tincturæ illius quantitas ſufficiens ad colorem conciliandum admiſcetur. Poteſt etiam tinctura primo loco ceræ admiſceri, & hinc oleum addi.

Quidam ceram hoc modo præparant: R. ceræ albæ vnc. vi. Olei amygdalarum dulcium recenter expreſſi vnc. ii ſoluantur; Affunde ſpiritũ vini, vt digitum tranſuerſum emineat: ſtent in digeſtione tres dies: detrahatur humidum per balneum, cera in fundo remanet, quæ ad vſum ſeruandã. Nonnulli loco cerę mannam optime depuratam ſumere malunt, veluti vult noſter præceptor D. Ioſephus Quercetanus. Alii medullam crurum vituli lotam falſo approbant: Et omnino in materia oleis excipiendis apta, neſcio, quid ſecreti vel artificii quærere nonnulli conantur; Vt in colore retinendo; quem etiam Mangonio quodam male conciliant. Verum prudens ſapienſque medicus, qui, in quibus vires illorum medicamentorum conſiſtant, nouit, quo loco talia habere debeat, nouerit. Vix quidquam plus olei, quam cera imbibit; verum tardius cum oleis exacte miſcetur. Non vero ſolum ſimplices, ſed compoſiti tales balſami concinnantur. Exempli gratia, Balſamum apoplecticum hoc modo parare licet.

R. Con--

R. Confect. anacardinæ drach. ii. olei ſuccini, lauendulæ an. gut. ii. vel plures. Zybethi ſcrup. ii. Ambræ griſeæ drach. i. Moſchi opt. drach. i. olei nucis moſchatæ per expreſſionem drach. vi. Miſce. contra peſtem talis eſt: R. olei nucis moſchatæ per expreſſ. vnc. ſ. olei rutæ deſtillati, olei ex corticibus citri, ol. Angelicæ, Caryophyllorum an. gut. iv. vel plures. Miſce.

Balſamus Apoplecticus præſtantiſſimus talis etiam ſit: R. Olei nucis moſch. expreſſi ʒ. ii. ambræ griſeæ drach. i. nigræ drach. 1. ſ. moſchi ʒ j. ſ. Zibittæ drach. ii. ſ. olei liliorum cõuall. cum lauendula deſtill. drach. ſ. ol. cinnam. ſcrup. 1. Maioranæ drach. ſ. Caryophyll. gut. vi. ſuccini drach. 1. ſ. Ex his omnibus ſ. a. mixtis fiat in iuſta conſiſtentia balſamus. Tales etiam in alios vſus ex oleis cõuenientibus parari poſſunt. Deinde ſunt etiam olea parata compoſita, è quibus quædam hodie vocantur balſama. Etſi enim balſamum olim nobiliſſimo & ſuauiſſimo odore præditi liquoris ἀνθρώπου nomen fuerit: Tamen cum iam dudum nobis is incognitus ſit: Medici in eam curam incubuerunt, vt alios liquores compoſitos ipſi ſubſtituerent, qui, quãtum fieri poteſt, eius vires æmularentur. Tales plurimi, qui & intra corpus ſumuntur, & externi corporis adhibentur, paſſim deſcripti extant, collegitque plurimos Geſnerus, in parte 1. & 2. Item Weckerus &c. paucis percurremus aliquot.

Balſamum Heurnii.

℞. *Florum Lauendulæ,*	*Maiorane,*	*Stoechados*
Flor. 3. Cordialium,	*Spicæ,*	*Fol. Lauri*
Meliſſæ	*Hyperici*	*Betonicæ*
Saluiæ	*Rutæ*	*Menthæ*
Abſinthii Rom. an. m. i.	*Scordii*	*D. Ctamni an. m. ſ.*
Rad. Zedoariæ,	*Peucedani*	*Angelicæ*
Enulæ	*Iridis*	*Paoniæ vtriuſque*
Calami aromat.	*Valerianæ*	*Struthii*
Sem. Citri	*Ocimi an. ʒ ſ.*	*Cort. Citri*
Cinnamomi	*Galangæ*	*Nucis Moſchatæ.*
Macis	*Caryophyll. an. ʒ i.*	*Gentianæ*
Rhabarbari	*Cubebarum an. ʒ iij.*	*Croci drach. ij.*
Styracis	*Myrrhæ an. ʒ iii.*	*Thuris*
Maſticis	*Beniouini an. ʒ i.*	*Camphoræ drach. ij.*

Moſchi

Moſchi drach.i. *Olei Terebinthinæ deſtill.lib.iii.*
Spiritus vini vnc.iv. *Digere ac deſtilla per B. Maria.*

Balſamum artificiale aliud.

℞. *Olei Terebinthinæ cum ſ. vini rectificatæ lib.i. vnc.iii.*

Florum Borraginis,	*Roſarum,*	*Bugloſſæ*
Stœchados	*Spicæ*	*Lauendulæ*
Roſmarini	*Chamomillæ an.p.i.*	*Sem. Aniſi*
Fœniculi	*Baſiliconis,*	*Pæoniæ an.drach.ſ.*
Rad. Angelicæ	*Enulæ*	*Phu*
Iridis	*Acori veri*	*Dictamni*
Glycyrrhizæ,	*Rad.Pæoniæ*	*Spicæ Indicæ an.drach.i.*
Cort. Citri	*Arant.an.ſcrup.ii.*	*Saluiæ*
Maiorana	*Lauendulæ*	*Rorifmarini*
Hyſſopi	*Menthæ*	*Betonicæ*

Fol.lauri an.p.i. M. Deſtillentur cum aquæ Aniſi, vel Caryophyllorum per Beciam cupream, Deſtillatis, oleum rectificæ cum vnc. iii. Styracis liquidæ, peracta rectificatione in Beciæ fine fœcibus cum aquæ quæ tranſiit ſimul in deſtillatione, R. oleum rectificatum & adde de nouo ſtyracis calamitæ, Myrrhæ an.vnc.ii. Laccæ, ſuccini albi an. vnc.i.ſ. Maſticis, Thuris, Aſſæ dulcis an. vnc.i.ſ. quibus pulueriſatis, affundatur oleum & aqua, & viciſſim deſtillentur, peracta & hac deſtillatione adde

Zingiberis,	*Zedoariæ,*	*Galangæ an.drach.i.ſ.*
Rhabarbari drach.ſ.	*Gentianæ,*	*Cubebarum an.drach.i.ſ.*
Croci drach.ſ.	*Cinnamomi vnc.i.*	*Nucis Moſchatæ,*
Macis	*Caryophyll. an. drach. vi.*	*Calami odor. vnc.ſ.*

M.& deſtilla vt ante, deinde ſepara oleum & ſerua pro Balſamo.

Balſamum aliud.

℞. *Rad. Angelicæ*	*Valerianæ*	*Chamæleonis albi*
Chelidonii	*Enulæ*	*Cichorii ana drach.i.ſ.*
Herb.Chelidonii	*Meliſſæ*	*Adianti*
Chamedryos	*Maiorana*	*Verbenæ*
Roſmarini	*Saluiæ*	*ba*
Chamepityos	*Hyſſopi*	*bados*
Fol.lauri an.p.i.	*Florum verbaſci*	*Hypericí*

Digitized by Google

Cent.minor.	*Viol.lutearum*	*Betonicæ*
Chamomillæ	*Nardi Celticæ*	*Flor.roſ.anap.i.*
Sem.aniſi	*Ocymi*	*Carduibenedicti*
Sem.paoniæan.ʒi.	*Baccar.iuniperi*	*Cort.citri an.vnc.ſ.*

Omnia inciduntur,& mixta induntur ampullæ, maceranturque ex olei è reſina abiegna lib.i.vnc.iv.aquæ cinnamomi ſtillatitiæ lib.4. Deinde deſtillantur vt oleum è ſemine aniſi: poſtea

℥.*Styracis liquidæ vnc.iij. Myrrhæ, Styracis calam.ana vnc.ij. Thuris, Maſticis, Laſeris ana vnc.i.ſ.*

Hæc liquore ſuperiore ſtillatitio perfunduntur, vrgenturque ex argilla: Tum

℥.*Rhabarbari ʒi.*	*Gentianæ ſcrup.iv.*	*Zedoariæ*
Galangæana ʒij.	*Cinnam.vnc.i.*	*Nucis moſch.*
Caryoph.an.ʒvi.	*Croci drach.ſ.*	*Cubebarum ſcrup.iv.*

Hæc conteruntur, imponunturque ampullæ mundatæ,& oleo deſtillato permixta, item per operculum euocantur, tandem ſeparata aqua,oleum reconditur vaſi pro balſamo.

Balſamum aliud Villanouani.

℥.*Galbani lib.i.*	*Gummi hederæ vnc.iij.*

Minutim conterantur & miſceantur terendo ſimul, & mittantur in Bociam vitreatam cum ſuo alembico, & deſtillentur in B. M. hoc deſtillatum commiſce cum olei Laurini drach. j. Terebinthinæ lib.ſ.

Deſtillentur & oleum ab aqua ſeparetur.

Balſamum Vigonis.

℥.*Styracis calamitæ*	*Ladani*	*Croci*
Thuris maſculi	*Gummi Arab.*	*Rubiæ tinctorum*
Gummi hederæ	*Aloes ſuccocitr.*	*Maſticis*
Caryophyll.	*Galangæ*	*Cinnamomi*
Nucis moſch.	*Cubebarum an.vnc.ij.*	*Myrrhæ*
Gummi elemi	*Bdellii ana ʒi.*	*Sagapeni*
Ammoniaci	*Opopanacis an.drach.x.*	

Olei omphacini lib.ij. Miſc.ac deſtilla, ſemelque vt artis eſt, rectifica.

Balſa-

Digitized by Google

Balſamum ad capitis dolorem.

℞. *Maſticis* *Nucis moſch.* *Cinnam. an. drach. i.*
Caryophyll. *Galangæ* *Zedoariæ*
Ladani an. vnc. i. ſ. *Succi Ebuli* *Succi cucum. ſyl. an. vnc. i.*
M. deſtillentur ſecundum artem.

Balſamum diuinum.

℞. *Spermatis Ceti, Sang. humani, Medullæ tauri ana lib. i.*
Cineris oliuarum vnc. ij. Moſchi vnc. i.
M. & deſtilla per retortam.

Balſamus ad paralyſin.

℞. *Macis* *Styracis ana vnc. i.* *Belzoini vnc. ſ.*
Terebint. lib. ij. laterum antiquorum oleo Iaſmino extinct. q. ſ.
Fiat deſtillatio in alembico vitreo: tres fluent liquores, tertius eſt optimus.

Balſamus ad contracturas.

℞. *Caſtorei vnc. i.* *Euphorbii vnc. ij.* *Caryophyllorum*
Macis *Nucis moſch.* *Cinnam. an. vnc. i. ſ.*
Flor. ſaluiæ *Lauendulæ* *Lilii conual. an. m. ij.*
Maſticis *Myrrhæ* *Thuris ana vnc. ij.*
Mumiæ vnc. i. ſ. *Olei ſpicæ vnc. i. ſ.* *Gran. iunip. lib. ſ.*
Olei Laurini ℥iv. *Terebint. lib. ſ.* *Olei hyperic. lib. i.*
Digerantur, deinde deſtillentur.

Balſamus ad memoriam.

℞. *Cubebarum* *Macis* *Zingiberis ana. vnc. i.*
Moſch. ſcrup. ſ. *Piperis longi* ℥i. *Croci drach. ij.*
Galangæ drach. ij. *Nucis moſch.* *Caryophyll.*
Granor. parad. *Cinnam. an.* ℥i. *Aquæ flor. roſ. lib. i.*
Terantur, miſceantur ac deſtillentur, deſtillationi adde
Olei veteris lib. i. *Olei de Been* ℥i. *Caſtorei*
Euphorbii an. ℥iv. *Synapi vnc. vi.* *Olei citri*
Olei ſeſamini *Hypericonis* *Olei de ſpica.*
Olei de zibetto an. ℥. ſ.
M. digere & deſtilla.

Digitized by Google

Balſamus ad vulnera.

℔. *Thuris*	*Maſticis.*	*Myrrhæ ana vnc. ij.*
Aloes	*Xyloaloes*	*Galangæ*
Cinnamomi	*Caryophyll.*	*Nucis moſch.*
Cubebarum an. ℥i.	*Aquæ vitæ vnc. iij.*	*Galbani vnc. ij.*
Terebint. lib. i.	*Gummi elemi vnc. ij.*	*Gummi hederæ vnc. ij.*

Maceratis ac digeſtis deſtillentur.

Balſamus ſulphuris, Antimonii, Martis, &c. tractatur à nobis in baſilica chymica lib. de metallis & mineralibus, &c.

CAPVT XXIII.

De vomitoriis.

VNiuerſales purgationes fiunt per ſeceſſum & vomitum, vt docet Galenus. Vacuatio per vomitum in longe maiore frequentioreque olim vſu erat, quam iam apud nos. Remedia, quæ vomitum prouocare ſolent, communi nomine vomitoria nuncupantur. Eorũ qualitas ab arte producta, ex iis cauſis indaganda eſt, quæ naturaliter vomitum concitant. Quod cum ita ſit, vomitus naturalis eſt opus & beneficium facultatis expultricis ventriculi, dum ea, quæ ob aggrauantem copiam, aut moleſtam qualitatem, aut ſubſtantiam venenatam & prorſus alienam illi aduerſantur & noxia ſunt, per œſophagum vi & impetu expellit, inferioribus ſuis partibus contractis: ſuperioribus vero dilatatis, vt docet Galenus pluribus in locis. Vomitiones arte concitatæ iſtorum ſunt generum, vt vel ventriculum nimia copia & quantitate preſſum moleſtent, ſiue ſit aqua, ſiue vinum, ſiue ſimilis quæuis potio, aut eundem qualitate ſua acri & mordicante vellicent, lacinent aut diſſoluant, & ſic ad vomitum excitent: aut tota ſua ſubſtantia prorſus ipſi contraria ſint, qualia ſunt quæcunque in venenorum numerum veniunt.

Hinc tres differentiæ medicamentorum vomitoriorum aquæ, ac ſupra purgantium efficiuntur: ſuntque vel benigna, vel mediocria, vel violenta, hoc eſt, quæ ſumma vi vomitum eliciunt.

Quas tres differentias vomitoriorũ remediorum vel ex ipſius Galeni ſcri-

ni ſcriptis eruere licet lib.1.de alimentis.cap.de ſeſamo & l.15.c.4.de vſu partium quo lectorem ablegamus.

Materia igitur,ex qua tria illa vomitoriorum genera componuntur, neceſſario quoque triplex ſtatuatur. Benignis fabricandis ſufficiet aqua tepida cum ſyrupo acetoſo vel oxymelite ſimplici, vel oleo oliuar. amygdalar.dulc.quæ in quantitate ſatis magna ſunt exhibenda. Mediocria paulo magis prioribus iſtis ſtimulant, & irritant expultricem ventriculi facultatem, quibus ſola & ſimplex accedit decoctio cum rad. & ſem.raphani, atriplicis, erucæ, naſturtii,cæpe: quibus addi poteſt, vel ſyrupus acetoſus compoſitus,vel oxymel ſcylliticum, aut hydromel quoddam compoſitum cum rad.aſari, prout vomitum nium plus minus efficacius reddere voles.

Hic notandum eſt, quod vomitoria enarrata primi & ſecundi ordinis tum vſurpari queant, quando ſuperflui & noxii humores tunicis ſtomachi adhæreſcens euacuandi veniunt, qui alias progignunt cruditates:vnde ventriculi imbecillitas,flatus, ἀτροφίαι & ſimilia ſymptomata, tanquam illarum comites indiuidui conſequuntur:in quibus purgantibus huic ſcopo deſtinatis, ſemper addenda erunt detergentia. Commemorata vomitoria tam benigna illa,quam mediocria, etiam vtiliter exhiberi poſſunt, quando ventriculus nimis repletus eſt vel vino vel cibo, nimiaque horum copia moleſtatur & grauatur,vt diſerte monet Hippocr. l.3.de diæta & alibi.Quod ad tertiam vomitoriorum ſpeciem attinet, quæ ſunt violenta, vt veratrum album,ab eorum qualitate, quæ ventriculo prorſus infenſa eſt, & è diametro ipſi aduerſatur, ſupra ſatis diximus. Vſus eorundem non vacat periculo.Nam vt Celſus inquit,illud ſcire oportet, omne eiuſmodi medicamentum (de elleboro verba faciens) quod potui datur, ægris non ſemper prodeſſe,ſemper vero nocere ſanis.Si igitur ex neceſſitate quis coactus ea præſcribere, & ægrotis propinare cogitet, varias prius circumſtantias conſiderare debet. Nam prima corporis regio ſemperprius purganda eſt: humores craſſi & viſcidi incidendi & attenuandi,& vacuationi per vomitum aptiores reddendi: omnes meatus corporis reſerandi, corpuſque optime nutriendum & humectandum, tam alimentis boni ſucci, quam balneis & fomentationibus peculiaribus:ſicut id dilucide docent Hippocr.& Galen. Aphoriſ.ſect.56.Epid.Aphoriſ.9.

rif. 9. l. 2. & 13. l. 4. & Celſus l. 2. c. 13. Exempli gratia videbimus vomitoria antiquorum & aliorum.

Vomitorium Andreæ ex Arnoldo Villanouan.

R. Cort. Rad. Thapſiæ vnc. vi. Cartami excorticati vnc. iii. Cancellæ, Gummi Arabici an. vnc. i. Succi cucumeris aſinini drach. v. mellis aſari q. ſ. Conficitur ſic. R. Duas partes mellis, & vnam ſucci aſari, & fac bullire ſimul, donec poſsit bene deſpumari: quo deſpumato, & colato, incorpora puluerem ſpecierum, denique reſeruetur in optimo vaſe ad vſum per annum.

Vomitiuum Nicolai.

R. Thapſiæ Panormitanæ, Maio vel Iulio collectæ vnc. iii. croci Aphricani, vn. i. ſ. Nucis vomicæ vnc. ſ. Cort. Rad. Raphani vnc. i. ſ. Aſari vnc. i. Mellis Aſari q. ſ. eſt.

In duabus libris mellis deſpumati adde vnc. iv. ſucci aſari, & bulliat ad ſucci conſumptionem. Et ſi ſuccum habere non voluerit, pone thapſiæ, aſari an. vnc. ij. ſ. & dimidiam catapuciarum, & totum depone in aqua marina & bulliat vſque ad medietatem, & aqua ponatur in lib. ij. mellis deſpumati, & coque vſque ad aquæ conſumptionem, & cum tali melle confice.

Vomitiuum Patriarchæ.

R. Thapſiæ lib. i.	*Croci Aphricani*	*Cinnamomi*
Aſari an. vnc. ii.	*Catapuciæ vnc. ii.*	*mellis q. ſ. eſt.*

Detur cum tepida ante acceſſionem.

Aliud Patriarchæ.

R. Thapſiæ lib. iii. Aſari lib. ii. Caſtanetæ vomicæ lib. i. Cancellæ vnc. iix. Sem. Atriplicis lib. i. Granor. Catapuciæ excort. vnc. iii. Gummi Arabici vnc. iv. mellis quant. ſuff.

Doſis eius eſt vſque ad drach. ij. ſeruatur per annum.

Vomitiuum aliud Nicolai.

R. Thapſiæ drach. iv.	*Aſari baccari vnc. i.*	*Cinnamomi vnc. i.*
Croci hortulani ℥i.	*Sem. Atriplicis vnc. ſ.*	*Mellis quant. ſuff.*

Detur in modum caſtaneæ cum calida. Valet tertianariis, & quartanariis, ſed maxime competit quotidianariis.

Vomi-

Digitized by Google

Vomitorium ſcarpellæ Arnoldi Villanoui.

R. Cort. Rad. Thapſiæ lib. i.	*Aſari an. vnc. ii.*
Sem. Carthami excort. vnc. iv.	*Gran. Cataputiæ excort. vnc. i.*
Auellanarum,	*mellis quant. ſufficit.*

Conficitur ſic: Tollæ lib. ſ. Cort. thapſiæ & vnc. ij. tere aliquantulum, & coque cum aqua marina vſque ad conſumptionem medietatis aquæ: deinde commiſce aquam colatam cum aqua marina vſque ad conſumptionem aquæ: quo facto catapuciam cum aliquantulum melle adiice: deinde adde puluerem ſpecierum, & commiſce totum diligenter, & reconde, & ſi vis, adde gummi Arabici: & vtere ſic ad omnes quotidianarios, & tertianarios, ad ſuperius cum calida, & ad inferius cum frigida. Doſis eius ad drach. iij. Probatiſſimum febribus interpolatis poſt ſeptem acceſſiones.

Electuarium ex elleboro vomitorium Heurnii.

R. Ellebori alb. ſicci & inciſi lib. i. *Aquæ lib. xii. vel xiii.*

Fiat infuſio per tres dies naturales: hinc fiat decoctio ad medietatis exhalationem: factaque diligenti expreſſione, abiiciatur elleborum: adde mellis libras tres: repetatur coctio tam diu dum mellis ideam & conſiſtentiam induat: hoc electuarium in vitreo vaſe exceptum, vſui reponatur. Doſis eſt ab vnc. i. ſ. ad vnc. ij. in tenuioribus à 3 ij. ad vnc. ß exhibetur ex mulſa, vel aqua ſaccharata: & omniũ optime cum decocto aniſi. Si quis boli conſiſtentiam malit, coquatur prunis ardentibus in bolum. Quod ſi decipiendi ſint ægri, placentulis aut paſtillis illud includemus.

Hæc ſunt vomitoria noſtrorum Galenicorum: Chymica varia habet Rulandus in centuriis 1. Habet vomitorium ruptorium, quod rũpit abſceſſus & Apoſtemata, confert & anginæ, vide cent. 1. Curat cap. 14. cent. 2. cap. 51. 53. & 62. cent. 3. cap. 18. cent. 4. cap. 11. & 16. cent. 9. cap. 14. 35. & 36. 2. Eſt ſpiritus aureus quo curauit Hydropem, icterũ & aſtma cent. 1. cap. 25. 35. 3. Eſt vomitiuum ludonficum, quod vocat aquam terræ ſanctæ, quæ curauit Epilepſiam, ſtranguriã & Iſchuriam cent. 4. cap. 31. & 33.

4. Eſt calix vomitorius ad curam omnium febrium.

5. Eſt crocus metallorum, ex quo concinnat vomitiuum purgato-

rium

tium pantagogum vide cent.5.cap.13. Quod attinet crocum metallorum, is à nobis ex mente præceptorum meorum ſupra in c.1.de Aquis expoſitus eſt: ſpiritum aureum & aquam terræ ſanctæ putat Doctiſſ. Quercetanus eſſe præparatoria ex antimonio & Mercurio: De his medicamentis vide noſtram Baſilicam Chymicam, ſunt præterea varia vomitiua inter Spagyricos præparata, vt ſal vitrioli vomitiuum, Arcanum præparatum ex vnguibus microcoſmi &c. De his omnibus & aliis in ſuo loco & noſtris Baſilicis ſat bene conſtat, tempus expoſtulat, vt ad reliqua huius libri requiſita nos exponenda accingamus.

CAPVT XXIV.

De collutionibus oris & gargariſmis.

COllutiones oris, Græcis Διαλύσματα, Medicamenta ſunt fluida, quæ in ore continentur, & ſine deglutitione, linguæ beneficio, hinc inde agitantur, doloribus dentium & gingiuarum affectibus inprimis deſtinata.

℞.Rad.pentaphylli, filicis an. ℥iij. rad.biſtortæ drach.ij.tol.Betonicæ,rutæ,ſaluiæ,flor.Roſar.rubr.an.M.ſ. Coq.in ſ.q.vini rubri aſtringentis ad tertias pro oris collutione in dolore dentium. His finitima ſunt Gargariſmata, medicamẽta ſcilicet fluida quibus fauces ſine deglutitione colluuntur, dum nimirum humor ore contentus verſus caput aſperæ arteriæ ſua grauitate, reclinato capite, defluens ſpiritu erũpente repellitur, motuq; reciproco agitatur. Varios autem ob fines adhibentur gargariſmi. Alii enim adhibentur ad repellendum; paranturque ex roſis, balauſtiis, plãtagine, prunella, myrto, acacia agreſta, diamoro, rob.nucum, ſyrupo myrtino, cydoniorum, & ſimilibus.

Alii ſunt diaphoretici, qui habent vim reſoluendi & diſcutiendi paranturque ex chamæmelo, meliloto, origano, ſaluia, ruta, hyſſopo, calamintha, pulegio, thymó, ſatureia, calamo aromatico, & ſimilibus, qui non ſolum in tonſillarum & gargareonis inflammationibus ac tumoribus, ſed & in paralyſi vſurpantur.

Alii ſunt maturantes, ex ſemine althææ, maluæ, lini, fœnigræci, caricis, paſſulis, croco, chamæmelo, oleo amygdalar.dulcium. Alii ſunt abſtergentes, ex ſaluia, hyſſopo, agrimonia, ceterach, maiorana, radice

gly-

glycyrrhizæ,passulis,corticibus capparum,melle rosato,oxymelite,syrupo de prasio,de glycyrrhiza parantur.

Alii consolidantes,alii ἀποφλεγμαντίζοντες, de quibus mox in specie dicetur.

Ex Medicamentorum autem ad quemcunq; etiam scopum ea solũ seligenda sunt,quæ nec sapore, nec odore ingrata sunt,nec venenositatem & malignitatem aliquam habent; cum facile fieri possit,vt aliquid præter voluntatem etiam deglutiatur.

Parantur autem alias ex aquis destillatis, alias ex decoctis conuenientibus,in quibus rob vel syrupi dissoluuntur, proportione subtripla, subquatripla, vel subsextupla,ita vt ad lib.j.aquarum destillatarum vel decoctionis sumantur ℥ij. ℥iij. ℥iv.quibus interdum aliquid specierum Aromaticarum adiicitur,atque mista omnia tepide adhibentur.

℞. Aq.prunellæ ℥iv.acetosæ,rosar.ana ℥ij. diamori ℥j.s.nitri præp. ʒß.F.collutio oris,in inflammatione faucium & æstu.

Alius. ℞. Aqu.prunellæ,plantag.fragariæ,acetosæ,lactucæ ana ℥iij. syr.de rosis siccis,mell.rosati col.an. ℥j.diamori,rob berber.an.ʒvj.aceti rosac. ℥ß. F.Gargarismus incipiente inflammatione.

Alius. ℞.Aq.plantag.prunellæ,lac caprinum,M.pro gargarismo.

Alius. ℞.Saluiæ,hyssopi,origani ana m.j.Cort.rad.apii ʒij. passul. ℥j. hordei p.j. Coqu.in s.q.aq.s. Colaturæ R.lib.s.adde mell.rosar.col.syr. de prasio ana ℥j,sem.Nigellæ ℈ij. Fiat Gargarismus detergens.

CAPVT XXV.

De Apophlegmatismis.

APophlegmatismi & ipsi Medicamenta sunt, quæ ore detinentur, pituitamque è capite & vicinis locis proliciunt, vnde & nomen habent. Plerique etiam appellant μασσητήρια seu mustcatoria. Verũ hæc appellatio vni saltem τῷ ἀποφλεγματικῷ differentiæ competit. Nam Apophlegmatismi seu Medicamẽta,quæ ori & faucibus,ad fundendos & eluendos humores crassos & pituitosos adhibentur,non vna forma ac modo fiunt,etsi materia conueniant,vt iam dicemus.

Primo enim forma gargarismi ἀποφλεγματιζόντων vsurpantur: Exempli gratia,

℞. *Origani* *Pulegii* *Maiorana*

Betonica *Ruta* *Zingiberis*
Piperis *Pyrethri* *Stœchad. Arab. ana vnc. ß.*
Maſtiches *Gran. Pæon. ana* ʒij. *Staphidis agriæ*
N. Moſch. ana drach. ß. *Sinapi drach. vj.*

Contuſa coquantur in vini ſ.q. ad tertias. Colatura ſeruetur in Epilepſia pro Apophlegmatiſmo, quo os collui, cum vel ſine gargariſatione poteſt.

Deinde Medicamenta teri, & cum liquore conuenienti in formam Electuarii redigi poſſunt, quo palarum inungitur. Exemplum eſto:

℞. *Pulu. Macis* *Caryophyllorum* *Synapis*
Pyrethri *Zingiberis ana* ℈ß. *Mellis vnc. ß.* Miſce.

Tertio ſunt Maſticatoria dicta, quæ diutius in ore retenta & maſticata, partim calore ſuo pituitam liquant, fundunt, ac eliciunt, partim vi, qua pollent, ſtimulandi facultatem cerebri expultricem ad ea, quæ moleſta ſunt, eiicienda irritant. Hæc iterum tribus modis fieri poſſunt.

Primo enim ſaltem Medicamenta ſimplicia, vel integra, vel conciſa nonnihil, ore detinentur, & maſticantur.

Ita Maſtichæ, Vuæ paſſæ, Pyrethrum, & ſimilia vel ſola, vel miſta pro Apophlegmatiſmo maſticantur.

℞. *Maſtiches* ʒij. *Rad. Pyrethri* *Sem. Staphidis Agriæ ana* ʒß.

Conciſa concidantur, atq; ſi lubet, addantur Vuarum paſſarum ʒij. & maſticentur.

Secundo eadem Medicamenta trita, & mellis vel ceræ, ſufficiente quantitate excepta in Trochiſcos, inſtar lupinorum vel auellanarum pondere ℈j. formantur.

℞. *Piperis longi* *Nucis Moſch. ana* ʒj. *Pyrethri*
Staphid. agriæ ana ℈ij. *Sinapis* ℈j. *Mellis q. ſ. F.*
Vel: ℞. *Piperis albi* *Pyrethri* *Zingiberis*
Cubebarum ana drach. j. Trita excipiantur Maſtiche.

Tertio eadem Medicamenta trita linteo forti excepta in nodulum conformantur, qui dentibus teri & maſticari poſſunt.

℞. *Cubebarum* *Piperis albi ana drach. j.* *Pyrethri drach. ß.*
Maſtiches ʒß. Contuſa & commiſta nodulo vel ſacculo linteo inclúdantur & maſticentur.

Cum autem his Medicamentis omnibus hoc commune ſit, vt humores à cerebro, inprimis circa baſin eius hærentes in fauces, vt per os eiician-

Digitized by Google

eiiciantur, deriuent: facile hinc patet, iis, quibus fauces, & interior oris regio læsa est, aut qui alias destillationibus ad fauces & pulmones obnoxii sunt, Apophlegmatismos non conuenire; cum iis potius humores à faucibus auertendi, quam ad fauces trahendi sint.

Masticatorium I. Quercetani.

℞. *Sem. staphysagriæ* *Eruce* *Sinapis ana* ʒij.
Pul. flor. Betonicæ *Hyssopi ana* ℈j. *Salis Ammon.* ʒß.
Pyrethri ʒj. *Masticches* *Ceræ q. s.*
Fiant Trochisci formæ fabæ similes.

Masticatorium diuulsorium ad Paralysim.

℞. *Diatrag. calidi* ʒij. *Masticches* ʒß. *Pyrethri*
Staphysagriæ *Gran. Paradisi* *Costi*
Zingiberis ana ʒj. *Piperis longi* *Caryophyll. ana* ℈j.
Pul. Rad. Ireos *Turbith gummosi ana* ʒß.
Dissoluantur cum Syrupo de Stœchade, F. Masticatorium.

Masticatorium pro delicatis.

℞. *Rad. Pyrethri in Oxymelite macerata, exsiccata & pulverata,*
Staphysagriæ, *Sacchari candi ana* ʒß.
Excipiuntur mucilagine Gummi Tragacanthi, & fiat Masticatorium.

CAPVT XXVI.

De Dentifriciis.

DEntifricia, Græcis ὀδοντοτρίμματα, & σμίγματα ὀδόντων, inprimis ad dealbandos, extergendosque & stabiliendos dentes, gingiuasq; laxas comprimendas parantur. Est autem dentifriciorum non vnus modus. Primo enim liquoribus conuenientibus ablui, aut gossypio vel panno lineo apto liquore imbuti dentes fricari possint.

℞. Aq. Prunellæ, Saluiæ, Fragar. an. ʒij. Aluminis vsti drach. j. Camphoræ ℈j. Mell. rosati colati, Diamor. ana ʒj. M. ad dentes emundandos.

Potest talibus & spiritus vitrioli admisceri. Nam, vt Crato, consil. 72. scribit, ad dentium putredinem & cariem tollendam vix vlla res melior est, quam spiritus vitrioli.

Deinde forma linimenti eadem adhiberi poſſunt, ſi pulueres, melle, oxymelite ſimplici, ſcillitico, melle roſato, vel ſyrupo roſarum excipiantur.

℞. Rad. Ireos ʒj. pumicis ʒij. alumin. vſti ʒß. oculorum cancri, corall. rubr. ana ʒj. In puluerem redacta, excipiantur melle roſato, cui etiam aliquid oxymel. ſcyllit. addi poteſt. F. Linimentum.

Vel: ℞. Pulu. ireos, rad. fragor. roriſmarini ana ʒj. ſanguinis dracon. ʒj.ß. Caryophyll. corall. rub. ana ʒß. Maſtiches ϑj. roſ. rub. aluminis vſti ana ϑß. Aſpergantur primo aqua roſar. Deinde cum oxymelite ſcillitico redigantur ad craſſitiem Electuarii vel Linimenti ad gingiuas tabeſcentes. Crato.

Tertio, forma pulueris dentibus affricantur.

℞. Corall. ʒij. oculorum cancri, pumicis ana ʒj. cinnam. maſtiches ana ʒß. Fiat Puluis.

Quarto formantur trochiſci vel penicilli inſtar ſuppoſitoriorum, quibus exſiccatis & induratis dentes fricentur.

℞. Farinæ Laterum, C. C. vſti præp. pumicis, corall. rubr. præpar. ana ʒj. Galliæ moſchatæ q. v. Miſceātur cum Tragacantha in aqua roſarum ſolut. Formentur paſtilli, qui exſiccentur ad dentifricia.

Poſt Dentifricia cōmodum eſt, ſi os colluatur vino inprimis, in quo radix ireos, vel aliud quid conueniens maceratum ſit.

CAP. XXVII.

De Glandibus & Clyſteribus.

GLandes Græcis βάλανοι, vulgo ſuppoſitoria, ſunt Medicamenta ſolida, quæ ano immittuntur, figura oblonga & tereti, inſtar glandis, vel candelæ cereæ, 4. vel 5. digitos tranſuerſos longa. Nam nimia longitudo vix vtilis eſt; cum ſi facultatem expultricem irritare debeant, non præſtent id, niſi qua parte inteſtini recti extremū rangant. Verum enimuero glandes non ſemper in eundem vſum parantur. Frequentiſſime quidem adhibentur, vt aluum laxent, facultatemq; expultricem ſtimulent: Interdum tamen ob alios quoq; effectus. Cum ſcilicet vlcus eſt in inteſtino recto, vt detergeant, conſolident & exſiccent: cum dolor adeſt, vt eum ſedent & demulceant: cum humores verſus ſuperiora ruūt, vt retrahant, & reuellant: cum aſcarides adſunt, vt eaſdem interficiant.

Tria genera glandiū. Glandium tria ſunt genera: Lenes, quæ infantibus ſufficiūt, ex lardo, ficu

ficu inuerſa, ſeuo Hircino, Bubulo, caulibus & radicibus Betæ, Braſſicæ, Bliti, Mercurialis, fiunt. Mediocres parantur ex melle ad craſſitiem cocto, ſtercoris muris nonnunquam addito, ex vitello oui, Sale, & modico Croci, & melle, ſapore albo. Fortiores componuntur ex melle, ſale, & ſpecierum purgantium puluere, vt Hieræ ſ. Hieræ cum Agarico, Hieræ Logadii, Aloe. Fortiſſimi cum ſpeciebus ad ſuppoſitoria parãda cõuenientibus, puluere Ellebori albi, Euphorbii, Scammonii, Turbith, Colocynthidis, Sale Indo, Ammoniaco, nitro, felle Taurino: quibus vtimur tantummodo, cum facultas ſopita eſt, & à diſtantioribus locis retrahere conamur. Exempla hæc ſunt:

℞. Mellis crudi vnc. j. Spec. Hieræ ʒj. Salis ʒß. Coq. melle ac ſale ſpecibus adiectis. Fiat ſuppoſitorium.

Vel: ℞. Pulu. Agarici, Colocynthid. ana ∋ß. Hieræ, Salis gemmæ an. ∋j. Mellis q. ſ. Fiat ſuppoſitorium.

Vel: ℞. Mellis ad ſpiſſitudinem cocti vnc. ß. Helleb. albi, Scammonii, Salis gemmæ ana ∋ß. Fiat ſuppoſitor.

Glandes de iis, qui in ano habent vlcera, fiſſuras, inflammationes, atque alios tumores, & cum ex Hæmorrhoidibus dolores infeſtant, incommode applicantur: dolorem enim exaſperant; Ad dolorem v. ſedandum tale ſuppoſitorium parari poteſt.

℞. Opii. Croci, Caſtorei ana ∋ß. cum melle cocto aut cera & oleo Nymphææ, vel Violarum formetur ſuppoſitorium.

Imo cum ne duritiem glandium, dum anus clauditur, ægri hoc modo affecti ferre poſſint, ex linteis & floccis mollibus in turundam conformatis, Medicamenta, quibus opus eſt, tum applicantur.

℞. Spumæ argenti, Ceruſſæ ana vnc. ß. Pompholygos, Croci, adipis Anſeris ana ʒij. Vitelli oui aſſati N. j. vini antiqui & ol. roſacei q. ſ. Fiat Linimentum ad inflammationes Rhagadas & vlcera ani, quo turunda illinatur. Nunc de Clyſteribus.

Clyſter Græcis κλυσὴρ, κλυσμὸς, κλύσμα & ἔγκλυσμα ab eluendo dictus, etſi id genere omni Medicamenti genus ſignificet, quod liquidum in partem aliquam infunditur: tamen in ſpecie, vt & ἔνεμα, ab iniiciendo, plerunque accipitur ſolum pro Medicamento, quod per anum in inteſtina iniicitur. *Clyſter.*

Varios autem ob fines iniiciuntur Clyſteres, variæ oriuntur Clyſterum differentiæ. Quidam. n. aluum laxant; atq; horum alii emolliendo id *Clyſteres varij. Clyſteres emollientes.*

Digitized by Google

id præſtant, qui fiunt ex fol. Maluæ, Altheæ, Parietariæ, Brancæ Vrſinæ, Atriplicis, Violariæ, Rad. Althęæ, Lilior. alborum, Sem. Lini, Fœnugræci, Althææ, Pſyllii, Prunis, ficubus, oleo communi, Violarum, Chamæmelino, Amygdal. dul. Butyro ſine ſale, mucilaginib. pulpa caſſiæ.

Clyſteres purgantes. Alii purgando, quibus purgantia Medicamenta adiiciuntur. Quidam abſtergunt, qui nimirum componuntur ex hordeo, Mercuriali, Parietaria, Abſynthio, Agrimonia, Cent. minor. Piſis, Ciceribus, Lupinis, Furfuribus, Melle roſato, Hiera.

Clyſteres ad flatus. Quidam ad flatus diſcutiendos & excludendos componuntur, ex Chamæmelo, Ruta, Origano, Calamintha, Aneto, Baccis lauri, ſemin. Rutæ, Aniſi, Cummi, Carui, oleo Ruraceo, Laurino, Anethino, Chamæmelino, Elect. de Baccis Lauri.

Clyſteres aſtringentes. Quidam aſtringunt, paranturq; è Polygono, Plantagine, Roſis Eubœis, Equiſeto, Myrto, Balauſtiis, Nuce Cupreſſi, Gallis, Acacia, Cydoniis, Berber. copulis glandium, Sem. Acetoſæ, Portulacæ, ſanguine Draconis.

Clyſteres glutinantes. Quidam glutinant, componunturque è ſanguine Draconis, Thure, Myrrha, Sarcocolla, Terra ſigillata, Bolo Armeno.

Clyſteres ad dolores ſedandos. Nonnunquam & ad dolores inteſtinorum & renum fiunt ex Anodynis clyſteres: Exempla quædam in media allata, veritatem dicent.

Clyſter emolliens: ℞. Rad. Althææ, Liliorum albor. ana ℥j. Maluæ, Parietariæ, Mercurialis, Brancæ Vrſinæ ana m. j. Sem. Lini, Fœnugræci ana ℥ß. Ficuum N. iij. Coqu. in ſ. q. aquæ. Colaturæ R. lib. j. adde Caſſiæ extractæ ℥j. Diaprunis ſolu. ℥vj. Olei violacei, Chamæmel. ping. anſerinæ ana ℥j. F. Clyſter.

In febribus ſi aluus ſit adſtricta, & lumborum calor adſit, ex emollientibus & refrigerantibus Clyſteres componimus tales.

℞. Maluæ, Violariæ, Parietariæ, Endiuiæ ana m. j. Fumariæ m. ſ. Flor. Chamæmel. p. j. Sem. 4. frigid. maior. ana ℥j. Tamarindorum ℥vj. Paſſularum ℥ß. Coq. in ſ. q. aquæ. Colaturæ R. lib. j. adde Caſſiæ pro Clyſter. ℥j. Elect. Diacathol. ℥iij. Olei violacei ℥iij. F. Clyſter.

Alius purgans materiam craſſam in Paralyſi: ℞. Calamenthi, Pulegii, Origani, Centaur. min. Mercurialis ana m. j. Polypodii querni, Sem. Carthami in petia ligati ana ℥vj. Stœchad. Arab. ℥j. ß. Agarici in petia ligati ℥ij. Coq. in ſ. q. aquæ. Colaturæ R. lib. j. Adde Elect. hieræ ſ. hieræ Logadii, Benedict. Laxat. ana ℥iij. olei Anethini ℥iij. Salis gemmæ drach. j. F. Clyſter.

Clyſter

Digitized by Google

Clyſter abſtergens in Dyſenteria: ℞. Hordei torrefacti m.j. Furfurum p. j. Verbaſci, Agrimoniæ ana m.ß. Coq. in ſ.q. aquæ. Colaturæ R. ℥xviij. Olei roſ. compl. ℥j. vel mellis roſati, Sacchari rubri ℥j.ß. F. Clyſter.

Clyſter adſtringens in Dyſenteria: ℞. Seri lactis, in quo chalybs ſit extinctus lib. j.ß. Scui hircini ℥ß. olei Roſar. completi, omphacini vel cydonior. ℥j. Succi Plantaginis ℥ß. Boli armeni ℥j. F. Clyſter.

Clyſter in calculo: ℞. Maluæ, Parietariæ, Veronicæ ana m.j. Abſynthii m.ß. Colaturæ R. ℥xv. ol. Amygdal. dulc. amar. an. ℥j.ß, Sacchari ℥j. Fiat Clyſter.

Clyſter in Colica: ℞. Veronicæ m.iij. flor. Sambuci m.j. Abſynthii m.ſ. R. Colaturæ lib. j.ß. Sacchari ℥iij, Aloes drach. j.ß. ebulliant rurſus. Fiat Clyſter.

Clyſter in Mania: ℞. Maluæ, Althææ, Violarum ana m.j. Lactucæ, fol. Cucurbitæ an. m.ß. Prunorum N. x. 4. ſem. frig. maior. ana ℥j. Decoque in ſ.q. aquæ ad tertias: Iuris decocti R. lib. j.ß. Caſſiæ extractæ ſacchari ana ℥j. Olei violacei ℥iij. Fiat Clyſter.

Clyſter in Phrenitide: ℞. 4. Emollientium, Lactucæ ana m.j. Prunor. N. xx. Sem. 4. frig. maior. ana ℥ß. flor. Violarum, Nymphææ ana p.j. hordei integri p.j. Fiat decoctio: In colatura diſſolue Sacchari rubiæ, Caſſiæ ana ℥j. Olei violacei ℥iv. ſalis parum, M. Fiat.

Clyſter in Apoplexia: ℞. Centaur. minor. Mercurialis ana m.j. Stœchados, Aſari ana p.j. Sem. Carthami, Cumini Roma. Carui ana ʒij. Coque in ſ.q. aquæ ad tertias: Colaturæ R. ℥x. in quibus diſſolue hieræ logadii drach. vj. Mellis roſati ℥j. Olei rutacei ℥ij.ß. Salis drach. j.ß. Fiat Clyſter.

Clyſter in Paralyſi: ℞. Centaurii, Rutæ, Hyſſopi, Origani, Rorismarini, Maioranæ, Betonicæ, Saluiæ vtriuſque, Iuæ, Aſari, Stœchados ana m.j. Agarici drach. v. Pulpæ Colocynth. ℥ß. Coque in ſ.q. aquæ: Collaturæ R. lib. j. Hieræ Pachii ℥j. Salis gemmæ drach. j.ß. Miſce. F. Enema.

Clyſter in Letharga: ℞. Rad. Enulæ, Pœoniæ, Acori, Calami Aromat. ana ℥j.ß. Colocynth. drach. ij. Polypodii quercini ℥j. Sem. ſeſeleos, Cumini, Ameos ana drach. ij. Aniſi ℥ß. Sem. Cartha. drachm. vj. Menthæ, Verbenæ, Centaurii minor. Hyſſopi, Origani, Abſynthii ana m.j. Cariocarum N. xiij. Fiat omnium decoctio in ſ.q. aquæ. In colaturæ ℥v. diſſolue Electuarii Indi, Benedictæ Laxatiuæ ana ℥ß. Oleo. Rutæ, Chamomillæ, Coſtini ana ℥j. Mellis Anthos ℥j.ß. Salis communis, Salis gemmæ ana drach. j. Fiat Clyſter.

Clyſter

Clyſter in Care: ℥. Parietariæ, Maluæ, Hyſſopi ana m.j. Origani calamint. Centaurii minor. Sampſuchi ana m.j. Agarici albiſſ. Sem. Carthami an. ʒj. polyp. querc. ʒß. ſacchari q.v. Stœchad. Arab. p.ij. Decoque in ſ.q. aquę, donec dimidium relinquatur, iuris decocti R. lib.j Diaphœn. ʒvj. hieræ pictæ Galeni ʒj. olei Rutacei ʒiij. ſalis foſſilis ʒ ſ. M.F. Enema.

Clyſter in Conuulſione: ℥. Maluæ, Biſmaluæ, flor. Camomillæ, origani, fol. Lauri, Betonicæ, Maioranæ an. m.j. Agarici in petia ligati ʒj. Coque in ſ.q. aquæ ad lib.j. In Colatura diſſolue Hieræ ſimpl. ʒj. Turpeti electi ʒß. Olei Camomil. æ ʒij. M. Fiat.

Clyſter in Catalepſi: ℥. Mercurialis, Betæ, Saluiæ, Pulegii, Rutæ ana m.j. Flor. Stœchados, Chamomillæ, Meliloti, ana p.j. Polypodii quercini, Fol. Senæ Alexand. ana ʒß. Cētaurii m.ſ. Rad. Althææ ʒj. ſem. Carthami ʒß. Hellebori ʒj. Fiat decoctio in decocto galli antiqui, Colaturæ adde Confect. Hamech ʒß. Hieræ Logadii ʒvj Trochiſcorum Alhandali ℈j. Mellis Anthoſati ʒj. Olei Rutacei, Anethini, Chamœmelini ana ʒj. Salis communis ʒj. ſ. M. Fiat.

Clyſter in Melancholia Hypochondriaca. ℥. Herb. Matricariæ, Thymi, Mercurialis, Parietariæ, Biſmaluæ an. m.j. flor. Geniſtæ, Sambuci, Chamomillæ, Rorismarini, Borraginis, Epithymi ana m.ſ. Rad. Polypodii drach.vj. Sem. Cumini, Anethi, Aniſi, Vtricæ ana drach.ij. Rutacei ʒj. Decoque in ſ.q. aquæ ad tertias, colentur; Colaturæ R. ʒxiv. Mellis roſati colati vnc.j. Olei Camomillæ, Violarum ana drach.ß. Hieræ picræ ſimpl. Benedict. Laxatiuæ ana drach.iij. Vitelli oui j. Salis parum M.F.

Clyſter in podagra: ℞. Rad. Althææ, Helenii, Polyp. quercini ana vnc.j. Centaurii min. Abſynthii, Rutæ, florum Camomillæ, Meliloti ana m.j. Fiat decoctio ad lib.j. In Colatura diſſolue Hieræ ſimpl. Terebinth. an. vnc.ß. Mellis roſacei vnc.j. Olei Rutacei, Anethini ana vnc.j.ß. Fiat.

Clyſter in inflammatione Hepatis: ℞. Decocti communis lib.j. Olei violacei vnc.iij. In quo diſſolue Caſſiæ ʒvj. Mellis roſacei, Sacchari rubei ana vnc.ß. Fiat Clyſter.

Clyſter in impetu doloris à calculo: ℞. Rad. Althææ ʒij. Rad. graminis, Apii, Petroſelini ana ʒj. Maluæ, Parietariæ, Mercurialis ana m.j. Ficuum N.xx. 4. Sem. frigid. maior. Sem. Aniſi, fœniculi ana ʒiij. Sem. Seſeleos, Apii, Petroſelini ana ʒj. Lini, Fœnugræci ana ʒj. Flor. Camo. Rom. Meliloti ana m.ß. Coque in ſ.q. aquæ ad tertias. Huius Colati R. ʒx. Mellis roſat. ʒiij. Bened. Laxat. ʒj.ß. M. Fiat Enema. Ab extra etiam pro fomento conuenit.

Clyſter

Digitized by Google

Clyſter in dolore coxendico: R. Maluæ, biſmaluæ, violarum, centaur. minoris, chamædryos, chamæpit. origani, pulegii, calament. an. m. j. ſem. aniſi, fœniculi, rutæ an drach. j. Flor. roriſmarini, chamomillæ ana p. j. F. Decoctio ad lib. j. In colatura diſſolue Hieræ ſimplicis, diaphœnic. drach. ij. mellis anthoſati vnc. j. olei liliorum, camomillæ ana vnc. j. ſ. Miſce fiat clyſter.

Clyſter adſtringens in dyſenteria: R. Pſidiarum, balauſt. N. cupreſſi, ſumach, myrtillorum ana drach. iij. roſ. rubearum, plantaginis ana M. ſ. Coque in aqua ad tertiam partem, in colat. lib. j. diſſolue acaciæ drach. iij. hypociſt. drach. j. gummi Arabici, tragacanthi, maſticis ana drach. ſ. Trochiſc. carabe drach. ij. Boli armeni præparati, lap. hæmatit. an. dr. j. Vitell. ouorum num. iij. M Fiat clyſter.

Oleum diacolocynthidos carminatiuum purgatiuum Quercetani.

℞. *Herb. ſicc. rutæ*
Pulegii an. M. j.
Fœniculi
Vini rubri lib. j.
Calamenti
Sem. Dauci
Bacc. Lauri an. ʒj.
Origani
Cumini
Ol. Oliuar. lib. ij.

Coquantur ad vini conſumptionem, cum hoc oleo ſic præparato decoque pulpæ colocynthidos vnc. ij. digerantur ad ignem B. M. cal. per 12. horas, dein bulliant per 2. horas donec oleum vim totam colocynthidos attraxerit, tandemque exprimantur & colentur. Hoc oleum in officinis parari, diuq; adſeruari poteſt: doſis vnc. j. vel. vnc. ij. prout maiori vel minori operandi efficacia opus fuerit, cum iure ad omnes ſoporiferos affectus, apoplexiam, lethargum, & ſimiles.

Oleum aliud carminatiuum purgatiuum I. Q.

℞. *Ariſtolo. rot.*
Centaur. minor.
Abſinthii pontici,
Diptamni an. M. j.
Citrii
Sem. contra an. ʒj.
Perſicæ arboris
Turbith
Gentianæ an. ʒ. ß.
Summit. oleæ,
Perſicariæ
Sem. Polii monta.
Cardnibened.
Amygd. amar. ʒiij.
Stœchados an. p. ij.
Hermodactyl. an. ʒj.
Tormentillæ ʒj.
Marrubii
Lupulorum
Portulacæ
Lupinorum
Flor. Hyperici
Myrrhæ vnc. ß.
Pulpæ colocynthidos ʒij.

Digitized by Google

Contundenda contundantur & M. cum lib. iv. olei oliuarum & lib. ß ſ. vini albi generoſi: Dein bulliant ad vini conſumptionem, in fine addendo ij. vel iij. bouis fella, prius ad B. M. optime depurata ſeu defæcata & fiat oleum. Hoc oleum mixtum cum lacte aut iure quodam cõgruo in ſ. q. ad fingendum Enema, ſumma erit medela aduerſus lumbricos quoſuis. Doſis infantibus vnc. ſem. vel drach. vj. cum lactis ℥iv. aut v. vt E. Clyſter, mediocriter robuſtis ſat eſt vnc. j. ℥j. ß. ad ℥ij.

CAPVT XXVIII.

De Errhinis & Ptarmicis.

ERrhina vt nomen Indicat, ſunt Medicamenta, quæ intra nares adhibentur: quod vario fine fit, aut ob excrementa è cerebro euacuãda, ſternutationemque mouendam, quod quæ faciunt in ſpecie ptarmica nominantur; aut ob meatuum obſtructionem aperiendam; aut ob exulcerationem ſanandam; aut ſanguinem ſiſtendum. Vnde & Materia Errhinorum non ſemper eadem, ſed varia, pro variis ſcopis; in genere dicuntur Naſalia ſiue capurpurgia; Eorum effectus ſic demonſtramus. 1. Aut enim liquida infunduntur & attrahuntur. 2. Aut in oblongam figuram formata naribus induuntur. 3. Aut in forma linimenti naribus illinuntur. 4. Aut per Inſtrumentum, quod *ἐντρύημα* dicitur, iniiciuntur 5. Aut ſicca naribus inflantur.

Caputpurginum in 1. Formæ.

Caputpurgia ſiue errhina formæ liquidæ fiunt ex aquis ſiue ſuccis, aut decoctionibus rad. herbar. & flor. conuenientium. Huic ſcopo maxime inſeruient aquæ maioranæ, ſaluiæ, roſmarini, betonicæ, hyſſopi, pæoniæ, aliæque cephalicæ, quarũ vel binæ, vel plures inuicem mixtæ & tepefactæ, in nares infunduntur, quibus quarta vel ſexta pars vini promptioris penetrationis ergo additur, hæ & ſimilia errhina omnium ſunt miriſſima. Vt validius attrahant, adde enarratis aquis ſuccos depuratos maioranæ, anagallidis, ſyrupum ſtæchados, & oxymel ſcyllitieum. Si opus fuerit maiori attractione & euacuatione, macera radices cyclaminis iridis, ac vnum atque alterum folium peti reſiccatum, pulueratum, & in nodulum inditum, & ſic habebis inſigne medicamentum,

Digitized by Google

mentum, quod cerebrum à nubilosis & turbulentis vaporibus expediet: vertiginibus quoque, lethargis & epilepsiis idem conueniet, additis horum affectuum specificis, sicut epilepsiæ est viscus quernus, radix pæoniæ, flores tiliæ: Hæ sunt formulæ liquidorum caputpurgiorum siue errhinorum, tam benignorum, quam mediocrium & fortissimorum.

Caputpurgium in 2. forma.

R. *Pulu. herb. absinthii*	*Maiorana*	*Morsus gallina*
Betonica	*Saluiæ*	*Diptamni an drach. ij.*
Sem. Nigellæ	*Ameos*	*Rutæ an. drach. j.*
Trochisc. alhandal ℈iij.		

Coquantur cum succo betæ & Mercurialis ad succorum consumptionem, dein incorporentur, cum terebinthina, & fiant nasalia ad longitudinem digiti & cordulæ ligata naribus indantur.

Caputpurgium 3. in forma linimenti paratum.

R. *Pulu. flor. calendulæ*	*Lauendulæ*	*Tiliæ arboris an.* ℥j.
Pulu.	*sem. Paoniæ Nigellæ*	*Tileris montani an.* ℥ß.
Castorei ℈j.	*Hellebori drach. j.*	*Piperis gr. vj.*
Ligni aloes ℈ß.	*Moschi*	*Ambræ an gr. vj.*

Olei terebinthinæ & ceræ q. s. ad fingendum linimentum.

De hoc parum digito minimo inde in profundissimum narium locum, & optatos in purgando cerebro effectus videbis. Est quoq; aptissimum remedium ad vertigines, epilepsias, & ad ipsum repurgandum in infantibus ad hæc mala procliuibus cerebrum, quod acidis & serosis humoribus plerunque obsidetur, ex quibus commemorata mala originem ducunt.

Caputpurgium aliud ad humores à capite in pectus defluentes reuellendos, & per nares expurgandos.

R. *Gummi ammoniaci* 3ß. *Pyrethri subtiliss. pulueriz. ati* 3iij.

Incorporentur optime cum succo radicis ireos in vnguenti consistentiam. De hac mixtione parum baculi ad id aptati extremitati impone, & in narium profunditatem immitte, & statim destillari videbis magnam aquæ seroſæ quantitatem.

In quarta forma errhinorum, quæ per inſtrumentum, quod *ἐπιστάγμα* dicitur, apparantur, vt ſupra, ſi remedium liquidum profundius in nares iniici debet, ita vt nulla alia ratione validius attrahi poſſit. Ad eiuſdem compoſitionem inſeruient aquæ & decoctiones radicum, herbarum, ſem. & flor. huic ſcopo congruentium, vti iam ſupra diximus. Supereſt, vt loquamur de caputpurgiis in conſiſtentia ſicca, nempe de pulueribus, qui in nares penna vel ſimili inſtrumento inſufflantur. Huiuſmodi remedia, licet in genere quidem inter caputpurgia annumerentur: in ſpecie tamen ſternutamentis prouocandis inſeruiunt, idq; ſemper ad ipſius naturæ imitationem. Sicut enim ſternutatio à natura ſecundum Galenum excitatur, ſiue per rarefactionem aut fuſionem humorum ſeroſorum & acrium, qui in cerebro continentur, ſiue per vim naturæ, quæ conatur reiicere & expellere ea, quæ naribus noxia & infeſta ſunt: Sic etiam ars excogitauit ſternutamenti concitandi rationem, qua ipſi cerebro vacuando ſubuenit, idque medicamentis, quæ vel cerebrum calefaciunt, humores craſſos & pituitoſos in eodem ſedem figentes incidunt & liquefaciunt, & ſic aptiores expulſioni & euacuationi reddunt: vel mordicant & vellicant nares, vel vtrumque ſimul efficiunt, & ea ratione ſternutationem eliciunt. Vnde materia ſternutatoriorum plerumque eſt calida, ſicca, acris, pungens, & omnino tenuium partium: Hæc in ſpecie dicuntur Pharmica.

Puluis ſternutationem prouocans.

℞ *Rad. Ireos*
Cubebarum
Caſtorei ℈. ſ.
Fol. Maiorana an. ℥ſ.
Caryophyllorum
M. F. Puluis ex quo parum inſuffla naribus.
Sem. ſinapis
Piperis albi an. ℈ſ.

Vel: ℞. *Pul. maiora.*
Sem. Nigellæ
Hellebori albi ℈. ſ.
Rad. Cyclaminis,
Pyrethri an. ʒ. j. ſ.
Moſchi gr. viij.
Hyſſopi an. drach. ſ.
Macis ℈j.
M. F. Puluis.

Sternutatorium Martini Rulandi.

℞. *Sem. Nigellæ,*
Roſmarini
Saluiæ an. ʒß.
Helleb. albi an. ℈ſ.
Helleb. nigri ʒſ.
Maiorana
Moſchi gr. ij. F.
Naſturtii ʒ. ß.

Vel: ℞. *Pyrethri* ℈. ß.

Pulue-

Digitized by Google

Puluerentur & includantur in nodulo: Maceretur nodulus in aqua roſarum & naſo admoueatur ſubodorandus; ſternutamentum citra moleſtiam excitat. Nunc ad Errhina varia accedemus illuſtranda Galenicorum.

Errhinum purgans & trahens bilem.

℞. Succi Roſarum ʒ ß. Velſyr. roſ. laxat. Diagridij drach. j. Mellis parum. M. ſi placet adde Farina lupinorum, vel hordei aut orobi parum.

Errhinum purgans pituitam.

℞. Rad. Pyrethi, *Ireos an. ʒj.* *Pulegii,*
Calaminthæ, *Origani an. m. j.* *Agarici trochiſcati ʒiij.*
Flor. Anthos, *Stœchados an. p. j.*

Fiat decoctio in lib. j; diſſolue mellis anthoſati, mellis ſcillitici ana ʒiij. Fiat caput purgium.

Aliud.

℞. Succi Cicle, *Anagallidis depuratorum ana ʒiij.*
Vini albi ʒiv. *Mellis ʒij. Miſce.*

Quod ſi efficaciora optes, adde Diagridium, vel Agaricum; vel colocinthidem, vel veratrum.

Aliud purgans pituitam.

℞. Succi Cucum. Aſinini, vel cicle, vel Mercurialis, vel ciclaminis ʒij. Agarici trochiſ. ʒij. Vini parum.

F. decoctio, in colatura diſſolue mellis. q. ſ.

Errhinum detergens pituitam Rondeletij.

℞. Hordei integri p. j. *Lentium, vel Lupulorum p. ſ.*
Marrubij vel pulegii m. ſ. *Maiorane m. ſ.*
F. decoctio in lib. j. diſſolue mellis Anthoſati, Mellis ſquillitici ana vnc. j. ſ.
M. Fiat.

Errhinum ad vlcera narium detergenda & exiccanda.

℞. ſummitatum myrti vel Lentiſci m. j.
Malorum punicorum integrorum, immatur. contuſ. N. ij. F. decoctio cum aqua & vino, ſi non adſit inflammatio: quæ ſi adſit, cum aceto contundantur, deinde fortiter exprimantur. Colaturæ adde

Mellis.rosc.col. ℥iv. Fiat Errhinum.

Errhinum ad vlcera purganda & consolidanda.

R. *succi plantaginis, solani, Rosarum ana* ℥iv.
Vini albi aut succi mal. punicorum,
Mellis ana ℥j. *s.* M. Fiat Errhinum.

Errhinum ad dolorem capitis ex pituita.

R. *succi betæ, vel Ireos, vel Helenii, succi Maioranæ an.* ℥j. ß. *Vini albi vnc.j.*
Zingiberis pyrethri ana p.j. M. Fiat.

Errhinum ad vetustum capitis dolorem & lippitudinem.

R. *Nigellæ drach.ij.ß.* *Elaterii* ℈iv. *Salis Ammon.* ℈j.
Trita excipiuntur oleo Irino F.
Vel: R. *succi Maioranæ* ℥j. ß. *Nigellæ torrefactæ vnc.j.*
Vel: R. *Decoct: Maioranæ* ℥j. ß. *Mannæ granatæ drach.vj.*
Auicennæ: R. *Nigellæ aur.ij.* *Salis ammoniaci aur.ij.*
Succi cucumeris Asinini aur.j.
Terantur cum oleo nigellæ q.s. Fiat.

Errhinum ad sanguinem reprimendum.

R. *Thuris* ℈j. *Aloes* ℈j. *Conficiæ cum albumine Oui.*
Vel: R. *succi polygoni, plantaginis ana* ℥j. ß.
Succi stercoris Asinini ℥ij. *Pollinis vnc.j.ß.*
Penicillum ex panna lineo formetur, quod his imbutum, naribus indatur.

Errhinum ad fœtorem narium.

R. *succi Rosarum, vel maioranæ* ℥ij. *Aquæ rosaceæ vel florum Aranciarum, vel myrti vnc.j. Mellis rosati colati, ad adhæsionem parum: vel adde modicum gummi Tragacanthi & Arabici ad inspissationem: Naribus admoueantur.*

CAPVT XXIX.

De iniectione in vterum & pessis.

CLysteribus, qui in intestina inijciuntur, merito subijcimus eos, qui in vterum iniiciuntur, & propterea clysteres vterini appellãtur. Instrumen-

Digitized by Google

ſtrumentum ſeu ſipho, quo liquor in vterum infunditur, Græcis nominatur, μητρίσχυτης: medicamenta, quæ iniiciuntur, μητρίσχυτα nominantur variis autem de cauſſis, & ob varios affectus, hæ iniectiones inſtituuntur, vel ob vteri inflammationes, exulcerationes, vel dolores, vel flatus, vel menſes ſuppreſſos, vel menſes nimium fluentes, vel vteri prolapſum, vel alias cauſas.

Itaque ſimplicium conuenientium debita quantitas ſumitur, coquitur, decoctiq; aut loco eius aquæ deſtillatæ ℥iij. vel ℥iiij. recipiuntur, addunturque olei ʒij. vel ʒiij. puluereſque ad ʒiij. & miſta vtero iniiciuntur.

℞. Decocti artemiſiæ ℥iij. ol. liliacei, irini, laurini an. ʒj. myrrhæ, ſagapeni an. drach. j. ß. caſtorei ℈j. F. clyſter vterinus menſes ciens.

Alius: ℞. ſucci depurati plantag. polygoni an. ʒij. ol. myrthini, maſtichini ana. ℥ j. ß. thuris ℈ij. trochiſc. de ſpodio, terra ſigillata ana drach. j. boli armeni ℈j. F. Clyſter vterinus adſtringens.

Iiſdem fere de cauſſis, ob quas vtero clyſteres dicti iniiciuntur, & peſſi, & peſſaria, Barbaris naſcalia dicta, induntur, medicamenta ſcilicet, quæ lana concerpta, & in teretem, ad formam digiti, figuram contorta & conglobata, excipiuntur atque vtero induntur. Parandi autem peſſos modi plures ſunt. Primo goſſypium vel lana carpta & bene carminata, atque ad digiti figuram contorta, ſucco & liquore aliquo, vel ſolo, vel cui puluercs conuenientes admiſti ſint, imbuitur, & genitalibus mulierum partibus inditur. Quantitas medicamentorum tritorum fere eſt ʒj.

℞. Myrrhæ, ſem. Nigellæ, ſaluiæ an. drachm. ij. caſtorei drach. ß. cum ſucco Mercurialis, miſceantur, iiſque lana pexa in digiti modum contorta imbuatur, fiatque peſſarium.

Deinde trita medicamenta conuenientibus liquoribus, vt oleo, adipe, cera, ladano, galbano, ſtyrace, melle excipiuntur, & in pila ſubiguntur ac miſcentur, ac in figuram peſſi formantur, quibus filum alligatur. Qui etiam ſyndone vel tenui ſerico obduci poſſunt.

℞. Galliæ moſch. ℈ß. benzoes, caryophyll. an. drach. j. cinnam. macis an. ℈j. ambræ, moſchi an. gr. ij. ladani, ſtyracis an. q. ſ. Fiat quaſi ſuppoſitorium, quod etiam ſyndone obduci poteſt.

Nonnunquam herbæ virides & ſuccolentæ adhuc paululum contunduntur, filoque obligantur, & in formam peſſi vinciuntur.

Recipe

R. Mercurialis recentis, parum contundatur, in figurum suppositorii conglobetur, filoque obducatur, & fiat pessarium. Est etiam vbi pulueres saltem tenui lana vel gossypio excepti tereti sacculo ex panno raro confecto induntur.

R. Artheniisiæ, saluiæ, maioranæ, dictamni, absinthii ana ʒ. ſ. colocynthidis ℈ij. F. puluis, atque addito gossypio sacculo raro indantur, fiatque pessus.

Solent autem pessi vesperi & sub somnum inijci, & horis 6. vel 7. in vtero detineri.

CAPVT XXX.

De iis, quæ peni & vesicæ immittuntur.

CVm medicamenta per os assumpta vix integris viribus ad vesicam penetrare possint: Iniectione permeatum vrinarium vtuntur medici, & clysteribus quibusdam peculiaribus vesicam eluunt, quando mucus quidam lentus vesicæ orificio adhærens vrinæ viam præcludit, quor. materia sunt attenuantia & incidentia, vt hydromel, serum lactis, decoctum vuarum passar: & caricar. mel, vel syrupi conuenientes.

R. Hydromel vnc. iiij. syr. de absinthio vnc. j. mell. rosat. col. ʒij. In præparandis autem hisce medicamentis, peculiaris apparatus non requiritur: totum artificium in iniectione situm est. Interdum enim saltem per syphonem iniicere hunc clysterem satis: interdum catetherem, qui viam quasi aperiat, præmittere opus est.

Accidit quoque interdum, vt in penem iniectione opus sit, vbi nimirum vel ob calculum læsus & dolore affectus, vel vlceratus est internus meatus.

Parantur ex iis, quæ scopo conueniunt. Ad vlcera scilicet ex iis, quæ ad abstergendum & consolidandum sunt vtilia. In dolore ex iis, quæ eum mulcendi vim habent, vt ex lacte recens mulcto & calente, in quo etiam semen fœnigræci, chamæmelumque incoquitur; vel ex 4. seminum frigidorum maiorum & papaueris emulsionibus.

R. Agrimoniæ, betonicæ, centaurii minoris an. m. ſ. flor. rosar. meliloti an. p. j. coq. in vino & aqua parietariæ pro lib. ſ. colaturæ adde alum. rochæ, myrrhæ, tartari an. ʒ ß. rutiæ ℈j. mell. rosat. ʒj. m. F. iniectio ad abstergendum.

Alia:

Digitized by Google

Alia: Recipe Radic. conſolidæ vnc. j. caudæequinæ, piloſellæ ana m. ſ. Flor. Roſar. hypericiana p. j. F. decoctio in aq. chalybeata. In colaturæ vnc. iij. diſſolue mellis roſati colati vnc. j. Iniiciatur per ſyphonem in veſicam ad conſudandum.

Non ſolum autem in penis vlceribus, & carnis in eius interna cauitate excreſcentiis, medicamenta forma fluida inijciuntur, ſed & vnguenta hoc modo immittuntur. Recipitur candela cerea, cui aliquid terebinthinæ addi poteſt, ea craſſitie & longitudine, quæ meatui huic & canali reſpondet. Hæc candela conueniente vnguento illinitur, atque immittitur. Videndum tamen, vt candela ita præparetur, & tam diu hæreat, ne calore penis liqueſcat.

Licet & emplaſtrum aliquod conueniens coquere, ac candelæ cereæ vel virgulæ plumbeæ inducere, vt:

Recipe ol. roſacei vnc. ij. lithargyri vnc. j. coq. ad emplaſtri conſiſtentiam, & ſub finem adde vnc. j. pulueris conuenientis, omniaque miſceantur, vt candelæ cereæ vel virgulæ plumbeæ induci poſſint.

CAPVT XXXI.

De iis quæ auribus immittuntur.

REquiritur quoque neceſſitas ſæpe, vt auribus quædam medicamenta immittantur, ad dolores eorum ſedandos, ad inflammationes, vlcera, ſibilum, tinnitum & alia vitia.

Variis autem modis adhibentur. Alia enim ſunt liquida: atque hæc vel in aurem inſtillantur.

Vt Recipe Ol. viol. nymphæ ana vnc. ſ. M. Inſtilletur ſæpius gutta vna vel altera.

Vel: Recipe Rad. cyclamin. purgatæ drachm. vj. nucleor. perſicor. num. 5. amygdal. amarar. n. iiij. Contuſis omnibus affunde ſpir. vini vnc. v. Macerentur tribus diebus in vitro clauſo. Poſtea exprimatur fortiter, & ſeruetur vſui.

Secundò decoctorum & liquorum conuenientium vapor calidus per infundibulum, emborum vulgo vocant, auri immittitur; vel ſimplicia conuenientia ſacculo includuntur, coquuntur, & auribus imponuntur.

R. Helleboti albi drach.ij. pulpæ colocynthidis ſcrup. ſ. caſtorei ʒ. ſ. origani, ſerpilli, rutæ ana m.ſ. fol. lauri vnc. ſ. cubebar. drach. ſ. coq. in aquæ & vini partibus æqualibus. Vapor auri immittatur; vel ſacculis incluſa coquantur, & auri imponantur, in difficultate auditus.

Tertio forma cinimentor. auri adhiberi ſolent medicamenta.

Vt: Recipe Ol. Amygdal. amarar. pingued. gallinæ, aceri vini ana vnc. ſ. fellis taurini drach.ij. Caſtorei helleboti albi ana ſcrup. j. bulliãt ad conſumt. aceti, fiat linimentum, cuius gutta vna atque altera tenta, vt appellant, ſeu goſſypio excipiatur & auri imponatur.

Quattò ſimplicia medicamenta in puluerem redigi, atque auribus inſufflari poſſunt.

CAPVT XXXII.

De collyriis.

Κολλύρεον & κολλύριον, qua κολλύρεον, id eſt, κολοβὸν τὸν ὄρχιν vel κολοβὴ ὄρχις dicitur, quaſi ſit inſtar mutilatæ caudæ. Erant enim, vt ex Oribaſ. lib. 10. coll. cap. 23. patet, collyria medicamenta figuræ caudæ muris ſimilia, & non ſaltem oculis adhibebantur, ſed & fiſtulis & ſinibus & vtero immittebantur, atque ad omnis generis vſus parata, atque in talem, vt diximus, figuram conformata aſſeruabantur, quibus poſtea vel integris, vel contritis, vel diſſoluris vtebantur. Qua figura cum medicamenta quædam oculorum affectibus vtilia in vſum parata haberentur: factum eſt poſtea, vt iis ſolum appellatio collyrii tribueretur; vt iam collyrii nomine medicamenta externa oculis propria ſaltem intelligantur.

Etſi autem omnia, quæ oculis adhibentur, mollia & humida eſſe oporteat, non ſicca & aſpera: tamen quia quæ in vſum neceſſarium parata habentur, ſicca forma commodius aſſeruantur: diuiduntur vulgo collyria in ſicca & arida, ac humida.

Sicca hoc modo parantur. Medicamenta minutiſſime trita in lapide porphyritide læuigantur, & ſ. q. albumin. oui, mucilagineſue alicuius exceptæ in formam pyramidis vel trochiſcor. formantur, atque in vmbra exſiccantur. Vbi vſus poſtulat, iterum marmori ſeu lapidi porphyritidi reddita, affuſo liquore idoneo teruntur, atque inde guttatim liquor oculis inſtillandus paratur.

Recipe Tutiæ præp. ſarcocollæ in lacte muliebri nutritæ, maſtiches, ceruſſæ

ceruſſæ in aq. roſar. lotæ & ſiccatæana drach. ſ. aloes ſcrup. ſ. cum aqua roſar. F. trochiſci.

Humida vero ſunt duplicia. Vel enim liquoris forma oculis inſtillantur, vel linimenti forma inunguntur. Illa fiunt ex ſuccis, aquis deſtillatis, decoctis, vel pluribus horum miſtis, additis & pulueribus, atque iis præcipue, quæ in humido liqueſcunt, medicamentis.

Recipe Aloes epaticæ drach. j. ſang. draconis ſcrup. ſ. tutiæ præpar. drach. j. ſ. camphoræ ſcrup. ij. caryophyl. ſcrup. ſ. vini maluatici vnc. iij. aq. roſar. vnc. ij. ponantur in vaſe vitreo.

Aliud: Recipe ſem. fœnugræci vnc. j. lauetur & contundatur, addita roſar. rubr. drach. ſ. coq. in aq. roſaceæ lib. j. ad med. conſumt. colaturæ adde ſacch. candi drach. j. aloes opt. drach. ij. coq. rurſus, & ſeruentur in vitro.

Aliud: Recipe Aq. Euphrag. fænic. roſar. fragor. ana vnc. j. ſacch. candi vnc. ſ. vitrioli albi ſcrup. ſ. colentur ſæpe & ſeruentur in vitro.

Aliud: Recipe ſarcocollæ nutritæ drach. ij. tutiæ præp. drach. j. aloes drach. ſ. ſacch. candi drach. ſ. camphoræ croci an. g. ij. aq. roſar. vnc. iij. m. ad dolorem ſedandum & digerendum.

Aliud: R. ſacch. candi drach. j. aloes hepar. aqua euphrag. lotæ, vitrioli albi an. ſcrup. j. corall. albor. ſcrup. ſ. caryophyll. camphoræ an. g. vij. aq. cichorii vnc. j. aq. roſar. euphragiæ, verbenæ, vini maluat. ana vnc. ſ. ſtent in infuſione horis 24. Poſtea ferueant ſemel atque iterum & colentur. Vnguentum tale poteſt fieri.

R. Tutiæ præp. aq. roſar. lotæ drach. ij. pomadæ drachm. iij. vnguenti dialthææ drach. ſ. amyli drach. j agitentur in mortario. F. vnguentum, quo extremæ palpebræ illinantur, & momentum etiam oculo immittatur.

Aliud: R. butyri maialis, lauetur vino maluatico. Addatur cochleari; tutiæ præp. drach. j. camphoræ drach. j. ſ. m.

Tandem etiam medicamenta conuenientia in aqua coquuntur vaporque tepidus ex olla exhalans capite, linteo tecto, excipitur.

R. Herbar. Euphragiæ, leuiſtici an. m. ſ. chamæmeli, meliloti an. m. j. ſem. fæniculi, fœnugræci an. ʒj. rad. valerianæ ʒi. F. decoctum, cuius vapor tepidus oculis excipiatur.

Hactenus de generalioribus, ad noſtrum Antidotarium Medico-chymicum neceſſariis, reſtaret vt adhuc loqueremur de quibuſdam

externis Medicamentis microcoſmo appropriatis, vt odoramentis, ſuffitibus, linimentis, vnguentis, cerotis, emplaſtris, dropace, ſinapiſmo, phœnigmis, veſicatoriis, epithemat. oxyrrhodinis, anacollematis, fomentis, ſacculis, embrochis, lotionibus, balneis & cauteriis, de his omnibus tanquam externis in alio trademus loco. Hoc coronidis loco admonitum volo lectorem, vt in legendis receptis ſummam intentionem adhibeat, ſcimus enim aliquid vitii ſub prælo eſſe commiſſum, quod extemplo mutari non potuit.

Soli Deo Iehouæ meo vni ac Triuno, ſit laus & gloria in ſempiterna ſecula. Alleluja. Amen.

INDEX RERVM

MEMORABILIVM,

QVÆ IN IV. HISCE ANTIDOTARII *Medico-Chymici libris continentur,*

Secundum Alphabeti ſeriem digeſtus.

A.

ABlatio quid ſit 350
Ablatio quot modis perficiatur ibid.
Ablationi quæ famulentur 350. & 351
Ablatio aquoſarum partium ab oleoſis quomodo fieri debeat 351
Ablatio quid ſit 262. *Vide Lotio.*
Acacia quid 150
Acacia quot ſint ſpecies. ibid.
Acacia vbi proueniat 150
Acacia vna ab altera quomodo differat. ibid.
Accipitre cur non veſcendum 36
Acetum deſtillatum quomodo fiat 338
Acetum radicatum quomodo conficiatur 338. & 339.
Acharistum Nicolai 763
Acini mali Punici quam ſignaturam habeant 54. *& quibus adfectibus medeantur* ibid.
Acini vuarum quam ſignaturam habeant. 58
Aconitum ex vino tepido datum quibus vtile 90
Aconitum pharmacum toxicum 80. *oculorum medicamentis leuandi doloris gratia adiicitur* ibid.
Aconiti ſalutiferi grana quam ſignaturam habeant, & quibus medeantur 54. *oleum inde prolectum vel expreſſum quas vires habeat* ibid.
Aconitum medetur morſui viperarum & ſcorpionum 82
Acorus conditus vulgaris 759
Acori aquatici lutei radix in Maio effoſſa &

ſſa & collecta, ſingulare amuletum contra dyſenteriam, appenſum ad vẽtriculi regionem. 73
Acorus paluſtris Eryſipelatis remedium. 73
Adamãtes veri probatiq; an poſſint comminui. 231
Adiantum qualem ſignaturam gerat, & quorſum conducat. 53
Adrianum. 213
Adrianum Nicolai. 738
Ægroti debent parere Medicis, & in nullo propriæ indulgere voluptati. 12. patienter omnia ferre, quæ fiunt à Medico, nec timere, nec de ſalute deſperare. ibid.
Ærugo quomodo vratur. 241
Aethyopes, Hydaſpidis fluuii incolæ, à Scorpionib. læsi nunquã potuerũt. 80
Aetites lapis quid præſtet. 62. 73 74
Agallochũ quid. 130 eius odor qualis. 131
Agallochi ſpecies quot. 131
Agallochi & Aſpalathi differẽtia quæ. ib.
Agaricum quid. 52
Agaricum, & reliquæ arborum excreſcẽtiæ, quæ ſupra ramos & frondes contra naturæ ordinem excreſcũt, quorſum conducant. 73
Abenum quid. 18
Alaudæ criſtatæ aſſatæ vel elixæ, & comeſtæ, quos conducat. 40
Alcedinis mortui cutis diſtricta & ſuſpẽſa, quid miri quotãnis operetur. 66
Alea quas incommoditates pariat. 9. hãc Pharmacopæus cauere debet. ibid.
Alimentum Medicamento è diametro eſt oppoſitum. 35
Alimentum Medicamentoſum quale. 36. quæ eius effecta. ibid.
Alkekengi quam ſignaturam habeat, & quem vſum. 56
Alkekengi fructus calculi remedium. 72
Alkermes confectio. 709
Alleluia quam ſignaturam habeat. 55
Allium quale alimentum ſit. 36
Allium maculatum remedium. 75
Amalgamatio ſecũdum Libauium quid. 346. alia eius definitio. ibid.
Amalgamationis vſus quotuplex. 346
Amalgamationis modus. ibid.
Amalgamationis modus ſecundum Libauium qualis. 347
Ambarũ griſeũ qd 137. quomodo fiat. ib.
Ambarum quomodo probandum. 138
Ambari effectus qui. ibid.
Ambarum ſenibus quam ſalutare. 139
Ambræ pomum quomodo conficiendum. 125. 139. 202. 214. 215.
Ambræ fumus quo conducat. 138
Ambra citrina. Vide Succinum.
Ambra ſubalbida. Vide Bitumen.
Amſium. vide Opium.
Ammoniacum gummi quale. 153. alias quibus nominibus indigitetur. ibid.
Ammoniacum quomodo probãdum. 154
Ammoniacum quoto gradu ſit calidum, quoto ſiccum. ibid.
Ammoniaci virtutes quæ. ibid.
Ammoniacum oleum quomodo conficiatur. 154
Amomum Scythicum cur aliis præſtantius. 90

Amule-

Amuleta ſiue pentacula quenam medicamenta dicantur. 60
Amuletorum quotnam ſint genera. ibid.
Amuletis quantam vim & efficaciam tribuat Fernelius, ſummus Medicus & Philoſophus. 60
Amuletum ad Podagram. ibid.
ad dentium dolorem. ibid.
ad fluxum ſanguinis ſiſtendum. ibid.
ad canis rabidi morſum. ibid.
aduerſus lippitudinem. 61
ad profluentem ſanguinem ſiſtēdum. ibid.
ad paronychiam. ibid.
ad Epilepſiam. 62. 92
ad colicos dolores. ibid.
ad linguæ nigredinem. ibid.
ad morbos peſtilentes. ibid.
ad dyſenteriam. 73
ad ficum ani. ibid.
Anacardina confectio Nicolai. 706
Anacardina confectio Meſuæ. 705
Anagallis maſ ſanguineo flore, manibus detenta, quantas vires in ſiſtendo ſanguinis profluuio habeat. 70
Anchora linea eſt linea apoplexia. 84
Anchuſa aruenſis radix colore rubro, & ſapore amaro, Icteritia remedium. 71
Angelica Hiſpanica cur aliis præſtantior. 90
Ani ficus ſignatura quæ. 73. *& quæ illis remedia ſint vtilia.* ibid.
Animalia quædam ſimul & alimentum & medicamentum, & nonnunquam venenum homini ſuggerunt. 81
Animalcula multa homini venefica ſunt. 81.
Anthemis quas vires habeat. 54
Anthore radices duæ quam ſignaturam gerant. 55
Anthos roſarum peculiare Icteritiæ remedium. 71
Anthracis ſignatura quæ. 75
Anthracis remedium. 76
Antidotus ἀχμάζουσα, quare ſic dicatur. 3
Antidotus ἐκλογή. 4
Antidotus ἐπίθετος, quare ſic dicta. 3
Antidot. διοδώρου, quare ſic vocetur. ib.
Antidotus ἀθανασία, quare ſic dicta. ibid.
Antidotus σύμφωνος, antidotus πάνχρηςος, antidotus κατηγορος, antidotus παράδοξα, antidotus ἀργυροφόρος, antidotus ſanitas, & antidotus myſterium. 4
Antidoti vocabulum quale. 704
Antidoti voce quænam remediorum genera comprehendantur. ibid.
Antidoti definitio ſecundum Galenum. 704
Antidotus Regis Mithridatis contra omne venenum & peſtilentiam. 725
Antidotus Nicomedis regis contra venena. ibid.
Antidotum contra venena lethalia & peſtem. 725
Antidotus contra peſtem A. L. 727
Antidotus Eſdræ ſecundum Aetium. 737
Antimonium tanquam lethale venenum à multis proclamatur. 28. *ſed qualem facultatem habeat iuxta Dioſcoridem.* ibid. *iuxta Galenum quamnam vim habeat.* 29

Antimo-

Antimonii purgandi vis & violentia 29
Antimonii praparatio an in vitrificatione consistat ibid.
Antimonio vitrificato quorsum aliqui vtantur 29
Antimoniam cur nunc, tanquam letbale venenum vitii latur 31
Antimonio etiam aliqui Hippocratica Medicina addicti viuntur 33. quid felix Platerus de eo sentiat. ibid.
Antimonii in corpore humano turbando quanta sit actio & violentia. 33
Antirrhinum quam signaturam, quasq; vires habeat. 70
Apochyma. Vide Zopissa.
Apophlegmatismus ad dolores dentium ex materia influxu. 204
Apophlegmatismus ad dolorem capitis ex bile. ibid.
Apophlegmatismus ad destillationem capitis. 204
Apophlegmatismus ad morbum Comitialem. ibid.
Apoplexiam quenam designent 68
Apothecarius quis dicatur. 4. olim Seplasiarius dictus, & vnde. 5
Apum aculeos fixos mel sanat. 82
Aqua quid sit. 420
Aqua quotuplex. 421
Aqua simplex quæ. ibid.
Aqua composita quæ. ibid.
Aqua ex quibus rebus & quomodo eliciende. 121.122
Aquæ calidæ, frigidæ, mediæ inter vtrasque quæ. 428
Aquarum calidarum Catalogus. 429
Aquarum frigidarum Catalogus. ibid.
Aquarum temperatarum Catalogus. 430.
Aquarum soluentium varia genera. 338.
Aqua fortis & aqua regia quo modo differant. 340
Aqua cinnamomi composita. 445
Aqua antiepileptica ex hirundinibus, quibus vtilis. 92
Aqua ad morbum Gallicum. 110
Aqua ad melancholiam. 132
Aqua serpilli. 443
Aqua destillata ad palpationem cordis. 139
Aqua ad oculorum nebulas & suffusiones. 164
Aqua Cephalica quæ. 431
Aqua è cornu cerui. 448
Aqua antapoplectica, contra paralysin, antepileptica, cõtra surditatem, ophthalmica, pectorales, pleurisitica, asthmatica, ad asciten, ad Arthriticos dolores. 431
Aqua mellis spirituosa 448
Aqua ad sanguinem concretum, cordiales, stomachales, hepatica, splenetica, Renales, Diuretica, vulneraria, Diaphoretica, Hysterica, ad colicam, ad morsum canis rabidi. 432
Aqua ad calculum, ad lumbricos, ad Tertianam, ad vlcera, ad phlegmonas corporis. 433
Aqua rosarum correcta nobilior. ibid.
Aqua calorem retinentes 434
Aqua cum odore & colore. ibid.

Aqua-

Digitized by Google

Aquarum ἀναύξησις. 435
Aqua ex ſiccis herbis. 435
Aquarum deſtillatarum rectificatio quomodo fiat. ibid.
Aqua color ac odor quomodo imprimendus. 436
Aqua incorruptio quomodo efficienda. ibid.
Aqua extrahenda ratio per B. vaporoſum. 437
Aqua extrahuntur per digeſtionem & fermentationis viam. ibid.
Aquam roſarum d. ſtillandi modi varii. 441
Aqua roſarum rectificatio ſuper fæces. 439
Aqua fortificatio cum ſale. 440
Aqua ex ſtirpibus deſtillatio. ibid.
Aqua vitæ, ex tritico, granis, ſeminibus, &c. 440
Aqua ex aromatibus. 444
Aqua caryophyllorum cum aqua vulgari. 446
Aqua panis ſpirituoſa. 450
Aqua ſanguinis humani. 451
Aqua Bezoartica ſeu alexipharmaca contra peſtem Iacobi Theodori. 469
Aqua Bezoartica Ioannis Langii 470
Aqua Imperialis Ioſephi Quercetani. 471
Aqua Imperialis Monſpelienſium. 473
Aqua Theriacalis cordialis ac Bezoartica Ioſephi Quercetani. 483
Aqua Theriacalis Crollii. 484. *eius vires vſus ac doſis.* ibid & 485
Aqua Theriacalis Cephalica alia Ioſephi Quercetani. 485
Aqua Theriacalis Syluii. ibid.
Aqua Theriacalis Ioſephi Quercetani alia. 486. *eius doſis.* ib.
Aqua Theriacalis Andernaci. 486
Aqua Diaphoretica eiuſdem. 487
Aqua peſtilentialis Geſneri. 489
Aqua Theriacalis Medicorum Baſileenſium. 487
Aqua Diaphoretica in peſte Ioan. Bauhini iunioris. ibid. *alia eiuſdem Bauhini.* 488
Aqua peſtilentialis Hieronym. Rubei. ibid.
Aqua peſtilentialis Guaineri. 490
Aqua peſtilentialis alia. 491
Aqua peſtilentialis Ioſephi Quercetani. 491
Aqua peſtilentialis ſudorifera alia. 492
Aqua ad præcauendam peſtem Heurnii. ibid.
Aqua peſtilentialis Camphorata Andernaci. ib.
Aqua Theriacalis Rondeletii. 493. *alia eiuſdem authoris.* ibid.
Aqua Cardiaca contra venena ac peſtem Ioſephi Quercetani. 494. *alia eiuſdem authoris.* ibid.
Aqua peſtilentialis Norinbergica. 495
Aqua Theriacalis ſudorifera alia. 496
Aqua Theriacalis deſtillata cum aceto. ib. *alia cum aceto.* ib.
Aqua Theriacalis D. Sennerti. 497
Aqua contra venena lethalia & peſtem Matthioli. ib.

Aqua Theriacalis ad venena evadentia Rubei 497
Aqua Theriacalis Antonij Chalmetai in morbo Gallico 498
